Sermones Barletæ

SERMONVM CELEBERRIMI SACRAE SCRIPTVRAE PROFESSORIS.

FR. GABRIELIS BARLETAE

Ordinis Prædicatorum.

TOMVS PRIMVS.

Sermones continens Quadrageſimales. Ad unguem caſtigati, additis multis quæ in omnibus alijs impreſſionibus defuere.

Additamentorum notitiam facilem ſtudioſe lector habebis, ſi ſequentem notulam lectitabis.



VENETIIS,

Apud Camillum Franciſchinum. M. D. LXXVII.

Ad=usu del P.re Gabrielle della Citta della Pieve

Della libraria d'Araceli

Sequuntur quæ nouiter addita ſunt: quæ omnibus alijs im preſſionibus defuere: quæ omnia ſingillatim uide in fine ſanctuarij.

Expoſitio quorundam Euangeliorum præcipuè dominicalium infra annum.

Prologi communes pro ſanctis.

Quidam ſermones de ſanctis per annum, nouiſſim[illegible] materiarum ſcitu dignarum per ordinem [illegible]tributa: tum quadrageſimalis, quàm ſanct[illegible] [illegible]hè addita.

TABVLA PRIMAE PARTIS SERMONVM QVADRAGESIMALIVM

FR. GABRIELIS BARLETAE,

Ordine alphabetico distributa, omnes operis materias breuiter connectens.

D

Dauid

docu-

E

F

Finem

M

Mala

Nati

N

Orare

pec-

Pilatus

R

S

Sacra

T

V

Vigiliæ

X

* ** xp̃s

Finis Tabulæ Quadragesimalis, quæ & castigatior nuperrimè reddita est.

SEQVITVR TABVLA SERMONVM QVADRAGESIMALIVM DIVINI verbi declamatoris,

FRATRIS GABRIELIS BARLETAE Ordinis Praedicatorum, seriatim contentorum.

Feria

Feria

FINIS TABVLA SERMONVM qui in hoc quadrageſimali ordinatim continentur.

CELEBERRIMI,
ET OMNIUM EXCELLENTISSIMI
Prædicatoris fratris Gabrielis de Barleta, Ordinis Prædicatorum.

Sacrę Theologię eximij professoris solennissimi, Sermones fęliciter incipiunt.

Dominica in Septuagesima: De facilitate bene operandi. Sermo Aureus.

VOCA operarios,& redde illis mercedem.Mat.20. ¶Prouidentia illius summi Dei, quamuis rationalem creaturam ad suam imaginem,& similitudinem plasmauerit ad finem vitæ æternæ,& assequẽdam suam æternalem prædestinationem, sicut scribitur ab Aug.& allegatur in 2. Sẽ. di.1.c. 6. noluit tamen dare, nisi mediantibus præcedentibus meritis bonorum operũ, & obseruatione diuinorum pręceptorum. Vnde Magister in 2.d.20.Sicut.n.ex duplici natura cõpactus est homo,ita illi duo bona,a principio conditor pręparauit:vnum tẽporale,alterum æternum:vnum uisibile, alterum inuisibile: vnum carni,alterum spiritui. Et quia primũ est, quod est animale,deinde quod est spirituale. Temporale,ac visibile bonum,prius dedit.Inuisibile aũt bonum, posterius dedit.Inuisibile, & æternum promisit,& meritis quærendum proposuit.Ille.Primò naturę visibili,dedit bona pręsentis uitæ.Ad quid o Deus fecisti quatuor elementa,ad quid septem planetas,ad quid nonum cœlos?Certè pp duo. Primò propter ostensionem diuinæ potentiæ.Pro.16.Vniuersa propter semetipsum operatus est dominus.Secundò propter vtilitatem hominis. Plato in Timeo:Bonitas Dei cã fuit factionis mundi,propter hominem.In 1.Poli. Natura

fecit animalia, pp hoiem. vnde Philof. constrictus est dicere in 2. Phys. & 2. de anima. Finis quodam modo oium, est homo, in eodem apud græcos homo dicitur microcosmos idest minor mundus. Tho. super Ioan. triplex est mũdus. Primus magnus, iste est Deus. Secundus medius, est uita ista pręsens. Minor est homo. De primo. In mũdo erat de secundo, & mundus per ipsum &c. de tertio. Mundus eum non &c. Sequitur. Bonum autem inuisibile, & ęternũ promisit, & meritis quęrendum proposuit. Quia mediantibus medijs. De quibus Matth. 19. Si uis ad uitam ingredi &c. Et Hiero. ad Eusto. Aeterna uita, non nisi per diuinorum mandatorum obseruationem, acquiritur. & Matth. 11. Regnum cœlorum vim &c. Lac. in 7. di. c. ult. Exhortatur nos oẽs ad operandũ, eo quod istis operatoribus immortalia pręmia Deus parauit. Dum inquit spiritus hos regit artus, infatigabili militia Deo militemus, stationes vigiliasque celebremus: cõgrediamur cum hoste, quẽ nouimus fortiter, ut uictores, ac deuicto aduersario, triumphantes præmium uirtutis quod ipse promisit, a Deo cõsequamur. Ille. Et Asculamus noster. Qui seruit Deo puritate cordis, contentus uiuit, & saluus moritur. Si uirtutis inchoatio sensu est insuauis, quãdo exercetur: uita sancta omnia superat, iuuat, acquirit gloriã, & honorẽ. Voca &c. In quibus uerbis proponemus de ipso bono opere, tria mysteria cõtẽplanda.

Primum dr̃ oppositionis. Secundum dr̃ declarationis. Tertium dicitur excusationis.

Circa primum quæritur. Vtrum sit facilius, operari bonum, quàm malũ? Circa hoc sunt duæ opiniones. Vna Philosophorum, alia Theologorum. Prima Philosophorũ, q̃ scilicet facilius sit operari malum, quàm bonũ. Fundamẽtum huius conclusionis, sumitur a uerbis Philosophi. 3. Ethi. Quod uirtus, & bonum uersantur circa difficile. Ad practicam. Si difficile est ieiunare tibi uirtuoso, igitur nõ ieiunare quod est uitium, facile. Virtus, & bonũ &c. Si difficile est orare, igitur non orare est facile. Sic de uigilijs. Sic de exercitijs spiritualibus. Virtus, & bonum &c. Idẽ in 2. Ethi. Malum est facile, bonũ uerò difficile. In eodẽ, difficile est esse bonũ. Et Pythagoras Philosophus. Perdifficile

est esse bonum. Et Bon. 3. di. 39. Virtus est de bono & difficili. Et Ambr. sup Beati immaculati. Nulla sine labore uirtus: quia labor est processus uirtutis. Ille. Vnde est quod maior pars mortaliũ, sequitur uitiorũ uitam, & non uirtutum? Responsio, quia uia uitiorum est facilis, uirtutis uerò difficilis: Matth. 7. Lata porta, & spatiosa uia est, quæ ducit ad perditionem. Et Lactan. lib. de beata uita. Bonorum natura, in arduo posita est. De qua latitudine Vir. in 6. Ene. Facilis descensus auerni. Noctes atq; dies patet atri ianua ditis. Sed reuocare gradũ, superasq; euadere ad auras. Hoc opus, hic labor est. Ille. Vnde concludunt oẽs Philosophãtes, q facilius est operari malum, q̃ bonũ. Patet prima opi. Secunda opinio est Theologorũ. Quod facilius est operari bonum, de verba scripturæ. Mat. 11. Iugum. n. meum suaue est, & onus meũ leue, & inuenietis requiẽ, animabus vestris. Et 1. Io. 5. Hæc est charitas dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius, grauia non sunt. Et Prou. 4. Ducã te per semitas æquitatis, quas cũ ingressus fueris, nõ arctabuntur gressus tui. De qua semita, de qua uia Virg. loquitur Dãti, qui volebat reuerti ad præstina peccata. Tu quare reuerteris ad peccata noxia: cur nõ salis delitiosum uirtutis mõtẽ, quæ est principium, & cã tuæ gloriæ. Et quidã deuotus vulgaris. Qui seruit deo cum puritate cordis, viuit cõtẽtus, & saluus obiit. vnde patet primum. Secũdum dr &c. Schola Theologorum, & doctorum Paris. circa illã materiam sic distinguunt. Hõ põt considerari in duplici statu. Primò in statu innocẽtiæ, & quantum ad hoc, facilius erit operari bonum, q̃ malum, & hoc pp præsentiã iustitiæ originalis, quæ erat in homine: ex quo partes inferiores irascibilis, & concupiscibilis, subiiciebantur rationi. Et rõ aĩæ. Et anima, Deo. Secundò consideratur post peccatũ. Et hoc duobus modis, aut quantum ad sensualitatem, aut quantũ admodum. Si primo modo, magis inclinatur homo ad malũ. Et hoc respectu carnis infirmæ. de qua Mat. 26. Caro ãt infirma. Et 12. q. 1. c. 1. Oĩs ætas. Et 20. q. 3. Procliuas. In auth. de monac. §. triẽnii. & §. si quis. col. 1. Et Gẽ. 6. Sẽsus & cogitatio cordis humani, prona sũt ad malũ, ab adolescẽtia sua. Et vt hñt Theologi in 4. d. 17. Hõ diu sine veniali

esse non potest. Si secūdo modo, scilicet quo ad rationem. Iterum oportet duobus modis ipsum considerare. Aut est habituatus in bono, aut in malo. Si in malo, tunc facilius est operari malum, quam bonum, ratione mali habitus, ut dicemus in sermone de tarditate bene operandi, aut habituatus in bono, & sic facilius est operari bonum, quàm malum. Et hoc quadruplici ratione.

Primò ratione delectationis. Secūdò rōne inclinationis. Tertiò rōne incitationis. Quarto ratione promissionis.

Ad primam, una res tanto est facilis ad obseruandum, quantum per illam, quis consequitur delectationem. Cum econtrario dicitur 6. Ethi. Homo naturaliter fugit tristē, & appetit delectabile. Et Pro. 17. Spiritus tristis exsiccat ossa: homo tristis non dormit, non quiescit, nō mandit. Non habet cor ad Deum eleuatum. Ad propositum, ex bona operatione, homo consequitur summam iucunditatem in 4. Ethi. Nullus est, qui gaudeat bonis operibus. In 9. Ethico. Virtuosorum, beatissima est uita. Tul. de Amicitia. Cōsciētia bene actę uitæ, multorumque benefactorum recordatio, iucundissima est. Dicunt ueritatem seculares. Isti fratres habent bonū tempus. Verum est: quia hō positus est in gratia Dei. vnde Ber. Bona uita, semper gaudium hēt. In chronica ordinis legitur, de nouitiis Bononiæ in mensa, in maximū risum prouocatis: dum a magistro arguerentur, dixit ei beatus Dominicus. Sine eos, quia habēt causam ridendi, cum sint in gratia: unde uirtuosus in omni tempore hēt causam ridendi, & solatii. Si cogitat de præterito, gaudet: quia debitum persoluit. vnde Apos. 2. Corin. 1. Gloria nostra hæc est, testimoniū conscientiæ nostrę, s. quod non mordeat de peccato. Si de præsenti gaudet, quia est in gratia Dei sui: si de futuro gaudet, quia prēmium sperat copiosum: & licet aliquādo uideatur difficile, propter sensualitatem rationi rebellantem, tamē spes prēmii, minuit uim laboris. Quod patet authoritate. Figura. Exemplo. Primò authoritate Amb. li. of. Nihil amantibus, durum est, nullus labor difficilis, amemus, & nos Christum, & difficile uidebitur facile: & Tullius in oratione pro Bruto. nihil difficile amanti puto. Secūdò figura, de Iacob. Gen. 29. q. 14. annis

seruiuit

seruiuit Laban socero suo, pro habenda uxore Rachel: sicut qui uellet intrare iardinum, siue hortum unum, ad tollendum poma, non timet spinas, propter spem illius comestionis. Ad propositum. Homo non ęstimat tribulationes huius mundi, quādo sperat paradisum. Sen. in li. de mor. spes præmii solatium sit laboris. Tertiò probatur exemplo de nouitio in conuentu Bon. qui patri conquærebatur, cur patior accidiā sedens in cella, o pater Dominicæ? Respōdit, quia nōdum uidisti illā requiē paradisi. Peccator aūt per omnia ista tristatur: si cogitat, dolorem sentit, si cogitat de præterito, erubescit intra se dicens. O me miserum quid feci? non immerito, quia ut habet Philosophus. 2. Metaphy. Omne malum erubescibile est. Quæ erubescentia ex peccato processit. de talibus Roma. 6. Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? & Ber. de se. Exitus aquarum deducite oculi mei, deficiat in dolore uita mea, & anni mei in gemitibus. Quem fructum tunc habui in quo nunc erubesco? Figura de Adam. Vbi es, uocem inquit tuam audiui, & timui, quia nudus eram. Præterea si cogitat de præsenti peccator dolet: quia stimulatur a conscientia. Aug. Peccaui peccatum grāde, & multorum mihi sum conscius peccatorum: & etiam in lib. confess. Iussisti domine, & uerè sic est, ut pœna sit sibi, omnis inordinatus affectus. Et licet peccator uideatur ridere, tamen intus molestatur a stimulo conscientiæ. Te pungit peccatum, & trāsfigit, & cor uerberat. Iuuenalis lib. 1. Sat. 4. Nemo malus fœlix. Si cogitat de futuro, dolet: quia damnationem ęternam expectat. Ideo Bern. dicit super illo verbo. Lu. 15. In se reuersus, quod peccator in se reuersus, habet quatuor considerare, vbi fuit, vbi est, vbi non est, vbi erit. Ille. Practica, vbi fuit, in peccatis, scilicet dormiens. Hiero. 48. requieuit in fecibus suis, vbi est, scilicet in manu diaboli. Hierem. 16. Seruietis dijs alienis qui non dabunt vobis requiem, vbi non est, quia non scriptus in li. vitę Deleantur de li. &c. Quartò vbi erat, quia in inferno, iuxta illud Mat. 25. Ite maledicti in ignem æternum, unde patet prima rō. Secundò ratione &c. vna est maxima Theologorum, quòd res tanto est facilis ad operandū, quanto naturalis. Exempli

pli gratia. De risu & fletu. Ad propositum. Bene facere, & uirtuose uiuere est secundum naturam hominis, inquantū est capax rationis. Tho. 1.a.q.8 1.art.2. Peccatum est contra hominis naturam, inquantum est contra ordinem rationis. Super quo Gregorius in Homelia. & Albe. in compendio. Quatuor sunt genera creaturarum. Quædam est creatura, quæ simpliciter habet esse, ut lapides, terra, & huiusmodi, quę sic habent esse, quòd nullam habent vitam. Quędam est creatura, quæ habet esse, & etiam uitam, & animam uegetatiuam, sed non sensitiuam: ut sunt arbores, flores, & huiusmodi. Quædam est creatura, quæ habet esse, uiuere, sentire ut sunt uolucres, pisces, & alia animalia bruta. Quædam est creatura, quæ habet esse, uiuere, sentire, ratiocinari: & hic est homo. Cui incumbit, & pertinet operari bonum, & recedere a malo, cum sit capax rationis, quare intelligitur stupendum, & admirādum opificium Dei. Peccatum ergo est contra naturam hominis. Si contra naturam, ergo difficilius est operari. vnde Tho. super illud. In uia qua ambulabas, ponit tres uias ad ambulādum, una dicitur recta, alia obliqua, alia ad retrocedendum. Sed peto a te, o socie, quæ est facilior. An ire, an retroire? Respondebis, quia retroire incedit cum periculo cadendi in foueā, ut collum frangat. Ire lateraliter nimis laborat, & facit uenire ulcus in intestinis. Ad propositū. Quidam eunt retrograde, sicut obstinati: quia ad peccata redeunt, contra tales 1. Reg. 2. Recedant uetera de ore uestro. Practica. De uomitu qui choleram euomit, & iterum reassumit. O tu, qui promisisti patri spirituali non amplius redire ad concubinā, ad usuras, ad blasphe. ad peccata uetera: uia talium est difficilis. Dāte in primo inferni. In medio itineris nostræ uitę, scilicet 35. annorum. Me reperi in una obscura sylua, id est uita uitiosa. Quidam eunt peruersæ, qui accidiosè operantur. Ille accedit ad confessionem, alius ad sermones: sicut serpens ad uocem incantantis, inuitę operatur. Et si non esset respectus mundi, fineret bonum opus. Greg. Amor Dei nunquam est otiosus. Operatur enim magna si est, si autē operari renuit amor non est. Exemplum illius nouitij, qui fuit nepos unius cardinalis. Ingressus ordinem grossa legumina,

mina, & male condita comedebat. Dum interrogaretur a Cardinali quid comedisset per multos dies? Fabam inquit & Faseolos. Si quis lancea foraret eius ventrē, exirent scutellæ fabarum, & leguminum. Cui Cardinalis, video patres quod viuere sanctè est res dulcis. In seculo nō poterat edere nisi delicata, & semper erat tristis. Nunc autem intus hilaris. Cum practica de ciue, qui assiduè audit missam, quia videretur sibi excōmunicatus, nisi audiret illā, sic dico de muliere, quæ confitetur omni mense, & deuotiones suas celebrat. Vnde patet secunda ratio. Tertiò ratione &c. Istud est facilius ad operandum, ad quod per plures incitamur. —3. Ad bene operandum, omnia nos incitant. Et in præsentiarum quatuor inuenio. Primum est Deus per inspirationes. Apocal. 3. Ego sto ad ostium. Si quis audierit vocem meā, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cū illo, & ipse mecum. In hac cœna peccator debet ponere. 3. scotta. scilicet contritionem, confessionem, & satisfactionem. Et Deus ponet & ipse. 3. Primò remissionem culpę, infusionem gratiæ, collationem glorię. Porta tecum si vis comedere mecum. Quis ad lachrymas, & cognitionem peccatorum te conducit? Certè inspiratio Dei. Secundum est Angelus, qui est custos noster, qui semper clamat auribus peccatoris. O auarè, o concubinariè, siue peccata. Tertium domina synderesis, de qua Tho. 4. di. 34. Synderesis est quoddam lumen naturale rationis, cuius officium est, retrahere hominem a malo, & incitare ad bonum. Quartum omnis creatura: Hugo, de claustro corporis, & animæ. Quęlibet creatura trina voce, quemlibet alloquitur. Accipe, redde, fuge. Accipe beneficium, redde obsequium, fuge suppliciū. Ille Nolite excusare, quia omnia clamāt: fac bene. Nec diabolus, nec aliqua pura creatura, est causa tui peccati, vt causa directa. Quartò ratione promissionis, quia ex operatione bona, promittitur nobis præmium, ex quo incitamur ad bene operandum. —4. Commentator. 2. physico. Ex apprehensione finis sequitur delectatio. & Mat. 5. Merces vestra, copiosa est &c. & Hiero. Nihil est fœlicius Christiano, cui promittuntur regna cœlorū. Ad quod facit exemplū quod ponit Iac. de Vorag. in Chronica Ianuensium, ꝙ centum mi-

lia Theutonici de partibus Sueuiæ. Et c. M. Gallici de partibus Senonensium ducti dulcedine vini, venere in Italiã, & ædificauerunt Mediolanum, Papiam, Bergamum, Brixiam, Veronam, ante aduentum Christi per annos 250. Postea Romam ierunt, quam obsederunt, vsque ad capitolium. Romani autem amore patriæ, sagittis se defenderũt, & deficientibus chordis, caudas equorũ sciderunt, & de ipsis fecerunt funes. Præterea mulieres capillos proprios totonderunt, & chordas fecerũt. Si hoc egerunt amore huius seculi: & patriæ propriæ, quanto magis homo, pro amore patriæ cœlestis, debet insudare laboribus? Ideo Aug. in lib. de Ciuita. Dei ad hoc propositum ait. Si Marcus Regulus, pro zelo patrię suæ, a Carthaginiensibus est occisus, Si M. Curtius, in abruptum terræ hiatum se proiecit, ad liberationem patriæ. Si Brutus & Torquatus, filios occiderũt, pro iustitia, & disciplina militari cõseruandis. Si Seleucus apud Locros dominãs filium, vno orbauit oculo, alteroque seipsum, pro adulterio cõmisso, vt iustitia seruaretur, quare non magis Christiani pro zelo fidei, & amore Dei? Hæc Augūst. de Ciui. Dei. li. 10. c. 18. vnde patet secundũ. Tertium dicitur, &c. secundum Alber. super Luc. quintuplici ratione excusatur aliquis, si nõ operatur aliquod opus, quibus non excusatur homo, si non bene operatur.

Primò rõne periculi. Secundò ratione impossibilitatis.
Tertiò rõne ignorantiæ. Quartò rõne carentiæ tẽporis.
Qintò ratione irremunerationis.

Primò ratione &c. Exemplum de famulo, qui a domino mittitur, ad aliquem locum periculosum, ratione huius, legitimè potest se excusare, quia periculũ mortis instat. Ad propositum. Homo non potest se excusare legitimè, licet habeat vndique inimicos, cum sit liber ad bonũ, & ad malum. Secundò ratione, &c. Non potest se excusare, quia diuina pręcepta sunt leuia. 1. Ioan. 5. mandata eius grauia non sunt. Et Hiero. in expositione simboli. Anathema sit, qui dicit Deum aliquid impossibile præcipisse. vbi Tho. 22. qõ. 44. art. 1. Diuina præcepta, reducuntur ad duo principalia. Ad dilectioné Dei, & proximi, ad quę obseruanda natura cogit. Primò, diligere Deũ natura cogit. l. sed si lege. §. cõ-

suluit.ff.de peti.hęre.Benefacienti benefacere debemus, a quo benefactore omnia bona habemus 1.Cor.4.Quid habes quod non accepisti. Et Scotus in prologo primi sent. Quid rationabilius, quàm Deum super omnia diligere,& proximũ sicut seipsum? Secundò,diligere proximum, natura cogit,cum sit nobis similis. In 8.Ethicor.similitudo est causa amoris. & Matt. 21. Vnus est enim pater uester qui in cœlis est.omnes aũt uos fratres. Et ff.de legationibus. l. quæsitam. Cum inter homines cognitionem quandam natura contraxit, consequens est, hominem homini nocere, nefas esse. Tertiò ratione &c. Si Rusticus ignorat logicã, & philosophiam excusatur. Rusticus enim tali cibo non utitur. Ad propositum. Nemo potest se excusare, non Iudęus,non Paganus,non Saracenus, si non benefacit: quia natura dictat fugere malum,& eligere bonũ. Apuleius de Deo Socratis. Artes aliæ sine sciẽtię ignorari possunt,sine vituperatione: ut ratio saltandi, pingendi &c. sed nescire bene uiuere,nunquã audebis dicere sine pudore. Practica de mulieribus, in saltando. Quartò rõne &c. Pater non habeo tempus. Excusatur homo quantum ad hoc. Ad propositum. Nemo potest se excusare: quia habet tempus & 20. & 30 & 40.annos. Habent etiam in hebdoma.6.dies pro labore terreno. Saltem diem dominicum, scias obseruare pro anima tua in hoc mũdo, Deus dedit nobis magnã copiam temporis,ideo uti debemus ad bene operandũ.Vnde Apostolus. Gal.6. Dum tempus habemus operemur bonũ. Ad malum uitandum Ecclesiast.4. Conserua tempus & deuia a malo,& ad salutem procurandum. 2.Corin.6. Ecce nunc tempus acceptabile,ecce nunc dies salutis.In hoc tempore debet quilibet benefacere, priusquam tempus prætereat, priusquam mors superueniat, priusquã mors derelinquat. In iudicio autem erit de tempore ratio reddenda. Tunc enim Deus omne tempus nostrum accipiet, & secundũ illud nos examinabit,& iudicabit. Ber. Omne tempus nobis impensum, requiretur a nobis,qualiter sit expensum. Ideo sancti diligenter cauent,ne amittant modicũ quid,de tempore. unde Aug.lib.confess. accusat se coram Deo de hoc quod araneas muscas capientes, aliquando libenter uidit. Et de

hoc

hoc, quòd uiā transiens uidit libenter canes, leporem insequentes. Ideo aūt se accusat de his, non quod in his, peccatum sit, sed quia tempus ibi occupauit, quod meditationibus debebat expendere. In inferno erit magna carestia de tempore. Apoc. 10. Angelus iurauit per uiuentem in secula, quòd tempus amplius non erit, s. pœnitendi. Si damnati possent habere aliquod momentum temporis, charius eis esset, quàm si totum mundū lucrarentur. Seruandum est ergo quod dicitur Eccl. 9. Quodcunque potest manus tua, instanter operare. Ad propositum. Nolite excusare, quod deficiat tempus. Quinto rōne &c. Quando quis non premiatur de labore suo, excusatur. Ad propositum. Quantum ad hoc non excusatur homo, quia premiatur ultra condignum. Roma. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis &c. August. Opus cum fine, merces sine fine. Exemplū patris Dominici. Quadam die in Christo existes, post sacramenti eleuationem eleuatis in extasi usque ad nonas, deinde surgens, clamauit. Agamus bona fratres: quia maxima præmia pro laboribus nostris præparantur. Quod bonum, quod præmium est hoc pater Dominice? Maximum bonum quietum, bonum perfectum, bonum amabile, bonū separatum ab omni malo, bonum indeficiens, bonum excedens omnia temporalia commoda, oblectamenta, & delitias istius mundi. O surdi. O stulti, & tardi corde ad credēdum, non sit uobis difficile operari bonum, nō uos terreat, aspera uirtutum semita. Estote constantes, & fortes ad benefaciendum, & audire merebimur illam uocem benigni Iesu. Matth. 5. Merces uestra &c.

Dominica in sexagesima. De auditione diuini uerbi. Sermo 2.

SEmen est uerbum Dei. Luc. 8. Inter omnia mirabilia, & stupenda Dei opera, in hoc mundo excellētissima uocari potest, sua clementia, qua miserimus nephandus, prophanus, & scelestus peccator, de iniusto efficitur iustus. De lupo rapace, & leone feroci, efficitur bonus seruus Iesu Christi. Ber. super Can. Domine dominus noster, quā admirabile

admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Quid est homo, quia innotuisti ei, aut filius hominis: quia reputas cũ? Denique mittis ei unigenitum tuum, immittis spiritum tuum, promittis uultum tuum, & ne quid uacet in cœlestibus ab opere solicitudinis, illos etiam beatos spiritus, propter nos mittis in ministerium nostrũ. Ille. De primo beneficio. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. ver. 2. Io. 16. Mittam eum ad uos. De. 3. Exod. 33. Ostendam autem tibi omne bonum. De. 4. psal. Angelis suis Deus mandauit de te, ut custodiant te, in omnibus uijs tuis. Ideo Sapien. 12. dicitur. Cum magna reuerentia disponis nos. Miseriæ famis & sitis, prouidit de cibarijs, & potibus uarijs. De pane Sap. 16. Panem de cœlo præstitisti eis. De uino. Cant. 5. Bib. te uinum & inebriamini charissimi. Miseriæ nuditatis. de uestimentis. Miseriæ frigoris, de calore ignis. Miseriæ tenebrarum de lumine lunę in nocte, & solis in die. Gen. 1. Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, ut præesset diei, & luminare minus, ut præesset nocti. Miseriæ infirmitatum, de medico, & medicinis. Eccle. 38. Honora medicum propter necessitatem. Etenim illum creauit altissimus. Miseriæ animæ nostræ, prouisionem fecit de uerbo prędicato, quod est medicina spiritualis, quæ sanat a languorib. peccati. Vnde. psal. Misit uerbum suũ, scilicet per prędicatores, & sanauit eos. Et dominus per Hiere. 38. Audi quæso uocem domini quã ego loquor ad te, & bene tibi erit, & uiuet anima tua, scilicet peccato mortua, & 22. Terra, terra, terra, audi sermonẽ domini, & quamuis diuersa sunt remedia, ad sanandã animam nostram a peccatis, principalẽ tamen, est auditio diui ni uerbi, hoc est illud semen, quod in terram bonam cecidit, & fructum attulit. Semen est &c. In quibus uerbis tria mysteria de ipso uerbo diuino considerabimus.

Primum dr. necessitatis. Secundum dicitur utilitatis.
Tertium dicitur modibilitatis.

Primum dicitur &c. Dubium quęritur. Vtrũ sit necessariũ ad salutem audire uerbum Dei? Ad hoc sunt duo opiniones. Vna dicit quod non. Ratio est. Quia de conse. di. 1. c. Missas. non fit mentio de prædicatione, quod fecisset si esset

necessarium, igitur &c. Alia opinio dicit quod sic. Quia cū homo teneatur, ad ea quæ sunt animæ necessaria: & hoc est in prædicatione, igitur &c. Respondeo secundum doctores, quod est necessarium. Quod probatur triplici ratione ad præsens.

Primò ratione finis. Secundò ratione nutrimenti. Tertio ratione cognitionis.

Primò ratione &c. Conclusio est Philosophi. 1. & 2. Physicorum, ꝙ finis imponi necessitatem eorum omniū quæ sunt ad finem. Exempli gratia. De infirmo, qui ad sanitatem non potest peruenire nisi per media, per pillulas, syrupos medicinā, si in uno deficit nihil facit: quia finis imponit &c. Ad propositū. Finis noster est Deus, ut ꝓbat Schola Theologorū. Tho. 1. 2. q. 1. Ricar. in 4. dis. 49. & Scotus in eadem. Ad hunc finem non possumus peruenire, nisi per virtutes, quæ dicuntur debita media, de quibus Matth. 19. Si uis ad uitam ingredi &c. Hiero. ad Eustochiū. Aeterna uita non nisi obseruatione præceptorum percipitur. Ille. Per scalam uirtutū peruenimus ad Deū. In 1. Eth. Beatitudo est ꝓmium uirtuosarum operationū. Ecce, quia finis imponit necessitatem eorum, quæ sunt ad finem. Sed uirtutes melius scire non possumus, uidelicet humilitatem, obediētiam, patientiam, charitatem, pacem, & huiusmodi, quàm per diuinum uerbum prædicatū, & per prædicatores: quis te docuit has uirtutes? Nūquid grammatica? nō uerè: quia occupatur circa concordantiam adiectiui cū substantiuo. Nunquid logica, quæ occupatur circa uerum & falsum? Non philosophia: quia occupatur circa naturalia. Non Astrologia: quia occupatur circa cursum planetarū. Non rethorica: quia occupatur circa facundiam. Non musica: quia circa cantum: Vt re mi. Sed quis docet? certè prędicatio diuini uerbi. Quid dicis o Paule ad Rom. 10. Fides est ex auditu: auditus autem per uerbū Dei, scilicet prædicati. & Bern. Vnde tanta lux fidei in toto orbe, nisi de Iesu prædicato. Ille. Omnia quę habemus de alia est per fidem, & fides est per prædicationem. Vnde processit cōuersio totius mūdi? Certè per prędicationem Apostolorum, & aliorum prædicatorum. Vnde Apostolus secunda ad Thim. 4.

Argue,

Argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina. Nota in uerbo Doctrina, tres cõditiones necessarias, verò prædicatori. Prima est scientia. A Cano. 16. q. 1. c. sic viue. Multo tempore disce, quæ possis docere. Stude, non in scartafaciis, non in bubulis, non in somniis, sed in libris authẽticis. Multo tempore stude. Et dist. 38. c. 1. Ignorantia est mater cunctorum errorum. & 1. q. 1. Vilissimus computandus est nisi præcellat scientia, quæ est honore prętantior. Sed heu: quia hodiernis tẽporibus, nõ nisi chirurgici dentium, herbarii, ignari, & nugosi, hoc ægregium officiũ sibi vsurpant. Secunda conditio est bona vita: nõ dico bona vita, non inquam caponibus, & pastillis lauta: sed de sanctitate uitæ. vnde Greg. Cuius vita despicitur restat vt eius ꝑdicatio contemnatur. Et Luc. in 4. Homines malunt exempla quàm uerba, quoniam loqui facile, præstare difficile. Ideo Christus Matth. 5. Vos estis sal terrę. Vnde deberẽt lapidari, dantes malum exemplum, scilicet Prædicatores, & capita clericata. Tertia conditio est patientia. Psal. Bene patientes erunt, ut annuncient. Et Hier. ad Heliodorum. Episcopi, & presbyteri, & prædicatores habeant ad exemplum apostolos, & apostolicos uiros, quorum honorẽ possidentes; habere nitantur, & meritum. Exemplum de Christo prædicatore cui dictum est. Dęmonium habes, & Samaritanus es. Et coram Caipha accusatus, ac alapis percussus: patiens nihil respondit, impatiẽtiæ. Apostoli patientes. Sic pater noster Dominicus, sic Vincentius, sic alii prędicatores sancti. Ideo dicitur in omni patientia & doctrina. Vnde in vitis Patrum legitur, ꝙ dæmon loquens cum B. Bernardo, & videns Bernardus duos fratres, quęsiuit a dæmone, de conditionibus eorum. Dęmon posuit manus ad os dicens. Non esset generatio melior in mundo, si manus, idest operationes concordarent verbis. vnde patet prima ratio. Secũdò ratione &c. Nullum animal est quod possit uiuere sine nutrimento, ut experiẽtia docet. vnde Phil. lib. de Generatione, & corruptione. Omne viuens indiget alimento conuenienti suæ vitę. Homo componitur ex anima, & corpore, vt habet Magister in 2. lib. sen. dist. 21. Sicut corpus non põt uiuere sine cibo materiali, uidelicet pane, vino, & aliis.

mina, & male condita comedebat. Dum interrogaretur a Cardinali quid comedisset per multos dies? Fabam inquit & Faseolos. Si quis, lancea foraret eius ventrẽ, exirent scutellæ fabarum, & leguminum. Cui Cardinalis, video patres quod viuere sanctè est res dulcis. In seculo nõ poterat edere nisi delicata, & semper erat tristis. Nunc autem intus hilaris. Cum practica de ciue, qui assiduè audit missam, quia videretur sibi excõmunicatus, nisi audiret illã, sic dico de muliere, quæ confitetur omni mense, & deuotiones suas celebrat. Vnde patet secunda ratio. Tertiò ratione &c. Istud est facilius ad operandum, ad quod per plures incitamur. —3. Ad bene operandum, omnia nos incitant. Et in præsentiarum quatuor inuenio. Primum est Deus per inspirationes. Apocal. 3. Ego sto ad ostium. Si quis audierit vocem meã, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cenabo cũ illo, & ipse mecum. In hac cœna peccator debet ponere. 3. scotta. scilicet contritionem, confessionem, & satisfactionem. Et Deus ponet & ipse. 3. Primò remissionem culpę, infusionem gratiæ, collationem glorię. Porta tecum si vis comedere mecum. Quis ad lachrymas, & cognitionem peccatorum te conducit? Certè inspiratio Dei. Secundum est Angelus, qui est custos noster, qui semper clamat auribus peccatoris. O auarè, o concubinariè, siue peccata. Tertium domina synderesis, de qua Tho. 4. di. 34. Synderesis est quoddam lumen naturale rationis, cuius officium est, retrahere hominem a malo, & incitare ad bonum. Quartum omnis creatura: Hugo, de claustro corporis, & animæ. Quęlibet creatura trina voce, quemlibet alloquitur. Accipe, redde, fuge. Accipe beneficium, redde obsequium, fuge suppliciũ. Ille Nolite excusare, quia omnia clamãt: fac bene. Nec diabolus, nec aliqua pura creatura, est causa tui peccati, vt causa directa. Quartò ratione promissionis, quia ex operatione bona, promittitur nobis præmium, ex quo incitamur ad —4. bene operandum. Commentator. 2. physico. Ex apprehensione finis sequitur delectatio. & Mat. 5. Merces vestra, copiosa est &c. & Hiero. Nihil est fœlicius Christiano, cui promittuntur regna cœlorũ. Ad quod facit exemplũ quod ponit Iac. de Vorag. in Chronica Ianuensium, ꝙ centum mi-

lia Theutonici de partibus Sueuiæ. Et c. M. Gallici de partibus Senonensium ducti dulcedine vini, venere in Italiã, & ædificauerunt Mediolanum, Papiam, Bergamum, Brixiam, Veronam, ante aduentum Christi per annos 250. Postea Romam ierunt, quam obsederunt, vsque ad capitolium. Romani autem amore patriæ, sagittis se defenderũt, & deficientibus chordis, caudas equorũ sciderunt, & de ipsis fecerunt funes. Præterea mulieres capillos proprios totonderunt, & chordas fecerũt. Si hoc egerunt amore huius seculi: & patriæ propriæ, quanto magis homo, pro amore patriæ cœlestis, debet insudare laboribus? Ideo Aug. in lib. de Ciuita. Dei ad hoc propositum ait. Si Marcus Regulus, pro zelo patrię suæ, a Carthaginiensibus est occisus, Si M. Curtius, in abruptum terræ hiatum se proiecit, ad liberationem patriæ. Si Brutus & Torquatus, filios occiderũt, pro iustitia, & disciplina militari cõseruandis. Si Seleucus apud Locros dominãs filium, vno orbauit oculo, alteroque seipsum, pro adulterio cõmisso, vt iustitia seruaretur, quare non magis Christiani pro zelo fidei, & amore Dei? Hæc Augũst. de Ciui. Dei. li. 10. c. 18. vnde patet secundũ. Tertium dicitur, &c. secundum Alber. super Luc. quintupli ci ratione excusatur aliquis, si nõ operatur aliquod opus, quibus non excusatur homo, si non bene operatur.

Primò rõne periculi. Secundò ratione impossibilitatis. Tertiò rõne ignorantiæ. Quartò rõne carentiæ tẽporis. Qintò ratione irremunerationis.

Primò ratione &c. Exemplum de famulo, qui a domino mittitur, ad aliquem locum periculosum, ratione huius, legitimè potest se excusare, quia periculũ mortis instat. Ad propositum. Homo non potest se excusare legitimè, licet habeat vndique inimicos, cum sit liber ad bonũ, & ad malum. Secundò ratione, &c. Non potest se excusare, quia diuina pręcepta sunt leuia. 1. Ioan. 5. mandata eius grauia non sunt. Et Hiero. in expositione simboli. Anathema sit, qui dicit Deum aliquid impossibile præcipisse. vbi Thò. 22. qõ. 44. art. 1. Diuina præcepta, reducuntur ad duo principalia. Ad dilectionẽ Dei, & proximi, ad quę obseruanda natura cogit. Primò, diligere Deũ natura cogit. l. sed si lege. §. cõ-

suluit

fuluit.ff.de peti.hęre.Benefacienti benefacere debemus, a quo benefactore omnia bona habemus 1.Cor.4.Quid habes quod non accepisti. Et Scotus in prologo primi sent. Quid rationabilius, quàm Deum super omnia diligere,& proximũ sicut seipsum? Secundò,diligere proximum, natura cogit,cum sit nobis similis. In 8.Ethicor.similitudo est causa amoris. & Matt. 21. Vnus est enim pater uester qui in cœlis est.omnes aũt uos fratres. Et ff.de legationibus. l. quæsitam. Cum inter homines cognitionem quandam natura contraxit, consequens est, hominem homini nocere, nefas esse. Tertiò ratione &c. Si Rusticus ignorat logicã, & philosophiam excusatur. Rusticus enim tali cibo non utitur. Ad propositum. Nemo potest se excusare, non Iudęus,non Paganus,non Saracenus, si non benefacit: quia natura dictat fugere malum,& eligere bonũ. Apuleius de Deo Socratis.Artes aliæ sine sciẽtię ignorari possunt,sine vituperatione: ut ratio saltandi, pingendi &c. sed nescire bene uiuere,nunquã audebis dicere sine pudore. Practica de mulieribus,in saltando.Quartò rõne &c. Pater non habeo tempus.Excusatur homo quantum ad hoc. Ad propositum.Nemo potest se excusare: quia habet tempus & 20. & 30 & 40.annos.Habent etiam in hebdoma.6.dies pro labore terreno. Saltem diem dominicum, scias obseruare pro anima tua in hoc mũdo, Deus dedit nobis magnã copiam temporis,ideo uti debemus ad bene operandũ.Vnde Apostolus. Gal.6. Dum tempus habemus operemur bonũ. Ad malum uitandum Ecclesiast.4. Conserua tempus & deuia a malo,& ad salutem procurandum. 2.Corin.6. Ecce nunc tempus acceptabile,ecce nunc dies salutis.In hoc tempore debet quilibet benefacere, priusquam tempus prætereat, priusquam mors superueniat, priusquã mors derelinquat. In iudicio autem erit de tempore ratio reddenda. Tunc enim Deus omne tempus nostrum accipiet, & secundũ illud nos examinabit,& iudicabit.Ber. Omne tempus nobis impensum,requiretur a nobis,qualiter sit expensum.Ideo sancti diligenter cauent,ne amittant modicũ quid,de tempore.unde Aug.lib.confes.accusat se coram Deo de hoc quod araneas muscas capientes, aliquando libenter uidit.Et de

hoc

hoc, quòd uiã transiens uidit libenter canes, leporem insequentes. Ideo aũt se accusat de his, non quod in his, peccatum sit, sed quia tempus ibi occupauit, quod meditationibus debebat expendere. In inferno erit magna carestia de tempore. Apoc. 10. Angelus iurauit per uiuentem in secula, quòd tempus amplius non erit, s. pœnitendi. Si damnati possent habere al quod momentum temporis, charius eis esset, quàm si totum mundũ lucrarentur. Seruandum est ergo quod dicitur Eccl. 9. Quodcunque potest manus tua, instanter operare. Ad propositum. Nolite excusare, quod deficiat tempus. Quinto rõne &c. Quando quis non premiatur de labore suo, excusatur. Ad propositum. Quantum ad hoc non excusatur homo, quia premiatur ultra condignum. Roma. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis &c. August. Opus cum fine, merces sine fine. Exemplũ patris Dominici. Quadam die in Christo existes, post sacramenti eleuationem eleuatis in extasi usque ad nonas, deinde surgens, clamauit. Agamus bona fratres: quia maxima præmia pro laboribus nostris præparantur. Quod bonum, quod præmium est hoc pater Dominice? Maximum bonum quietum, bonum perfectum, bonum amabile, bonũ separatum ab omni malo, bonum indeficiens, bonum excedens omnia temporalia commoda, oblectamenta, & delitias istius mundi. O surdi. O stulti, & tardi corde ad credẽdum, non sit uobis difficile operari bonum, nõ uos terreat, aspera uirtutum semita. Estote constantes, & fortes ad benefaciendum, & audire merebimur illam uocem benigni Iesu. Matth. 5. Merces uestra &c.

Dominica in sexagesima. De auditione diuini uerbi. Sermo 2.

SEmen est uerbum Dei. Luc. 8. Inter omnia mirabilia, & stupenda Dei opera, in hoc mundo excellẽtissima uocari potest, sua clementia, qua miserimus nephandus, prophanus, & scelestus peccator, de iniusto efficitur iustus. De lupo rapace, & leone feroci, efficitur bonus seruus Iesu Christi. Ber. super Can. Domine dominus noster, quã admirabile

admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Quid est ho mo, quia innotuisti ei, aut filius hominis: quia reputas eũ? Denique mittis ei unigenitum tuum, immittis spiritum tuum, promittis uultum tuum, & ne quid uacet in cœlestibus ab opere solicitudinis, illos etiam beatos spiritus, propter nos mittis in ministerium nostrũ. Ille. De primo beneficio. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. ver. 2. Io. 16. Mittam eum ad uos. De. 3. Exod. 33. Ostendam autem tibi omne bonum. De. 4. psal. Angelis suis Deus mandauit de te, ut custodiant te, in omnibus uijs tuis. Ideo Sapien. 12. dicitur. Cum magna reuerentia disponis nos. Miseriæ famis & sitis, prouidit de cibarijs, & potibus uarijs. De pane Sap. 16. Panem de cœlo præstitisti eis. De uino. Cant. 5. Bib. te uinum & inebriamini charissimi. Miseriæ nuditatis. de uestimentis. Miseriæ frigoris, de calore ignis. Miseriæ tenebrarum de lumine lunę in nocte, & solis in die. Gen. 1. Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, ut præesset diei, & luminare minus, ut præesset nocti. Miseriæ infirmitatum, de medico, & medicinis. Eccle. 38. Honora medicum propter necessitatem. Etenim illum creauit altissimus. Miseriæ animæ nostræ, prouisionem fecit de uerbo prędicato, quod est medicina spiritualis, quæ sanat a languorib. peccati. Vnde. psal. Misit uerbum suũ, scilicet per prędicatores, & sanauit eos. Et dominus per Hiere. 38. Audi quæso uocem domini quã ego loquor ad te, & bene tibi erit, & uiuet anima tua, scilicet peccato mortua, & 22. Terra, terra, terra, audi sermonẽ domini, & quamuis diuersa sunt remedia, ad sanandã animam nostram a peccatis, principale tamen, est auditio diui ni uerbi, hoc est illud semen, quod in terram bonam cecidit, & fructum attulit. Semen est &c. In quibus uerbis tria mysteria de ipso uerbo diuino considerabimus.

Primum dr̃ necessitatis. Secundum dicitur utilitatis. Tertium dicitur modibilitatis.

Primum dicitur &c. Dubium quęritur. Vtrũ sit necessariũ ad salutem audire uerbum Dei? Ad hoc sunt duo opiniones. Vna dicit quod non. Ratio est. Quia de conse. di. 1. c. Missas. non fit mentio de prædicatione, quod fecisset si esset

necessa-

neceſſarium,igitur &c. Alia opinio dicit quod ſic. Quia cũ homo teneatur, ad ea quæ ſunt animæ neceſſaria: & hoc eſt in prædicatione, igitur &c. Reſpondeo ſecundum doctores, quod eſt neceſſarium. Quod probatur triplici ratione ad præſens.

Primò ratione finis. Secundò ratione nutrimenti. Tertio ratione cognitionis.

Primò ratione &c. Concluſio eſt Philoſophi. 1. & 2. Phyſicorum, ꝙ finis imponi neceſſitatem eorum omniũ quæ ſunt ad finem. Exempli gratia. De infirmo, qui ad ſanitatem non poteſt peruenire niſi per media, per pillulas, ſyrupos medicinã, ſi in uno deficit nihil facit: quia finis imponit &c. Ad propoſitũ. Finis noſter eſt Deus, ut ꝓbat Schola Theologorũ. Tho. 1. 2. q. 1. Ricar. in 4. diſ. 49. & Scotus in eadem. Ad hunc finem non poſſumus peruenire, niſi per uirtutes, quæ dicuntur debita media, de quibus Matth. 19. Si uis ad uitam ingredi &c. Hiero. ad Euſtochiũ. Aeterna uita non niſi obſeruatione præceptorum percipitur. Ille. Per ſcalam uirtutũ peruenimus ad Deũ. In 1. Eth. Beatitudo eſt ꝓmium uirtuoſarum operationũ. Ecce, quia finis imponit neceſſitatem eorum, quæ ſunt ad finem. Sed uirtutes melius ſcire non poſſumus, uidelicet humilitatem, obediẽtiam, patientiam, charitatem, pacem, & huiuſmodi, quàm per diuinum uerbum prædicatũ, & per prædicatores: quis te docuit has uirtutes? Nũquid grammatica? nõ uerè: quia occupatur circa concordantiam adiectiui cũ ſubſtantiuo. Nunquid logica, quæ occupatur circa uerum & falſum? Non philoſophia: quia occupatur circa naturalia. Non Aſtrologia: quia occupatur circa curſum planetarũ. Non rethorica: quia occupatur circa facundiam. Non muſica: quia circa cantum: Vt re mi. Sed quis docet? certè prędicatio diuini uerbi. Quid dicis o Paule ad Rom. 10. Fides eſt ex auditu: auditus autem per uerbũ Dei, ſcilicet prædicati. & Bern. Vnde tanta lux fidei in toto orbe, niſi de Ieſu prædicato. Ille. Omnia quę habemus de alia eſt per fidem, & fides eſt per prædicationem. Vnde proceſſit cõuerſio totius mũdi? Certè per prędicationem Apoſtolorum, & aliorum prædicatorum. Vnde Apoſtolus ſecunda ad Thim. 4.

Argue,

Argue, obſecra, increpa, in omni patientia,& doctrina. Nota in uerbo Doctrina, tres cõditiones neceſſarias, verò prædicatori. Prima eſt ſcientia. A Cano. 16. q. 1. c. ſic viue. Multo tempore diſce, quæ poſſis docere. Stude, non in ſcartafaciis, non in bubulis, non in ſomniis, ſed in libris authẽticis. Multo tempore ſtude. Et diſt. 38. c. 1. Ignorantia eſt mater cunctorum errorum. & 1. q. 1. Vilisſimus computandus eſt niſi præcellat ſcientia, quæ eſt honore pręſtantior. Sed heu: quia hodiernis tẽporibus, nõ niſi chirurgici dentium, herbarii, ignari, & nugoſi, hoc ægregium officiũ ſibi vſurpant. Secunda conditio eſt bona vita: nõ dico bona vita, non inquam caponibus, & paſtillis lauta: ſed de ſanctitate uitæ. vnde Greg. Cuius vita deſpicitur reſtat vt eius ꝑdicatio contemnatur. Et Luc. in 4. Homines malunt exempla quàm uerba, quoniam loqui facile, præſtare difficile. Ideo Chriſtus Matth. 5. Vos eſtis ſal terrę. Vnde deberẽt lapidari, dantes malum exemplum, ſcilicet Prædicatores, & capita clericata. Tertia conditio eſt patientia. Pſal. Bene patientes erunt, ut annuncient. Et Hier. ad Heliodorum. Epiſcopi, & presbyteri, & prædicatores habeant ad exemplum apoſtolos, & apoſtolicos uiros, quorum honorẽ poſſidentes; habere nitantur, & meritum. Exemplum de Chriſto prædicatore cui dictum eſt. Dęmonium habes, & Samaritanus es. Et coram Caipha accuſatus, ac alapis percuſſus: patiens nihil reſpondit, impatiẽtiæ. Apoſtoli patientes. Sic pater noſter Dominicus, ſic Vincentius, ſic alii prędicatores ſancti. Ideo dicitur in omni patientia & doctrina. Vnde in vitis Patrum legitur, ꝙ dæmon loquens cum B. Bernardo, & videns Bernardus duos fratres, quęſiuit a dæmone, de conditionibus eorum. Dęmon poſuit manus ad os dicens. Non eſſet generatio melior in mundo, ſi manus, ideſt operationes concordarent verbis. vnde patet prima ratio. Secũdò ratione &c. Nullum animal eſt quod poſſit uiuere ſine nutrimento, ut experiẽtia docet. vnde Phil. lib. de Generatione, & corruptione. Omne viuens indiget alimento conuenienti ſuæ vitę. Homo componitur ex anima, & corpore, vt habet Magiſter in 2. lib. ſen. diſt. 21. Sicut corpus non põt uiuere ſine cibo materiali, uidelicet pane, vino, & aliis.

alijs.Ita anima fine spirituali cibo.Sed qualis est cibus animæ?Verè est verbum Dei prædicatum.Matth.4.Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.& Lactan.lib.1.cap.1.Nullus salubrior animæ cibus,quàm cognitio veritatis, quæ. s. est facta per prædicationem.Et Greg. in Homel. Verbum Dei est cibus mentis, & Decretalis,extra de oft. iud. ordi.c.15.Inter cętera quę ad salutem spectãt populi Christiani, pabulum verbi Dei, per maximè noscitur necessarium:quia sicut corpus materiali:sic anima spirituali cibo nutritur:eo quod nõ in solo pane viuit homo,sed in omni verbo,quod procedit de ore Dei.Ille.Ideo strictè Ecclesia pręcipit prælatis,& presbyteris curatis,vt prædicent, aut prædicari faciant in Ecclesijs suis.vt dist.36.§.ecce.Similiter pręcipitur populis, vt audiant sacerdoté pędicanté,vt dicitur de cõsec.dist.1.c.Sacerdote verbum in ecclesia faciente, si quis egressus fuerit de auditorio,excommunicetur.Vbi talis cõclusio elicitur. Quod qui ad prædicationes non vadit, & Dei verbum nõ solicitat,ut plures faciunt; suspectus habetur in fide,& nõ est bonus Christianus.Non est verus catholicus, non est filius Dei.O pater quis dicit hoc? Nunquid Augustinus. Nunquid Hieronymus.Audi doctorem Christum.Ioan.8. Qui ex Deo est verba Dei audit:propterea vos nõ auditis. Clama,quia ex Deo non estis. Si nõ est homo ex Deo,qui audire non vult Dei verbum.Igitur ex Diabolo est. Quod patet experientia. Quia plures magis audiunt cantilenas, ad taxillos ludunt,ad tabernas vadunt, ad lupanaria pergunt. Et sic patet secunda rõ,quomodo est necessaria auditio verbi Dei. Tertiò rõne &c.Quilibet naturaliter cupit scire, & intelligere. in 1.Metaph. Omnes homines natura scire desiderant.Tullius.1. de off. Omnes enim ducimur, & trahimur ad cognitionis,& scientiæ cupiditatem,in qua excellere pulchrũ putamus. Idẽ in quæstionibus Tusculanis.Inest enim mentibus nostris insatiabilis quædã cupiditas,veri videndi. Nota insatiabilis. quia & si homo est Grãmaticus,vellet esse Rethoricus,& Philosophus, & Astrologus,Scientia est infinita, & non solum apetitus iste est inter homines, uerum inter mulieres;vnde in confessione loquuntur

quuntur literaliter. cõfiteor Deo,& beatę Mariæ, & beato Francisco.Cum ergo sit quasi incredibilis numerus, homi num ignorantium ueram scientiam, veram doctrinam,& prædicatores illam doceant in suis sermonibus:natura debet eos mouere ad audiendum illos. Ad quod agendũ inducimur exemplis philosophorum.Valerius rubrica de studio,& industria.Et Cic.in lib.de Senectute dicunt,q̃ Solõ Philosophus cum esset vicinus morti:& assistentibus amicis,quędam,quòd conferentibus de animę exitu,iam pręssum caput erexit:interrogatus quare hoc fecisset.Respõdit ut cum istud quicquid est,de quo disputatis percepero,moriar.Præterea Hiero.ad Nepotianum. Demosthenẽ quod cum expletis centum annis se mori cerneret,fertur dixisse: se dolere quòd tunc egrederetur ex hac uita,cum sapere cępisset.Præterea Plato cũ esset ætatis annorum 81.scribens mortuus est. Pręterea Socrates habens annos 99. in laboribus scribendo,ac docendo mortuus est. Pręterea Apollonius philosophus qui 19. prouincias circumiuit,ut scientiam addisceret.Et quidam alius qui annos 70.stetit in deserto ut intelligeret uirtutem apis.Et Regina Saba de quá 3.Reg.10.Longum iter egit, ut audiret sapientiã Salomonis. Præterea Hiero.de seipso scribit ad Pammachum, & Oceanum,cum iuuenis esset audiuit hos magistros. Apollinarem in Antiochia.Didimum in Alexandria.Et dum esset senex in Bethleem litteris hæbraicis insudauit. Si ergo isti homines cum tanto labore,& studio scientiam quæsierunt, ut audirent alios: quanto plus homo Christianus id agere debet,in auditione diuini uerbi,cum non sit sciẽtia, non lectio,quæ tantum hominem contentet,ut est uerbum Dei prædicatum.In ipsa sancta prædicatione, traditur lectio de Deo,de Angelis,de Purgatorio,de Inferno, de moribus docet,& quid agere debes. Sed plures sunt sicut qui derident.Tales audiant philosophum in 1.Ethi. Qui neq́ ipse intelligit,neq; alium audiens in animo ponit:hic inutilis natus est. O dormiẽtes,o mente capti, o bestiales ui ri:cur non itis ad sermones sanctos?hæc est,& sine qua nemo saluatur, nemo uiuit,nemo gaudet, & sic patet primũ. Secundum principale dicitur,&c. Quamuis sint plures fru

ctus:.

ctus: tamen quinque reperio.

Primus dr illuminatio. Secundus dicitur confortatio. Tertius dicitur fortificatio. Quartus dr delectatio. Quintus dicitur uitę æternæ acquisitio.

Primus dicitur &c. Illuminat quippe intellectum hominis, sicut Sol illuminat mundum. Quid dicis o Dauid. Canta. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis, idest peccatoribus. Idem. Lucerna pedibus meis est verbum tuum. s. prædicatum: sicut lucerna homines dirigit in nocte, sic sancta prędicatio, in nocte peccati, quanta fuerit utilitas in uerbo Dei prædicato; apparet mirandis exemplis. Quis illuminauit Dionysium Areopagitam, ad Christi fidem? Certè Apostolus Paulus. Quis totam Romam? Verè prædicatio Petri, & Pauli. Quis totum Orientem, Samariam, Indiam, Asiam, Cappadociam, omnesque partes Orientis? Verè Apostolorum prędicatio. Quis confutauit hęreticos, Manichęos, Pelagianos, Valentinianos? verè sermo August. Ambrosijque, & aliorum Doctorum. Quis Lombardiam, & Romandiolam conuertit? Certè Petrus Martyr. Quis Occidentem in regno Granatæ, & Iudæos, ac Saracenos? Verè sanctus Vincentius. Quis totum mundum? Verè prędicatores. Quis Marsiliam conuertit. Verè Magdalena. Quid dicam de excelso Patre nostro Domi nico: qui circa centum mille homines conuertit. Sic dico de Francisco, de Bernardino. Vnde quasi renouata est religio Christiana ex uerbo predicato. Quod patet exemplo, ex chronica ordinis nostri. Cum duo fratres pergerent ad capitulum generale Bononiam: occurrit eis Dęmon dicés. Quo tenditis? Bononiā inquiunt. Quid ibi facietis inquit? Ordinabimus prędicatores, per diuersas Prouincias ad prędicandum. Exclamauit, Dęmō. Ordo iste est confusio mea: & certè ita est. Secundus &c. Multi, quamuis sciant bona, quæ operari tenentur, & mala a quibus sibi cauere debeant: tamen quandoq;, nec bona faciunt, nec mala fugiunt, deuicti quadam tepiditate, aut potius sensualitate, & delectatione bonorum temporalium: ut usurarius, concubinarius, odiosus. Alij etiam, quamuis sciant pęnas Inferni esse timēdas, desiderandumque cœlum, tamen habent cor insipidum, si-

nc

ne amore, sine desiderio, & pietate. Cum uerò tales audiūt uerbum Dei, frequēter confortantur ad deponendum omnem tepiditatem ad amplectendas uirtutes: ad surgendum a peccato; ad desiderandum Paradisum. Vnde Dauid 3. Audiui .s. pædicationem, & cōturbatus est uenter meus. s. conscientia mea. Non immerito ciues mei; quia si eloquētia antiquorum Philosophorum fuit tātæ uis, ut in stuporem poneret omnes auditores: & cor eorum mutaret, quanto plus eloquētia Prædicatorū, quæ Spiritussancti est & Iesu Christi; Iuxta illud Matth. 10 Non enim estis uos qui loquimini: sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Recitat Valerius de studio, & industria, quod Cato Censorinus tam eloquens fuit, q̃ nunqnam ab aliquo grauatus, per aliū defendi uoluerit. Et ut dicit Plin. lib. de viris illustribus, Quadraginta quatuor accusatus uicibus, per se solum eām dixit, optimeq; fuit absolutus: & ut dicit Tull. 1. q. Tusculanarum. Tanta fuit in eo eloquentia, quanta illis tēporibus, in quoquam posset inueniri. Præterea quidā Philosophus nomine Egesias; adeo copiosè & facundè docebat de bono mortis, & de alia uita, quod multi auditis illis: sibi inferebant mortē. Quapropter a Rege Ptolomeo prohibitus est, illa amplius legere, & docere. Præterea maxima fuit eloquentia Tullii, de qua refert Lact. in 3. quod sua eloquentia, hominum corda habebat in manibus, ut quicquid uellet haberet: intantum q̃ cum quadam uice faceret orationem coram Apollonio Philosopho. In tātam admirationem uenit ipse Apollonius, quod uelut per extasim tractus, non intelligebat, & per multā moram tacitus sedit. Dixit tādē. Te nempe. Ci. laudo & admiror. Præterea de eodem, cum orasset apud Cęsarem pro amico suo. Q. Ligario qui erat inimicus Cęsaris, tanta gratia, facundiæ admirabilis in eo fuit, ut Cæsar in plurimos colores uultum uerteret, quod fuit signum manifestum, q̃ animus Cæsaris mutabatur, & sic eum in cōcordia posuit. Præterea de Xenocrate Philosopho dum in scholis legeret: quidam Polemius nomine, dissolutus, mores mutauit propter facundiā illius. Ad propositum nostrum. Si ergo tanta uis erat illis oratoribus eloquentiæ, ut animos mutarēt, ac in stuporem

guido genuinola perolla sitiu sicom ueeno

uerterēt,quanto magis in uerbo Dei prædicato, Quod apparet undique ex intrandis uerbis tam Apostolorum, quā aliorum,qui animos peccatorum adeo cōfortauerunt suis placidis uerbis:ut ipsi omissis peccatis,ad uirtutes pgerēt, & bonam uitam inciperent.vnde Ps. 118.Quam dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.O instrumētum salubre,quo mouentur mentes duræ ab bene agendum, ad Deum laudādum.Ex chronica ordinis exemplum habetur. Cum magister Iordanus prædicaret Vercellis,ubi tūc erat studium,non paucis diebus 13.Clericos literatos ad ordinem traxit.Erat ibi quidā magister Gualterius Theutonicus,tunc regens in artibus,& in medicina satis peritus, qui conductus erat ex magno salario, ad legendum. Dixit scolaribus suis. Cauete ne eatis ad prædicationes, neque audiatis uerba istius magistri Iordani:quia sicut meretrix pollit sermones suos, ut capiat homines. Mira res qui alios retrahebat, ab eo est primus captus, ex sermone illius.Et cum sensualitas uellet eum retrahere, ab ordinis ingressu: pugnis se percutiebat dicens. Tu ibis, quod & factum est.Factus est frater ordinis Prædicatorum. O prædicatio sancta.Tertius dicitur &c.Fortificat eos, qui sunt boni,ut in melius proficiant,& perseuerēt:ita ꝙ ex uerbo Dei,quasi conseruantur,& nutriuntur:sicut plantula, quæ ut uiriditatem conseruet,aquis irigatur. Et ita differūt ad inuicem,qui ad prædicationem uadūt,respectu aliorum:sicut dies a nocte:quia qui uadunt sunt fortes, & cōstantes: non procaces,non frænetici,non cholerici: ut sunt illi qui non accedunt. Et si quando in peccatis cadūt sæpe,resurgunt.iuxta illud Prouerb.24.Septies in die cadit iustus,& resurgit.Exemplum de Magdalena,quæ post plurima peccata confortata,ex prædicatione Christi,fortis, & cōstans plus cæteris ardēbat.Quartus dicitur &c.Delectat.n.uerbum Dei,& recreat spiritualiter audientes.Nam omnis bona anima,libenter audit magnalia sui creatoris:& sic,ut amicus,libēter audit bona,de alio amico:ita homo Dei amicus,audit libēter sermones Dei.Vbi dicunt doctores,ꝙ non est signum tā clarum, quod discernat bonum,& malum hominē sicut auditio diuini uerbi.O Iesu quæ dicis.

Io.8.

Io.8.Qui ex Deo eſt,verba Dei audit,propterea uos non auditis:quia ex Deo non eſtis.& Tul.Cuius aures ueritati clauſæ ſunt;huius ſalus deſperanda eſt.Et per oppoſitum. Homo enim ſpiritualis libenter audit;quia in ipſo recreatur.Exemplum ſcholaſticæ de qua Grego.in 1.Dia. Quæ cum ad eam beatus Benedictus iuiſſet, uiſitationis gratia, feciſſetque dulcem exhortationem,interim, cum iam ſero aduenißet,rogauit eum,vt ſtaret ibi illa nocte,ſicq; alium longiorem faceret ſermonem,ipſe renuit. Illa uerò capite in ſinu paululum inclinato,orauit dominum, ut immitteret aliquod impedimentum, quo ipſe diſcedere nō poſſet. Cōtinuò tanta aquarum inūdantia ſecuta eſt, ꝙ nullo modo abſcedere potuit,vbi tota nocte ſteterunt in colloquiis diuinis.Quintus dr̄ &c.Quid dicitur.Luc.10.Beati qui audiunt verbum Dei.Vnde pono tibi hanc concluſionem, ꝙ qui ſermones frequentat, quaſi impoſſibile eſt damnari. Rō:Quia habitum bonum fecit uirtutum,cū audiuit prædicationes.Dæmon de pluribus tentat hominem,præcipuè de fide.Sed homo qui audit prædicationes,iam uerā fidem hēt,cum fuerit doctus in prędicationibus ſanctis. Exēplū. In uitis Patrum legitur,de quodam iuuene,qui monachus effectus eſt;.qui ſororem dimiſit ſolam in ſeculo, quæ uidens ſe priuatam omni cuſtodia,omni uitio,corpus ſuum expoſuit: Frater hoc audiens cępit ei prædicare uitij ſui enormitatē,quæ audiens prouoluit ſe ad pedes ſui fratris. Cui frater.Vis ſaluari?volo,inquit,& te rogo, ut me tecū viuere permittas,ad eremum.Euntibus aūt illis, in medio itinere præ dolore mortua eſt. Frater aūt orationem agēs pro ea,nocte ſequenti reuelatum eſt ei, ꝙ ad cęlum iuit. Vide ꝙ ꝑdicatio dat homini paradiſum: ſed quia hic agit̃ de muliere. Quæritur dubium,quare eccleſia inhibuit mulieribus prædicationis officium?1.ad Cor.14.Mulieres in Eccleſijs taceant.& primæ ad Tim. 2. Docere mulieri non permitto.Et de conſe.diſ.4.c.mulier.Reſpondet Tho.2.2. q.177.duplici ratione. Prima ne animi hominum alliciantur ad libidinem. Eccleſi.9.cap.Colloquia mulieris quaſi ignis.Bernard.Stare cum mulieribus, & immunem ſe conſeruare,maius eſt quam mortuos ſuſcitare.Secunda ratio

quia mulier nõ est in sapientia perfecta, sicut vir, vt possit ei conuenienter committi publica doctrina. Sed quid dicimus de Magdalena. Catherina, Cecilia, quę prædicauerũt? Respõdeo quòd hoc fuit ex priuilegio particulari spiritus sancti, & priuilegia paucorum non faciunt legem communem. Patet secundum. Tertium principale dicitur. &c. Verbum Dei audiri debet quintupliciter, ut doctores ponunt.

Primo. sollicite. Secundo. Deuote.

Tertio. Memoriter. Quarto. Humiliter.

Quinto. Perseueranter.

Primo quidem &c. In 3. Physicorũ. Ignorato principio ignorantur, & quæ sequuntur. 1. Elenchorum. Principium est plusquam dimidium totius. In. 1. cęli & mundi. Principia, sunt minima quantitate, sed maxima uirtute? ut. ff. de orig. Iuris. l. facturas dei. Cuiuscunq; rei potissima pars est principium. Sed sunt nonnulli qui ad prædicationem non vadunt ob pigritiã. Alij deuicti auaritia, raro illã integrã audiunt, quibus dico, quod nõ bene faciunt, quoniam si au dirent quinquaginta sermones, nõ expẽderetur tẽpus triũ dierũ, & tot bona acquirerẽt pro anima, pro conscientia, pro uita ęterna. Secundo deuote. Contra eos qui aut dormiunt, aut loquuntur in Ecclesia, quod est peccatum. Si enim homo stat compositus, ante Dominum temporalem, plus ante prędicatorẽ. Augu. 1. q. 1. Interrogo uos fratres, uel sorores, quid plus uobis esse uidet. Corpus Christi an uerbum Dei? si uultis uerum respõdere hoc dicere debetis: quòd nõ sit minus uerbum Dei, quàm corpus Christi. Ille. Archidiaconus super hoc. c. Loq. dupliciter possumus, aut respectu dignitatis: sic Missa est dignior, aut respectu utilitatis, sic prędicatio est utilior. In hac possunt interesse Infideles, Hæretici & omnes: quod non est Missa, quia est vtilior. Tertio memoriter. Cibus non nutrit nisi retineatur in stomacho, & ad retinendum, est necessaria bona masticatio. Sic verbum Dei, nisi mẽte retineatur, & ad ipsum retinendum, est necessaria masticatio. Vnde Dauid. 118. Non obliuiscar sermones tuos, cõmẽda memoriter. Quarto humiliter. Si quando prædicator reprehendit uitia humiliter sustine, nec ipsum arguas tuis uerbis iniuriosis, ut

sepe

ſepe quidam faciunt: ſicut mihi accidit Placentiæ dũ prædicarem,contra montem pietatis,quidam contra me inſurrexerunt. Hoc eſt peccatum, quia ſpiritu ſancto reſiſtunt. Amb. Veritas a quocunque dicatur, a ſpiritu ſancto eſt. Quinto Perſeueranter. Contra illos qui incipiunt per 10. aut 20.dies,demum nõ perſeuerãt. Et ut dicit Bern. Sola perſeuerantia,coronatur.Chryſoſt.ſuper Matth. 8.In uerbo,ſecuti ſunt eum turbæ multę, quidam ut miracula uiderent,de quibus dicitur.Magiſter uolumus a te ſignũ uidere.Quidam ut accuſarent ipſum.O quot ſunt. Quidam ut audirent doctrinam eius.Figurantur per ſemina Euãgelii. Dic quòd iſti ſunt qui grandia merita ſibi acquirũt in cœleſti patria. Ad quam perducat &c.

Dominica in Quinquageſima. De gratia & caſu flebili animę. Sermo.3.

SI linguis hominum loquar,& Angelorum,charitatem autem non habeam, factus ſum uelut es ſonans, aut cymbalum tinniens.Eſt trita & uulgata ſententia omnium Theologãtium,quòd ille pius,& dulcis pater noſter Deus:hominẽ fecit ad finem vitæ æternæ, ſed ex peccato, veluti animal,fuit expulſus, locatus, & poſitus in hac uallæ miſerię. Vnde Pſal.48. Homo cum in honore eſſet &c. de qua animalitate Apoſtolus. 1. ad Corint.2. Animalis homo non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei. Sed uolens reuerti ad priſtinum locum, oportebat incedere per uirtutes.Vnde Lactan. in 6.c.3.& 4.Duæ ſunt uiæ per quas humanam uitam progredi neceſſe eſt.Vna ſcilicet quæ ad cœlum ferat, altera quæ ad inferos deprimat. Quas & poetæ in carminibus, & Philoſophi in diſputationibus ſuis, induxerunt,& alteram quidem uirtutum eſſe uoluerunt, alteram uero uitiorum. Ille. Via eundi ad infernum, & paludem ſtygiam lata,& perfacilis eſt. In.6.Aenei. facilis deſcenſus auerni.Et Phil.2.Eth.Malum eſt facile,bonũ uero difficile.Via eũdi ad Paradiſum eſt difficilis.Mat.7. Arcta eſt uia quæ ducit ad uitã:ſed in fine remanet anima cõſolata. Vnde & Ariſt. ſolebat dicere, ſicut ponit Laertius.

Studiorum liberaliũ amaræ ſunt radices, fructus uero dulces,& Sen.ſola virtus præſtat gaudium perpetuum,& ſecurũ.In.9.Eth.Beatiſſima eſt uita uirtuoſorũ. Sed in hac uia poſuit iuſtitiam,tẽperantiam,patientiã,fidem,caſtitatem, abſtinentiam,cõcordiam,ſcientiã, ueritatem, ſapientiam, & alias virtutes.Sed ſimul cũ his paupertatem,ignominiã, laborem,dolorẽ,& amaritudines oẽs.Ambula anima chara ſi potes.Inter alias uirtutes ſumme neceſſarias, Apoſtolus poſuit charitatem.Si linguis hominum loquar.Horum qui in mundo fuerunt oratores M.Cic.M.Ant. Iulij Cæſaris.Titi Liuij,Plato.Demoſt. Carneadis,Lyſie,Orphei.Si linguis hominum.Latina,Greca,Hebraica,& Angelorum, illo modo,quo loquitur unus Angelus alteri, illi notificãdo conceptum ſuum, charitatem non habeam, factus ſum velut es ſonans,aut cymbalum tinniens.Applica iſtud verbum,Charitatẽ autem non habeam,de gratia,qua aſſiſtente,omnia opera hominis,meritoria ſũt uitæ ętérnæ,& qua amiſſa per peccatũ,nullum põt agere bonum.De qua quidem gratia hodie tria myſteria nobiliſſima cõtẽplabimur.

Primum dicitur oppoſitionis. Scd̃m dr̃ declarationis. Tertium dicitur reſponſionis.

Circa primum quæritur dubium a Theologis. Vtrum hõ, ſola liberi arbitrij libertate, ſine adminiculo diuinæ gratiæ gratum facientis,poſſit operari bonum, & meritorium uitæ ęternæ,ex ſuis puris naturalibus? Circa hãc materiã 4.fuerunt opi.famoſæ,ut patet.24.q.3.c. quidam aũt Heretici.Prima fuit Manichæorum, qui volebãt,quod hõ de neceſſitate peccaret, & aliter eſſe non poterat, & ratio horum fuit. Quia ponebant duo principia,unum bonum.ſ. Deum, a quo uolebant tm̃ inuiſibilia gubernari, & de eis prouidere,& de iſtis inferioribus non ſe immiſcere. Iuxta illud Io.22.Nubes latibulum eius,nec noſtra conſiderat, circa cardines cęli perambulat. Et Auer.2.Metha. di.Intellectus diuinus uileſceret,ſi minima naturę attenderet. Aliud principium malum,ſ.Diabolum,a quo uolebant omnia uiſibilia gubernari.De quo principio.Ioã.14.Venit.n. Princeps mundi huius, & in me non habet quicquàm. Et quia uolebant diabolum ſemper eſſe malum,nec poſſe facere

cere bona,ideo,& hominem sic uidebant esse, tanquàm habens principium a malo principio. Et sic gratia nõ habebat locum in ipso homine. In qua opinione fuit Parmenides, & Melissus. Secunda opi. fuit Iouinianorum, tenentium oppositum: qui attẽdentes, quod natura intellectualis est bona, tanq̃ ab optimo Deo facta dicebant, q hõ de necessitate operatur bonum, nec peccare poterat, nec agere malum, ex eo, quia est principium omnium rerum, & summum bonum, ita & filius adoptiuus, & ita gratia diuina nõ erat necessaria. Tertia opi. fuit Origenistarum quod sicut hõ poterat cadere per se in peccatum, ita & per se poterat ab eo resurgere, & facere bonum meritorium uitę æternæ, sine auxilio diuinæ gratiæ, quod patuit in multis Paganis, qui uirtutes, & mira opera, ex suis puris naturalibus miro ordine fecerũt, de quibus aliquos in medium, proponamus, p consolatione nostra. Primus fuit Codrus Atheniensis, de quo Vale. li. 6. c. 4. qui cum haberet graue bellum cum Doriensibus, oraculo Apollinis cognouit Athenas esse uictrices, si in prelio ipse moreretur. Qui mox habitu mutato, in medium hostium se iniecit quo facto, a subuersione patriã liberauit. Secundus fuit P. Emil. de quo Vale. lib. 6. c. 10. qui optauit ut aduersa fortuna, uim suam, potius in domum suã conuerteret, ut sic Respublica liberaretur, quod & factum est. Tertius fuit. M. Curt. de quo Titus Liui. li. 6. ab urbe condita. Accensus amore patriæ militaribus insignibus ornatus, equum conscendens, calcaribus pmens, se præcipitem dedit in hiatum quendam, & tali modo patriam liberauit. Quartus fuit Seleucus Rom de quo Val. li. 6. Qui filium suum uno orbauit oculo, altero uero seipsum pro adulterio cõmisso, ut sic in parte iustitia seruaretur. Quintus fuit Bru. Rom. de quo Vale. li. 6. c. 8. Qui audiens duos filios, uelle introducere dominationẽ Tarquinii superbi, Rom. Imperio exosam, ipsos manibus propriis decollauit. Vicit amor patrię. Sextus. M. Regul. qui potius uoluit mori in carceribus Carthaginensium, q̃ fidem eis frangere, quam sub iuramento promiserat. Septimus fuit Socra. de quo Vale. lib. 7. Qui nolens sacrificare Deo Atheniẽsium qui erat Hircus, ueneno hausto mortuus est. O cõstãtia pa-

gani. Octauus fuit Crathes Thebanus: qui uolēs ire ad philosophandum commutatis bonis in aurum, ipsum aurum proiecit in mare. Nonus fuit Xenocrates Platonis discipulus: qui Athenis exillēs cum dormiret cum quadam meretrice, ab ea prouocatus ad libidinem, & nollet consentire, mulier iuuenibus ciuitatis dixit, philosophum illū non esse hominem, sed saxum immobile. Clama hic. Hi fuerūt pagani, priuati diuina gratia, Euangelium, & scripturas ignorantes: tamen tot, & tanta egregia operati sunt ad confusionem Christianorum, qui audiētes tot prędicationes & admonitiones sanctorum uirorum, tamen non cessant quotidie mala agere. Igitur patet quod homo sine gratia potest

4. operari bonum. Quarta opinio est Catholicorū, quòd homo non potest meritoriū vitæ eternæ, sine gratia operari. Attestāte Christo. Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Et Dauid 120. Auxilium meum a domino. Et alibi. 61. Ab ipso patientia mea, referens ei gratias, tu es patientia mea, Et Apostolus. Non sumus sufficientes &c. Ad ueritatē cōclusionis: ueniamus ad secundū. Secundū mysteriū &c. ex dictis. Tho. 1.2.q.112.arti.2.& 23.q.129.ar.6.& Mag.sen.d. 28.& li.4. Et Bon. ibid.ar.1. talis conclusio ponitur. Multa bona, potest homo facere sola libertate arbitrii: sed meritoria vitę eternæ, sine largitate a dono gratię: quę conclusio probatur uera, quadrupliciter. Ratione, autoritate, exēplo: & similitudine. Primo ratione, quæ dicitur annihilationis. Habet Phi. in 2. & 3. Phi. Et primo cęli. Vnumquodq; resoluitur in ea, ex quibus cōponitur, quod patet ad oculum: animalia de terra facta, ad terram reuertuntur, quæ est suum principium. Eccle. 3. Cuncta subiacent uanitati. i. mutabilitati, & omnia pergunt ad unum locum. De terra facta sunt, & in terram reuertūtur. Ad propositū. Homo secundum Magist. 2. d. 15. & Phil. 2. de anima componitur ex duobus: corpore & anima. Quantum ad corpus, de terra factus est. Gen. 2. Formauit Deus hominem de limo terrę, ideo ad terrā habet reuerti. Gen 3. In sudore vultus tui uesce. pa. tuo donec reuer. in ter. Et Petrarcha. 2. trium pho. O ceci tot mundanæ curæ quid iuuant? oēs in terrā, ex qua estis reuerti mini. Ne leueris in superbiam. 1. Ti. 6.

Diuitibus

Diuitibus huius ſeculi præcipe,non ſublime ſapere,neque ſperare in incerto diuitiarum , quia ſunt de terra .ſ. homines.Et Epiſcopus Brixienſis,dixit ciuibus ſuis.Valete Brixienſes mei . Deo ſeruite,cęlum expectate,& quàm ſit fragilis,& caduca mortalium uita,exemplo meo diſcite . Et Verg.in Buc.O formoſe puer,nimium ne crede colori. Ad propoſitum cum ſit homo de terra,quantum ad corpus.Debet reuerti ad terram.Secundo componitur ex anima,quę non eſt ex aliqua materia.Nõ de ſubſtantia Dei,ut uolunt Manichei,& Euripides Philoſophus: nõ de materia ignis, ut uoluit Democr.Non de materia aeris,ut Diogenes.Nõ de materia aquæ,ut Thales Milleſius.Sed de nihilo creata eſt.Teſtante Aug li.de quantitate animæ. creat Deus animas ſingulorum per ſe.Si de nihilo facta eſt, ideo ad ſuum principiũ habet reuerti.ſ.peccatũ quod dicitur nihil. Ioan. 1.ſine ipſo factum eſt nihil,ideſt peccatum. Secundum ſen tẽtiam Theologorũ,peccatum dicitur nihil, duplici rõne. Primo ratione eſſe.Quod,ſic probo.Omne quod eſt,a Deo eſt.Ioã.1.omnia per ipſum &c. Sed peccatum nõ eſt a Deo probatur,quia omne quod a Deo eſt, Deus amat. Sap.11. Nihil odiſti eorum quę feciſti.Sed peccatum eſt Deo exoſũ.Sap.14.ſimiliter odio sũt Deo,impius, & impietas eius. Iudith.5.Deus peccatorũ odit iniquitatẽ.Et Pſ.8.Iniquos odio habui.Igitur peccatum non eſt a Deo,& ſic nihil eſt. Scđo ratione effectus,quia facit hominem nihil eſſe. Non quid quantum ad eſſe naturale, ſed quantum ad eſſe ſpirituale,quia per peccatum,hõ priuatur gratia , & charitate, & omnibus uirtutibus infuſis.Et propter hoc,hõ dr̃ ad nihil redigi,quantũ ad eſſe ſpirituale, qñ peccat mortaliter. De qua annihilatione.Hiere.10.Corripe,me domine, nõ in furore tuo,ne forte ad nihilum redigas me . Vnde dr̃ nihil.Et Aug.de fide ad Petrum.par.2.c.18.Peccatum nihil eſt niſi priuatio boni.Illc.Sicut tenebra,eſt priuatio lucis, amarum, dulcedinis, infirmitas ſanitatis . quanto iſta priuatio,erit priuatio maioris boni,tanto malum erit maius. Priuatio manus , eſt maius malum , quàm priuatio unius digiti.Et truncatio capitis,quàm unius pedis.Clama.Peccatum mortale , eſt priuatio Diuinæ uiſionis , & Paradiſi,

Maximum

Maximum malum est priuatio filiorum, & rerum temporalium. Sed super omnia mala, est priuatio propriæ salutis: quia uanè homo esset creatus, baptizatus, chrismatus, si postea damnetur. In figura huius dicitur Matth. 26. de Petro cum reprehenderetur, quòd esset discipulus Iesu, ab illo Iudæo. Respondit. O homo non sum. Super quo Hylarius: Profectò Petrus non erat: quia per peccatum quod dicitur nihil, esse spirituale amiserat, dũ esset seruus peccati. Ille. Practica. Quot annis, o mercator fuisti in fraudibus, rapinis, dolis, tenẽs bona alterius, ĩuito domino? Quid fecisti? Responde. Nihil pater. Et tu cõcubinariè, & usurariè. Et tu auarè qui sinis pauperem mori famæ, quàm dare frustũ panis, & qui portas odiũ proximo &c. Quid fecisti? Pater ego nihil feci. Ideo Luc. 5. c. dicitur de Petro. Præceptor ꝑ totam noctem laborantes, nihil cœpimus. Per noctẽ caliginis peccati lucrati, nihil sumus, sed perdidimus. Peccatum nihil est. vnde Bon. 2. distin. 34 ar. 2. vbi quęrit. An peccatum dicatur nihil: Dicit, ꝙ homo per peccatum mutatur in bestiam, per imitationem, & perdit nomẽ suum. Quod probatur authoritate. Exemplo. Practica. Primo authoritate Philosophi. 1. Eth. Multi quidem, omnino bestiales, videntur esse, vitam pecudũ eligẽtes. De qua bestialitate. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quę sunt spiritus Dei. Et Dauid 48. Comparatus est iumentis, &c. Secundò. Exẽplo de Florentino? de quo Archiepiscopus, in Cronica refert, quod fuit quidam, nobilis Florentinus, qui uitam suã ducebat uoluptuosam, qui moriens damnatus est. In sero aũt, dum uxor eius cameram ingrederetur, porcum repetit. Hic autem uir eius, erat in forma porci: sed non agnoscebat ipsum: clamare cœpit, contra ancillas dicens, ꝑmisistis ingredi porcum in cameram. Filii autem cum baculis cameram ascenderunt, ut ipsum de domo expellerent. Clamare cœpit. O filij non faciatis quia pater uester sum, & damnatus, in forma porci appareo, eo quod uitam porcinã duxi. Tertiò probatur. Practica. Veni ad capitulum o ciuis, quo modo uocaris. Ioannes inquit. Quam vitam tenes? O pater, in domo mea, teneo mensas paratas, pro discolis, videlicet ludos fraudulentos, scachos, taxillos, & chartas: Pauperibus,

ribus,omnia bona celantur:tu nō uocaris Io.sed porcus ꝑ imitationem.& tu Nobilis. Qūo uocaris.Iacobus.Quam vitā tenes.O pater,sum piger ad diuina,& ad missas,& prę dicationes audire non possum.Et tu domine.Non Iacobus sed asinus uocaris. Ideo mulier cape baculū, ducēdo ipsum percutiendo.Eya asine,quod dicit. Prædicator. Et tu qūo uocaris.Gotardus. Quam uitam &c. O pater, nimis sum auarus,& teneo familiam meam,in maxima miseria. Non Gotardus, sed canis hortulani uocaris, qui non comedit porros,nec uult qđ alii comedāt.Contra.Hora.quid mihi diuitiæ si non conceditur uti.Et tu quomodo uocaris. Frā ciscus?Quam uitam tenes. O pater sum superbus.Non Frā ciscus,sed leo cēseris.Ille alius est gulosus. Gnato appellā dus est.Et tu o Mulier,quod est nomē tuū? Quare hoc quæ ris pater? Vt inquit mittam socium meum ad domū tuam, ꝓ fiascone vini.Dabisne?Ita pater.Vocor Catherina. Quā uitam tenes? O pater sum uanagloriosa, & eleemosynam do,vt videar sancta.Non es Catherina,sed una gallina, fa cto ouo illico cantat.Ideo dicit Hylarius, Homo nō erat, qui per peccatum esse amiserat,peccatū ergo dicitur nihil. Vnde patet cōclusio nostra ratione, ꝙ peccatum dr̄ nihil, ad quod per se misera anima tendit,nisi iuuetur auxilio di uinę gratiæ.Secundò probatur authoritate.primò diuina-li.Dauid post commissa peccata dicebat 68. Saluū me fac Deus quoniam intra.aquę vsq; ad animam meam. Infixus sum in limo profundi:& nō est substantia.Veni in altitudi nem maris,& tempestas, &c. Secundò authoritate doctri-nali.Aug.de correctione,& gratia.Sine gratia Dei nullum prorsus,siue volendo,siue agendo faciunt homines bonū. Et ad Bonif.Papam.Non potest homo,aliquid boni uelle: nisi iuuetur ab eo,qui malum non potest uelle.In 3. de cō so.Boetius,vt Platoni placuit.In rebus quoq; minimis, di uinum debet implorari auxiliū s.gratiæ. Tertiò per Cano. de pœn.di.2.c.Romanos.Et de conse.dis.2.c.Gratia.c. Ba ptismi.10.di.40.Quemlibet:& 24.q.1.Odi. Quartò ꝑ iu-ra.ff.de pœn.l.si quis forte.& ff.de acq.rer. do.l. clā possi-dere ff.de leg.l.si seruus.Cum quibus est Petrarcha.6.Triū pho diuinitatis. Postquā sub cęlo nō uidi stabile firmūq; :

in

In me conuersus dixi in quo confidis? Respondi: in Deũ, qui nullũ pollicetum vnquã decepit, nec eum qui in se cõfidit frustrauit. Tertiò probatur exemplo. Vinc Hist. in speculo Morali. De quodam iuuene Romano, qui contraxit, cum quadam uirgine, de nobilissimis Romanis. Cum adducti essent ambo, in cubile puella, versa ad parietem, flere cępit amarissimè, di. O me miseram, credebam seruare uirginitatem, quam Deo promisi. Tandem lachrimis, iuuenẽ conuertit. Isti per annos 30. steterunt uirgines, in eodem lecto, nõ via naturali: quia ut di. Aug. de Agone Christiano. Inter cætera christianorũ certamina, duriora sunt prælia castitatis, vbi continua pugna, & rara uictoria. Et Hie: In carne præter carnem viuere angelicum est, nõ humanũ. Et Amb. Maior certè est victoria virginum, quàm victoria martyrum. s. diuturnitate. Sed dono gratuite uirginitatis, hoc donum illis concessum fuit. Quartò probatur similitudine. De peregrino, qui per desertum iens, & retrospiciẽs, vidit vnicornem qui ipsum insequebatur. Qui fugiens, cecidit in profundum putei: & cadẽs hęsit cuidam ramo fici, qui exibat ex muro putei: & stans sic attacatus: suspiciens, vidit se esse inter tria pericula maxima. Primum ꝙ draco magnus erat in profundo putei, qui si cecidisset, in momẽto esset deuoratus. Scd̃m erat superius, quod vnicornis ibi eum obseruabat, vt occideret. Tertium erat iuxta: quid uidebat duos mures, vnum album, alterum nigrũ: qui continuè rodebant radicem arboris, qua corrosa, cadebat in profundum putei: iste fatuus non considerans pericula, cępit edere mel, quod apes fecerant in ramo illo. Sic stãs: Miles quidam per syluam transiens, uidit unicornem, quem gladio occidit. Prospiciens uerò in puteum, vidit illũ fatuum, stantem inter tanta pericula. Compatiens aũt suæ calamitati porrexit illi funẽ, & scalam pro auxilio excitans eum quatuor vocibus. Clama. O pauper, o miser, o ĩprouide, o mente capte, ascende, ascende: quia non morieris. Ille uerò perpendens sua pericula, auxilio militis liberatus est. Notate verba, & signate mysteria. Quis est iste peregrinus? Est hõ viator. De quo Ps. 38. Aduena ego sum, & pe. Et Gen. 47. Iacob ait. Dies peregrinationis uitæ meæ. 130. ann. parui

& mali.

& mali. Graditur per desertum huius mundi, sed ab unico ne Diabolo, variis modis insequitur. De quo 16.q.2.c. ui sis. Hêt ille hostis antiquus mille nocendi modos, qui intantum persequitur hoiem, quod ipsum conducit in puteū peccati. In quo puteo hêt tria pericula. Si respicit inferius videt infernū, paratum deuorare pro suis demeritis. Si respicit sursum, uidet mundū, qui diuersis blāditiis decipit. Si iuxta videt mures, album, & nigrum, i. diem & noctem, qui sunt tp̄s uitæ hoīs, in quibus uita consumitur. Sed peccator positus in his periculis, non cogitans infernum, non priuationem Paradisi, non futuram pęnam, stat occupatus in dulcedine mellis. Concubinæ, robæ, uitæ, usuræ. vanitatis. Alius in dulcedine amoris filiorum, quibus, totus occupatus, mandat obliuioni oia pericula sua, corporis, & animæ. Et potius vult dānari amore huius dulcedinis, in æternū, q̄ saluari. O fatuitas hoīm mortalium. O stultitia mundanorum, qui non considerāt futura bona. Ideo. Aug. Nulla maior stultitia, q̄ pp bonum momentaneum, perdere bonum æternum. Et tot perduntur. O elati Christiani, miseri, & vani, qui oculis, & mente capti ponitis affectum in rebus caducis: Sed miles Christus scalā suę gratiæ, sine qua nemo pōt saluari, porrigit, & dæmonē conculcat, dū non permittit hoīem tentari, supra id quod pōt. Sed ei porrigit auxilium, & peccatorē excitat de puteo peccati, quatuor vocibus, quibus solet alius, alium excitare. Primò per certum signū. i. per inspirationē. Apo. 3. Ego sto ad ostiū, & pulso. Quis te conducit, o anima ad cognitionē tuorum criminum? Certè Deus. Quis ad lachrimas, & singultus? Deus. Ego sto, &c. Sed plures resistūt huic uoci. Pro. 1. Vocaui, & renuistis. Secundò, per uerbum uiuum. i. per prædicatores. De quibus Mat. 10. Nō estis uos q loquimini, sed &c. Quia di. Amb. Veritas a quocunq; dicatur, a spiritusancto est. Cum hac uoce conuersa est Magdalena, & plures alij. Sed plures huic uoci resistunt. 1. Thi. 4. Ad fabulas aūt cōuertentur. Practica. Contra illos portantes barbas, & caua dentes. Tertiò uocat per scriptū clarum. i. duo testamenta. Quid clamant scripturę? quid Prophetę? Moyses? Dauid? Hieremias? Baruch? Abacuch? Quid quatuor Euangel. Mat. Mar.

Mar.Lu.Io.Bene agite o pctōres, & dimittite pctā. Quid demū Christus ī cruce,manib.extēsis,pedib.cōfixis, opprobriis saturatus,nisi sitio salutem?Quam salutē.O Ven.tuā salutē:o Cremona. Discurre per ciuitates.Quarto per uerū nūciū id est p flagella Dauid 82.Imple facies eorū ignominia &c.25.Multiplicatæ sunt infirmitates &c. Nonne vidisti Italiam cōquassatam,uariis flagellis bellorum, penuriarum infirmitatum,pestilentiarum?Sed nōdum finis.Clama hic.o Tinctores preparate nigros pannos : Quia cito veniēt,dies,in quibus filius fugiet patrē:Filia matrē:Amicus amicū,vicinus vicinū,vt verificet̄ illud Ezech.33. Hęc dicit dominus Deus.Vos leuatis oculos uestros, ad immūditias,unusquisq; vxorē pximi sui polluit.Sed uiuo ego, dicit Dn̄s.Quia dabo terrā hanc in solitudine, & in desertū.Vnd e patet secūdum.Tertiū dr̄ &c.Th.1.2.q.109.art.2. Bo.2.dis.28.Quod duplex bonū est.s. moralis cōditionis. Et est cū quis nō pp Deū,nec ut pceptis eius obediat, sed tātū quia rō dictat,plura bona opa facit.Subuenit misero. Iustitiā facit.Fidē promissam seruat.Ad talia bona,pōt liberū arbitriū sine gratia,cooperāte sibi Deo.Ad hoc refert Pet.de Palu.Patriarcha Hierosolomitanus in 4. sent. Qđ in ciuitate Lugduni,repertū est vnū caput a fodiētib.fundamētū quoddā unius palatii,cuius capitis os, & dētes, & labia erāt recētia,& viua, & audierūt vocē ab eo di: Ite ad Epm di.qđ huc eat,ad saluandū animā meā.Cū aūt Eps illū interrogaret,quid uellet,& quis esset?Rn̄dit caput.Ego fui iudex legū,& uixi satis virtuose, put cognoui debere. Iustitiā feci, & legē nō extorsi. Absq; fide Christi decessi. In fine vitæ meæ dolui de peccatis meis. Et quia ad me nō peruenit lex illius Dei, p quā saluare possem,& in lege naturali uixi, ob hoc misericors Deus animā meā reseruauit in hoc caput. Iō præcor detis mihi sacramentū baptismi. Quo suscepto Anima ad cœlū uolabit, & caput redigetur in cinerem.Eps autem illud caput baptizauit, & illa anima statim ad cœlum uolauit. Pręterea ad idem Alexan.3. par.sum.ubi quęrit utrum Philosophi sint damnati. Dicit quod si uixerunt secundum legē naturalē, ad quos nō fuit facta notitia de aduentu Christi, salui sunt. Et Socrates

inui-

inuitatus a quodã ſuo, vt ageret rem cum meretrice. Exclamauit. Erubeſce cœlum intrare ſenem. Ad propoſitum. Pagani ergo ſine gratia gratũ faciente, potuerunt agere talia bona, perluſtrati a lege naturali. Secundum bonũ, dicitur. Diuinalis ordinationis. Quod. ſ. ordinatur in finem, & in hoc non poteſt liberum arbitrium, abſque auxilio gratię gratum facientis. Et quãuis hõ poſſit operari bonũ morale, ſicut Gentiles, & Philoſophi, de quibus ſupra, primo myſterio actum eſt, abſque gratia Dei, non tamen bonum meritorium potuerunt, ſine munere gratiæ gratũ faciẽtis.

Feria quarta. In capite Ieiunij, De conuerſione Impij vel Peccatoris.

Conuertimini ad me in toto corde ueſtro, ĩ ieiunio & fletu, & planctu, & ſcindite corda veſtra. Iohel 2. Poſtquam natura humana cecidit, in miſerandam ſeruitutẽ peccati, & ꝙ ſenſualitas, eſt facta rebellis rationi, propter infectam, & corruptam culpam, & radicẽ primorum noſtrorum parentum. Non eſt neceſſarium, hominĩ conſtituto in præſenti uaſta ſolitudine, & ualle miſerię dare operam in exercitio corporali, ſicut & ſpirituali, ad promerẽdũ finale prẽmiũ cęleſtis regni. Figura Gen. 3. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terrã, de qua ſumptus es, qa puluis es, & in puluerẽ reuerteris. Et Eccleſia hodie ſuꝑ caput di. Memẽto quia cinis es. &c. Et Hier. ad Theſiſontẽ. Tepidũ diſcipulũ nõ amat Chriſtus. De qua pœnitentia Mat. 4. Pęnitẽtiã agite, appropinquabit enim regnũ cęlorum. Luc. 4. Facite fructus dignos pœnitẽtiæ. Vnde thema. Cõuertimini ad me. Primo ĩ ieiunio. Orig. ſuper Leu. c. 15. Quod gula peccauit, ieiuniũ corrigat. Gula clauſit nobis cęli portas, ſed ieiuniũ nobis aperit illas. Eccleſia. Paradiſi portas aperit nobis ieiunij tẽpꝰ. Ad quod inducimur exẽplo Moyſi. Exo. 14 qui 40. diebus, & noctibus ieiunauit, ut mereretur accipere legẽ Dei. Exẽplo. Helyæ. de quo. 3. Reg. qui 40. diebus peregrinatus eſt, cũ ieiuniis, uſq; ad monte Dei Oreb. Exẽplo. Niniuitarũ, Ione.

Ione.3.qui.40.diebus ieiunauerũt;ad misericordiã promerendã.Exemplo Christi.Mat.4.qui 40.diebus & noctibus ieiunauit,in exẽplum omnium nostrum.Ideo dicit,in ieiunio,& fletu.Mat 5.Beati qui lugent &c.Et Ioã.14.Tristitia uestra uertetur in gaudium. Ezec. 18. In quacunq; die conuersus fuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor.Et scindite corda uestra.i.per cõtritionẽ. Iob. 13.Loquar in amaritudine animę meę,dicã Deo. noli me condemnare.Esa.38. Recogitabo tibi oẽs annos meos,&c. ideo dñs auidus,& sancta Ecclesia,de peccatoris conuersione clamat in epsli.Conuertimini ad me &c.Cum qua epist. est euang.Matt.6. Thesaurizate uobis thesauros in cœlo. Quod fit per conuersionem,qua mundatur anima a peccatis, iuxta eundem. Faciem tuam laua.i.conscientiam. de qua conuersione,& impij iustificatione tria sunt uidenda.

Primum.dr̃ diffinitionis. Secundum.dr̃ dilectionis.

Tertium.dicitur conditionis.

Primum dicitur &c.Tho 1.2 q.113.in 4.d.17.Ric.in 4.di.17.art.4.q.2.Conuersio,est motus liberæ uoluntatis, a Deo ad detestationem peccati,in salutẽ æternam. Vbi no. secundum Philos.5.Phys.q in omni motu,sunt duo termini.Terminus a quo,& terminus ad quem.Terminus a quo .i.a loco,& terminus ad quidem.i.ad locum.Ad propositũ. Sic in motu spirituali,est terminus a quo.i.a statu peccati mortalis:& terminus ad quem.i.ad statum gratiæ.Ideo dicitur.Conuersio est motus liberę uoluntatis,quia quantũcunq; in conuersione peccatoris concurrat diuina gratia, quę est principium huius iustificationis,iuxta illud Dauid 83.Gratiam & gloriam dabit Dominus, tamen requiritur liberum arbitrium hominis,quia ut d.Aug.li.de lib.arbit. c.2.Qui fecit te sine te,non iustificabit te sine te. Ideo dicitur liberę uoluntatis. Sequitur. A Deo,quia conuersio illa,nõ potest esse sine gratia.Ioan.6. Nemo potest uenire ad me,nisi pater meus traxerit eum.Ioã.15.Sine me.i.sine gratia mea,nihil potestis facere Oseæ.13.Perditio tua ex te Israel,tm̃ modo in me auxilium tuum.Sequitur.Ad detestationem peccati.quia contritio est necessaria de peccatis,de qua Tho.de malo.q.7.art.11.ad tertium. Nullus ha-

bens

bens usum liberi arbitrij, potest inchoare nouã vitam, quę est per gratiæ infusionem, nisi appetat, & amet gratiæ bonum. Et ideo opportet, q. detestetur omne malũ repugnãs. Glo. super illud. Sacrificium Deo &c. Spiritus contribulatus, contritus, est sacrificium, quo peccata soluuntur. Sequitur. In salutem æternam. Ad hoc homo conuertitur, ut Paradisum inueniat. Conuersio est motus &c. Totam diffinitionem replica, in quibus uerbis secundum sententiam Theologorum pono tres conclusiones declarandas.

Prima dr creationis. Secunda dicitur suscitationis. Tertia dicitur subiugationis.

Prima &c. Opus creationis magnũ opus, qđ soli Deo conuenit Ps. 83. Terram, & mare tu crea. quia creare est ex nihilo, aliquid facere, & de non esse, produci ad esse, quod nemo potest nisi solus Deus, unde Philosophus 8. Phy. Ex nihilo, nihil fit. Quod opus creationis: fuit tãtæ admiratio nis apud Philosophos, ut dicerent mundũ esse æternũ, excepto Platone, qui magno animo protestatus est, factũ esse a Deo. iuxta illud. Gen. 1. In principio creauit Deus cœlũ, & terram. Cõtrariũ cẽsuit Arist. in multis locis. in 8. Phy. Mundus est æternus. In 11. Meth. Motus cęli est æternus. In primo cęli. Cœlũ est ingenitũ, quæ opinio est falsa. Ad propositũ nostrũ. Maius est iustificatio pc̃tõris. Aug. super illud Ioan. 14. Maiora horũ faciet. Maius est, ut ex impio fiat iustus quam creare cęlũ, & terram, & hoc est secundum Tho. 1. 2. q 112. ar. 9. duplici ratione. Primo ratione permanentiæ. Secundò ratione repugnantiæ. Primo &c. Quia iustificatio impij, terminatur ad bonum gratiæ, & creatio autem cęli ad bonum naturæ. Esse aũt gratiæ est nobilius, quàm esse naturæ. Igitur opus creationis est maius. Ideo Augu. cum dixisset. Maius est, ut supra: subiunxit dicens. Cęlum, & terra transibunt. s. quo ad qualitates accidentales, prædestinatorum autem salus, & iustificatio permanebit. Secundò ratione. &c. In creatione totius uniuersi, nulla fuit repugnantia. Psa. 148. Dixit & facta sunt. Idem omnia quęcunque, uoluit, fecit in cęlo & in terra. Sed in iustificatione impii, concurrit liberum arbitrium, sine quo nihil fit. Glo. super illud. Tren. 4. Conuerte nos Do-

mine ad te. dicit. Gratia Dei nõ cõuertimur, nisi ex uoluntate nostra, cõuertamur. In creatione mũdi nulla fuit repugnantia. Non enim Sol, non Luna, non Stellæ in sui creatione, restiterunt Deo dicentes. O Deus, nõ me tali forma, & specie facias: sed bene homo contradixit Deo. Clamat Deus concubinario. Sine concubinã, auaro auaritiã, usurario usurã: tñ repugnãt diuinæ uoci, & ꝑ consequens maius opus est iustificatio impij, quàm creatio mundi. Vnde Th. 4. dis. 46. ar. 3. Maius est iustificare impium, q̃ creare cœlũ, & terram, quia in creatione, non est aliquid quod repugnet creanti, cum sit ex nihilo, sicut in iustificatione, repugnãti iustificanti, inordinata uoluntas. Ille. Secunda

2. conclusio dicitur &c. Suscitatio mortui est opus mirabile, cũ sit contra naturam. Vnde Philosophus in prædicamẽtis. A priuatione ad habitũ, nõ est regressus. & l. qui res. §. Areã. ff. de solu. Homo mortuus, nunquam reuiuiscit. Vnde Paulus fuit derisus; dum prędicaret carnis resurrectionẽ. Act. 17. Et plures facti sunt hęretici, propter hunc articulũ. Sed maius opus est iustificatio impij, & peccatoris. Gre. 3. diab. Maius miraculũ est prædicationis uerbo, atq; orationis, impiũ conuertere, quàm creare cœlum & terrã. Vbi Theologi uolunt, ꝙ maius miraculũ fuit conuersio Pauli. Magdalenæ. Latronis. Mat. & aliorum peccatorũ, quàm suscitatio Lazari, & aliorum mortuorum. Non immeritò, quia in conuersione peccatoris, oportet ꝙ. 5. creaturæ de nouo suscitentur, quæ sunt mortuæ. Prima est charitas, quia non diligit Deum. Non it ad diuina, non amat proximũ, immo odit. Secunda spes, sperat in his, quæ sunt mundi. Tertia nõ est in eo fides, si crederet non peccaret. Quarto nõ est in eo obedientia, quia non seruat diuina mandata, faciẽdo peccatũ. Quinto non est in eo timor Dei, qui est principiũ sapiẽtiæ. Ps. 110. Initium sapientiæ timor Domini. Tertia

3 conclusio. Maius est hominẽ conuertere, q̃ totius mundi subiugatio. Et ratio est, quia multi subiugarunt mundum suo imperio, qui tñ a uitiis subiugati sunt, unde Petrus Rauen. sermone 41. Bella gentium legimus superasse, q̃ pluri mos, quos tamen legimus, pugnas carnis non uicisse. Et audiuimus dedisse eos delitiis pectora, qui dorsa hostibus nõ

de-

dederunt. Heu proh dolor, uictores gentium, uitiorum captiuos, nationum Dominos, turpibus inseruisse criminibus. Regnis fuisse terrori, ludibrio fuisse peccatis. Ille. Exēplis patet. Primo, de Alexandro Magno, qui totum Orientem uicit, circa quinque milia ciuitates. Vicit Darium regē Armeniæ, tamen seipsum non uicit, cū deditus esset uitio Sodomiæ. Præterea. Q. Cæcilius, qui Philippū Regē de Macedonis uictū educit, se non uicit. Præterea Pōpeius Magnus, qui duos Reges superauit, se aūt non, cum esset luxuriosus. Præterea Iason, qui fuit tanti roboris, ut nullū hominē armatum timeret, tamen se non uicit, quia philo captus de fęmina Medea, rapuit eam a patria sua. Præterea de M. Antonio qui fuit magni ingenii, tamen in Alexandria, uestibus camelorū indutus, noctu ibat per ciuitatem: & domos, ut ponit Tranquillus, & Cleopatra eius fęmina, sequebatur eum, pro qua, ab Octauiano suo emulo, occisus est. Præterea Paris, qui rapuit Helenā, de Græcia, pro qua, facta sunt tam longa, & (xi) tiam bella, inter Troianos, & Græcos. Præterea. Hercules fortissimus græcorum, qui in principio. Orientis, & in fine Occidentis fixit columnas, in signum uictoriæ, ut intra limites, quasi mundus esset sibi subiectus, qui dū esset paruulus, duos leones occidit. Fecit comedi regē Thraciæ dictū Diomedem a iumentis suis, tamen nō se uicit, quia amore Deianire, fecit officia mulieris, ut depositis ,ppriis uestib. indueret fęmineas, & filare uisus est cum ea. De quo Lac. in 1. c. 9. Hercules q ob uirtutē clarissimus, quasi Aphricanus, inter Deos haberetur. Nonne orbē terræ, quem peragrasse ac purgasse narratur, stupris, libidinibus, adulteriis, inquinauit? Sed ne illa quidem, quæ magna & mirabilia gessit, falsa iudicanda sunt, ut uirtutibus diuinis, tribuenda uideantur. At animum uincere, iracundiam cohibere, fortissimi est, quæ ille nec fecit unquā, nec potuit. Ille. Exemplum ponit Eutro quod Romæ disputatum est, quid uilius esset inter homines? Respondit, Leucippus, ꝙ Auaritia, quia Auarus habet oculum ad omnia. Quot oua, quot sal, quot oleum, quot acetum, est in barila. Alius Democritus, quòd erat luxuria, eo quòd ,p modico, delictu, fatuus flebat. Tertius

Cliobolus, quòd homo erat, qui capax rationis, a seruēte, & schiaua sensualitate, sinebat superari rationem, quæ dominari debebat: & per consequens, nihil fortius in mundo homine, qui passiones submictebat rationi. Vnde Philosophus. Nulla præstātior uictoria, quàm sibi imperauisse. Accipe hanc conclusionem, o Christiane. Si subiugas tuas inclinationes. Iram, auaritiam, inuidiam, & huiusmodi, plus facis q̄ Karolus in Frācia. Alexander in Oriēte. Vnde Sen. Nulla maior, uictoria, quam uitia domuisse. Idem. magnū Imperium regit, qui sibi dominatur. Idem. Multos enim rexeris, si ratio te rexerit. Idem. Si uis omnia tibi subiicere, subiice rationi. Vnde patet primum. Secundū dr. &c. dubiū quæritur Qui sunt in plus dilecti a Deo, an iusti innocētes an pctōres cōuersi? Duplex opinio. Prima. Innocētiū. Scda, Pęnitentiū. Pro Innocētia Ioannes Baptista aduocatus in consistorio Trinitatis, arguit triplici medio, q̧ innocentes plus diliguntur. Primū est. Illud quod est pulchrū, & bonū, a Deo plus diligitur. Dion. 4. de di. no. Pulchrum & bonū omnia desyderāt. Innocentia est pulchrior, quam pęnitentia: igitur. Secundum est in 8. Ethi. Similitudo est causa amoris: innocentia est magis similis Deo quàm pęnitentia, cū Deus sit summa puritas, igitur plus diligit puros. Prouer. 22. Qui diligit cordis munditiam, diligitur a Domino. Tertium est tale. Amor est reciprocus. Prouerb. 8. Ego diligentes me, diligo. Sen. Si uis amari, ama. Innocētes plus te amant, q̄ peccatores, igitur plus diliguntur à te, o Deus benigne. Pro pęnitētia arguit Petrus di. O Deus nunquàm fui ad scholas, sicut Ioannes Baptista, tamen audi me, secundum iudicium meū. Quare incarnatus es, quare mortuus? vere pro peccatoribus, non pro iustis. August. Nulla causa fuit ueniendi Christo Domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle uulnera, & nulla erit causa medicinæ. Dam. in sequentiis. Nec abhorres peccatores sine quibus, nunquam fores tanto digna filio. Respondet Thom. 1. parte. q. 20. ar. 10. in 1. 2. q. 1 art. 7. Richar. in 4 Illi sunt magis dilecti, qui plus habent de gratia Dei: si plus innocens habeat de gratia, quam pęnitens, erit magis dilectus a Deo, & econtrario, tamen cæteris paribus.

iDio ama più li peccatori, che li giusti.

bus. Si innocentia comparetur pęnitentiæ, innocentia est dignior quàm pęnitentia, & consequenter plus dilecta: qa innocentia, habet præmium accidẽtale, uidelicet aureolã, quæ est quoddam gaudium accidentale, quod non habent pęnitentes. Hoc bonum habet Lucia uirgo, quod non habet Magdalena, & innocentes q̃ pęnitentes, sed tamen accidere potest, quòd pęnitentes feruentius, & calidius resurgant à peccato, & cum maiori charitate operentur, quàm innocentes. Isto modo pęnitentes, erunt a Deo magis dilecti, quam innocentes. Quæ conclusio probatur. Ratione, Authoritate, Exemplo. Primo ratione, quę fundatur super Philosophum. 8. Phi. Quod quando sunt aliquæ causæ sic positę, quòd una dependet ab alia, una posita, ponitur & reliqua. Exempli gratia. De arbore, in qua sunt folia, & fructus. Posita radice, ponuntur omnia ista. Ad propositum. Radix omnium bonorum, est charitas. Greg. Nec habet aliquid uiriditatis ramus boni operis, nisi manserit, in radice charitatis. Ideo ipsa posita, ponuntur omnia bona. Formetur ergo sic ratio. Vbi maior charitas, ibi maior gratia. Vbi gratia, ibi meritum. Vbi meritum, ibi maius pręmiũ. De primo ad ultimum. Vbi maior est charitas, ibi est maius præmium. Et quia pęnitentes communiter surgunt, cum ignita charitate, & in uia incedunt feruentius, quàm innocentes. Igiť erunt magis dilecti. Vnde Apostolus Ro. 5. Vbi abundauit delictum: superabundauit & gratia. Exẽplifica de Paulo, qui factus est uas electionis. De Petro, quĩ uicarius Christi. De Publicano, qui Euangelista. De Latrone, qui paradisum. De Dauid eximio prophetarũ. De Augu. qui lumen Ecclesiæ. De Francisco, qui lumen humilitatis. De Alberto, qui monarcha Philosophorum. De Magdalena quæ Apostolorum Apostola. Ideo ubi abundauit delictũ. Replica. Et August. in manuali. Peccaui peccatũ grande, & multorum sum mihi conscius peccatorũ, nec sic despero, quoniam ubi abundauerunt delicta, superabũdauit & gratia. & Gregor. in Homelia de. c. Quibus. Maius de peccatore conuerso, quàm de fratre iusto, gaudium fit in cęlo. Et Chrysosto. Talis crede mihi: talis est erga homines Dei pietas, ut nunquam spernat pęnitentiam, si ei

ſincerè offeratur, etiam ſi ad ſummum quis perueniat malorum,& inde tamen reuerti uelit,ſuſcipit Deus illum libēter & amplectitur:ut patet extra de ſum.tri.& fi.ca.c. firmiter.de hære.c.ſuper eo & Matth.21.Amen dico uobis: quia publicani,& peccatores præcedent uos in regno cœlorum. Et Luc.15. Dico uobis, ꝙ ita gaudium erit in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente,quàm ſupra nonaginta nouem iuſtis,qui non indi.pœ.Et Aſculanus. Amplior eſt gloria,in regno cœleſti de cōuerſione ſpiritus unius,peccatoris,quàm de nonagintanouem electis. Ad hoc facit exēplum Eccleſiæ,quæ ad conſolationem peccatorum,tres frequenter elegit.Euangelium Matth.Epiſt.Pauli Pſ.Dauid. Et ratio huius eſt:ut nullus peccator deſperet,de miſericordia quantuncſique ſit magnus peccator. Omne enim peccatum committitur,aut ex infirmitate,ut Matthæus lucrū. Aut ex ignorantia,ut Paulus. Aut ex malitia ut Dauid:ut oſtendatur,quod nemo deſperare debet,de Dei miſericordia,propter peccata ſupradicta.Ideo horum dicta,ſæpe recitantur.Quæ concluſio,probatur figura filii prodigi. Luc. 15. Quia a patre recedens,ſubſtantia ſuam diſſipauit, uiuendo luxurioſè. Secundum Alberic. Hoc peccatum, diſſipat quatuor bona. Primò ſubſtantiam temporalem. Prouerb.29.Qui nutrit ſcortum,perdet ſubſtantiam. Practica.Hodie ſcortum recipit manicas rubeas, cras par crepidarum,alia die ueſtem,fuſtaneum,camiſias. Et filii, & uxor moriuntur.Exemplum illius uxoris,quæ ſcarpam uiri ferebat in pede, aliam mulieris ex inopia. Concubina uero, mariti triumphabat. Quatuor ſunt inſatiabilia. Terra ſicca, ignis, os inferni, mala mulier. Et quatuor ſunt, quæ hominem expellunt de domo. Ignis,aqua, fumus, mala mulier. Vnde quidam presbyter Florentiæ in S. Liberata, dum cantaret Letanias. A fulgure & tempeſt. Ab omni malo: interpoſuit alta uoce. A mala muliere: libera nos Domine. Secundò, diſſipat uitam corporalem:quia ipſum corpus,citò deducit ad cōſumptionē. Sen.Plures occidit uoluptas,ꝙ gladius. O pr̄ filius noſter mortuus eſt iuuenis,ſcorti merito. Tertiò gloriam mūdialem.Salomon adornatus ſcientia,qui diſputauit.v. milia

parabolas

parabolas 3.millia prouerb. & in toto mundo honoratus. Tamen dicitur de eo Ecclesi.47. Inclinasti femora tua mulieribus, dedisti maculam in gloria tua. Secundum leges antiquas. Nemo debet promoueri ad officiū ciuitatis, qui sit cōcubinarius publicus. Clama hic, cōtra officiales Quarto gratiam spiritualē. Gen.6. Non requiescet spiritus meus, id est gratia mea, in homine, quia caro, id est carnalis. Ad propositū. Reuersus est ad patrem ueniam petens, pater, inquit, peccaui Cū quatuor signis amoris ab eo susceptus est. Primum quia ipsum uidens, misericordia motus est. Secundum, quia brachia ad collum posuit. Tertium, quia osculatus est Quartum, magnum festum fecit fieri Moraliter Paterfamilias est Deus, qui duos filios, id est populos habet, scilicet innocentem, & peccatorem. Peccator autem per peccatum a Deo recedit, & it ad longinquas partes. iuxta illud Psal.118. Longe a peccatoribus salus. Dissipat bona gratuita, naturalia, spiritualia. In se autem reuersus, per cōtritionem, ad Deum currit. A quo suscipitur, cū signis diuinæ bonitatis. Primum, quia misericordia motus, ipsum peccatorem recipit. Quæ misericordia, est illi propria, cū qua supportat scelera grauia peccatoris, quia pctōr statim meretur puniri, & publicari, & de esse ad non esse reduci, tamē ipsum supportat. Ber. sup ann.89. Quam benigna est misericordia tua, ego peccabam, & tu dissimulabas, non continebam me a sceleribus, & tu abstinebas a uerberibus. Secundum signum, quia ipsum suscipit cum brachijs apertis. Cum sinistro suæ gratiæ, & dextro gloriæ. Tertium quia ipsum osculatur. Ber. Osculum pacis a patre accipit, dū per gratiam certificatur de indulgentia, & unde furcas merebatur inferni, misericordiam Dei, benigne consequitur. Practica. In uerbo furcas. meretur peccator quando iuit dormitum, quòd solarium domus super ipsum cadat, & ipsum cum tota familia destruat, contra illos, qui uolūt uidere miracula. Hoc est maximū quod te supportat. Quartū, quia magnum festum fecit fieri. Primo, lætatur pater, quia uidet filium adoptiuū, quem perdiderat, ad se reuerti. Secūdo. Filius, quia uidet effectum suæ passionis. Tertio, spiritussanctus, quia recuperat templum suum quod amiserat.

Quarto Angeli, quia ſedes uacuas, uident repleri. Gaudium eſt Angelis, ſupra. Non dicuntur gaudere, de tam glorioſa uiſione Dei. Nec de ſua tam iucunda iubilatione. Nec de ſua tam dulci epulatione. Sed de noſtra conuerſione. Quinto ſancti. Eſa. 55. Montes, & colles, cantabunt coram uobis laudem. i. Trinitas, & Angeli, & omnia ligna ſyluarum. i. collegium ſanctorum, plaudent manu. Verte te ad crucifixum, & pete dubium. O bone Ieſu quare ſic peccatorem magis diligis, quàm iuſtum? Reſpondeo ratione maioris laboris. Habet Phil. 8. Ethi. Quod mater plus diligit filium quàm pater, quia circa illum plus laborauit, Pro peccatoribus incarnatus eſt, mortuus, crucifixus, quod non eſt pro iuſtis, quia ut habent Theologi maxime Tho. 3. 1. quæ. 1. ar. 2. quod ſi non eſſet peccatum, Chriſtus non eſſet incarnatus, quamuis Alexãder, & Bona. oppoſitũ dicant, quod ad nos ueniſſet, non ut redemptor, ſed ut glorificator. Quæ opinio nõ tenetur ab Eccleſia Ideo Apoſtolus ad Ephe. Empti eſtis prætio magno Sed quo? Forte argẽto, & auro. Clama. Nõ ſed ſanguinem Chriſti, Vnde Dauid in ſpiritu, præuidens hanc pietatem, clamat animæ deuotæ Pſal. 83. Reſpice in faciem Chriſti tui, practica, cum lachrymis dicẽdo. Reſpice uidebis Chriſtũ naſci, eiulantẽ: uidebis illum coopertũ paucis pannis, in præſepio: uidebis illum fugere in nocte, per ſyluas, & boſcos, ab Herode quæſitum ut occideretur. Videbis illum in 40. dierum a natiuitate, ſicut pauperem offerri in templo. Videbis ieiunare 40. diebus, & a dæmone tentari. Videbis a Ioann. baptizari, uidebis per totam Iudęam, & Samariam prædicantem. Videbis ſuper fontem laſſum, aquam petere: uidebis deriſum a Phariſeis, a diſcipulo traditum, ab aliis derelictum, ad columnam uerberatum, in cruce clamantem. Pater ignoſce illis. Quibus? Iudæis, Saracenis, Vſurarijs, concubinarijs, Sacrilegis, & omnibus in peccato exiſtentibus. O bonitas diuina, o amor inexcogitabilis, quàm intimo corde amas ipſum, peccatorem, qui tibi mille facit tibificas in oculis: interpone exemplum F. Conſtantij. Qui priorem. Aſcolanum arguit, qui nolebat quendam fugitiuum recipere, niſi cum maxima pęnitentia, qui dixit. Abduc tot labores nõ

ſuſtinuiſti

ſuſtinuiſti pro huius anima, ſicut Chriſtus Ieſus, q pro illa mortuus eſt. Quarto probatur exemplo concluſio noſtra, de Thayde meretrice pulcherrima, & formoſa: quæ poſtquàm animas multorum illaqueaſſet, & dediſſet occaſionem multis, interficiendi ſemetipſos. Accedente ad eam abbate Paphuntio ſanctiſſimo uiro, contritionem, & compunctionem ſuorum ſcelerum habuit. Aduſtiſque omnibus uanitatibus, in platea publica, ut daret exemplum his, cum quibus peccarat: in cellula quoque ſe recluſit, in qua per feneſtram paululum aquæ, & panis quibus ſuſtentaretur, die qualibet capiebat. Cum ergo tribus annis fletiſſet incluſa, iuit Paphũtius ad Abbatem Antonium, cui multa reuelabantur a Deo, ut ab eo inquireret, ſi ei Deus peccata remiſiſſet. Narrata cauſa. S. Antonius conuocatis diſcipulis, præcepit, ut orarẽt illa nocte. ſtatimque abbas Paulus maior diſcipulus Antonij, uidit in cœlo lectum ornatum, ſpecioſis ac præcioſis ueſtibus, quem tres uirgines ſacræ, facie clara cuſtodiebant. Cumque Paulus diceret, illam gloriã eſſe Antonij. audiuit uocem dicentem ſibi. Non eſt Antonij, ſed Thaydis meretricis. Quod cũ mane audiuiſſet Paphuntius cum gaudio diſceſſit, & cum illam duxiſſet de cella ſuperuixit. 15. diebus: poſt quos meretrix quieuit in Domino. Practica ſuper uerbo Antonij. Vide quòd meretrix præceſſit hominem iuſtum, caſtum auſterum. Concludes in hoc quòd peccator conuerſus, eſt magis dilectus Deo, quàm innocens. Tertium &c. Tres debet habere conditiones ut ſit Deo grata. Prima, ut ſit integra. Vnde dicitur. In toto corde, quia Mat. 6. Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire, ſicut, & miles nõ poteſt habere duas militias, ut dr̃. §. Qui militare nõ poſſunt. Inſt. de mil. teſ. ne. ſ. ab una parte Deo ſeruiat. ab alia concubinã teneat. Secunda concluſio, ut ſit ꝑpetua. Mat. 10. nõ omnis qui incæperit, ſed qui pſe. uſque in finẽ, hic ſaluus erit. Et Ber. Sola perſeuerantia coronatur. Et Hiero. ad Furiam. Nõ quæruntur a Chriſtianis initia, ſed fines. Tertia cõcluſio, ut ſit feſtina, quia Eccle. 4. Non tardes conuerti ad Dominum, quia dicitur de pœ. di. 3. Dubia eſt pœnitentia, ad ultimam neceſſitatem delata.

Feria

Feria V. In capite Ieiunij De tarditate bene operandi, uel de triplici bello in morte.

CVm introisset Iesus Capharnaum. Matth. 8. audiens Cẽturio Christi aduentum, ad eum accessit di. Puer meus iacet in domo para. & ma. Secundum sententiam Chryso. quando edictum fuit factum a Cesare Augusto, ut totus mundus describeretur, ut dicitur Lu. 2. Iudea tunc, Romanis tributaria facta est. Vnde Romani ponebãt Tribunos, & Centuriones per totum. Centurio iste a Romanis fuit ibi positus in Capharnaum, qui habebat sub se cẽtũ milites. Hic quẽdam seruum sibi gratum habebat, qui erat Paraliticus, Paralysis, secundũ Medicos, est infirmitas, quę detinet membra dissoluta, ne homo possit se mouere, nisi moueaẽ. Vnde ad Iesum accessit, petens ut ipsum sanaret. Domine inquit puer &c. Cui Dominus. Ego ueniã & curabo eum. Quod uerbum, fuit miræ humilitatis. Glo. Magna humilitas Domini, quòd seruum dignatus est uisitare. Moraliter. Seruus hic, est pctõr in mortali. De quo Io. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati de pœ. di. 1. c. Cõuertimini. Solo. n. peccato serui, & filii diaboli sumus. male torq̃tur, & hoc propter conscientiã remordentem. Esai. 66. Vermis eorum non morietur in æternum. Sequitur. Domine non sum dignus, ut intres sub tectũ meum, sed tñ dic uerbo, & sanabitur puer meus. Rationem reddit. d Nam & ego homo sum, sub potestate cõstitutus, habẽs sub me milites, & dico, &c. De tribus commẽdatur iste Cẽturio. Primo de humilitate, in uerbo. Non sum dignus. Augu. dicendo se indignum, fecit se dignum. Secundo de fide. tantum dic uerbo. Intellexit uerum esse illud. Eccle. 7. Sermo illius, ptãte plenus est. Et Psalm. 148. Dixit, & facta sunt. Tertio, de sapiẽtia, nam ego sum sub po. q. di. Ego qui sum purus homo præcipio militibus meis, & obediunt mihi, quanto plus tu infirmitati, solo uerbo, qui Deus & hõ es, & sanabitur? Audiens Iesus miratus est, & se. se di. Amen dico uobis, nõ in tan fi. in is. Quod uerbum, tripliciter ex ponitur. Primo de tẽpore præsẽti, intelligitur, quia in Patriarchis & Prophetis maiorem inuenit fidem, & semper excludas Mariam. Se-

cundo

cundo modo. Tãtam fidem.i.tã facilem, quia apostoli multa signa uiderunt, ille uero nullum. Tertio. Tantam fidẽ.i. Tantæ fidei confessionẽ. Nullus tam aperte, confessus fuerat diuinam ma-estatem, qui sub uelamine carnis agnouit excellentiam diuinitatis. Sequitur: Dico uobis. Multi ab Oriente, &c. Applica euang. De tarditate bene operandi, tria sunt uidenda.

Primũ dicit opinionis. Secundum dr declarationis. Tertium dicitur confirmationis.

Ad primũ: Quæritur dubium. Vtrum aliquis permanẽs toto tempore uitæ suæ, in peccatis, usque ad mortem infirmatur, & clamat ad Dñm misericordia. mox migrat ex hac luce. An iste sic decens saluetur, an damnetur. Circa hanc materiam, duę sunt opiniones. Vna dicit q sic. Alia q nõ. Prima, probat intentum suum, triplici modo. Ratione. Autoritate. Exemplo. Primo, &c. sic. Ad pœnitentiam, & peccatoris conuersionem, duo requirũtur. Primum est, dolor de præterito. Secundum est, bonum propositum, non peccãdi in futurum, ut patet de pœ.di.3.c. Pœnitentia, est mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. & Aug. in regula. Doleat de præterito, caueat, &c. Cũ quo est Tho. & Ric.4.di.20.ar.1. Sed hæc possunt esse in illo, qui sero pœnitet, ergo talis saluatur, in ultimo uitæ suæ. Secundo, probatur Autoritate. Et scribitur.26.q.6.cap. Si præsbyter pęnitentiam abnegauerit moriẽtibus. reus erit animarum, quia dominus dicit. Quacunque die conuersus fuerit peccator, ad pęnitentiam, uita uiuet, & non morietur. Vera.n. confessio, in ultimo tempore esse potest. Et Hiero. ad Eusto. Nunquàm est sera pęnitentia, in peccatore. De acceptatione peccatoris loquitur Chrysosto. de pę.dis. 3.c. Talis. Et Iuris.C. de Nuptijs l. Imperialis. Et Petra. in 6.Tri.di. Sed diuina gratia nunquam tarda fuit. Et in eam confido, erunt adhuc in me altæ, & singulares operationes. Tertio probatur. Exemplo.s latronis, qui sero conuersus est. De quo.26.q.6.c. Si præsbyter. Latro unius momenti pęnitentia, meruit esse in paradiso, in ultimo confessionis. Præterea ad idem facit. Sum.confess.li.3.tit.23.quæst. 121. Vbi ponit tria signa, quibus cognoscitur quis saluus

uus. Primum si pœnitens in extremo, manus ad cœlum leuat. Secundum si percutit pectus, siue inuocando nomen Dei, & sanctorum. Tertium si sacerdotem petit. Sed hæc omnia possunt esse in peccatore, qui tardè conuertitur. Ergo &c. Patet prima opinio. Secũda opinio dicit, ꝙ omnino nõ saluantur. Si uerò sic, tamen cum maxima difficultate. Qđ probat tribus modis. Primò rõne sic. Ad hoc ut homo uerè pœniteat, requiritur, ut realiter, & uoluntariè, peccata finat, quia ut habet Alb. in Compen. Tho. & Bona. 2. di. 29. ar. 2. q. 3. tanto pœnitentia est Deo charior, quanto plus habet de uoluntario. Sed ille qui tardè conuertitur, inuitè pęnitet, quia non uoluntarie peccata finit, sed a peccatis finitur. Luxuriosus, nõ finit luxuriam, sed luxuria ipsum, sic auarus, sic superbus, sic uanagloriosus. & per consequens non saluatur. Ideo Aug. de pœ. dist. 7. c. si uis agere pnĩam quando peccare non potes, peccata te dimiserunt, nõ tu illa: & per consequens est dubia, ut probatur de pœ. di. 3. Dubia est pnĩa, ad ultimam necessitatem delata. Et Aug. Multos solet decipere, serotina pnĩa. Ideo Eccl. 9. Ne tardes cõuer. &c. quidam vulgaris Perusinus. Iam es senex, & canescis. Nec tñ pœnites, o anima perdita. Nõ deducaris ad pũctum extremum: nam crastinatio boni, multos decepit. Secundò, probatur exemplo de illo Perusino concubinario, ꝗ sæpe a quodam magistro in Theologia fuit præmonitus, ut concubinam fineret, quam a teneris annis tenuerat; tandem cõfectus morbo, migrauit ex hac luce. Apparuit autẽ patri spũali cuidam dicens se damnatum, quia distulit facere pnĩam ad extremam horam. Vnde patet secunda opi. Secundum principale: dicit schola Theologorum, præcipuè Tho. 4. di. 20. Et Sco. ea. di. Bon. 4. di. 14. q. 3. Et Aug. li. de Baptis. paruulorum, ponũt hanc conclusionẽ. Homo in extremis pęnitere potest, & 16. Deus. n. qui dat omnibus abundanter, nulli grãm denegat, qui facit quod in se est, ut se ꝑparet ad ipsam grãm. Hac autem præparatio fit ꝑ motum liberi arbitrij Vnde quamdiu manet usus liberi arbitrij homini in hac uita nõ firmatus, in malum, potest se præparare ad grãm, dolendo de peccatis, & sic consequitur grãm remissionis. Sed tñ periculosum, & dubiosum est, & incertum

ꝙ talis ſaluetur. Et rō Theologorū, eſt propter bella, quæ peccatori in morte imminent, propter quæ cū maxima difficultate ſaluatur. Quæ bella ſunt tria principalia.

Primū, dr̄ dæmonū iſeſtatio. Scd̄m dr̄ ſenſuū fatigatio.

Tertium dicitur terribilis examinatio.

Circa primum habet Gre. 22. Moralium. Quod Diabolus præcipue aggredit̄ hoīem in finem uitæ ſuæ, ſciēs plus tp̄is non reſtare, ad ſeducendum ibi. Quæ ptās fuit ei conceſſa a Deo. Gen 3. Vbi dr̄. Tu inſidiaberis calcaneo eius. i. inſidias in morte propones. Sed de quibus tentat? quærit Anima. Cui rn̄deo, ſecūdum Robertum Holcot ſuper Sap. Quod de tribus ſingulariter in morte tentat. Primò, de fide. Secundò de ſpe. Tertiò, de confesſione. Primo, de fide eo ꝙ īter omnes virtutes maximè ſit neceſſaria rōne cognitionis: quia naturali cognitione, nō poſſumus cognoſcere quātum Deus ſit immenſus. iuxta illud Iob 36. Ipſe eſt uincens ſciam nr̄am. Sed neceſſaria eſt aliqua cognitio, ſuper allegata, & hoc eſt per fidem. Ad practicam. Per fidem credimus Deum, credimus Filiū, credimus Spūmſanctum, credimus Purgatorium Paradiſum, Infernum, quæ naturali cognitione, ſciri nō pſſt. Iō fuit neceſſaria cognitio fidei. Cum ergo Diabolus ſciat eam eſſe neceſſariam, ſicut in mari gubernaculum in naui. Ideo Sathanas hoīem tentat de fide, perſuadens non eſſe Deum, uel Paradiſum. Non. n. tunc Diabolus ſuggerit penſierum diuitiarum uel bonorum, uel delitiarū. Quia ſibi moriens, rn̄dere poſſet, ad quid mihi diuitiæ, quia eas non poſſum mecū portare? Ad quid delitiæ: quia uermes debent ſtatim corpus meū comedere? Ad quid honores: quia ſtatim debeo redire in puluerem? Et iō ſuggerit tentationē de fide, q̄ eſt fundamētū: ut illo deſtructo, deſtruit totum ædificiū. Iō Apo. 3. clamat Io. Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronā uitæ. & Pau. Gal. 5. In omnibus ſumentes ſcutum fidei. Et Pet. 5, Cui reſiſtite fortes in fide. Non eſt uirtus quæ tātum debilitet uires hoſtis nr̄i, quantum facit fides noſtra. Ideo in ordine noſtro, eſt laudabilis cōſuetudo, ꝙ qn̄ aliquis frater laborat in extremis, facto aliquo ſigno, fratres ubicūq; ſint, ſiue in ſtratis, ſiue in menſa, ſurgunt, & currunt ad morientem, dicendo:

Credo.

Credo. O grande bellum est hoc, super omnia bella, o quãti amisso lumine rationis, fatuizant, etiam & sancti uiri, & timorati. Exemplum habemus in Chronica ordinis, de iuuene præuento morte, & a diabolo infestatus, cœpit clamare. Maledicta sit dies, & hora quando intraui ordinẽ hunc, & post pauca ad se reuersus dicebat fratribus. Parcatis patres oro, & non scandalizemini de me propter hęc uerba quæ dixi, quia a diabolo fui tentatus. Non sit maledicta, sed benedicta. Non uidetis reginam propugnatricem, deãbulantem per cameram. Quibus dictis emisit spiritum. Ad hoc facit exẽplum Virginis, quæ faciem dæmonis in morte uidere noluit. Et Christus de seipso conquerens. Io. 14. Venit enim princeps mũdi huius, & in me non habet quicquam. Ad propositum. Si sancti uiri ita timuerunt, quid dicemus de ribaldo, qui sero conuertitur? Qui semper fecit

2 usuras, concubinam tenuit. Secundo tentat de spe. Quia conatur inducere hominem ad desperationem, qua nihil est periculosius. 2. Reg. 2. Periculosa res est desperatio. Super quo glo. Nihil est periculosius desperatione, quam qui habuerit in fidei certamine, constantiam perdet. Hoc fuit peccatum Iudæ. de quo Math. 26 & Caym. Gen. 4. Reducit enim ad memoriam omnia peccata, quæ fecit, ut faciat hominem desperare. Ideo non est tutum, hominem laborãtẽ in extremis, inducere ad recordationem suorum peccatorum, sed potius ad spem diuinæ misericordiæ. Ad memoriam passionis Domini. Ad recordationem suorum bonorum meritorum, quæ fecit in uita: pro quibus potest sperare misericordiam Dei. Diabolus non solum molestus est malis morientibus, sed etiam sanctis, & amicis Dei. Sicut habemus de Sancto Eusebio discipulo Hieronymi, qui existens in articulo mortis, apparuerunt ei Dæmones uolentes ut blasphemaret nomen Domini. Et quod esset damnatus, & ob id desperaret. Ipse cœpit clamare. Non faciam, nõ faciam. Mentiris, mentiris. Interrogatus Eusebius a circunstantibus fratribus quid sibi uellet. Non faciam. Mentiris? Respondit quod Dæmon sibi apparuerat, & suas erat, ut blasphemaret nomen Domini: ipse uerò respondebat non faciam. Suadebat sibi, ꝙ erat damnatus. Ille autem dicebat,

bat, mentiris. Si ergo hic Dei amicus tam durum bellum sensit a Dæmonibus, quid facient peccatores nephandissimi qui tamdiu Diabolo seruierunt? Ideo Paulus Qui stat &c. Tertio tentat de confessione, ut homo non confiteatur peccata sua: quia inter cætera bona homini necessaria est confess. De pœn. d. 1. Serpens non meruit a peccato iustificari: qui peccata sua noluit confiteri. Exemplum in Chronica Ordinis. De nouitio, quæ Dæmon in specie Virginis Mariæ hortabatur, ne confiteretur dicens, q frangeret silentium, confitendo. Contra quod bellum Thom. in postil. dat tria remedia. Primum est. Frequentatio diuini uerbi, quæ animam illuminat. psalm. 118. Declaratio sermonum tuorum dat intellectum. idem. Lucerna pedibus &c. Et extra de offi. iud. ordi. Inter cætera quæ ad salutem spectant populi Christiani, pabulum uerbi Dei, maxime noscitur necessarium. Secundum remedium est. Auditio missæ, qua anima recreatur. De consec dist. 2. Vt quid enim paras dentem aut uentrem. Crede, & manducasti. Tertio est. Confessio: quæ est salus animarum, dissipatrix uitiorum, reparatrix uirtutum: ut dicit August. Exemplum in uisionibus. s. Elisabeth Reginæ Vngariæ, cui dæmon apparens, hortabatur eam ad duo. Vnum, ut secundum uirum acciperet. Alterum, ne confiteretur. Cum quæreret mulier, quare suadebat ei ne confiteretur? Respondit. Quia nihil est quod tantum me terreat sicut confessio delictorum. In qua, peccata per annum congregata; perdo in momento. Cum ergo his bonis sit priuatus ille, qui sero conuertitur, ideo damnatur. Patet primum bellum. Secũdum bellum &c. Habent Theolog. in 4. Quod homo in morte duplicem pęnam patitur. Prima dicitur pęna corporis. Secunda dicitur pęna mortis. Pęna corporis: quia omnia membra dolent taliter, ut sæpe impediant usum rationis, ne cogitare possit bonum animæ Ideo Greg. Illuc fertur intentio mentis, ubi sentitur uis doloris, dolens relinquere mundum, quem plus cũ bonis suis amarat quàm Deum. O quanta anxietas occupat corda, & mentes eorum, alteratur ratio his passionibus. Vnde uenit, quòd ipsi miseri qui uolunt expectare facere pœnitentiam in fine, non possint cogitare ali-

quid

quid de Deo: & nullam memoriam habeant suæ salutis? quia ut dicit August. in sermone Innoc. Hac animaduersione percutitur peccator, ut moriens obliuiscatur sui, qui dū uiueret, oblitus est Dei. Secundus dolor est mortis. de qua 2. Ethi. Vltimum terribilium est mors. Super quo Eusta. Viterbien. commento 9. Duplici ratione, mors dicitur terribilis. Primò, ratione seperationis, cum inter animam, & corpus sit quædā innata amicitia. quia ut habet Philosophus 2. de anima: homo constat ex anima, & corpore. Et ex separatione animæ a corpore, tollitur natura hominis: quia homo non est corpus tantum, uel anima tantum, sed coniunctim. Ideo 4. Meta. Homo mortuus, nō est homo, nisi æquiuoce. Ad propositū. Ex tali ergo separatione, mors dicitur ultimum terribilium. Ideo Philosophus, in Philosophia sua. Anima & corpus compati uidētur adinuicem. Et talis amor, reperitur etiā in sanctis uiris, qui inuite moriuntur. Ideo Apostolus. 1. Cor. 5. Ipsi nos ingemiscimus, primitias spiritus habentes: eo quod nolumus expoliari .s. corpore: sed super uestiri. Glo. 1.6. Vellemus cum corpore regnum intrare. Ex hoc Christus nolebat mortem, & Pau. Rom. Velum petiit a Plātilla, ne moriens uideret manus carnificis, propter horribilitatem mortis. Et Ascholi. Exemplum illius sententiati ad furcam, dum confortaretur ad patientiam di. q erat iturus ad cœnam cum virgine Maria. Respōdit. O pater, uellem alium pro me ire, contra illos qui dicunt, uellem mori. Secundò, ratione damnationis, mors est terribilis. Raptoribus, Vsurariis Concubinariis, Lusoribus, luxuriosis, Blasphemis, Odiosis. Eccle. 34. O mors, q̄ amara est memoria tua, homini habenti pacem in substantiis suis. Practica. Amara est diuiti, qui propter diuitias acquirendas, perdit diuina, missas, sermones. Accipit sacramēta falsa, periurat, dicit mendacia, frangit festa, non habet cor ad Deum eleuatum: sed semper est ī continuo motu, secundum quod dicit Orige. Amator sui, de terra cogitat, de terra loquitur, terrenos habet affectus. Vnde de eis bene loquitur Ver. 3. Aenei. quid nō mortalia pectora cogis, Auri sacra fames? & Lu. 3. ferrum mortemque timere. Auri nescit amor. & Dantes in 20. Purgatorii. O miseria auari Midæ,

dæ auidum eius uotum secuta, propter quã, semper est deridẽdus. Declara historiã Midæ. Fuit enim quidam Mida, qui a Baccho impetrauit, quod quicquid tãgeret fieret aurum, quod & factum est. Vnde cum uellet comedere panẽ, & uinum, & alia: fiebãt aurũ, unde fame mortuus est Deinde dic. Sic faciũt auari, semper petũt pecuniam. Iuue. li. 1. Prima fere uota, & cunctis notissima templis. Diuitiæ crescant, & opes. quæ postea est causa mortis animarũ suarũ. Amara luxurioso, qui propter amorẽ lubricæ carnis, priuatur bono spirituali; Augu. O quàm parua concubitus hora pro qua perditur æterna uita amara superbo. Exemplifica de singulis peccatis. Tales nolent mori, ne redant computum cum hospite, & tales frenеticant in morte, & perdunt usum rationis, in pœna suorum criminũ: eo quod nõ sunt digni mori cum ratione, sed more bestiarum, quidã mordent linguas, quia Deũ, & sanctos blasphemarunt, & proximos infamauerunt, quidã manus, quia per illas bona pauperum rapuerũt. Quidam oculos, & faciem torquent, quia his peccauerunt. Ideo Dauid. 33. Mors peccatorũ pessima. Exemplum fratris Iacobi de sigestro, dum uisitaret quẽdã Mediolani in infirmitate sua, & ipsum hortaretur ad cõsolatione, ululare cœpit. Rationem habeo reddere, & nihil aliud dicebat. Mors est pessima peccatoribus econtra, suauissima timoratis, quod patet autoritate exemplis. Autoritate Greg. 4. Dial. Iusti in morte sua, sanctorum uisiones aspiciunt, nec ipsam sentẽtiã pœnalem pertimescunt, & sine dolore soluuntur, quia uera uita, mortis amaritudinem non sentit. Eccl. 1. Timentibus Deum, bene erit in extremis, & Tullius. Nequaquàm turpis mors uiro forti accidere potest, & Petrarca in 3. triumpho mortis. Iam obitus meus ob quem tristaris, te lætum faceret, si aduertes millesimam meæ iucunditatis partẽ. Adsunt exempla. Primum Gregor. 4. dial. cap. 12. de illo Præsbytero infirmo, qui dixit Mulieri eum uisitandi. Tolle paleam, adhuc paruulus foculus est. Cui statim apparuere Petrus, & Paulus, ad ipsum consolandum. Quibus uisis clamare cœpit. Bene uenerunt Domini mei, ut quid enim ad tãtillum seruum uenistis? Ecce uenio, sicque cum gaudio anima

D soluta

soluta de corpore, cęlum ascẽdit. Et in Chronica ordinis, de quodam fratre, qui uicinus morti, post acceptionẽ sacramẽtorũ, uoce qua potuit canere cœpit. Te Deũ laudamus; usq; ad æterna fac cum sanctis tuis: & statim emisit spũm. His bonis prius est, qui sero conuertitur. Tertium bellum, &c. Tho 22.q.172.ar.1. Anima uicina morti multa cognoscit, & uia naturali, & diuinæ reuelationis. Et. 1.q. 112. arti. 5. dicit quod triplex est cognitio. Naturalis, Diuinalis. Cõiecturalis, ut diffuse dicemus, sermone de cognitione gratiæ His tribus cogn tionibus, anima ante exitum seipsam iudicat Quod patet exemplo sctĩ Didaci, discipuli sancti Tho. qui post mortem apparuit ei Neapoli, dum esset relictus ab eo Parisius infirmus, petiuit ab eo de exitu animæ quõ se habeat cui tria dixit Primum fuit, quia in hora sui transitus, se ipsum judicauit, non esse damnandum. Et uidebatur ei, ꝙ totus mundus minabatur ruinam, & statim reperit se in Purgatorio. Secundum dixit, ꝙ non dr aliquod uerbũ in camera infirmi, ꝙ infirmus non audiat Tertiũ ꝙ anima in exitu sui, q̃ dici põt, maxime expauescit, de quo pauore loquitur Pet Dam. scribens ad d. Blancam comitissam Regis Franciæ. Pensandum quippe est, cum iam peccatrix anima, a uinculis incipit carnis absolui, q̃ amaro terrore concutitur, q̃ mordacis conscientiæ stimulis, laceraẽ. Recolit uetita quæ cõmisit. uidet mandata, quæ negligenter implere cõtẽpsit. probat imobile sibi districtę ultionis judicium. ineuitabiliter imminere. Manere fatagit, ire cõpellitur, recuperare vũlt perdita, & non auditur. Pone exẽplum hic Cosme de Medicis, qui flens in morte, dixit suæ consorti. O quot, & quanta sunt homini in ultimo uitæ suę. In quo quidẽ exitu, citatur ad reddendum rationem, & tribus. Primo de anima, quã societatẽ ei fecerit, cum dicat Deus, Deu. 4. Custodi temetipsum. & animam tuam sollicite. Secundo de corpore, si nimis delicate, fuerit nutritum, quia recalcitrat. Vnde Pau. Sciat unusquisq; uas suum possidere & 1. Pol. Anima dẽt esse regens, corpus uero subditũ. Idẽ. Bonũ est corpus regi ab anima. Tertia, de tempore amisso. Vnde scriptura. Eccl. 4 Cõserua tps. & declina a malo: quo nihil præciosius pot reperiri. Sen. 1. Epist. Nihil præ

ciosius

eiosius tépore,& subdit rationé di.omnia mi Lucilli aliena sunt,tempus tm̃ nostrum est. In Chronica Ord. Exéplū: Quidam frater, deuotus in oratione existens post matu. audiuit uocem lugubrem,quærens quis esset. Ego, inquit sum una anima damnata, quæ amarissime defl.o uitam meam simul cum aliis dãnatis, & de nulla tm̃ dolemus, sicut de tpe,quod inutiliter expendimus,& peccando cõlum psimus. Vbi in una hora potuissemus,de peccatis pœnituisse.Patet secũdum. Tertium mysterium &c. In primo mysterio argumentatum est pro parte negatiua, q͛ homo in morte,quantumcunq; pessimus saluari pōt. Respondeo q͛ uerum est cum sit liberi arbi. sed procrastinans hanc conuersionem,maximè cum difficultate saluatur, quia peccator facit habitum in malo,qui habitus in naturam cõuertitur, ut habet Phil.1.Ethi.& 7.Cõsuetudo est altera natura. Et 1.Reg.Difficile est resistere consuetudini. Et Iuue.li.3.Sa.1.Consuetudo mali tenet incurabile vulnus.Ouid.2.de arte.Nihil assuetudine maius.Et Matt.li. Vndique suscepto. Mens assueta malo,firmius hæret ei.Cic.2.Tuscu. Consuetudinis magna uis est.Et de hac consuetudinis efficacia,loquuntur.Cano.24.q.1.c.Scisma. Et extra de consue.c.fi.c. cum tanto.Tanto inquit grauiora sunt peccata,quãto diutius infœlicem animam,detinent alligatam.Et per Iuri.in aut.Vt nulli iudicum liceat habere.Col.3.Et.ff. de pœnis .l.Capitalium,&.C.de episcopali audien.l. nemo. & ff. ad Macedonianum,& instit.de rer.diui.§.pauonum. Cum ergo peccator sit imbutus,& habituatus in malum, & difficile sit mutare habitum:ideo dãnatur. Secundo ratione obdurationis,quanto quis conuersionem tardat plus obduratur in peccatis,pro quibus non conuertitur. Gre. Peccatũ quod per pœnitentiã non dissoluitur mox suo pondere ad aliud trahit.Tertio ratione elongationis.Quanto quis in peccatis moratur,tanto se elongat a Deo.Sed non est uerisimile,q͛ quis in una hora,uel momento, ad pœnitentiam uerã reuertatur,qui ꝑ 50.annos uel circa, in peccatis fuit. Ideo Greg.4. Dial. de Grisauro Romano, qui præuentus morte,& senio confectus in peccatis,inducias petiit usque mane.Sed nõ fuit ei concessum.Et de Machario,qui requi

fuit a Demone. Cur pauci saluātur, quia inquit, sperāt in morte saluari, sic procrastinant suam conuersionem, & re periunt se deceptos.

Feria sexta. in capite ieiunij. De elemosyna.

Audistis, quia dictū est antiquis. Diliges proximū tuum, & odio habebis inimicum tuum. Mat. 5. Secūdum Tho. in Cathena Aurea. De triplici amore hodie Christus loquitur. Primo sui proximi. Secundo sui. Tertio animæ nostræ. Apud ātiquos fuit hæc lex, q̄ nō nisi amici diligerentur. Ego autē dico uobis, diligite inimicos uestros. Secundum Chryso. Inimici nostri possunt considerari quatuor modis. Primo quo ad naturam, prout sūt ad imaginem Dei facti, & tunc diligēdi, quia boni sunt. 1. Thi. 4. Omnis creatura Dei bona est. Gen. 2 Vidit Deus cūcta, quæ fecerat, & erant ualde bona. Si quo ad naturam homo esset malus, Deus utiq; esset malus, quod est īpossibile. Secundo quo ad culpam, & tūc sūt odiēdi, quia ut peccatores, odit Deus illos. Eccl. 12. Altissimus odio hēt peccatores: & Ps. 118. Inimicos odio habui. di. 89. Leo Papa. Odio habeantur peccata, non homines. Tertio, quo ad pœnā, in quātū sunt pœnæ æternæ dediti. Quo ad hoc debemus eis compati, quia ad mortē animæ tēdunt. Vnde Psal. 118. Vidi præuaricantes, & tabescebam. Quarto, quo ad īdigētiā, Et sic eis debemus subuenire. Ro. 12. si esurierit inimicus tuus, ciba illū, si sitit, potū da illi. Ideo dicit. Diligite ini. ue. quo ad primū. Secūdo, loquitur de amore sui, postq̄ dixit de amore erga inimicos, & uos estote pfecti. s. in amore Dei, sicut, & pater uester cœlestis perfectus est. s. in amore uestri id est sicut perfecte diligit uos: & uos ipsum. De quo amore Hierem. 31. In charitate perpetua dilexi te. Ioan. 3. Sic Deus dilexit mūdum, ut filium, &c. Tertio loquitur de amore animæ di. Videte ne iustitiā uestrā faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis. Iustitiā. i. bonam operationem. Quæ iustitia, consistit in duobus. Primo in eleemosynarū largitione. Secundo in deuota oratione. Primo &c. sed hęc iustitia perditur, qñ fit ex uana gloria, & pōpa mūdi.

di. Vnde dicit. Cum facis eleemosinam noli tuba canere. Illi ca unt tuba, qui faciunt eam ex pōpa, sed quādo fit pure propter Deum, tunc est fructuosa, alioquin tales nō habent hic mercedē suā: secūdo hæc iustitia cōsistit in deuota oratione. Et hæc est contēplatiuorum: sed hęc iustitia perditur, nisi ab humano fauore abscondatur. Vnde Dominus eam ordinās di. Et cū oraueritis nō eritis sicut hypocritę tristes, qui orant &c. Sed cū oraueris, intra in cubiculū tuū, & clauso ostio, ora patrem tuum, in abscondito, & pater tuus qui videt te in abscondito reddet tibi. s. mercedem. Applica. de eleemosyna. 3. sunt &c.

Primum dr̄ inductionis. Secundum dr̄ fructificationis. Tertium dicitur conditionis.

Circa primū. Inducimur ad faciendum eleemosynam. 3. rōne. Primo, præceptionis. Secundo autoritatis. Tertiò proprietatis. Primo rōne &c. Secundum Th. 2. 2. q. 32. art. 6. Ricar. 4. dis. 15. art. 2. Eleemosyna est de pręcepto: 4. legis. Primo legis Naturalis, Diuinalis, Canonicalis, Ciuilis. Primo Naturalis, quę lex incepit ab Adam, usq; Moysen. In quo tempore, mundus uiuebat sine lege scripta, tantummodo secundum legem naturalem, ut dicitur dis. 1. c. 1. Et dist. 9. Sane & 10. q. 1. Placuit quæ lex clamat Matth. 7. Quæcunq; uultis, ut faciāt uobis homines, & uos, &c. Si proximus indiget pane, vino, veste, & aliis necessariis, da ei. 1. Io. 3. Non diligamus uerbo neque lingua, sed opere, & veritate. Et rō est, quia ius naturale uult, ut amicus amico subueniat. Teste Philo. 9. Ethi. Amicus se debet habere ad amicum, sicut ad seipsum, & Matth. 22. Diliges proximum tuum &c. Quod uerbum sicut te ipsum declaratur a Cano. distin. 2. &c. Proximos nostros, tunc diligimus sicut nos, quando in eorum necessitatibus subueniemus. Secūda. &c. 2 in Euang. Luc. 11. di. Christus. Date eleemosynā, & omnia mūda sunt uobis. In eodē. 12. Vēdite quę possidetis, & date eleemosy. Et Matt. 6. Estote misericordes sicut, & pater &c. Nullibi legitur q; Deus uocet pater potētiæ, nec pater sciētiæ sed pater misericordiæ. Ad innuēdū q; illi qui sunt eius filij, nō debēt eū imitari in potentia, neq; i scīa, sed in misericordia Deus habuit tres filios s. Luciferū Adā, & Christū

Primus apetijt sua potentiam,& ideo tanquã filius de gener fuit exhæredatus. Secundus scientiã, & fuit similiter exhæredatus. Tertius plus sapiens, secutus est eius misericordiã,& iõ assecutus est hæreditatẽ æternã. Imitemur ergo patrẽ cęlestẽ, nõ in potẽtia, neq; scientia, sed in misericordia,& assequemur,& nos hæreditatẽ suã. Estote inquit misericordes, sicut pater uester. Quod & Virgo fecit, quia bona magorum, pauperib. distribuit. Tertia lex dr̃ Canonical. di. 47. c. pasce. Ambr. pasce fame morientẽ: si non pauisti, occidisti, & di. 86. In singulis. & c. qui clemẽtiam. Quarta lex. & c. ff. de agnoscendis, vel alendis liberis. l. Necare. Nam ille dicitur necare, qui alimenta negat, quæ potest patrare. & C. de sac. san. Ecc. & de rebus, & priuilegiis earum. l. priuilegia. Humanitatis nostræ est prospicere egenis, ac operam dare, ut pauperibus, alimenta non sint. In quibus verbis, merito, quæritur dubium. Vtrũ omnes indifferẽter, teneantur dare eleemosynam. Ad quod respondet Tho. Durandus 4. di. 15 & Ric ibi. quod aut homo potest illam cõferre aut non. Si nõ potest, excusatur. Quia. ff. de re. Iud. l. Impossibilium. Ad impossibile nemo tenetur. In 2. Eth. Nemo dat quod non habet. 2. Pol. Nemo ad impossibile manũ mittit. Aut potest dare, quia abundat tẽporalibus bonis: tũc sub præcepto tenetur cũ necessitas proximi occurrat. Qđ sic probatur Nemo punitur ęternaliter, nisi ꝓ mortali. Sed non dans eleemosynam, æternaliter punitur, ergo &c. Ideo Christus Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternũ, quare o Deus Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare. Super quo Aug. Tacet Dominus omnia recta iustorum, & omnia mala iniquorũ, & solũ laudat eleemosynarũ fœcunditatẽ, & damnat ariditatẽ. Quare hoc? quia omnia crimina, redimũtur eleemosynis. Vnde in die iudicii, solũ de ea examinabitur. Igitur omissio eleemosynę, est peccatũ mortale, qđ fieri põt. 1. Io. 3. Qui habuerit substantiã huius mũdi, & uiderit fratrẽ suũ necesse habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? & Hier. di. 86. Qui clementiã non habet, nec indutus est uiscera misericordię, & lacrimarũ: quãuis sit spũalis, non adimplet legem Christi. In huius figura Luc. 16. dicitur, quod ille Epulo acriter

redar-

radargutus est, quia Lazaro indigéti, panẽ non dedit. Sup quo Bern. Si crudelitatis eum arguimus, qui substantiã huius mundi habens, & videns suũ fratrẽ egere, & clausit uiscera sua ab eo, quid dicturi estis in iudicio, qui tot Lazaros uidetis esurientes, & nudos? practica Cõtra diuites affluentes multis bonis, qui dicunt seruis Dei. Vadatis q Deus faciat uobis, ac si esset pistor. Deus nõ est pistor. Quod cõtra exemplum Ioann. s. 31. Si comedit buccellam, & non come dit pupillus ex ea. Vnde patet prima ratio. Secundo rõne, &c. triplici auctoritate inducimur, ad dãdam eleemosynã. Primo Diuinali. Canonica Pagina. Primo &c. in Psal. 40. Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem Eccl. 3. Ignem ardentem extinguit acqua &c. Thob 4. Ex substantia tua, fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet, ut nec a te auertatur facies Dei, Esa. 58. Frange Esurienti &c. Deut 6. Ideo præcipio tibi, vt aperias manum tuã egeno, & pauperi, qui tecum morantur in terra. Secundo auctoritate. Cano. 16. quęstio. 7. c. Inuẽtũ. 17. q. 3. c. sunt qui & di 47. c Auctoritati c. sicut. Sicut ij. Esurientiũ panis est, qué tu detines: nudorũ uestimentũ est quod tu reclusis, scilicet superfluum, & miserorum redemptio est, & absolutio, pecunia quam tu in terra effodis. & Gl. Non subuenire necessitatem habent rapina est. & Tho. 2. 2. q. 32. arti. 5. Bona temporalia sunt communia, quo ad usum ei, qui indiget, quamuis propr etas sit tua, tamen usus in necessitate, est cõis. In huius figuram. In testamento veteri quilibet transiens per uineam alterius, saturari poterat sine alia licentia. Idem habetur in l. præcedẽ. §. Si quid cloacarij ff. de usufru. & ff. ad l. Rhodiã. l. 1. § Cũ in eadem. Cibaria, in tempore necessitatis sunt communia. Tertio Paganali. Ouid. li. de Ponto. Regia crede mihi res, est succurrere lapsis Plato. in Thimeo. Bonos uiros, cõmodos esse decet. Tullius in orone pro Ligario. Homines ad Deos nulla re proprius accedũt, quàm hominibus dãdo. Mercurius ter megistus. Cognata naturę Diuinę est misericordiæ uirtus. Iuuen. Sat. 8. Miserere. inopum. Præterea Saraceni, ut habetur in Alcorano, quando agũt aliquod festum, & uident pauperem ad se uenire, ad poscendum eleemosynam,

mosynam, flectunt genua, agentes Deo gratias, de tanto be
3° neficio, quem gratanter suscipiunt. Tertiò tõne &c. Quic
quid datur pauperi, datur Christo. Matth. 10. Qui uos reci
pit me recipit. & 25. q. Quod vni ex minimis meis fecistis,
mihi fecistis. Si das pauperi, das Christo: & econtrario, ne-
gas. 7. q. 1. Omnis.n. qui negat misericordiã faciendam,
necessitatem patientibus, ipsum Christum negat. Illic. Exé
plum de Martino, qui medietaté pallij, dedit pauperi, An
gelis petentibus quis hoc fecisset. Resp. Martinus adhuc
cathecuminus, hac ueste me contexit. Et de magistro Ior-
dane, qui pauperi cappã dedit, dũ iret ad matutinas, tandé
vidit Crucifixũ, coopertũ illa cappa. Vnde patet primũ.
Secundum dicitur &c. Tres sunt utilitates eleemosynæ.

Prima, dicitur multiplicationis.
Secunda, impetrationis. Tertia, benedictionis.

Prima dicitur &c. Grego. 4. dia. Terrenę substantiæ, per
hoc ꝙ pauperibus distribuũtur, multiplicantur. Et Prou.
11. Alij diuidũt propria, & ditiores fiunt, alij rapiunt nõ
sua, & semper in egestate sunt. Quia dicitur: Res facta cum
furto non potest possideri. Patet exemplis de Bonifacio,
qui puer existés, triticũ matris expendit in usum pauperũ.
Quod mater uidens, pugno facié cedebat. Puer auté ora-
tione fusa, horreum plenũ inuentum est. Et Petrus Dam.
inducit exemplum de illo, qui denariũ dedit pauperi, uo-
lens ex illo emere panem: sed domũ reuertens, inuenit mé
sam paratam cũ optimo pane, quod fecit Deus ex pane da
to pauperi. Et de B. Dominico cui panis fuit auctus Bono
niæ, & Romæ: quia portinario præcepit, pauperibus pané
dare, & omnia residua mensæ fratrũ. Et de Abbate sancti
Benedicti, qui vocabatur a monachis derisorie, Abbas. Da
te, quia erat liberalis, amotus ab officio, omni anno tempe
stabantur, vt vix possent viuere, cum prius semper abunda-
rent. Et 3. Reg. 17. de uidua quæ pauit Helyam prophetã,
cui non defuit oleũ & farina, quod miraculosè prosperã-
tur: quia Deus non uult superari, in liberalitate. Secũda dĩ
citur &c. Veniam pro peccatis impetrat. Eccl. 9. Conclude
eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa exorabit pro te.
Matth. 5. Beati misericordes &c. Hieron. ad Nepotianum,

Non

Non enim memini me legisse, hominem pium a Deo derelictũ La. 16. Magna est misericordiæ merces, cui Deus pollicetur peccata, se omnia remissurum. Exemplum patet de Cornelio pagano: quia pius erat erga pauperes missus est ad eum Petrus, ut eum baptizaret. Act. 9. Ideo Dan. 4. dicitur de Nabuchdonosor. quod propheta dedit ei hoc documentum. Domine mi rex, consilium meum accipe Peccata tua, eleemosynis redime, quod etiam dicitur Prou 11.; Per misericordiam purgantur peccata. secundum Magistr. 4. di. 15. Tres sunt partes satisfactionis pro peccatis. Oratio. Ieiunium. Eleemosyna: sed eleemosyna est dignior: quia in se comprehendit uirtutẽ orationis, & ieiunii: sed heu: quia hodie defecit pietas, alius expendit circa concubinã, alius in tabernis, alius in pompis. Clama hic. O mulieres cum manicis coccineis. Alius circa caudas mulierum, quę sunt sellæ diaboli. Alius circa canes, ut patet de illo Cardinali, qui circa mille canes nutriebat. O corda adamantina, o inhumani homines, quod contra Bernard. Clamant nudi, clamant famelici. Nostrum est quod uanè expenditis. & Amb. 3. de off. Canes ante mensam impastos esse, non patimur, & homines excludimus. Verte te ad ciues oculo toruo, & clama. Ad uos clamo. O pôpoli ciues, qui pupillos, uiduas, peregrinos, & seruos Dei obliuiscimini. Deus non uos fecit dominos rerum temporalium: sed dispensatores. Quod bene Ambro. di. Nõ sunt hominis bona, quæ secum ferre non põt, sola misericordia, comes est defunctorum. Non mireris si dominus tollit. cap. ex. duc. Si tempestatur, si omnia sunt aduersa, quia Deus postquam nõ facis quod debes, & ipse dabit tibi deflagro. Tertia dicitur benedictionis. Prou. 22. Qui pius est ad misericordiam, benedicetur: quia de panibus suis dedit pauperi. Super quo glossa. Duplex est benedictio quam habet, qui fuit liberalis. Prima est hominum: quia dolent in mente dicentes. O talis fuit bonus uir: sit benedicta anima sua. Et per oppositum malo dicitur, Prouer. 11. Qui abscondit frumenta in tempore suo, maledicetur in populis. Contra illos, qui amant penuriam in populo. Clama contra prædicatores, qui in orationibus funereis, laudant hos infames in morte, cum

fuerint

fuerint auari. Sed magna merces Hæc dona, hęc munera, & an ore rapiamur O diabole, presbyteri, & fratres, & mare, nunquam saturantur. Secunda benedictio Dei. Matt. 25. Venite bened &c. quam habuit Iob. 13. Dominus autẽ benedixit nouissimus Iob. Tertium dicitur &c. Quatuor sunt conditiones eleemosynæ ad hoc, ut sit Deo grata.

Prima, ut sit gratiosa. Secunda, ut sit liberalis.
Tertia, ut sit cum sapientia. Quarta, ut sit propria.

Prima &c. 2. Cor. 9 Non ex tristitia, aut ex necessitate. Hylarem enim datorem diligit Deus. & Cassiodorus. lib. de Amicitia. c. 22. Vultu hylari, serena facie, & sermone iucundo, studeas condire munificentiam tuam: quicquid largiris, cum hylaritate largire. Contra illos, qui dant eleemosynam murmurando. O diabole presbyteri, & fratres, & mare, nunquam saturantur. Exemplum fratris nostri Tholosa. Qui dum panem quæreret, uade in nomine diaboli, inquit: quia est in furno, & mulier: panis est ĩ pasta. & alius. Expectamus molinarium a molino, dum staret ille. Da mihi saltem acũm unam: non erat Marzarius, dixit. Tolle in nomine diaboli. Et de illo alio, qui facit dicere, quod non est in domo, ubi est patronus uester. Non est in domo, inquiunt: quia sic eis mandauit: uenite cras, & in mane, & sero per quatuor dies; is tandem, habet paruam eleemosynam, ab illo infame. Non sic charissime, sed ut dicitur Ecc. 35. c. In omni dato hylarem fac uultum tuũ. Esopus. Nobilitat uiles, frons generosa dapes. Non te facias tantum rogari, da libenter, & promptè: quia dicit Sen. Nulla res carius emitur, quàm quæ, precibus empta est & M. Varro. Fictè referas gratiam, inuite danti Semel dedit, qui rogatus, bis, qui non. Secunda conditio ut &c. quod nõ fiant pro susceptis beneficiis, uel seruitiis: sunt multi qui faciunt laborare pauperes, & postea dãt illis aliquid non sine eleemosynæ: cum tamen sit potius merces, quam eleemosyna, & est uenditio. Dupliciter uenditur eleemosyna. Primò, quãdo datur cum quadã uiolentia. Aug. Qui dat, ut careat tædio interpellantis, & rem perdit, & meritum: Secundò, quando datur spe retributionis. Sen. Nõ est beneficium, quod questum mittitur. Hoc dabo, hoc recipiam, auctio est, Fac ergo

go libenter, & copiosè, in iuuentute, in senectute, in aduersitate, & prosperitate. Tertia conditio, ut sit cum sapientia. Tunc homo facit eleemosynam cum sapientia, quando non expectat facere post mortem. Eleemosyna est instar pupillæ, dirigentis animam. Qui uult facere eleemosynam tantum post mortem, quando anima sua egreditur corpus, habet lumen post tergum suum, & ideo sepe contingit eum cadere in foueam purgatorij. Melius est non cadere in foueam, quàm inde resurgere. Non expectes quòd filii faciant: quia faciunt si uolunt. Si superabundabit. O quot sunt testamenta facta iam à 100. ann. quæ adhuc non sunt missa in executionem, nec adhuc mittentur. Quarta conditio dicitur &c. Prouerbio. Honora dominum de tua substantia, & Greg. Non est putanda eleemosyna, si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus acquiritur. In quibus uerbis, quatuor sunt declaranda. Primũ Vtrum possit fieri eleemosyna de iniustè acquisitis? Respondet Thom. 2.2. quæst: 132. artic. 7. quod aliquid iniustè acquisitum, dicitur dupliciter. Vno modo, quando quis acquirit de usuris, & malè ablatis, tunc non potest: quia contra iustitiam. Aug. 14. q. 5. noli uelle eleemosynas facere de fęnore, & usuris. ff. de uerbo. oblig. l. si pignore. De alieno largiri species furti est. Contra eos qui faciunt capellas, altaria, campanile de usuris. Cõmuniter in talibus sic est de facto. Ad hoc facit exẽplum de illo vsurario, qui Ecclesiã de usuris cõstruxit. Cum Episcopus uellet eam cõsecrare, diabolus apparuit ei. Exi inquit in nomine diaboli. Quia hæc capella est mihi dedicata. Secundo modo. dicitur iniustè acquisitum, quod est ludis fortunæ inuentum. Nec de his potest fieri. Tertiò modo, non quod ipsa bona, sint illicitè acquisita: sed modus acquirendi, ut de meretrice, quæ eleemosinam potest dare, ad barbam usurarii. Secundum dubium. Vtrum iudæus possit? Ad hoc Thom. in tract. contra iudæos, quod potest, si habet alia bona, à bonis vsurariis. Tertium. Vtrum subditi. Thom. supra quod non, nisi forte de minimis. Quartum. Vtrum vxor possit. Respõdet Alber. 4. Sen. quod in quatuor casibus potest eleemosynam facere. Primò si est lucrosa in domo, nec intelligo deducẽdas expensas

sas uictus: quia uir tenetur eam pascere propter dotem. Secundò si habet alia bona præter dotem: quia sua sunt, pôt facere quę dicuntur bona parafrenalia. in glo. C. de pact. Tertio pôt facere de rebus minimis de pane, vino, fercula, &c. quę pertinent ad dispensationem domus. Quartò, propter bonum uiri: puta, quia ipsum uidet crudelem, scelera tum, blasphemum, ut Deus suspēdat iram, uel eum illuminet, dat moderatas eleemosynas, occultè, benè facit mulier quia ut habent Can. 16. q. 1. c. Reuertimini. Propter eleemosynas piis simus Deus suspēdit flagella. Ad quod facit illud mirabile exemplum. 1. Reg. 25. Abigail, quæ uirum Nabal liberauit a morte, propter panes datos Dauid, contra voluntatem eius. Vide histo. quia mirabilis est.

In sabbato primo Quadragesimæ. Quod beata Virgo est confidentia, & spes, & auxilium nostrum.

CONfidite, ego sum, nolite timere. Mar. 6. Ad laudē; gloriam, & honorem nostræ dominæ intemeratæ virginis Mariæ, miraculum recitatur de quodam latrone, qui omni sabbato ob uirginis reuerentiam, ieiunabat, & missam audiebat, ipsam rogans, ut non permitteret ipsum mori sine contritione peccatorum suorum, & confessione. Cui Maria apparuit di. ꝙ non moreretur sine contritione, propter reuerentiam, quam ei habuit. Vnde moriens saluatus est. Quod ego considerans, more solito ipsam salutabo: & uos vna mecum dic. Aue &c. Confidite, ego sum, nolite timere. Recitat Euangelista, quod Christus postquā satiauit quinq; milia hominum de quinq; panibus. Ioā. 6. uoluerunt ipsum facere regem, æstimantes, ꝙ semper eos pasceret, & nihil eis deficeret. Christus autem uolens superbiam mundi fugere in exemplum nostrum, in montem fugit: & ut dicit Euang. facto miraculo panum cū esset sero, ius sit discipulos ascēdere in nauiculam: & ipse solus erat in terra: & tunc discipuli fuerunt in magno periculo. Et hoc quintuplici ratione secundum glo. Primò ratione uenti: quia inquit. Erat uentus contrarius. Secundò ratione loci: quia in mari erant, ubi imminēt pericula plurima. Tertiò ratione tēporis: quia erat sero. Quartò ratione naucleri: quia

ri: quia

ri:quia Christus non erat cum eis. Quintò ratione Iudæ: quia erat cum eis futurus proditor,in mortali. Sequit. Circa autem quartã uigiliã noctis, uenit Iesus ad eos di. Cõfidite,ego sum,&c. secũdũ Alb. Quatuor sunt uigiliæ noctis,& seruantur in custodia.prima est in 3.horis.secũda in trib.aliis.tertia i 3.aliis. quarta aũt i qua Christus uenit.s. in aurora di.Confidite,ego sum.Moraliter.Nauis hæc,est anima nostra posita i mari huius mũdi.de quo ps.103.hoc mare magnum,& spaciosum,q̃ est in periculis maximis:sed nobis est auxilium necessarium,sed quod/Rñ.q̧ est Maria, quæ dixit hodie suis deuotis. Confidite,ego sum, nolite timere,scđm Iac.de Vorag.in Mariali.Albe.super missus est. Confidentia,spes,& auxiliũ,& adiutoriũ, est necessariũ, tribus generib.personarum,ad pñs nostrũ,ꝑpositũ in pñtiarũ.

Primi sunt,cum hostibus dimicantes.

Secundi sunt,in mari nauigantes.

Tertij sunt,in infirmitate ægrotantes.

Primi sũt &c. Pro maiori notitia dicẽdorũ nota sm̃ Th.2.di.2.q̧ Deus omnipotens tria fecit loca.Primò,cœlũ empyreum pro Beatis,& Angelis.Secũdò,paradisum terrestrem. Tertiò,uitam pñtem pro iumentis:sed propter peccatum,cum esset locus animalium,factus est locus iumẽtorum,& locus belli est.Vnde Dauid in Ps.48.Homo cum in honore esset &c. Et 1.Mach. 6.Bellũ cõtra nos est.& psal. 55.Multi bellãtes aduersum me.Ber. Cãstrum animæ tuæ in terra inimicorũ est:&vndiq; oppugnatur:qui sunt hi bellantes?Rñ.q̧ sunt tres,cum quibus est assidua pugna,& bellum contra animam.

Primò,cum dæmonibus. Secundò cum mundo.

Tertiò,cum carne.

Primò cũ dæmonibus.1.Pe.5. Fratres sobrij estote, qa aduersarius &c. Iste est qui procurat omnia bella & discordias.Apo.12.Ve terræ & mari.quia descẽdit ad uos diabolus,habens iram magnam.Secundò &c.Ioan.16. In mundo pressuram habebitis.O Petræ,o Iacobæ, eritis tribulati. O quante angustiæ sunt nobis, in præsenti seculo de filijs, diuitiis.de honoribus. August. In ualle sumus miseriæ, in qua magis flendum est, eo quòd minus flemus.

Tertio

Tertiò est caro.de qua Apostolus Gal.5.Caro concupiscit aduersus spiritū,& spiritus aduersus carnē. & August. li. de Agone Christiano.Inter omnia christianorum certamina:duriora sunt prælia castitatis ubi quotidiana pugna,& rara victoria.Ille:Et in tantis periculis positus est homo. Propterea dicit Bonau.in 4.dist.17 art. 2.q. īposibile est hominem esse sine veniali,Christo excepto,& Matre.Ideo in tantis periculis positus homo, necessarium est ei adiutoriū & cōfidentia. Quia homo dicitur peccabilis. Ratio Alber.Tria sunt quæ peccare non possunt:Deus,bestia, lapis:ad hoc ne homo peccaret, opus erat q. esset aut Deus, aut lapis,aut bestia.Quia uerò factus est homo,oportet q. peccet.vnde 22.qō.2. omnis ætas prona est ad malum, ab adolescentia sua.Vnde bene monebat Plato. De quo Boetius 4.de conse.Vt Platoni placuit in minimis quoque rebus diuinum debet implorari auxilium:si in minimis plus in maximis.In facto animæ Iob 5. Voca si est qui tibi respondeat:& ad aliquem sanctorum conuertere. Sed quale est adiutorium nostrū? Verè est Maria Confidite ego sum. Illa est enim quæ dæmonem præmit.Gen.3. dictum fuit figuratiuè serpenti.Inimicitias ponam inter te, & mulierē: ipsa côteret caput tuū.O diabole, necessaria est tibi fuga. Et Ber.super Can.Tu pugnatrix egregia:quia omnis militia spiritualium nequitiarum ante faciem tuam,in fugam est conuersa.Ille.Tribularis a mūdo,a diabolo,a carne,inuoca Mariam.O scutum afflictæ gentis.O adiutorium miserorum mortalium: quia sicut Eua fuit causa nostræ mortis,ita Maria nostræ uitæ. Sicut Eua causa nostræ maledictionis,sic Maria nostræ benedictionis.Vnde Ecclesia canit,in psona peccatoris.Dignare me laudare te,Virgo sacrata,da mihi uirtutem contra hostes tuos. & Alber.in sequētiis De peccati uinculo,hoste,carne,seculo,libera nos o Maria.Et Petrarca.Ad te suspiramus genitrix Dei tu es consolatio cordis angustiati: per te repellitur peccatum infelicis matris Euæ,& nobis restituitur te mediante gratia uitæ.Exemplū notabile. In Chronica Ordinis de quodam Nouitio,qui a dæmone tētatus de ordine exiit. Et literas misit patri Dominico de suo recessu. Sanctus,Dei ad

virginem

virginem accessit dicens. O Maria non hinc recedam, donec mihi restituas ouiculam perditam, & errantem, statim surgés, præcepit sacristæ ut aperiret portas Ecclesiæ. Iuuenis autem in illa hora, domi consistens; uidebatur ei quod carnes urerentur. Ad conuentum concitus redit, ueniam petiit. Miserere mei pater. Et ille. Fili ne timeas, & cæteri peccatores. quia mater misericordiæ quam rogaui, te audiuit. Vnde saluus factus est. Confidite &c. Secundo. Confid. &c. Eccle. 44. Qui nauigat mare, enarrat pericula eius, & audientes auribus nostris, admiramur. Et Pius Papa. Periculosum est mare, atq; infestum Et Pithacus philosophus. Fidelis terra, mare uerò infidum est. Mare est magni lucri: sed maximi damni & multo plures sunt thesauri in mari, quàm in terra, nauigantes ergo indigent adiutorio. Sed quo? Respôdeo uisione stellæ tramontanæ: qua ad portum diriguntur. Et quando illam amittunt, perdunt omnem spem salutis. Exemplum Pau. Act. 27. Qui in Italiam ueniens de se, & aliis dixit. Neque sole, neque syderibus apparentibus, ablata erat eis spes salutis. Ad propositum Quãdiu sumus in hoc mundo, sumus nauigantes ad portum paradisi, per sententiam nostri ciuis Romani. Pauli ad Ro. 13. Non. n. habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. Ad Phil. 3. Nostra conuersatio in cœlis est. Sed insurgunt nobis uenti contrarij: de quibus hodie. Erat autem uentus contrarius. Inter tot ergo pericula nobis est necessaria stella tramôtana, quę est Maria, dicta stella maris, de qua Ecclesia canit. Aue Maris stella. Cantat alibi. Stella Maria maris. Et in respon. matuti. Fulgida stella maris. Quæ stella tramontana dicitur; propter tres proprietates, quas habet.

Prima, quia habet serenitatem in afflatu.

Secunda, quia habet fortitudinem in suo conatu.

Tertia, quia habet directionem in suo ducatu.

Prima quia habet &c. quando aer est nubilosus, & insurgit uentus Aquilonaris, qui est a parte huius stellæ, efficitur serenus. Vnde sicut uentus Australis est causa pluuię; ita Aquilonaris causa serenitatis Eccle. 5. uentus Aquilo dissipat pluuias. Albe. 6. Compend. j. Quatuor sunt uenti

principales.

Tertiò est caro. de qua Apostolus Gal.5. Caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ. & August. li. de Agone Christiano. Inter omnia christianorum certamina duriora sunt prælia castitatis uoi quotidiana pugna, & rara victoria. Ille. Et in tantis periculis positus est homo. Propterea dicit Bonau. in 4. dist. 17 art. 2. q. ipossibile est hominem esse sine veniali, Christo excepto, & Matre. Ideo in tantis periculis positus homo, necessarium est ei adiutoriũ & cõfidentia. Quia homo dicitur peccabilis. Ratio Alber. Tria sunt quæ peccare non possunt: Deus, bestia, lapis: ad hoc ne homo peccaret, opus erat q̃ esset aut Deus, aut lapis, aut bestia. Quia uerò factus est homo, oportet q̃ peccet. vnde 22. q6. 2. omnis ætas prona est ad malum, ab adolescentia sua. Vnde bene monebat Plato. De quo Boetius 4. de conse. Vt Platoni placuit in minimis quoque rebus diuinum debet implorari auxilium: si in minimis plus in maximis. In facto animæ Iob 5. Voca si est qui tibi respondeat: & ad aliquem sanctorum conuertere. Sed quale est adiutorium nostrũ? Verè est Maria Confidite ego sum. Illa est enim quæ dæmonem præmit. Gen. 3. dictum fuit figuratiuè serpenti. Inimicitias ponam inter te, & mulierẽ: ipsa cõteret caput tuũ. O diabole, necessaria est tibi fuga. Et B̄er. super Can. Tu pugnatrix egregia: quia omnis militia spiritualium nequitiarum ante faciem tuam, in fugam est conuersa. Ille. Tribularis a mũdo, a diabolo, a carne, inuoca Mariam. O scutum afflictæ gentis. O adiutorium miserorum mortalium: quia sicut Eua fuit causa nostræ mortis, ita Maria nostræ uitæ. Sicut Eua causa nostræ maledictionis, sic Maria nostræ benedictionis. Vnde Ecclesia canit, in p̄sona peccatoris. Dignare me laudare te, Virgo sacrata, da mihi uirtutem contra hostes tuos. & Alber. in sequẽtiis De peccati uinculo, hoste, carne, seculo, libera nos o Maria. Et Petrarca. Ad te suspiramus genitrix Dei tu es consolatio cordis angustiati: per te repellitur peccatum infelicis matris Euæ, & nobis restituitur te mediante gratia uitæ. Exemplũ notabile. In Chronica Ordinis de quodam Nouitio, qui a dæmone tẽtatus de ordine exiit. Et literas misit patri Dominico de suo recessu. Sanctus, Dei ad

virginem

virginem accessit dicens. O Maria non hinc recedam, donec mihi restituas ouiculam perditam, & errantem, statim surgés, præcepit sacristæ ut aperiret portas Ecclesiæ. Iuuenis autem in illa hora, domi consistens; uidebatur ei quod carnes urerentur. Ad conuentum concitus redijt, ueniam petijt. Miserere mei pater. Et ille. Fili ne timeas, & cæteri peccatores. quia matri misericordiæ quam rogaui, te audiuit. Vnde saluus factus est. Confidite &c. Secundo. Confid. &c. Eccle. 44. Qui nauigat mare, enarrat pericula eius, & audientes auribus nostris, admiramur. Et Pius Papa. Periculosum est mare, atq; infestum Et Pithacus philosophus. Fidelis terra, mare uerò infidum est. Mare est magni lucri: sed maximi damni & multo plures sunt thesauri in mari, quàm in terra, nauigantes ergo indigent adiutorio. Sed quo? Respôdeo uisione stellæ tramontanæ: qua ad portum diriguntur. Et quando illam amittunt, perdunt omnem spem salutis. Exemplum Pau. Act. 27. Qui in Italiam ueniens de se, & alijs dixit. Neque sole, neque syderibus apparentibus, ablata erat eis spes salutis. Ad propositum Quâdiu sumus in hoc mundo, sumus nauigantes ad portum paradisi, per sententiam nostri ciuis Romani. Pauli ad Ro. 13. Non. n. habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. Ad Phil. 3. Nostra conuersatio in cœlis est. Sed insurgunt nobis uenti contrarij: de quibus hodie. Erat autem uentus contrarius. Inter tot ergo pericula nobis est necessaria stella tramôtana, quę est Maria, dicta stella maris, de qua Ecclesia canit. Aue Maris stella. Cantat alibi. Stella Maria maris. Et in respon. matuti. Fulgida stella maris. Quæ stella tramontana dicitur; propter tres proprietates, quas habet.

Prima, quia habet serenitatem in afflatu.

Secunda, quia habet fortitudinem in suo conatu.

Tertia, quia habet directionem in suo ducatu.

Prima quia habet &c. quando aer est nubilosus, & insurgit uentus Aquilonaris, qui est a parte huius stellæ, efficitur serenus. Vnde sicut uentus Australis est causa pluuię; ita Aquilonaris, causa serenitatis. Eccle. 5. ventus Aquilo dissipat pluuias. Albe. 6. Compendij. Quatuor sunt uenti principales.

principales. Subsolanus ab oriente, Auster in meridie, qui est calidus. Aquilo, qui est frigidus in Septentrione Zephirus, qui flores producit. Ad propositum ergo. Ventus Aquilonaris causat bonum tempus, & fugat turbidinē aeris, ita quando Deus est turbatus cōtra peccata luxuriæ, auaritiæ, o j. & huiusmodi: & mundum flagellare intendit, insurgit Tramōtana stella Maria, & ipsum placat, & quietat. O quō mundus staret, nisi esset supplicatio Mariæ, quæ quotidie, orat pro nobis. Bern. Loquere Domina, quia audit filius tuus, & quæcunq; uolueris impetrabis. Ille. Et Ecclesia in sequentiis. Ad te pia suspiramus, si non ducis deuiamus, ergo doce, quid agamus post hunc finem, ut uiuamus, cū sanctis perenniter. Et Petr. Tota spes nostræ salutis, contra diram fortem mortis. In manu tua Maria, posita est, quæ si defendas tua fortitudine nos saluas. Secunda conditio huius &c Facit homines fortes, cōmorantes sub regione huius stellæ, ut sunt Lombardi. Italici. Romani. Vege. li. de re Militari. Orientales non possunt nimis esse fortes, quia calidi propter solis ardorem. Occidētales similiter, quia sūt frigidi, utpote nimis longati a sole, ideo pauidi, q̄uis clament Gorges Gorges. Sed fortes sunt, solum cōmorantes sub regione Tramontana. vnde unus Lombardus, persequitur. 10. infideles. Ad propositū. Qui sunt deuoti Mariæ, sūt constantes in tribulationibus mūdi, ut pote ab ipsa roborari. Quid dicis o Ber super Can. Oportet oēs christicolas, p huius seculi pelagus, respicere ad Mariam maris stellam. Si quis hoc egerit, non iactabitur inanis gloriæ uento, nō scopulis tribulationum fatigabitur. Ille Sine Maria nihil agimus. quia est refugium nostrum. Tertia conditio huius stellę Marinarios dirigit ad portum, ita Maria. Vnde Ber. super Missus est. Maria est p clara, & eximia stella, super hoc mare magnum eleuata, micans meritis, coruscans exēplis. Si insurgunt uenti tentationum, respice stellam, inuoca Mariam. In Angustiis & in periculis plurimis Mariam cogita, Mariam inuoca, Mariā clama, nō recedebat ab ore, nō recedat a corde. Ille. O peccator noli recedere a deuotiōe illius. Dic coronā, dic officiū virginis, o ciuis ieiunia sabbata. Ideo Ecclesia. Placa mare, maris stella, ne inuoluat,

nos procella, & tempestas obuia. Ille. Et Petrarcha. Lachrimarum vita nostra plena est, & flentes luce priuamur, nisi illustremur a te stella serena. Vnde patet secunda. Confidite ergo &c. Tertio: Adiutorium est opus infirmis. O quot mortui sunt in miseria, quia adiutorem non habuerunt. Eccle. 3. Ve soli, quia si ceciderit, non habet subleuantem. Ex hoc laudatur a Theologis, opus misericordiæ, infirmos uisitare. Christus Matt. 35. Infirmus eram & uisitastis me. Ad Propositũ. Quis est hic infirmus? certe est peccator, qui est infirmus luxuria, auaritia, iracundia, & huiusmodi. De qua infirmitate Dauid in Psalm. 6. Canta. Miserere mei Deus, quoniã infirmus sum. Infirmus es o Dauid. Non capite, stomacho, non: sed peccato. O peccator infirme. Ideo indiges adiutorio medicinæ spiritualis, quæ ẽ Maria dulcis. Quid dicis o Cassiodore? Tu patrona humani generis. Afflictis, & infirmis, medicina singularis, quis tuo non egeat auxilio cũ peccare sit cõe. Ille. Nota in uerbo peccare commune. Ecclesiastes 7. Non est homo qui faciat bonum, & non peccet. Prouerbiorum 20. Quis potest dicere mundum est cor meũ, purus sum a peccato? In autentico de mona. §. Triennij Natura humana labitur ad delicta. Cum ergo homo sit infirmus peccatis, indiget adiutorio Mariæ. Hæc est quæ sanat infirmos, recreat morbidos. Confidite ego sum, scilicet spes uestra. Vnde Ber. super Can. ser. 97. Maria omnibus omnia facta, sapientibus, & insipientibus, copiosissima charitate, debitricem se fecit, omnibus pœnitentiæ signum aperuit, ut de plenitudine eius, accipiant uniuersi. Captiuus redemptionem, tristis consolationem, infirmus sanitatem, iustus gratiam. Angelus letitiam. Filius Dei, humanæ carnis substãtiã. Ille. Cõfidite ego sum, nolite timere adiuuabo uos. In quibus verbis, merito dubium quæritur. Quare dies sabbati dedicatur Mariæ? Respõdeo quia triplici ratione. Primo ratione acerbæ passionis. Passio sanctorũ eo die consecrari solet, quo mortem pro Christo susceperũt. Aequissimum etiam; ut Virgini dies illa dedicetur, qua ꝑ Christo eius filio passa est, sed dies Veneris sancti & Sabbati sancti, passio Virginis perdurauit. Igitur illi dies debent Virgini dedicari. Sed Ecclesia, diem Veneris, filio

dedicauit,quia ſabbatum Matri dedicatur.Secundo,ratione perſonalis dereliƈtionis.Nam ſicut Virgo tempore paſſionis ſola in ultimis dolorib.manſit.Sic congrue illi,ultimus dies hebdomadæ, cum gaudio, ſolemniter dedicetur Aug.O beata Maria quis tibi digne ualeat iura gratiarum, & laudum præconia impendere,quæ tuo ſingulari merito, mundo ſuccurriſti perdito? Quas tibi laudes, fragilitas humani generis,perſoluet, quę tuo ſolo cõmercio recuperandi,aditũ inuenit.Eccleſia enim,ſic diſpẽſat dies,hebdomadæ.Prima dies Dñica,ſanƈtiſſimæ Trinitati.Dies lunæ defunƈtis.Dies Martis peccatoribus. Dies Mercurii. Angelis.Dies Iouis ſpirituiſanƈto.Dies Veneris.Paſſioni. Dies Sabbati Mariæ.Tertio ratione uiſitationis. In ſabbato ſanƈto Maria remanſit uidua ſine filio:Et debent uiduæ uiſitari & conſolari.Eccleſia in ſabbato ipſam uiſitat, quæ eadẽ die,ſpãliter officium facit in ſui gloriam,in horis,in miſſa, in matutinis:eſt ergo noſtrum auxilium.Exẽplum in Chronica ordinis.Frater quidã cũ eſſet morti uicinus, cœpit fixis oculis ad certum locum tremẽs aſpicere:Quod cuſtos eius aduertẽs dixit.Frater rogo,dicas ſi quid uides. In uerbum deſperationis frater prorupit, perdidiſſe ſe inquiens quod in ordine feciſſet,cuſtos uero eum exhortatur ad Mariæ inuocationẽ.diceretq; uerſum illũ.Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ &c.Mira res,ſtatim ubi ipſum cõpleuit uerſum,in quoddam magnũ gaudiũ prorupit,& dixit mẽte pacifica.O mi frater, nonne uidiſti dominam noſtram propugnatricẽ, expellẽtem cateruam dæmonum,qui me terrebant?Tunc conuocatis fratribus,confeſſus eſt omnẽ deſperationẽ prædiƈtam,& diƈto cum magna deuotione ſymbolo,& Aue Maria in Domino obdormiuit. Maria ergo, eſt noſtra cõfidentia.vnde Pet.Iachrimarum uita noſtra plena eſt,& flẽtes luce priuamur, niſi illuſtremur a te ſtella ſerena.Confidite ego ſum &c.

Dominica j.Quadrageſimæ.De Eccellentia liberi Arbitrij.

ECce Angeli acceſſerunt.& miniſtrabant ei.Mat.4. Cum diſpoſitioni, & influentiæ cęleſtium corporũ, humana fragilitas, adeo ſubdita ſit, ut nullatenus ſit æternorũ capax

pax bonorũ. Idcirco homo, omni ſtudio, cura, & uigilãtia métis aptæ, ſe exercere debet, in operib. diuinis, cœleſtib. ſublimibus, & ſingularibus. Hæc eſt enim aurea ſententia diuina, & Angelici Doctoris Thomæ Aquinatis. in 2. 2. q. 175. ar. 1. ad ſecundum. Ad dignitatẽ hominis pertinet ut ad diuina eleuetur, ex hoc ipſo factus eſt ad imaginẽ Dei. Ille. Et Phil. 10 Ethicorum contra Symonidem. Homo debet ſe ad diuina, & immortalia trahere quãtũ poteſt. Ideo ut torrens eloquentię Firmianus uult. Lactantius in tertio Diuinarum Iuſtitutionum cap. 9. non ideo naſcimur, ut ea quæ ſunt facta uideamus ſed ut ipm factorẽ rerũ omnium comtemplemur. i. mente cernamus. Et ille Romanus noſter Paulus, ad Phi. 3. Noſtra cõuerſatio in cœlis eſt. Cũ qua ſententia, non multum differt a limite, & fantaſia. Philoſophantiũ. Plato in libro de legibus. Naturale eſt homini, ut ad originem ſuam cœleſtem ſemper anhelet. Auicenna in 5. Metha. Omnis ſapientium ſpes, eſt ad animæ fęlicitatem conſequẽdam. Et Aug. in principio Cóf. Feciſti nos Domine ad te, & inquietũ eſt cor noſtrũ, donec requieſcat in te. Vnde Perſius ſatirizãdo in 3. ſatyra, damnat noſtram incuriam, & negligentiam dicendo, inductus a Lactãtio li. 2. c. 2. O curue in terris animæ, & cęleſtium inanes. Cęlum potius intuemini, ad cuius ſpectaculum uos incitauit ille artifex uerus Deus, Et nr̃ uates Dãtes al. 17. cãtu Purgatorij, ſic exclamat. Cęlũ uos circũgitãdo uocat, uobis ſuum æternũ decorem oſtendendo, ueſter tñ intuitus deorſum figitur. Sed uere nula res eſt, quæ habeat tm̃ excitare inertiã noſtrã, & nos copulari illi ſummo bono Deo, dũ ſumus poſiti in hac uaſta ſolitudine, quantũ eſt conſideratio immenſorũ, & altorum beneficiorum Dei ipſi homini collatorũ, inter quæ præcipuum, & ſingulare, eſt dignitas, & excellentia liberi Arbitrij, quo mediãte hõ uilis, ac terrenus, poteſt ſe facere colonum, & habitatorem regni cœleſtis. Figura de Chriſto hodie in Euangelio, qui poſtquàm reſiſtẽtia ſua, Dęmonem proſtrauit, in ſui triumphum. Angeli ſibi miniſtrauerunt. De qua Excellentia, & dignitate liberi arbitrij, ſeu uoluntatis humanæ, tria digniſſima myſteria, proponemus contemplanda.

Primum dr Opinionis. Secundũ dr Declarationis. Tertium dicitur Responsionis.

Circa primum. Dubium quæritur. Vtrum liberum arbitrium hominis, siue uoluntas humana, possit cogi? Ad hoc, sunt quinque opiniones. Prima Astrologorum, qui uolũt hominem posse cogi, ad bonũ, & ad malum, influxu corporum cœlestium. Quod probãt duplici modo. Primo experientia. Secundo exemplis. Primo experientia. de multis inclinatis ad uitia De auaro, qui auaritiã suam submittere, & suppeditare, & percalcare nõ potest imperio rationis de carnali, de iracundo, & de singulis peccatoribus, qui dicunt se abstinere non posse, ab illicitis, eo quòd coguntur a corporibus cœlestibus. Ad quod facit exẽplũ ipsius Ascu lani, qui retulit, quòd erat coactus omnia quæ uidebat furari. Etiã unus Clauus, sicut retulit pater eius, quãuis etiã ipse esset diues. Secundo patet exemplis. De Moyse, qui ducens uxorẽ Ethiopissam in Egyptum, Aaron & Maria, turbati sunt contra eum, eo quod cõtraxerat matrimonium cum forẽsibus. Cum uero esset peritissimus Astrologus, in duobus anulis sculpsit duos lapides, habentes uirtutẽ memoriæ, & obliuionis. Anulũ memoriç pro se retinuit, obliuionis dedit uxori. Et sic se abinuicẽ diuiserũt. Ad propositum. Si duo lapides fuerunt tantæ uirtutis, quare non magis corpora cœlestia? Præterea Iacobus de Vora. i Chronica Ianuẽsium refert, quòd ĩ Gallia fuere Gemelli fratres, sub una constellatione nati, eadẽ hora concepti, eodẽ episcopo ordinati una die martyrizati, una die canonizati, una die in cœlũ collocati. Vnde hoc, nisi quia a Planetis, sub q bus nati erant inclinabantur, & cogebantur? Præterea, dicũt Astrologi, quod qui nascitur, sub Planeta lunç, est liberalis, seruitialis, potius pauper, quã diues. Qui nascit̃ sub Mercurio, est eloquens. Vnde Paulus dicebatur Mercurius, quia erat eloquens plus Sapiẽs q̃ fatuus Alius planeta dicitur Venus. Qui nascitur sub tali, inclinatur ad cãtum, & pulsandum instrumenta. Qui nascitur sub Sole, est contẽplatiuus, despiciens mundum, fortunatus ad officia, & dignitates. Qui sub Marte, est bellicosus, sicut Romani ut habet Petrarca in 1. i. Qui sub Ioue est gratiosus, generosus,

sus, affabilis honorabilis, audax in rebus suis, & totus amorosus in actibus suis. Qui sub Saturno est auarus tristis, macer, pallidus, male indutus, mendax, & in omnibus falsus: De primo ad ultimum. Quod unus fit diues, alius pauper, unus sapiens, alius fatuus, alius facundus, alius Marzochus, hoc totũ esse dicunt, a cõstellationibus. Vnde patet prima opinio. Secũda opinio. Quod erat Dæmon: quia 1. para 21. consurrexit Sathan contra Israel, & incitauit Dauid numerare populum. Et Apo. 12. Ve terre, & mari, quia descendit Diabolus ad uos, habens iram magnam. Et Damas. 2 sen. Omnis malitia, & omnis immunditia, a Diabolo sunt excogitata. Hic est qui Adã seduxit. Qui omnia mala procurat. Ideo mulieres dicũt. O pater peccaui, quia Diabolus me decepit. Tertia opinio. Quod est Deus. Per uerbum. Ioan 6 Nemo potest uenire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum, sed secundum Philo. 3. Phy. Tactus est motus uiolentus, ergo patet quòd Deus potest hominem cogere. Et prouer. 21. Cor regis in manu Domini, ad quodcunque uoluerit uertet illud. Luce. 14. dicitur. Cõpelle eos intrare. Quarta opinio. Quod fuere Tyranni, qui contra martyres fecerunt uiolentiam. Nonne Nero Petro & Paulo, uiolentiam fecit? Nonne Decius, Laurentio? Nõne Egeas Andreæ? Nonne Maxentius, Catherinæ, Luciæ. Quintianus Agathæ? &c. Quinta opinio, est diui Ambrosij & aliorum doctorum. Quod non. Vt patet. 15. q. 1. c. Nõ est quòd cuiquàm nostrum ascribamus erumnam. Nemo inuitus trahitur ad culpã, nisi propria uolũtate deflexerit. Et August. 5. de Ciui. capi. 10. Sunt nostræ uoluntates in nobis, quæ ipsæ faciũt, quicquid uolẽdo facimus, siue bonum, siue malum. Sed quia conclusio nostra est dubiosa, ideo ad secundum Mysterium properemus. Secundum principale dicitur &c. Secundum sententiam Thom. in 2. dist. 25. In prima parte. quæst. 19. In tertia contra G. c. 83. Liberum arbitrium hominis a cœlestibus corporibus non potest cogi. Quæ conclusio, probatur quadruplici modo. Ratione, auctoritate, exemplo, figura. Primo, ratione quadruplici. Prima Nobilitatis. Secunda Mutabilitatis. Tertia, Natiuitatis. Quarta, Vanitatis. Ad primam

Conclusio est Dion.4.de di.no.Quod diuina prouidētia, posuit hunc ordinem in natura rerum,quòd inferiora regā tur per superiora,& minus nobiliora, per nobiliora. Et nō econuerso.In.1.Metha.A uirtute superiori, reguntur ista inferiora. Ad propositū.Homo componitur ex corpore & anima,ut hēt Phi.2.de Anima & 5. Meth. Et Magister in 2.di.21.Corpus quidē,quia in præsenti est mortale,corruptibile,& passibile,ideo inferius est,& ignobilius quolibet corpore cœlesti.Et ex hoc recipit influentiā, dispositionē, motum, ac uariationem a corporibus cęlestibus, unde procedunt iufirmitates totius corporis,capitis, stomachi,& huiusmodi? Vñ ꝙ lunatici fatuizāt in innouatione Lunæ? certe quia corpora cœlestia cogūt corpora humana,cū sint eis superiora.Anima aūt nostra est nobilior omni corpore cęlesti,& omnibus creatis.Ideo nō possunt necessitare illam. Vnde Phil.3. animę.Virtus intellectiua,nō alligatur organo corporali.Cū ergo sit nobilior corpore cęlesti,ideo nō potest cogi ab ipsis cōstellationibus.Quod Anima sit nobilior,omni corpore cęlesti, sic probatur ꝑ Doctorē Sāctū, in 4.contra gen.Vnus effectus.tāto est nobilior,quāto plus assimilatur suæ causæ.Sic dicimus quia Angelus est nobilior homine,quia est plus similis Deo.Ad ꝓpositum.Causa omnium est.Deus.Vnde quāto creatura est ei similis, tāto est nobilior.Anima nostra magis Deo assimilatur, quā corpora cęlestia,& hoc ꝑ.6.similitudines. Prima unus est Deus.Exo.22.Dominus Deus tuus unus est.Secunda,quia est trinus in personis in una essentia. Pater fil.Spi.Sā.ut dicitur.1. Io.5.Tres sunt qui testimoniū dant in cęlo, Pater Verbū,& Spiritussanctus &c.Et anima nostra similiter. Tertia est immortalis,ut dicitur.1.Thi.1.Regi seculorum immortali.Et anima nostra similiter. Quarta est Inuisibilis, ut dicitur. 1.Io.4.Deū nemo uidit unq̄,& anima similiter. Quinta,quia est ubiq; per per potētiā,pręsētiā,essentiā,ut dicitur Hiere.18.Cęlum & terrā ego impleo. Et anima nostra est tota in toto,& tota ī qualibet parte corporis. Ideo 6.Po.Philo.Anima est nobilior omni conpore & l. Sancimus.C.de sacrosan.ec.§. Secundum. Aīa cunctis rebus præponenda est.Iuxta illud Mat.6. Primū quærite regnū Dei.

Et

Et extra de Pœ.& re.c.cū infirmitas. Anima est nobilior omni corpore & animæ bonum præfertur omnibus bonis. Practica notabilis. Propter hāc fecit Deus.4.elementa. 7: planetas, propter hāc.9.cęlos, propter hāc præsentē machinam: propter hanc misit filium in mundum. Io.3. Sic Deus dilexit mūdum, ut filium suum unigenitum daret, propter hanc misit ipsum ad crucem: O Iesu nate. O Iesu derise. O Iesu crucifixe. O Iesu mortue. In uisionibus Helixabeh, filiæ Regis Vngarię scribitur, quod Iesu amorosus apparuit ei illo modo, quo fuerat ligatus ad columnam. Et cū diceret. O Iesu, quis te sic male tractauit? Respondit. Amor humanæ Animæ, quā cupio esse saluā Vbi dicit Albe. Quod si solum Adam peccasset, adhuc, pro illo solo redimendo, mortuus esset. Et ratio. Quia maius damnum est perditio unius animæ, quàm totius mundi. Vnde facias ei bonā societatem. Ad propositum. Cum sit ergo nobilior omnibus corporibus, ad malū non potest cogi. Patet prima ratio. Secunda ratione &c. Si cōstellationes possent necessitare hominem sequeretur, ꝙ tales nati sub una cōstellatione, mores quos cęperunt a cunabulis, tenerent eos etiam in senectute. Et ratio, quia corpora cęlestia, semper se habēt eodē modo. Sed hoc est falsum, quia multos uidimus in sua iuuētute uitiosus in senectute autē, plenos bonis moribus, qđ non esset, si corpora cęlestia necessitarent. Tullius in oratione pro Catilina. Multos uidimus, & audiuimus, qui cū totam adolescentiam uoluptatibus dedissent, se ad frugē bonam recepisse, hominesque graues atque illustres fuisse. Quod patet in duplici differentia exēplorū. Primo Paganorū de Themistocle Phi. de quo Valerius li.6. de mutatione morum, & fortunę. Qui adolescens fuit pollutus tāta infamia, ꝙ eū Pater expulit, & abdicauit. Et Mater propter turpitudinē filij, se suspēdit. In ętate prouecta, fuit clarissimus Philosophus, & priceps studij Athenis. Præterea de Fabricio Romano. qui iuuenis dissolutus, tamē postea sua probitate, factus est Capitaneus Romanorū, belliū tenuit per dies quatuor cū corticibus arborum loco panis, & uictoriam habuit cōtra inimicos. Vt ponit Eutropius de M. Antonio, qui in Egypto existens, dissolutus cum Cleopa

tra: inde tamen exiens sua eloquentia stupefactos fecit cat uifices:& sic euasit de carceribus Romanorum. Præterea de M.Torquato: quia patre pp uituperium carnis missus est in uillã ad custodiendum porcos: tamen postea sua eloquẽtia patrem a morte liberauit. Præterea de Catone Cẽlorino, qui existens iuuenis dissolutus, tamen sua eloquentia apud Senatum 40. uicibus accusatus, se defendit cũ magna gloria. Præterea de L. Scylla, qui in primeua ætate dissolutus existẽs, postea cõtra Mitridatem, mira gessit in bellis. Non esset talis mutatio de uitiis ad virtutem, si constellationes necessitarent. Secunda probatur exemplis Catholicorum. de Aug. qui filium de adulterio habuit, dictũ Deodatus: tamen meritis sanctæ Monicę matris: & prędicatione. Amb. Baptizatus, scripsit 3. milia volumina. Vnde nuncupatur gemma Ecclesiæ. Præterea de Francisco, & Alberto Magno, qui in sua iuuẽtute fuere dissoluti, tamẽ postea fuere tam proficui Ecclesiæ, & postea dictus est magnus. de Magdalena: de Thayde meretrice. Lactã. li. de Ira ad Don. Quàm multi ex peccatoribus, qui iusti posterius effecti sũt ex malis boni, ex improbis continentes. Ille. Quam multi in prima ætate turpes, & iudicio omnium condemnati: postmodum laudabiles extiterunt. Ne desperes, o pater, aut mater, si habes filium, aut filiam dissolutam: quia possunt bene agere, & mores in melius mutare. Quæ mutatio nõ esset, si corpora cęlestia necessitarent hominem. Patet secunda rõ &c. Tertia ratio &c. quia tales nati sub tali constellatione. Aut omnes essent boni, aut mali. Sed oppositum uidemus: quia multi sub una constellatione nati, erunt diuersi in moribus, vt patet Gen. 25. de Iacob & Esau. qui nati ex vno patre Isaac, & matre Rebeca, gemelli, fuerunt sub una constellatione nati, & concepti: tamen fuerunt diuersi in moribus. Præterea Alb. lib. de Naturis rerum, refert de quadam quæ peperit. 13. filios qui fuerunt concepti sub constellatione Martis, qui omnes debebant esse bellicosi: sed diuersi fuerunt in moribus, unus accidiosus, alius auarus, alius catholicus, quod non debebat esse. Præterea Aug. 5. de Ciuit. reprobat hunc errorem, & narrat de duobus natis uno partu: uno mare, alia fœmina, quæ fuerunt diuersæ cõditionis;

nis: masculus fuit deditus coniugio, militiæ, & negotiis mundi, fœmina seruata castitate dedit se Deo. Quod non fuisset, si constellatio necessitaret hominem, cũ sub eadem nati essent. Præterea Greg. Exemplum inducit. In ciuitate Romæ accidit nasci eadem hora filium Regis, & filium rustici, sub eadem constellatione. In processu uerò temporis filius Regis erat gloriosus, patri succedens in Regno, filius rustici erat ignominiosus. Si constellatio cogit cur iste pauper, & alius diues. Igitur patet tertia. Quarta ratio &c. Quia Deus in uanũ dedisset decẽ præcepta. In uanum posuisset Paradisum, præmium, inferni, suppliciũ: quia homo non posset eligere pro arbitrio suo, quod cõtra dicitur. di. 4. c. Erit aũt lex. Lex debet esse possibilis. Si homo cogeretur a constellationibus, ad aliquod malum, quod non posset uitare, iniusta esset lex, quæ prohibet illud facere, quod homo non posset uitare. Ideo Th. contra Gent. c. 83. Si homo suarum operationum dñs non esset, frustra adhiberent præmia, & pęnæ bonis, aut malis. Sed non est credendũ cũ homo sit liberi arbitrii: Ideo August. 1. & 3. de Libero arbitrio. Nulla alia re mens nostra fit serua libidinis, nisi propria uoluntate. Practica notabilis. Quis te constituit Diaboli mancipium? Ducit ad infernũ? Priuat te Paradiso? Verè uoluntas tua. Quis te conducit ad uanitates, & pompas? Quia non cognosco plus uxorem unius artesani, & doctoris Crescunt angariæ dominorum: sed non deficiunt pompæ. Verè propria uoluntas. Quis te conducit ad inhonestates, & ad libidines, & carnalitates, & ad sodomias? Verè propria uolũtas. Ideo Dantes in 6. Purgatorii. quia Italia serua, & doloris receptaculum, in tempestate sinecento nauis, non domina prouinciæ, sed lupanar. Nõ est plus erubescentia tenere publicè concubinas, accipere sacramẽta falsa & omnia illicita perpetrare. A Saracenis. Ab Agarenis, ab Arabis, ab Idumęis. A Machometanis. A Barbaris. A Iudæis. Ab Infidelibus. O fallax christiane, hæc accepisti. Secundo authoritate quadruplici Primo Diuinali. Eccle. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui, idest, liberi arbitrii. Ante hominem bonũ, & malum: quod ei placuerit dabitur ei. In eodem. Inueni

q Deus fecerit hominẽ rectũ in verbo.Phil.in 2.Phy.Mali non sumus per naturam.Dauid in Psalmo 118. Anima mea in manibus meis semper.Super quo Gloss.Inter. Tria sunt propria bona hominis.Tempus Eccle.5.Fili conserua tempus.Opus bonum.Amb.Non sunt hominis bona, quæ secum ferre non potest,sola misericordia,comes est defunctorum.Tertium anima nostra.Anima inquit mea,&c.Sed nota secundum Bonau. in 2.dist. 20. Quod hoc liberum arbitrium,reperitur in quatuor generibus personarũ.Primò in Deo : sed non nisi flexibile ad bonum : quia peccare non potest,cum sit summa bonitas.Matth.10.Luc.in 7.Nemo bonus nisi solus Deus.Super quo Tho. 1.par. quęst. 6. ar.2.nemo bonus essentialiter,incorruptibiliter,impeccabiliter,uiriliter,nisi solus Deus.Secũdo in Angelis bonis : ita confirmatum in bono,quòd malum agere non possunt. Tertiò in damnatis:ita confirmatum in malo, quod bonũ agere non possunt:quamuis in hoc errauit Origen.qui uoluit in iudicio saluari. In Chronica prædicatorum scribitur.Quod cãtantibus fratribus matutinum;clamauit quædam anima damnata. Heu me misera,quia mihi laudandi Deum,modus non est,sicut facitis uos. Quartò in uiatoribus,flexibile ad bonum,& ad malum,a parte ante,& a parte post. Secundò probatur authoritate Canonicali Augu. in li.de Libero arb. Peccatum dicit intantum esse volũtarium,quod si non esset uoluntarium,nullum esset peccatũ. Quod dictum,sacri Canones sæpe cõfitentur.Sicut patet, 45.c.de Iudæis.& 15.q.1.c.Merito.c.Illa.c.Non est.& 33. q.5.c.si est enim.& 23 q.4.c. Nabuchdonosor. ubi dicitur. Vane iræ,nunquam Deus redderet meritum, si non spontaneum inueniretur homo habere peccatum. Tertiò probatur Autho.ciuili.C.ad l.Cornę.de Sicca.l.1.& ff. de te fur.l.Qui in iure. in princ. Crimen non contrahitur, nisi uoluntas nocendi intercedat.Et ff.ad l.Aquil.l. Qui occidi.§.in hac.Malefica uoluntas,& propositum, delinquendi adstringit. Quartò authoritate Paganali in 3. Ethico. Homo est principium suarum operationum.In eodẽ. Nos sumus domini nostrarum operationum,a principio usque ad finem:& hoc retulit Tullius Retho.Voluntatem in omnibus

nibus aſpectare cōuenit.Sene.ad Luc.omne peccatū actio uolūtaria.Salu.in iugur.Dux atque Imperator uitę mortalium,animus eſt.& Dātes 16.Purgatorij. Liberum arbitrium contra inclinationem cęli conſtans, licet in principio ſit laborioſum reſiſtere tamē ſi perſeuerare uelit in bono,ſuperat & uincit.Tertiò probatur.Exemplo Platonis. Faciem eius cum diſcipuli oſtēdiſſent, cuidam magno Philoſopho, qui iudicabat in phiſonomia ſecundum faciem: quæ facies multū iudicat de homine.Eccle.16.Ex uiſu cognoſcitur homo.Vbi dicit Alb.de naturis rerum, q̀ ſignati a natura,malum ſignum indicāt de interioribus.Vnde Philoſophus in phiſionomia. Caue & pcaue ab homine diminuto in aliquo membro,tamquam ab inimico. & Aſculanus.Ex naturali corporis defectu,anima eſt furax:de malo in peius,tales ſemper defluunt. Nunquam fuit ſtrabo cum animo perfecto.Cum ergo dixiſſet Philoſophus de Platone,luxurioſus,& corruptor puerorum eſt.Riſerunt eum diſcipuli,cum Plato virgo eſſet.Reſpondit Plato.Verè philoſophus dixit uerum:quia planetis ad hoc uitium inclinor: ſed ipſam inclinationē,imperio rationis ſubmitto.Quartò Probatur figura,de Abel & Caym.de quibus Gē.4.Qui a patre edocti fuerunt,ut offerrēt Deo primitias. Abel timoratus,obtulit Deo de meliorib. vnde Deus accepit ſua munera. Caym uerò fecit ſicut auarus, qui quando frater panem petit,date panem fratribus,da inquit de duro, aut muſido:quia omnino faciunt de lapanata,& facit capillos albos.Facetia de Priore Marchiano,qui induens iuuenem unum dixit ei.oportet ut frater ordinis mei, tria habeat. Primò os porcinum.Secundò ſpatulas aſininas. Tertiò caput boninum ad ſtudendum. O Deus me cuſtodiat de tribus.Primo, de campana fratrum Minorum. Secundò, de zona fratrum Eremitarum. Tertiò, de ingenti libro fratrum Prædicatorum.Ad propoſitū. Caym inuidens fratri ſuo,illum occidit:& ſub ſabulo abſcondit,cui dominus.O Caym ubi eſt Abel frater tuus?Reſ.Neſcio domine.Et dominus.vox ſanguinis &c. Vbi dicit glo. q̀ quatuor peccata ſunt quæ uindictam clamant.Oppresſio orphanorū, & uiduarum. Merces operariorum. Solue laboranti, o ciuis,

Vitium

Vitium sodomiæ, & homicidium. Videns autem se male fecisse, dixit. Maior est iniquitas mea &c. Super quo Hieron. Mentiris o Cayn. quia maior est misericordia domini quã nostra miseria Ille. Et uere mentiebatur, quia non &c. Vñ Dantes. Nullum est de se tam graue peccatum, quin ad ingressum cęlorum domine Deus, quilibet pænitens reperiat claues. Nam tu es mansuetus, & tam pius, ut tua bonitas peccatori succurrat: Et Petrarcha sexto triumpho diuinitatis. Sed diuinæ gratiæ nunquam tarde fuerunt. cõfido in eas, ut adhuc in me faciẽt excellas operationes, & singulares. Quæritur an peccet mortaliter, qui transgreditur ieiunium quadragesimale, uel aliquod aliud ieiuniũ, quod cadit sub præcepto Ecclesiæ? Respondetur. Si quis scieter, & sine cã: & ex contemptu transgreditur aliquod ieiunium Ecclesiæ peccat mortaliter. secus est si non ex contemptu, sed ex causa rationabili solueret. Ver. Gr. Si quis intantũ corpus proprium diligeret, ꝙ contra præceptum Ecclesiæ paratus sit comedere in diebus ieiuniorum, cum tamen bene posset ieiunare: sed non uult corpus suum intantum grauare seu castigare: & sic sine causa soluit ieiuniũ ab Ecclesia præceptum, talis grauiter Deum offendit paruipendendo, & contemnendo præcepta Ecclesię. Vnde Doctor de Schilditz tenet ĩ tra. de septẽ uitiis capitalib. di. Qñ aliqs inordinatæ gulæ, uel concupiscentiæ inhæret, & ei tãquam ultimo fini deseruit, sicut de quibusdã dr̃ ad Phi. 4. Quorũ Deus uenter est, quorũ finis interitus: ita quod talis quasi Deum contemnens, paratus sit præcepta Dei, & Ecclesiæ transgredi, ut delectationes gulę assequatur, talis grauiter peccat. Vnde quilibet debet obedire præceptis Ecclesiæ, & prælatorũ suorum. s. ieiunare ieiunia ab Ecclesia instituta, & festa celebrare, quasi ipsemet Christus ꝓciperet fieri. vñ Luc. 16. Qui uos audit &c. Ber. Obedientia quæ maiorib. prębetur Christo exhibetur. Nam ipsi prælati sunt Vicarii Christi: ergo non sunt spernendi. Vnde dr̃ in decr. Qui cõtemnit uicariũ, contemnit, & illũ, qui posuit ipsum. di. 1 1. ĩ nono. Vnde Ber. de Præl. & dispen. quicquid hõ vice Dei ꝓcepit, quod nõ sit certum, displicere Deo, hoc omnino est accipiẽdum quasi præciperet Deus. Ex iam dictis patet, qđ

nimis periculosè stant, qui non ieiunant angurias vigilias Apostolorum, nec et Quadragesimam sed de facili, & qua si ex nulla causa soluunt ieiunia Ecclesię. Contra quos est in Decret. Nullus soluat ieiunia Ecclesia sine necessitate. De consec.d.3. Ieiunia.& Iusta.C. de nup.l. Imperialis. Nam ita credimus Dei beneuolentiam, & circa genus humanum nimiam clementiam, quantum nostrae naturae possibile est imitari Qui quotidianis hominum peccatis, semper ignoscere dignatur, & pęnitentiam nostram suscipere, & ad meliorem statum eam reducere.& Canon 26.q 6.c.si presbyter & de pœnit.d.1.c.Multiplex.c. Quia diuinitatis natura. Et de pœnit.dist.1.c.in actione. Cor contritum, & humiliatum Deus nunquam spreuit. Cui dominus: sub te erat appetitus tuus:& tu dominaberis illius, idest poteris dominari ratione, si uolueris, peccato inuidiae, odij, & aliorum uitiorum, ad quae inclinatis: quia liber es. In quibus verbis ponitur talis conclusio Homo quantumcunque sentiat uehementes passiones carnis, odii, gulę & c. tamen potest ratione sua frenare si vult. Ideo Tho. in opusculo.9 Ex stellarum dispositione, nulla necessitas inducitur homini ad agendum, sed quędam inclinatio sola, quam sapientes moderando refrenāt. Pręterea ꝙ Ptholomeus dicit in Cētiloquio. Sapiens dominabitur astris. Ibi. Inculpanda est ergo propria voluntas. Et Bernard. super Canti. sermone 21. quatuor ponit effectus ipsius di. Cesset propria uoluntas, & non erit Infernus. Ipsa est quę Paradisum spoliat, Infernum ditat, sanguinem Christi euacuat:& ditioni diaboli totum mundū subiugat Ille. Practica notabilis. Vnde causatur diuersitas uiuendi. Aliqui male, aliqui bene uiuunt? A voluntate. Duos filios habuit Adam: unum reprobum, alium bonum Vnde hoc. A uoluntate? Tres filios habuit Noe, duos bonos, & alium malum. A uoluntate. Duodecim filios habuit Iacob. Vnum bonum Ioseph, alios reprobos. A uoluntate. Septem diaconi ordinati ab Apostolis, sex bonis, septimus reprobus, nomine Nicolaus. A uoluntate. In schola Christi fuerunt duodecim Apostoli unus reprobus factus est. A voluntate. Duo Reges fuerunt in Aegypto Nabuchodonosor, & Pharao, de quibus 23.q. 4.c.

4.c.Nabuchdonosor. unus reprobus, alius bonus. Certè à voluntate: duo latrones fuerunt in cruce, vnus conuersus est, alius reprobus factus est. A uoluntate: voluntas ergo est causa peccati, adeo q ipsa non existente non esset peccatū. Aug. teste lib. de lib. arb. Peccatū adeo uoluntarium est, q si non esset voluntarium, non esset peccatum. Exemplifica de singulis peccatis. Vnde omnia mēbra clamabūt contra ipsam voluntatem. Clamabit lingua. Per te voluntas ribalda, dixi malū de Deo, & proximo. Clamabit oculus. Per te o ribalda prouocatus sum. Clamabit manus, per te homicidium feci. Clamabit pes. Per te chorizaui. Ideo Dan. in 3: Inferni! Per te descendit infernum &c. Vñ patet primum. Tertium dicitur &c. Ad argumenta. Respōdeo ad primum. Quod plures non possunt deprimere passiones, rōne constellationis. Respond. Alb. in 2. Cōp. c. 56. Quod nulla naturalis concupiscentia, & passio quantuncunque intensa per necessitatem, aut per ætatem, cogit hominē ad malum. Et ratio, per se potest superare quascunque passiones, etiam potentissimas inclinantes ad malū, & quamuis multis difficile sit operari bonum, hoc totum est, propter malam consuetudinem, & malum habitum, qui in naturā conuertitur. De qua cōsuetudine diffusius diximus in ser. de tarditate bene operandi. Vnde addit Alb. quod rō huius difficultatis insurgit ex hoc, quia ab una parte est inclinatio cōstellationis, ab alia parte est malus habitus: iō &c. Ad illud de lapidibus. Moy. Respondeo, quod illi lapides potuere habere quādā inclinationē, super Moysen, & vxorem suam ad inclinandū eos. sed non cogendum. Ad secūdum de Diab. Qđ ut directa, & principalis cā, nō est peccati nostri causa, sed propria uolūtas; ut diffusius dicemus in Ser. de Tentatione Diaboli. Et quamuis sua potētia sit maxima super terram: iuxta illud Iob 41. Non est potestas super terram, quæ cōparetur ei: tamen piissimus Deus ipsam limitauit Paulo testante. 1. Cor. 10. Fidelis Deus, qui non patietur uos tentari supra, id quod potestis: sed faciet etiā cum tentatione prouentum, vt possitis resistere. Habet gl. insti. de patria potestate. Quod quando Imperator facit fieri duellū, hoc facit de pari. Si unus esset monoculus, aut

sine

fine manu, femper quærit paritatē inter eos. Ad propofitū. Inter hominem, & Dæmonem eft maximum duellum: fed nulla eft paritas refpectu potentiæ Dæmonis, cū fit fuperior homine fimpliciter: tamen ipfam facit Deus dū bellū Diaboli facit æquiualens cum bello hominis. Ad tertium de Deo. Refpondeo, q. Deus nō cogit, fed trahit mō gratiofo. Vnde Ric. 4. dift. 15. fuper uerbo Chrifti. Nifi pater &c. Authoritas illa, loquitur de tractu uiolēto; fed ibi accipitur tractus per inclinationē uoluntatis: teftante Augu. homel. 26. Ramum uiridem oftendis oui, & trahis illam: ita Deus oftēdit interius homini ea, p quæ homo ad Deū inclinatur: & hoc eft ipfum trahi. Ille. Ad quartū. Refpondeo. Quod tyranni non potuerunt uincere fanctos, uolūtatem eorum cogendo, licet corpora, ut patet de Nerone uerfus Petrum, & Paulū. De Decio uerfus Laurentium, & fic de aliis. Quod patet exēplo Hier. in uita Pauli primi Eremitæ, qui ponit, quod fub Decio, & Valeriano Imperatoribus: fuit quidam iuuenis qui miffus fuit ligatus in campo, ad ftipitem cum manibus retro. Vocatus meretrix, quæ cępit eum tāgere: ut prouocaret ipfum ad libidinem. Infpiratus iuuenis præfcidit linguam, & in os illius expuit, & fic libidinem refrenauit.

Alius fermo in eadē dñica, de tentatione Diaboli. Ille idē prologus pōt fieri: unde tria funt uidēda de ipfa tētatione.

Primū dicit opinionis. Secundum dicit modificationis. Tertium dicitur remeditationis.

Primum dicitur &c. Dubium quæritur a Theo. vtrū Dæmon fit caufa peccati, & omnium malorum quæ fiunt? Circa hoc fuerunt duæ opiniones famofę. Vna dicit quod fic. Alia quòd non. Prima probat intentū fuū, duplici authoritate. Primò uerbis fcripturarum. Secundò verbis doctorum. Primò &c. 1. Paral. 21. Confurrexit Sathan cōtra Ifrael, & incitauit Dauid ut numeraret Ifrael. Quod fuit peccatum fuperbiæ, ultra peccatum homicidii, & adulterii. & 1. Petri. Aduerfarius ucfter Diab. &c. Apoc. 12. Ve terræ, & mari quia defcendit Diabo. ad uos habens iram magnam. & 1. Macha. c. 5. Bellum contra nos eft. Et Dauid in Pf. 55. Multi bellantes aduerfum me. Et alibi. Abfconderunt fu-

p:bi,

perbi.i.Dæmones,laqueum mihi. Secundo uerbis Doctorum.Aug.16.q.2.c.Visis.Habet ille hostis antiquus,mille nocendi modos.Et Dam.2.Sen.Omnis malitia, & omnis immunditia,a Diabolo sunt excogitata.Beda super Actus Apostolorum.Diabolus animam in affectum malitiæ trahit.Isidorus de sum.bo.Diabolus, corda hominũ occultis cupiditatib.replet.Ber.super Can. Castrum animæ nostræ in terra inimicorum situm est,& undique oppugnatur.Dionys.4.c.De Di.No.Multitudo Dæmonum, est causa omniũ malorum sibi,& aliis. Preterea. Tertium est verbũ mulierũ.Pater ego hoc feci,quia diabolus me seduxit, imitãtes Euam,quæ dixit Domino Deo.Serpens decepit me.Secun

2. da opinio.Affirmat quod nõ est cã peccati nostri, sed nostra uoluntas.Testante Ambr.15.q.1.c. Non est quòd nostram cuiquam ascribamus erumnam,nisi nostræ uolũtati. Ad hanc difficultatem respondet Theologi, maxime Tho. 3.q.80.ar.3.In prima par.q.14.ar.4. In tertia parte.q.8.ar. 3.Bonau.2.di.15.Ri.ibidem. Quod aliquid potest esse cã peccati dupliciter. Vno modo directe, & principaliter. Alio modo indirecte,& secundario. Exẽplifica de illo qui homicidium per se facit, qui est causa directa homicidij illius.Et de illo qui per alium facit fieri,est causa indirecta. Ad propositum: Vt causa directa,Diabolus non est causa peccati.Quæ cõclusio probatur triplici medio,ratione,authoritate,exemplo.Primo rõne duplici sic. Nihil potest esse causa peccati directe, nisi qui potest mouere uoluntatẽ ad peccãdum. Voluntas autem hominis, a duobus moueri potest,aut a semet,aut ab ipso Deo. Ab ipso Deo nõ mouetur ad malum,quia Deus non est causa peccati, testante Aug.li.83.q.Deo autorãte nõ fit homo deterior, ideo clamat Sapiens. Eccl.21. Quasi a facie colubri fuge peccatũ. Vñ liberũ fecit hominẽ. Eccl.15.c Deus ab initio cõstituit hominẽ,& reliquit eũ in manu cõsilii sui.Et Dauid in Ps. 118.Anima mea in manibus meis semper. in 4. Eth. Nos sumus Domini nostrarum operationũ, a principio usque ad finẽ. Idem.Homo est principiũ suarum operationum.Si ergo uoluntas hominis non mouetur a Deo ad malum.Relinquitur ergo, quòd si facit malum, & peccatum,

sic

fit sua uoluntas directa causa illius mali, & peccati, & non Diabolus. Ad illud facit quod Augusti. dicit libro de Ecclesiasticis Dogmatibus. Non omnes cogitationes nostræ malæ a Diabolo excitantur, sed aliquoties ex nostri Arbitrij motu emergunt, & Origenes dicit. Quod si Dæmonium non esset, adhuc homines haberēt appetitum cibi, & uenereorum. Vnde patet. Secunda ratio sic. Si Dæmon esset directe causa peccati. Quando dares eleemosynā, quā do ires ad Ecclesiam, & faceres alia de genere bonorū, nō te fineret. Quare patet. Respondeo. Quia Diabolus semper, & omni hora est malus contra homines. Testante Augusti. 4. de tri. Diabolus suæ societatis semper malignos affectus inspirat, & cum sit quòd non sit homo, qui non faciat aliquando aliquod bonum. Sequitur quod Dæmō nō sit causa peccati, ut causa directa. Et licet potestas sua sit maxima, super omnes potentias mundi, iuxta illud Iob. 41. Non est potestas super terram, quæ comparetur ei. Non tamen potest cogere uoluntatem hominis ad peccādum sed ipsa per se est causa. Vnde Augu. in 1. & 3. de Libero Arbitrio. Nulla alia re mens nostra fit serua libidinis, nisi propria uoluntate. Ad Practicā. Si es superbus, ut nemo tecū auderet loqui, inculpa teipsum, non Diabolum. Si cōcubinarius, & omnino deditus carnalitate mulieris. Si auarus, si usurarius, in omnibus inculpa teipsum. Verte te ad mulieres. Si cadit in lapsum carnis, inculpa teipsam, quia non fugis occasiones Cur stas ad fenestram? Cur loqueris cum iuuenibus? Cur ponis belletum in facie? uitellū oui? aquā uitis? unguenta? cerusam? Quare ostendis faciem tuam ad ignem? Quare facis tibi ccrudellos? Quare uadis ad ballos? quare dicis uerba otiosa? Fuge occasiones, & Dæmon non infestabit te, fac resistentiam, & fugiet a te. Iaco. quarto. Resisti te Diabolo, & fugiet à uobis, quia debilis est. Hier. Debilis est hostis, & non potest uincere nisi uolentem, uoluntas ergo nostra est causa peccati. Bern. ser mo. 21. super Canti. Tolle propriam uoluntatem, & non erit infernus. Cice. 3. Paradox. necenim peccata rerum euē tu, sed uitij hominum metienda sunt. Et Sen. lib. de Moribus. Tolle excusationem, nemo peccat inuitus. Quod

F patet

uide patet. Exẽplis. Primo de monacho qui coxit oua ad lumẽ lucernæ, inuentus a Prælato dixit: Diabolus tentaui me. Diabolus mentiris inquit, quia nunq̃ hoc cogitauissem. Et de Beato Antonio cũ Dæmonem reprehenderet, q̃ discipulos infestabat. Respõdit Antoni nõ sum ego, sed ipsi se mutuo perturbant. Exemplum de Muliere Bergomensi, quæ fuit colligere ficus in zocholis, cecidit tibiis fractis, q̃ dixit. Maledictus sit Diabolus. Sic faciunt mulieres, quæ se conturbant cum cane, cata. Salo. Eccl. 25. Non est ira super iram mulieris. Respondit. Dæmon. Maledicta sis tu, non ego. Non scis, si in zocholis debet iri super ficum. O quot sunt, qui Dæmonem inculpant cum sint ipsi causa peccati, quia non fugiunt occasiones. Vnde patet prima cõclusio.

2. Secunda est. Aliquid potest esse causa peccati, ut causa indirecta, scilicet per modum persuadentis, uel proponentis malum. Et isto modo Diabolus est cã omnium malorũ. Inquantum proponit homini impedimenta, quibus cadit in peccatis. Quę impedimenta figurantur per Ouidium. 10. Metha. ubi dicit, quòd Virgo fuit nomine Athalanta, quæ fuit tantæ speciositatis, ut ab omnibus adamaretur. Vnde positum fuit decretum a Diis, quod nemo posset habere eam in uxorem, nisi ipsam in currendo uinceret. Nam erat uelocissima in cursu. Quidam nomine Hypomenes. 3. poma aurea fieri fecit, quæ proiecit ante eam in cursu, dum illa moraretur, ut poma colligeret, ille præcucurrit, & sic eam uicit, qua uicta, eã habuit in uxorem. Moraliter Athalanta est Anima nostra, cuius species excedit omnes pulchritudines. 6. Pol. Anima est nobilior omni corpore. Currit fortiter ad cursum uitæ æternæ. 1. Cor. 9. Sic currite, ut comprehendatis. Sed Dæmon uolens impedire eã ab hoc cursu. Tria ei impedimenta quasi. 3. poma aurea proponit. Quæ quasi totũ mundũ submittunt ditioni Diaboli. Primum est delectatio carnalis, propter quam tot mala fiũt. Quot uerba otiosa, quot procationes, quot libri inhonesti in domibus ciuium sunt, quot uagationes mentis admissas. Secundum est delectatio rerum temporalium, pro quibus tot usuræ committuntur. Rapiuntur non sua. Non redduntur ablata. Eccl. 42. Qui tetigerit picem, inquinabitur

ab ea.

ab ea. Tertium eſt ſpes diu uiuendi. O pater, non moriar tã cito, aptabo facta mea. Bene comedo, & uideo ſine oculatibus. Teneo hic cietum, & non mihi tremat brachiũ. Qđ contra. Eccl. 9. Neſcit homo finem ſuum. Dubius quo ad locum. Ad tempus, ad modum. Vnde quidam, non te deducas ad extremum diem, quoniam multos decepit, cras bene faciemus. Quibus modis tenet, uideamus in ſecundo myſterio.

Secundum myſterium &c. ſecundum Alber. li. 12. Cõpẽ. c. 2. tentat. 3. modis.

Primo de omni crimine. Secundo ex omni parte.
Tertio in omni tempore.

Primo &c. De ſeptem uitiis capitalibus, primum eſt Superbia. Qui cum ſit caput ſuperbiæ, Iuxta illud Iob 41. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Ideo tentat hoĩes de hoc De hac tentauit primos Parentes. Gen. 3. Eritis ſicut Dii ſcientes bonum, & malum. Super quo Nico. de Lyra. non eſt credendum ꝙ Adam, qui erat peritiſſimus, crederet hoc, uerbis ſerpentis, quia impoſſibile hoc erat, ſed Eua quę erat modici cerebri. Habebat cerebrum ſuffultum ſtuppa. fidem præbuit. O quot tentat de hoc uitio. In præſentiarum. 3. generationes perſonarũ infeſtat. Prima eſt Religioſorum qui de plurib. ſe iactantes, deprimunt alios. Monachi gloriantur habere pro patre Benedictum in Occidẽte, & Baſilium in Oriente. Prædicatores, & minores plura dicunt extollendo ſuos ordines. Eremitani ſumme uenerantur Auguſt. induentes eum habitu ſuo: Seruitæ nominant ſe præcipuos ſeruitores Virginis. Carmelitę a monte Carmelo ſub Helia Propheta, prædicant habuiſſe initium. Et ita unuſquiſque paſſionatæ ſuperbię ordinem ſuũ aliis pręfert, ſeculares ſcandalizantes. Cum non ualeant dicere. Ego ſum de iſta religione. Contra tales. Act. 10. In ueritate comperi, quoniã non eſt perſonarum acceptor Deus ſed in omni gente, qui timet illum acceptus eſt illi. Secunda generatio perſonarum, eſt Præsbyterorum ſecularium, qui extollunt de celebratione Miſſarum. De cantu. Quod vnus cantet dulcius altero. Exemplum mulieris. Quæ cum cantaretur a præsbytero in ſabbato ſancto. Exultet iã An-

3 — Tertia cōdō &c. Th. ubi supra. In orōne nostra aut petimus tēꝑalia, aut spūalia. Si temporalia bona, ut sciam, sanitatē, diuitias. Quia talia bona sunt sepæ cā damnationis hominis; ideo non simpliciter, sed sub conditione sunt petenda. De prosperitate bonorum temporalium dr̄ Deu. 33. Incrassatus est dilectus meus, & recal. Ex diuitiis homo uertit terga Deo, accipit sacra falsa, blasphemat. Præterea ille petit filium a Deo, & ꝑꝑ ipsum dabit usuras, farà stochi e barochi. Tu petis corporis sanitatem. Forte erit cā tuæ damnationis. In legenda S. Tho. martyris ponitur tale exēplum. Cum quidam meritis S. T. recepisset sanitatē, cogitare cœpit an illa sanitas animæ suæ expediret. Et subito orauit, q si non esset utile animę suæ, continuo ipsa infirmitas remaneret. Quod & factum est. Ideo sub cōditione est orādum si expedit animæ, qn̄ sūt bona temporalia. Vnde Vale. li 7. c. 2. Homines sæpe uotis exposcunt quod nō impetrasse melius foret. Ille. Hoc nos docuit Christus. Io. 19. qn̄ orans dixit. Canta in cantu passionis. Pater si possibile est, trāseat a me calix iste. Et subiunxit. Fiat uolūtas tua. Aut petimus spūalia. Et tūc quidem, quia sunt necessaria ad salutem, simpliciter orare debemus. Tu es superbus, pete humilitatē. Es auarus, ora liberalitatem. Es peccator, ora remissionē peccatorū simpliciter O quam grata est ista petitio, & multū efficax in conspectu Dei, ut nō spūalia solum, sed etiam tēporalia concedat. Exemplo patet. 3. Reg. 3. de Salomone q petiit a Deo sapientiam necessariam ad regēdum populū: & Deus concessit quod petiit, & diuitias simul & sapientiā; quia Sibi placuit hæc postulatio. Vn̄ dixit ei. Quia postulasti uerbū hoc, & non petiisti dies multos: sed postulasti tibi

bi ſapientiam,ecce feci tibi ſecũdum ſermones tuos. Quæ fuit 3. M. parabolæ. 5. millia uerſum. Quarta cõditio &c. i. attentè,& cum deuotione. Quia deuota & ardẽs oratio: eſt clamor & rumor in auribus Dei. Figura Exo. 14. de Moyſe qui orabat ad mare pro tranſitu populi,nec mouebantur labia eius Cui dominus. Quid clamas ad me. Gl. Deſideriũ Moyſi erat clamor in aurib. Dei. Vbi notatur ꝙ debet eſſe deuota. Sed nota ꝙ hæc deuotio debet eſſe in duobus. Primò in mentis attentione. Secundò in geſtum compoſitione. Primò in mentis &c. 1. Cor. 14. Orabo ſpiritu, orabo & mente. Sed plures ſunt qui ore orant:corde aũt ſunt a lõge ſubmurmurãt orõnẽ dñicã cum coralorũ funiculo ĩ manu. Cõtra mulieres. Mẽte sũt ĩ pluribus implicatę. Cõtra tales Cyprianus de cõſ. di. 1. c. quando ſtamus ad orationem fratres inſiſtere,& inuigilare ad prçces toto corde debemus. Cogitatio tunc carnalis hominis,& ſecularis abſcedat. Practica ſuper hoc. Mentiris: quia mens tua eſt ad filios, ad agros, ad concubinam. ad ollam. Surſum corda non habet partẽ. Secundò hæc attẽtio debet eſſe in geſtibus corporis, ut. ſ. homo flectat ambo genua cum omni reuerentia ante Deum. Figura. 3. Re. 8. de Salomone. Factus eſt autem cum compleuiſſet Salomon omnem orõnem hãc: ſurrexit de cõſpectu altaris dñi:utrunq;. n. genu fixerat in terram,& manus expãderat ad cœlum. Et Apoſt. ad Ro. 14. Viuo ego dicit dñs:quia mihi flectetur omne genu. Super quæ uerba dicunt doctores,maximè Albertus ſuper Luc. ꝙ dominus tẽporalibus debemus impẽdere honorem, cum genu ſiniſtro. Et hoc totum. quia ſunt dñi huis mundi,qui ſignãtur per ſiniſtram. Dominus ſpiritualibus debemus honorem cum genu dextro. Quia ſunt domini rerum ſpũalium,qui ſuperãt bona temporalia. Quia dignitas ſacerdotis ſuperat tpalẽ. ut dicit in decretis. diſt. 6. c. quis dubitet. Quamuis hodie plus honorẽtur dñi temporales,milites ciues. Tibicẽ uino deditus:uirtute uacuus & inanis. Deo aũt cum ſit dñs uniuerſorum debetur honor cum utroq. genu,corpore,& mente. Io. 4. Veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu, quo ad animam,& ueritate,quo ad corpus. Sed heu. Quia nunc mortales accedunt ad orationem,ſicut beſtiæ, uno genu in

terra alio leuato, vt sagittarii cum omni irreuerentia. Cõtra tales. Eccl. 18. Ante orationẽ præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum. Orans. tunc Deũ tentat, qui cum irreuerẽtia orat. Si quis coram principe loqui debet: per tempus quod loqui debet cogitat, cũ qua reuerẽtia, & maturitate, & modo loqui debet. Cum oramus, cum Deo loquimur. Iõ si exaudiri volumus, primitus mẽtem præparare debemus. Si mens non est cum Deo. Vnde Orig. in Homelia Cananeæ. Flectis quidẽ genua, sed foris uagatur mens tua. Corpus tuum intus: sed mens usuras cogitat. Possessionũ redditus computat, negligentias famulorũ m intuetur. Exemplo de S. Syro Episcopo Ianuensi legitũ r. Qui dũ in Ecclesia semel esset, in risum maximũ prouocatus est, qui nunquã uisus est ridere. Interrogatus quã retulerat a fratribus suis. Rñ. se uidisse Dæmonem in Ecclesiã, qui uerba uana loquentiũ scribebat. O seculares, qui oĩa negotia discutitis in Ecclesia, & uerba ociòsa dicitis. Et cum carta deficeret, & uellet eam elongare cum dentibus, carta subito fracta, ille ad murum se impetens caput fregit: Nota q̃ Deo displicet. Bis inuenimus Christum iratum. Primò in tẽplo, quãdo dixit Io. 2. Auferte ista hinc, quia erat domus orationis. Secũdo cum diabolo. Vade Sathana. Quia erat in uituperiũ patris. Vnde Aug. in reg. In oratorio nemo aliquid agat nisi ad quod factum est. Quinta cõditio &c. Vnde Ps. 101. Respexit in orõnem humiliũ. Iudith. 9. Humilium semper & mansuetorum tibi placuit depræcatio. Et ꝑ oppositũ. Orõ superborum nõ exauditur. Exẽplo patet de Phariseo, & publicano. Luc. 18. Phariseus orabat superbè dicens. Gratias tibi ago domine: quia non sunt cæteri hominũ, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus. Hanc orationẽ faciunt mulieres. O pater ego dico quotidie talẽ deuotionẽ, tria pater noster, ad Trinitatẽ, septẽ Aue Maria ad reuerentiam septẽ gaudiorũ. Non sic, sed cum humilitate Publicanus autem di. Deus ꝓpitius esto mihi peccatori. Vñ meruit iustificari. Sed nota, q̃ hæc humilitas, non solum attenditur in mente: sed etiã in gestibus corporis, qui personam multum incitant ad humilitatem & deuotionẽ. Vnde legitur de B. Dominico, q̃

in oratione sua hoc agebat. Aliquādo in terra prostratus, Vbi repræsentabat orationem Christi in orto. Aliquando erectus in aere cum manibus pendēs. Orationem Christi in cruce. Hi modi, quamuis absolutè non sint necessarij, tamen multum incitat mentem ad deuotionem. Simili modo Franciscus orabat, qui in oratione sua dicebat. Quis es tu domine. Et quis sum ego. Ego sum Franciscus peccator: ut audiebat eius socius frater Leo. Vnde te humilia in oratione, si uis exaudiri. Sexta conditio, &c. Cum perseuerantia orandū est. Quia ut dicit Philosophus, 1. Ethi. Finem laudamus, honoramus ea, quę sunt ad finem. Et in 8. Physicorum. Quòd gutta vltima cauat lapidem in uirtute præcedentium. Et huic debetur laus. O pater ego oraui per tot annos & menses: sed non sum exauditus. Respōdeo ꝙ oportet perseuerare. Sed quem debemus orare. Respondeo secundum Bernard. quòd ad tria palatia debemus accedere: & ibi fortiter pulsare. Primo ad palatium trinitatis. Ad patrem, ad filium, ad spiritum sanctum, quod Ecclesia ostendit. Primo ad patrem. Pater de cœlis Deus, miserere nobis. Secundò ad palatium Reginę. Quod ostendit ecclesia. Sancta Maria ora pro nobis. Sancta uirgo &c. Sancta Dei &c. Tertiò ad palatium sanctorum. Ostendit Ecclesia. Omnes sancti & sanctæ Dei &c. Ecce quomodo &c. Sed in his uerbis. Anima chara petit tria dubia declarari. Primum est. Cum Deus sit ubique: & per essentiam, dans omnibus esse: & per potentiam, quia ei obediunt omnia, & per præsentiam, quia omnia sunt ei nuda, ut habet Tho. 1. par. q. 8. ar. 1. Quare plus uoluit orari in Ecclesia, quàm alibi. Respondeo secundum Tho. ubi supra.

Primo ratione habitationis.

Secundò ratione deuotionis.

Tertiò ratione frequentationis.

Primò &c. Quia Deus in Ecclesia habitat per singularem uenerationem. Vnde dixit Salomoni. Templo constructo. 2. Paral. 7. Sanctificaui mihi locum istum. Ideo respice o homo: noli ipsum prophanare malis cogitationibus, aut uerbis, uel factis. Secūdò ratione &c. Quia ibi dicuntur 7. horę canon. Ad designandum 7. notabilia in pas-

sione Christi cōsummata,& in memoriam illorum fit. Primò dicitur Matutinum, signat ꝙ Christus tali hora fuit in domo Cayphæ,& Annæ.ubi multa opprobria,& dura sustinuit.Vnde Religiosi,tali hora matutinum dicunt ut repręsentent illa.Scdo dicitur.Prima quia tali hora Christus in concilium Iudęorum ducitur,& quæruntur contra cū falsa testimonia,& falsis accusationibus uincitur,& Pilato sic traditur.In cuius actiones gratiarum,horam primam decantamus in memoriam. Tertiò dicitur. Tertia , qa tali hora Herodi mittitur,& ab ipso cum suo exercitu spernitur : & illusus cū veste alba ad Pilatū remittitur, & clamantib. Iudęis.Crucifige eum:a Pilato flagellatur.O &c. Dr̄ hora 6. Quia tali hora Christus cōdēnatur, cōspuitur , illuditur, spinis coronatur,harundinæ cęditur, & crucē baiulans,ciuitatē ingreditur,felle,& aceto potatur Et nos in eius honorē tali hora,ipsum laudamus.Dicit̄ 9.quia tali hora,matrē consolatur,clamans moritur,uellū tēpli scinditur, terra mouetur, petræ scinduntur, Cēturio cōfitetur Vesperæ dr̄:quia tali hora,lancea suum latus praforatur,ex uulnere sanguinis,& aqua egreditur.Vnde in eius memoriā,uesperæ dicuntur.Completoriū dicitur: quia oīa ista in sero, & nocte egit . Primò Sacramentum instituit in cœna illa. Scdò pedes Apostolorum lauit. Tertiò Apostolis pacem prædicat.Quartò,pro eis orat patrem.Quintò,ad locū proditionis properat.Tertiò ratione &c. Quia in Ecclesia frequentant personæ uenire. Et sicut frequentantes mercatū, incitat hominem,ad negociationem,sic frequentatio deuotorum hominum in Ecclesia,incitat hominem ad deuotionem.Vnde patet. Primum dubium.Secundū dubiū. Quare plus ad Orientem oramus.Rn̄d. triplici ratione. Prima. Quia fides gentium incœpit ab Oriente.Mat.2.Ecce Magi ab Oriente uenerūt Hierosolymam. Et ibi Christus natus est,ibi mortuus,ibi ascendit.Scda: quia in illa parte amisimus Paradisum:in illa petimus ꝑ ipsum reuocari . Tertia ꝑꝑ Christum, qui ex lux mundi,& noiatur Oriēs,& ibi expectatur ad iuditium.Dubium tertium. Quale est tp̄s orādi?Rn̄.Ber.fratribus de mōte Dei,ꝙ sunt tres horę ꝑ̄ales. Primo in mane. Exemplo Christi.Mar.1.qui diluculo ual

de

de surgens abiit in desertum locū ibiq; orabat. Scdō in uespere. Exemplo Christi. Mat. 12. Qui dimissa turba ascēdit in mōtē orare: uespere autem facto, solus erat ibi. Tertiò in nocte. Exemplo Christi. Luc 6. ubi dr ꝙ erat pernoctās in oratione. De efficacia matutinæ orationis dicitur Iob 8. Si diluculo cōsurrexetis ad Deum, statim euigilabit ad te.

Feria V. Primę Hebdomadæ. De mendacio.

VOs ex patre diabolo estis; & desideria patris uestri uultis facere. Io. 8. Dñs agens sermonē Apostolis suis, & Iudæis: dixit. Si manseritis ī sermone meo, uere discipuli mei eritis. Secudū Th in 4. Sen. Non est signum ita distinctiuum inter bonos & malos, ut est diuini uerbi auditio. Io. 8. Qui ex Deo est. &c. Et 14. Si quis diligit me, sermonē meū seruabit. Et Tull. Cuius aureus uerita ti clausæ sunt, huius salus desperanda est. Dicit ergo. Si mā seritis in sermone meo uerè discipuli mei eritis. Et tria bona consequimini. Primum, quia uerè eritis mei discipuli. Scdm bonum; quia cognoscetis ueritatem. Tertium. Quia ueritas liberabit uos. Veritas hominem liberat a peccatis. Audiētes Iudæi a Christo, loqui de libertate. Putāres eos appellasse seruos, dixerunt ei. Semē Habrææ sumus, qui est pater noster. Et nemini unquam seruiuimus. Secūdū Glo. Mentiebantur Iudæi, quia erant serui, & quo ad corpus, & quo ad animam. Primò quo ad corpus: quia sub Pharaone fuerunt in Aegypto per annos 400. Et sub Nabuchdonosor 70. in Babilonia. Et sub Rege Moab ī Eglon, 18. annis. Et Romanis dabant tributum Io. 19. Non habemus Regē nisi Cæsarem. Nemini unquam seruiuimus. Secundò serui, quo ad animam, dicit. Amen dico uobis, qui facit peccatū, seruus est peccati. Vos estis serui Diaboli, & filij. Vnde subiungit. Vos ex patre Diabolo estis: & desideria patris uestri uultis facere. Secundum gl. Diabolus pater Iudæorum, tria habet in se quæ Iudæi imitabantur. Primò est iniquus. Damascenus. Omnis malitia, & omnis immunditia a Diabolo sunt excogitata. Et Iudæi erant iniqui contra Christum. Hiere. 18. Venite cogitemus contra iustum cogitationes.

Secundò Dæmon est crudelis Apoca. 12. Ve terræ & mari, quia descendit Diabolus ad uos habens iram magnam. Et Iudæi erant crudeles, quia interficere quærebāt eū. Tertiò mēdax, & ipsi similiter, quia mendaciter Christum infamabant dicentes ipsum esse peccatorē in corde. Io. 8. Nos scimus quia hic homo peccator est. Seductorem in ore. Mat. 27. Recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc uiuēs. &c. Et transgressorē in opere. Io. 9. Non est hic hō a Deo qui sabba. nō custo. Quia igitur iudæi contra Christum sic inique cogitabāt, sic crudeliter cū occidere disponebāt, sic mendaciter eum infamabant, ideo ex patre. Diabolo erāt Vbi ad propositum de Mendacio erit sermo. De quo tria uidenda sunt.

Primum dr̄ offensionis. Secundum dr̄ assimilationis. Tertium dicitur priuationis.

Circa primum. Dubium Quæritur. Vtrum mendacium sit peccatum? Ad hoc sunt duæ opiniones. Vna dicit quòd non. Alia quòd sic. Prima probat intentum suum triplici medio. Primum est tale. Nullus remuneratur a Deo pro peccato, quia peccatum est malum, sed aliqui sunt a Deo remunerati propter mendacium, ut habetur. Exod. 1. de obstetricibus Hebræorum sephora, & phila, quę sunt mentitæ Pharaoni, & tamen a Deo præmiatę, ergo mendacium non est peccatum. Secundum est, facta sanctorum narrantur ad informationem uitæ nostræ, sed de quibusdam uiris sanctis legimus, quòd sunt mentiti. Gene. 12. Abraam cum interrogaretur de Sara ab Aegyptiis, dixit eam sororem suam, cum tñ esset uxor sua. Pręterea Gen. 17. Iacob mentitus est di. Ego sum Esau, ut acciperet benedictionē, igitur &c. Tertium est tale. De duobus malis minus est elegendum. dis. 2. c. priuilegium. & ff. de periculo, & cōmodo rei uenditæ. Et insti. de obli. quæ ex delic. na. §. furti. Et Cicero in Topi. Pauciora mala pluribus malis anteponantur. Et Aristo. 5. Ethi. minus malum est eligibile maiori, sed minus malum esset, quòd aliquis euitet maius malum pro mendacio, maxime cum nulli malum inferatur, ut patet de uxore, ut rumores uiri uitet, igiī &c. Huius fuit opinionis Ioan. Cassia. in collationibus Ioseph. Cū quo sunt

aliqui

aliqui religiosi. Vnde patet prima opinio, ubi concludunt his rationibus, mendacium non esse peccatum, isti ualentes homines. Secunda opinio est quòd mendacium semper est mortale, aut ueniale peccatum. Eccle. 7. Noli uelle mentiri. Quia sap. 1. Os quod mentitur occidit animam. Et Psal. 5. Perdes omnes qui loquuntur mendaciũ, igitur. Ad quam diffi. Thom. 2. 2. quæstio. 2. artic. 2. Alb. in 2. Dist. 21. Ponendo hanc conclusionem: Quod nunquàm potest dici mendacium sine peccato. Sed no. secundum Augusti. 23. q. 2. c. 1. Quòd triplex est mendacium, Iocosum, Officiosum, Pernitiosum. Primum &c. quod fit causa solatii. Et licet non sit mortale, tamen est ueniale, nec licitũ. Vnde. 20. q. 2. Omne genus mẽdacij summopere fuge, nec ut solatiũ præstes mentiri studeas. quia Matt. 12. De omni uerbo otioso quod &c. ut dicitur extra de consuetudine. c. fi. Mendaciũ iocosum mortale efficitur; ratione malæ cõsuetudinis fac. 5. Sit sermo uester, est est, non non. Secundum dicitur &c. quando quis mentitur causa utilitatis proximi, illud est etiam ueniale, quia ut dicit Apostolus Ro. 3. Non sunt facienda mala, ut eueniant bona, & extra de symonia c. Ad apostolicam. Sub prætextu pietatis nõ est impietas committenda. & 1. q. 2. c. non est. Et. 14. q. 1. c. forte. Et 3. q. 1. c. Noscе, ubi dicitur. Non licet rapinam facere, ut fiãt eleemosynæ quia uulgo dicitur. Nõ expedit furari p dãda eleemosyna. Tertiũ &c. Et hoc quando quis facile mentit, in præiudicium proximi, & hoc est mortale, unde patet q omne mẽdacium dicitur peccatum, quæ conclusio probatur contra mendaces, triplici ratione.

Primo rõne peruersionis. Secundo ratione pbabilitatis. Tertio ratione infectionis.

Primo &c. Quicunque peruertit ordinem naturæ peccat sed mẽdax est huiusmodi &c. Sed quis est ordo naturæ? Respondeo ut omnia fiant ad finem. Iuxta illud. 2. Phi. Omne agens agit propter finem. Ipsa natura operatur ad aliquem finem. Ad quid natura dedit duos pedes? Certe ab ambulandum, aures ad audiendum. Et sic de alijs sensibus. Vnde in primo cœli, Deus, & natura nihil faciunt frustra. Ad propositum. Ad quid natura o mendax tibi

concel-

concessit linguam in ore? Ad métiendũ forte? Vere nõ. Sed ad dicendum ore, quod ut rfatur in corde, quia ut dicit Th. 1.par.q.5 8.ar.2. Soli Deo cor hominis patet. Vnde & Apostolus. 1.Cor.2. quis hominũ scit quę sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in ipso? & Hie. 11. Prauum est cor hominis, & inscrutabile, & dis. 22.c. Erubescant. Secretorum cognitor est dominus. Cum ergo a nobis cognosci nõ possit, ideo sermonem habuit, ut manifestet, & notificet conceptus suæ mentis. Vnde Philo.3. Animę. Linguam tantum habet homo, ut aliquid significet alteri. O mendax, qui cõtra mentem uadis. Mercator dixit rem esse unius bonitatis quam scit non esse uerum. Sic caligarius. Sic alii mercatores. Contra tales, Dauid clamat. Ps. 11. Diminutę sunt ueritates a filiis hominũ. Esa. 58. Corruit ueritas in plateis, & facta est in obliuionẽ. Et Hie. 9. Docuerunt linguã suã loqui mendacium. Oseæ. 4. Non est ueritas in terra. Vbi sunt qui hodie ueritatem liberè pronunciẽt? Si de mẽdacio fieret mercantia, & soluerentur gabellę, fierent in breui diui tes domini temporales, quia maior est, quàm sit in mũdo. Iõ Dauid. Ps. 115. Cãta. Ego dixi in excessu meo, oĩs hõ mẽdax. Exẽplum. In uitis patrum, de monacho, qui Dæmone inuento cum ampullis. Mecum inquit porto unguẽta, vt homines mentiri, diuersimode faciam: Quidam paruũ mẽdacium. Quidam magnum mendacium. Quidam graue mẽdacium. Vnde pone hoc uicium per omnes status. Secundo ratione &c. Omne quod est contra diuinum præceptum est, peccatum grauissimum: sed mendacium est cõtra octauum præceptum. Exod. 20. Non loqueris contra proximum tuũ falsum testimonium. Et Exo. 23. Non suspicias uocem mẽdacii. Mendacium fugies. Et Leuitici 42. Non mentiemini, nec decipiet unusquisque proximum suum, igitur &c. Non immerito, quia Deus hoc uitium summe detestatur. Salo. in Prou. Sex sunt quæ odit Deus, & septimum detestatur, scilicet linguam mendacem. Primum senex fatuus. Secundum pauper superbus. Tertium diues fallax. Quartũ ancilla q̃ dominari uoluerit. Quintum cũ seruus regnarit. Sextum cum vxor dominari cœperit. Asculanus. Sed hæc domus mihi non placet, ubi gallo tacente, gallina cãtat.

tat. Septimum utrum mēdacem. Vnde secundū Theo. Duo peccata grauia. Primum peccatum blasphemię. Secundum mendacij, quia nullam causam committendi habet homo. Ideo Philosophus. 4. ethi. mendax est uituperandus, & 4. Top. 8. Per se mendacium prauum, & fugiendum est, uerum autem, & bonum laudabile. Ad quod facit exemplū de patrefamilias. De quo ponit Orosius Romæ fuisse, qui habuit tres filios, unum superbum, alium luxuriosum, alium mendacem. Qui cum ueniret ad mortem legauit superbo unā possessionem: luxurioso unam aliam: mēdaci nihil uoluit facere. di Quod ille erat indignus, quia peccabat ex ꝓpria malicia. Vnde Tho. & August. ponunt causam de illo qui homicidio commisso fugit in domum alicuius uicini, quæritur ab officiali. Si est talis in domo, utrum talis debeat mentiri, pro huius uita, an non? dicunt quod tria sunt homini licita. Tacere ueritatem. Non dicere mendacium. Et facere fictionem. Si aliter non potest, potius debet sine re mori, quam mentiri. Quia ut dicitur extra de usur. c. Super eo: Non licet pro alterius uita facere mendacium. & 3. Ethi. dicitur. Melius est mori, quàm facere contra bonum uirtutis. Et Cice. de amicitia. Nulla est enim accusatio si amici causam peccaueris. Et 3. Paral. Peccare certè nemini licet. Vnde merito. August. contra mendacium dicit, quod præceptum perfectorum est, non mentiri omnino, sed nec uelle mentiri. Exemplum Monachi Patritij qui dicebat, iocosum uerbū esse quasi mortale in ore Christiani. Tertio ratione &c. In 3. Animæ dicit Phi. Quod uerum & falsum sunt in itellectu. Et sicut uerū est bonū itellectus ita falsum loqui est malum ipsius. Intellectus autē hominis, naturaliter uult affirmatiuam, aut negatiuam cōclusionē. Nec aliquis uult falso decipi siue fidelis, siue paganus. Mendax autem facit cōtra hoc quia sua falsitate uult obfuscare intellectum hominis, quod est graue peccatum. Vnde Alberic. super Luca. dicit: quod nihil laudabilius potest dici de aliquo, quam talis est uerax, cuius sermo est clare: & nihil uituperabilius quam iste est mendax. Vbi dicit Amici, quod hoc peccatum adeo graue est, quòd licet Deus possit dispensare de multis præceptis, ut de furtis, non tamen

potest de mendacio aut iocoso, aut officioso, aut pernitioso, quin sit peccatum. Ratio, quia cum sit ueritas Ioan. 10. Ego sum ueritas, cõtra se diceret. Quod est impossibile. Apost. Fidelis est Deus, qui se ipsum negare non põt. Ad argumenta, ad primum. De obstetricibus Heb. Respondeo secundum Dominicum Tholosanum. Quod non fuerunt præmiatæ de mendacio ratione mẽdacii, sed ratione timoris, quem habuerunt non occidendo pueros. Vnde signanter dicitur. Quia timuerunt obstetrices Deum edificauit eis domos. Sequens autem mendacium, non fuit meritorium. Ad secundum respondeo, ꝙ Abraam non est mentitus nec Sara dicẽs esse sororem suã. Quia soror dicebatur quæ erat filia. Et tunc temporis filiæ fratris dicebantur sorores. Ad illud de Iacob. Ego sum inquit Esau. uerũ dixit. Quia quamuis ultimus fuit egrediendo, fuit tamen primus conceptus in utero. Cui uere primogenita debebantur. Quamuis Nicolaus super. 27. Gene. & Bon. dicant, ꝙ venialiter peccarũt isti. Ad tertium de opin. Ioan. Cassia. Dicit quòd a doctoribus reprobatur illa opinio, per rationes supradictas.

Secundum dicitur &c. Mendax assimilatur tribus generibus personarum, secundum doctores.

Primo Diabolo. Secundo Iudæ.

Tertio Caym.

Primo &c. Fuit. n. primus inuentor mendacij, quando dixit Euæ Gen. 3. Nequaq̃ moriemini, sed mentitus est in caput suum. Ex quo sequitur, ꝙ omnes mendaces sunt filij diaboli. Ioan. 7. vos ex patre diabolo estis. Quod declarat di. Et desyderia patris uestri vultis facere. s. opera eius mentiendo, quia mẽdax est, & pater eius. Vnde est pater mendacij, quia primus inuentor. Amb. 24. q. 5 cauete fratres mendacium, quia oẽs qui faciunt mendaciũ, filij sunt diaboli. In dęmone tres sunt ꝓprietates. Est superbus. Est inuidus. Et mendax. Si ergo filij per imitationem, filijs debetur hæreditas patris, ergo mendacibus filijs diaboli debetur hæreditas p̃ris. Sed quæ est? Resp. Infernus. Ignis. Apoc. 20. Mẽdacibus. Pars eorũ in stagnum ignis, & sulphuris. Secundò Iudæ assi. Iudas. n. Christus uendidit, Iudæis 30. denarijs.

Mat.26.Canta.Quid vultis dare,& ego eum uobis tradã?
qui ergo dicit mendacium,ueritatem uendit.& per conse-
quens Christũ.O quanti sunt, qui pro uno solido sacra fal
sa accipiunt, & periuria cõmittunt. Toties ueritatem uen
dunt,ut patet per Hier.11.q.3.ca. æstimant.contra quos.1.
Ethi.Phil.Duobus existentibus amicis,sctm̃ est honorare
veritatem.Cum quo est Ci.li.de Amicitia,ubi uolunt ueri
tatem anteponi amicitiæ:nec mirum,quia ueritas est opus
Spiritussancti.vnde Eccl.27.Ante omnia opera uerbum ue
rax præcedat te.Iõ Tho.22.q.58.ar.4. Quod ueritas est tã
tæ efficaciæ,q; nunquam debet prætermitti. O pater ęgre
ferent.Non cures;quia dicitur extra de re.iur.in 6.& Aug.
de li.arbi.Si de ueritate scandalum nascitur,utilius scan-
dalum nasci permittitur,q̃ ueritas relinquatur. Pręterea,
2.de Trinitate dicit Augu.Incomparabiliter pulchrior est
ueritas Christianorum,q̃ Helena Gręcorum. De Helena
narrant historiæ.Quod cum Paris duxisset eam in Troiã,
præ sua pulchritudine Græcis raptam.Græci cum.100.na
uibus Troiam uenerunt,obsederuntque eam annis x. Tan
dem funditus eam euerterunt,& deleuerunt. Vnde Troia
vastata fuit ob mulierem. Dẽt ergo ueritas anteponi om-
nibus rebus:quia pulchrior res mundi, & omnibus placet.
Aristo.1.Ethico.Omnia uera consonant.Ad quod facit fi
gura.3.Esd.3.& 4.cap.Quomodo secretarij Regis disputa
uerunt in conuiuio hanc conclusionem. Quid esset in mũ
do fortius. Affuerunt quatuor,qui omnes suum uidere di
xerunt. Primus dixit, quod uinum est fortius omnibus re
bus mundi:quia facit perloqui talenta. De quo Prouerb.
31.Nullum est ibi secretũ,ubi regnat ebrietas. Ex eo quia
hominem totum lætificat.Ps.102. Vinum lætificat &c. Si
uis a Principe gratiam petere stomacho prius confortato;
quando cõfortauit Betinum.sine uino nihil fit.Vnde com
muniter amicus inuitat alium ad bibendum. Et communi
ter dicitur.Talis Tabernarius habet bonum uinũ. Et Theu
tonici dicunt.In monte Flascone stat bonum uinum.Secun
dus dixit quod Rex.Quia unum suspendit, & alium libe-
rat. Tertius dixit q; mulier. Quia omnes status propter il
lam se manutenent,& exercentur. speciarij faciẽdo unguẽ

ta.

ta. Sutores scarpas rubras. Sartores vestes foratas Barbitõsores comas iuuenibus, ut appareãt formosę sicut infames, nisi essent mulieres. Præterea ipsæ se fricant, ostendendo illis mamillas nudas, brachia, spatulas, ubera, quid deniq; deficit? Quartus qui fuit Zorobabel quod erat Veritas. De qua Neemiæ 3. Forte uinum, fortis rex, fortis mulier, sed super omnia Veritas uincit. Sed hæc non inuenitur inter homines. Hiere. 8. A propheta vsque ad sacerdotem cũcti faciunt mendacium. Ad quod facit figura de Filerite. qui dicebatur amator ueritatis, in sylua quadam ueritatem reperit, quam conduxit per omnes status totam lachrimosã, ut si locum inuenire posset. Primo conduxit ad aduocatos, & procuratores, quos reperit uacuos omni ueritate, propter pecuniam. 11. q 3. c. Qui certe acceptat munera præuaricator ueritatis est. & c. Pauper. Cito uiolatur auro iustitia. Vnde fabula obseruanda est talibus, de uidua, quæ prætori causam suæ litis commendauit, cui uas olei dedit in donum, non habens aliud ad dandum. Alius autem diues porcum prętori donauit. Quod audiens mulier in mane, cum sententia dari debebat, secum portauit in sinu lapidẽ, & sedens pro tribunali prætor, uidua sub uelo lapidẽ mouebat. Credens prætor esse argentum: pro uidua sententiã dedit. Prætor petiit prætium. Vidua respondit esse lapidẽ quo percutere eum uolebat, si contra ipsam sententiam dabat. Secundo ad dominos temporales, de quibus. 23. q. 5. Regum: Proprie est facere iustitiã. Sed contra Esa. 1. principes tui infideles socii furum. Tertio ad ciues qui debent esse benigni, amatores pauperum. Deut. 15. Ideo præcipio tibi ut aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi, qui tecum uersatur in terra. & dis. 47. c. Sicut. n. esuriẽtium panis est, quem tu detines, nudorum indumentum est, quod tu recludis, & miserorum redemptio est, & absolutio pecunia, quam tu in terra effodis. Tantorum te ergo scias inuadere bona, quantis possis præstare. Sed contra Prouer. 11. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis, benedictio autem super caput uendentium. Quarto. Ad omnes artifices qui pleni sunt periuriis, & mendaciis. Quinto ad pauperes qui sunt blasphemi, quando sal, oleum, ligna, farinam non

habent,

habent,qui meritum minount paupertatis. Sexto ad rusti- cos quos repperit latrones,& imbutos blasphemijs, & om nibus uitijs.Septimo ad clerum,quem repetit omni uirtute priuatum.Altaria nigra,Ecclesiam male officiatam tenẽ tes concubinas.Octauo. Ad moniales conuentuales, quæ habent filios spurios.Nono.Ad mulieres uiduas coniugatas,uirgines,quas reperit plenas uanitate.Quod bene Ber nar.innuit dicens.Recessit custodia a Prælatis: deuotio a religiosis,reuerentia a subditis,consilium a senibus, lex a sacerdotibus,iustitia a rectoribus,ęquitas a iudicibus, comitas a ciuibus,ueritas a mercatoribus,charitas a mũdo.Il le.Vnde reuersa est ad syluas.Ideo clama. Vbi est ueritas? Mediolani.Ianuæ.Vene.Discurre per oẽs prouincias.Non uere.Sed stat in nemore,in sylua.Tertio Caym &c.Qui fuit primus hõ inuentor mendacij.Gen.5.cum interrogaretur a Deo.Vbi est Abel frater tuus? Nescio inquit dñe.Vn de mentitus est.Ex hoc mendaces sibi assimilantur.Quia sicut ipse reprobus factus est,& ipsi. Tertium principale &c. secundum doc.duplex est.Vna punitio tẽporalis,alia in futuro quæ est spiritualis. Prima in rebus,quia mentiuntur oẽs mendaces.Possessio.n.nõ reddit ciui,& rustico,vt reddere solebat Ose.3.Area,& torcular non pascet eos,uinum mentietur eis.Et.4.c.Mendacium & maledictum inundauerunt,propter hoc lugebit terra.s.sterilitate.Practica.O pa ter dicit caligarius.Vado ad hospitale, quia ars mea nihil ualet sicut alias solebat.Scis quare?Quia mentiris arti, & ars mentitur tibi.Sic dico de aliis. Quia hodie cum mille mendacijs,periurijs,& fraudibus artes exercentur. Ideo & Aris.dicebat.Quid lucrantur mendaces?Respondit ut quã do uera dicunt,ne eis credatur. Secundo punitur mendax in persona.In 6.lib.histo.scholasticæ.Tres falsi testes insurrexerunt contra Narcisum Episcopum Hierosolomitanũ, affirmantes sub iuramento de infamia sui. Quorum unus dixit.Si ita non est,possim igne consumi. Alter. possim cadere morbo caduco.Tertius possim priuari lumine. Quod factum est.Sanctus uero cuius honestas nota erat, in deser tis locis stans, bono fine quieuit. Pręterea. Ad idem. 2. Reg. 21. Et Iosue nono scribitur. Quod Iesubei, Ethei,

Pherezei,

Pherezei, Cananei cõgregati sũt, ut pugnarẽt cõtra Israel. Gabaonitę autem timentes bellum, occulte uenerũt ad Iosue, & dixerunt. Audiuimus famæ tuę potentiã. Vnde pacem tecum uolumus. Iosue autem iurauit fidelitatem, q̃d aliquod malum non peterentur. Iosue aũt mouens castra cõtra has nationes, uenerunt in Gabaon, nec eos tetigerũt ratione iuramenti. Saul autem cum regnaret in Hierusalẽ plures de Gabaonitis necauit, contra iuramentum Iosue. Quia igitur hoc peccatum erat omnibus notorium, ideo debuit publice puniri. Dauid Sauli successit, sed q̃a Dauid in tota uita sua semper pius fuit, & negligẽs circa punitionẽ huius homicidii, secuta est diuina ultio, cogens ipsum ad ultionem de hoc peccato, quia tribus annis fuit fames in Israel. Dauid consuluit dominũ. Cui dominus. Propter Saul, & domũ illius hoc feci, quia occidit Gabaonitas, cõtra iuramẽtum Iosue. Vocatis ergo Gabaonitis rex Dauid di. Quid faciã uobis. Respondit. Vir qui nos, & nostros occidit nõ punitus fuit. Dentur nobis ergo septem uiri de filiis eius, ut ponantur in furca. Quod fecit, & suspendit septem uiros de domo Saul, & per dies aliquot steterunt ibi appicati. Sed anima cara. Quærit dubium, qui habet Bibliam in domo. Videtur quòd Dauid fecerit contra præceptum Deute. 21. Vbi dicitur. Quod morti adiudicatus, & positus in patibulo, deponatur eadem die, & tumuletur. Respondeo q illud erat fiendum de lege communi. Sed in hoc facto, fuit specialiter reuelatum Nathan prophe. & p Nathan Dauid nunciatum, quod uoluntas Dei erat, ut remanerent in patibulis, in signum grauitatis peccati mẽdacii, & iuramenti non seruati. Alia est punitio, spiritualis super animã, quia mendaces damnantur Prou. 19. Testis mẽdax pibit. Et 23. q. 2. c. 1. Et est Aug. Ad salutẽ sempiternã nullus ducẽdus est, opitulãte mẽdacio. Et de Anania, & Saphyra, quia sunt mentiti Petro, terra eos uiuos absorbuit.

Feria VI. Primę hebdomadæ. De peccato suspitionis. Vel de Iudicio temerario.

ECce sanus factus es iã amplius noli peccare. Io. 5. c. Cum esset festum Penth. dominus ad illũ iuit, secũdum

dum Nico.de Lyra. Iudæi tria principalia festa habebãt: Primò festum Paschæ. Secundò festum Tabernaculorum. Tertiò festum Pent. in Exod. 23. præceptum fuit, ut omnes masculi præsentarẽtur ad hæc festa: ad festum illud Pẽte. erat Christus, qui erat circa templum, iuxta quod erat quædam congregatio aquarum, quæ dicebatur probatica piscina. A probatio quod est acqua ouis. quia oues quæ Deo immolabantur ibidem Lauabantur. Piscina dicebatur per contrarium: quia carebat piscibus. Ibidem autem erant 5 porticus, in quibus multi ægroti iacebant, qui expectabant aquę motum, qui fiebat per Angelũ. Christus igitur ut bonus filius, sæpe ibat ad templum. Et dum esset ibi inuenit unũ infirmũ, qui an. 38. fuit ibi infirmus. Cui dñs, uis sanus fieri? Rñ Ille. Dñe hominem non habeo, ut cũ turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: quia. i. qui prior descẽdebat in aquã sanabatur, secundum Chrys. Aqua illa uirtutem habebat à tribus. Primò ab hostiis sacratis, quæ ibi lauabantur, postea Deo sacrificabantur. Secundo a ligno crucis ut dr in histo. scho. Regina Saba uidit in uiridario Salo. lignum quoddã de quo di. Salo. Quod in ipso debebat poni Deus naturę, per cuius mortem, regnum Iudæorũ deleri debebat. Vnde rex fecit illud abscondi in uisceribus terræ, ubi probatica piscina postmodum facta est, tpe passionis lignum hoc ẽnatauit. Tertio habebat uirtutem a motu Angeli descendẽtis. Sequitur Tolle, inquit, dñe. grabatũ tuum, & ambula. Grabatum. i. portatilem lectum. Mirabantur Iudæi, quod hominẽ sanũ fecisset in sabbato: quia Exo 20. Opus seruiles nõ facietis in eo. Inuenit autem postea eum in tẽplo, & dixit ei Iesus. Ecce sanus factus es, iam noli peccare: ne deterius aliquid tibi cõtingat. In quo dabat intelligi quod illa infirmitas ei euenerat, propter peccatum suum, quod sæpe accidit propter peccata hominis. Ecc. 7. Noli facere mala, & nõ te apprehẽdẽt. Applica. De peccato suspicionis hodie loquemur, ubi tria sunt uidenda.

Primum dicitur diffinitionis;
Secundum dicitur malignationis.
Tertium dicitur punitionis.

Primũ dr &c. T. 2. 2. q. 60. ar. 2. & in 3. par. q. 59. ar. 1. in 4.

dist.19.ar.2. Iudicium temerariũ est falsa determinatio rationis, de malitia proximi præcedens ex leuibus signis. Sed pro maiori declaratione. Est notandum secundũ Tho. ubi supra. & Aug. de uerbis domini in monte. Quod operationes hominis sunt in triplici specie, & differentia.

Quædam sunt expresse malæ.

Quædam sunt malæ: sed non expresse.

Quædam sunt expresse bonæ.

Quædam expresse malæ, ut Deum blasphemare: usuras dare, hominem occidere, fornicari, & huiusmodi. Talia iudicare non est peccatum. vnde Augu. De apertis, quę bono animo fieri nõ possunt: ut stupra, & balsphemiæ, permittitã nobis iudicare. Et extra ꝺ re. iu. li. 6. c. Estote misericordes. Quod enim scriptum est. A fructibus eorum cognoscetis eos. De manifestis dictum est, quę non possunt fieri bono animo, ut supra, blasphemiæ, furta, æbrietas: de quibus permittitã nobis iudicare. Et Alex. de Ales. 2. parte summ. De manifestis potest fieri iudicium: quia ut dicit Philosophus 1. Eth. Vnusquisq; bene iudicat, quæ cognoscit. Vnde patet ꝙ iudicare de apertis, quæ sunt mala, non est pctm̄. Quædã sunt malæ, sed nõ expresse. Sed iam sunt signa, & coniecturæ probabiles. Talia iudicare non est pctm̄. Vt cum uides aliquem fornicatorem loquẽtem cum muliere, in loco nõ aperto, aut nudum cum nuda, solum cum sola, aut aliquem in postribulo: & huiusmodi. Talia iudicare de malo, nõ est pctm̄ pp signa aperta, quæ non sunt bona. Ad hoc propositum dicit Christus Aposto. suis. A fructibus eorũ. s. malis, cognoscetis eos. In hunc modum Salomon recte iudicauit duas meretrices. 3. Reg. 3. quæ esset uera, & non ficta mr̄: in hoc, ꝙ ubi deficiebat humana probõ, sapiẽter recurrit ad signa. s. ad inclinationem naturalem: quia uera mr̄ naturaliter afficitur ad filium. Vnde Phil. 7. Po. Generantis ad genitum, naturaliter est amicitia. Vnde patet. Quædam sunt expressæ bonæ: sed tñ possunt fieri bono animo, & malo animo. Temere iudicare de malo, nisi uideatur oppositum, est peccatum. Exempli gratia. Talis ad Ecclesiam pergit. Dicis cum amico suo: o socie, putas quod ille uelit orare. Nõ uere, sed ut prouocet talem mulierem: aut alius loquitur cũ muliere.

muliere In mente tua suspicaris malum: aut talis dat eleemosinam, dicis quod dat ex uana gloria, talia sunt mortalia: quia nō sunt aperta mala. Cōtra tales Christus. Matt. 7. Nolite iudicare & nō iudicabimini. & Ber. Noli eē alienæ uitæ, aut temerarius Iudex, aut curiosus explorator. Explorando illum quo uadit, quo tendit: vnde uenit. Nam re deo, accedas, decima Aug. in foro Lugduni. O quot sunt de illis, qui sunt nimis faciles ad iudicādum alios, & peruertēdum omnia in malam partem. Cōtra tales clamat. Can. 11. q.3. c. graue satis est, ut in re dubia certa detur sentētia. 30. q.5. Incerta nullatenus iudicemus, quo ad usq; ueniat tēs, qui latētia producat in lucem. & di. 33. c. habuisse. In rebus ambiguis absolutum non debet esse iudiciū. Et Aug. in sermone dñi in mōte. Et si suspiciones uitare non possumus: quia homines sumus, difinitiuas tñ snīas, continere debemus. Ille. Vnde legitur in vitis Patrū. Qđ fratres interogarunt Abbatem Pastorem di. Si uiderimus peccantem fratrem nostrū arguemus eum? Rñ. Nisi oculis apertis uideritis, & manibus palpaueratis, nolite iudicare: quia quidā de nostris, aliquādo deceptus est in hac cā. O uerbum mirabile. Et de B. Dominico legitur, qui dixit cuidam scholari, q erat procliuis ad iudicandum. Fili mi, omnia in meliorem partem interpreteris, si uis iuste uiuere, & cum Deo recte ambulare. Ideo glo. super illud Ro. 14. Qui non manducat manducantem non iudicet. Dubia sunt in meliorem partē interpretanda. quia tunc homo non potest errare, cum nō uideat aperte malū proximi sui. In quibus uerbis merito quæritur dubium. Quare unusquisque de aliis faciliter malum iudicat. Respondet Thom. 22. q. ubi supra ar. 3. ꝙ a tribus causis.

Primò a propria malitia. Secundò ex inimicitia. Tertiò ex longa experientia.

Primò est, &c. Ex hoc. n. ꝙ aliquis est in se malus, & conscius propriæ malitiæ: faciliter de alio male opinatur. vñ Eccl. 3. c. stultus. idest peccator in uia ambulans, cū sit ipse insipiens, omnes existimat insipientes. Auarus. quia nō uiuit in domo cum filiis, sicut homo bonus, faciliter æstimat alios sic esse. Sic concubinarius, æstimat alios sic esse. Sic

gulosus. vnde Aug. i expositione Ps. Homo. n. procliuus su spicatur in alio, quod sentit in seipso. & Sē. in li. de Morib. Hoc habet omnis effectus, ut in quo ipse insanit, iputet cæteros furere. Et Phil. 4. Ethi. Qualis unusquisque est, talia dicit, & talia operat. & taliter uiuit. Ex propria ergo malitia, prouenit iudicium temerarium. vnde in vitis Patrū nostrorum: Dixit quidam scholaris magro Iordano dū prædicaret Vercellis. Cur pr ita facile iudico malū de proximo meo? Rñ. pater. Quia malus es. A propria malitia, prouēti iudicium temerarium. Hoc autem uitio solent laborare seculares, qui subtiliter mala de Religiosis iudicāt, & subtiliter quærunt facta aliorum, & damnant, cum sint mali. Et si pctm aliquod ueniale in eis uiderint spernūt eos: malos reputant, detrahunt eis. Dicere solēt. Credimus quod teneat castitatem? vere non, quare habes hanc opinionem: quia in star porci te habes. Vñ qñ pergo domum aliquorum zelotiporum seculariū, non audeo aperire oculos, ne dicant aliquod malum: quia sunt proni ad iudicandum. Prouenit ex inimicitia: cum quis odit aliquem, facile suspicatur malū de eo. Vnde Phil. 1. Rhe. Amor & odium sæpe faciunt iudicium non cognoscere. Et Chrys. Perfectus amor, perfectum odiū, rectum iudicium non cognoscit. Exempli grā. Diligis uxorem amore zelotipiæ o ciuis, dicatur tibi, ipsa facit quæ non debet. Non credis. O pr noli mihi dicere, uere est bona, illo excepto: quia est meretrix. Amor & odiū &c. Sic dico de filia, sic de filio tuo. Amor & odium &c. Vnde apud Ro. cæcus depingebatur. Et per oppositū odium. Quare nō credis de amico tuo quia odio ipsum habes, noli mihi loq de tali, quia est unus infamis. Exemplo patet. 1. Reg. 17. De Ionata cum diceret Sauli patri suo omnia bona de Dauid, nō credebat quia ipsum odio habebat. Vnde Sen. Quod nimis uolunt miseri, hoc facile credunt, & est graue peccatū: quia est contra charitatē proximi. Apost. 1. Cor. 13. Charitas non cogitat malum. Si uideat aliquem loquentem nō cogitat malum: si comedentem, si ridētem. In omnibus, potius bonum quam malum cogitat. Secūdò procedit, &c. Cōmen. super 3. Cœli, & mundi, dicit: Quod tria fecerunt errare Auicennam. Primum ignorantia logicæ, quæ est cā oīm malorum.

malorum. Iuxta illud dis. 80. Ignorantia n ē est omniū delictorum. Secundū cōfidentia proprij ingenij, quæ est multum periculosa. Sunt quidā qui darent legē sanctis Paradisi, qui nimis confidunt de seipsis. O pater non defendatis hanc partem. immo ita se habet. Ego scio quid loquor, nō indigeo adiutorio, non consilio. Contra tales Prouer. 25. c. causam tuam tracta cum amico tuo. Et Senec. Omnia cum consilio agenda sunt. Tertiò longa experiētia, ex hoc senes sunt suspiciosi. In 2. Rhet. Senes sunt cacoges. Est. n. cacogia ī deterius omnia æstimare: sunt. n. maxime suspiciosi, eo q multoties sunt experti aliorum defectus. vnde qñ uident aliquid, facile suspicātur malum potius, quā bonū, quia plura uiderunt, & recordantur de dño Pandulpho; de Comite Carmiole, de Comite Borella, de dño Roberto, de Gabriele Fundulpho, de Brachio Perusino, de Ioanne de la Tela, de Saltimbargio: unde malum suspicantur. Qd non est sine peccato, nisi uideant oculo ad oculum. Auicenna ergo errauit in hoc; quia ex multo tempore uoluit facere conclusionē ex multis practicis. Deus me custodiat de medicis, qui solum ex practica iudicant. Dicitur q tria destruunt mundū. Recipe medicorū. Cætera notariorū. Dico uobis religiosorum. Ascu. li. 2. cāta uersum. Nil iudica nisi totum uideris. Crede mihi nunq̄ deceperis. Et sic patet secundum mysterium. Secundum principale &c. secundum doct. Quatuor sunt malignitates huius uitii pessimi.

Prima dr̄ præsumptionis. Secūda dicitur infamationis. Tertia dicitur obstinationis. Quarta dr̄ usurpationis.

Prima dr̄. Maxima præsumptio illius est, qui negligit pctā sua, & aliena condemnat. Tales spernunt lectionē propriæ consc. īæ, & alienę intendunt. A tergo ponunt propria, ante oculos proprios aliena. De istis dicit Sene. Aliena uitia ante oculos habemus, a tergo aūt nr̄a. Quod est signū maximæ stultitiæ. Vnde Tul 3. lib. Tus. Proprium stultitiæ est aliorū uitia cernere, suorū obliuisci, & Chrys. super Mat. In alienis delictis seueri, & amari iudices sumus. Qd contra Christus Matth 7 Quid tu uides festucam in oculo fratris tui, & trabē in oculo tuo nō cōsideras? In huius figurā Io. 8. legitur adultera, q̄ Iudæis accusata fuit. Magr̄ qd

dicis? Hæc autem cecidit in adulterio. Cogitabant .n. intra se. Si dicit esse lapidandam. O beatæ leges. Et Christus se inclinans scribebat in terra. Quid scriberet triplex est opinio. una est Aug. q; scripsit illud quod uoce expressit. Qui sine peccato. Alia est Amb. Terra autem terram accusat. Tertia est Bedæ, quod eorũ peccata scribebat in terra, ita ut vnusquisq; videndo peccata sua ibãt unus post aliũ. Dans intelligi, q; antequã iudicemus proximum nostrum, prius nosipsos corrigamus. Sed heu, quia nihil fit. vnde in vitis Patrũ legitur de quodam Monacho, qui in capitulo sportellam plenã lapidibus tulit, & posuit ante: saccũ plenum arena post tergum. Interrogatus autẽ a fratribus. Rñ. Saccus arena plenus, sunt peccata mea, quæ posui post tergum, ne illa videam. Sportella autem lapidibus plena, q̃ est ante me, sunt peccata proximi mei, q̃ plus intueor quã mea. O quot sunt de istis. Sed audiat tales illud qđ scriptum est. 2. Tim. 3. Attẽde tibi o socie, attende tibi. Practica super omnes status. Secũda malignitas &c. Ex hoc enim q; homo habet malam opinionẽ de proximo: ipsum infamat, detrahit. Quare o ribalde laceras famã proximi tui? Quia ipsum non diligis, & de eo male opinaris, & ex hoc cõcludũt Theologi. Quod iudicium temerariũ, & suspicio sunt, est mortale, & grauissimũ peccatum: quia aufert illud quo nihil est melius. s. honorem, & famam. Eccl. 41. Curã habet de bono nomine. Prouer. 22. Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. In 4. Eth. Maximum bonum exteriorum, est honor. In lib. Icono. Multo grauius fert aliquis, si honore priuetur, quam si bona sua auferantur. Sed hoc bonum aufert suspiciosus. Contra tales Apos. Rom. 1. Detractores Deo odibiles. Vis agere rem gratissimã Deo? o ciuis, o artifex, o religiose, o paterfamilias. Iudica omnia in meliorem partem. Exẽplum beati Bernard. de quinta valle, qui fuit primus socius sancti Francisci. Cum frater Leo infirmaretur in loco sanctæ Mariæ de Angelis. Vidit in uisione multitudinem fratrũ incedentium processionaliter: inter quos unum uidit a cuius oculis exibant fulgura, quærens autem ab eo, qui ostendebat ei hãc uisionem, quis esset ille, cuius oculi, ita splendebant lucidissimi? Audiuit q;

erat

erat Ber. qui semper de his quæ videbat, in melius iudica bat. Si videbat aliquē bene indutū aiebat. Forte q subtus habet cilicium. Si comedentem, forte q indiget. Omnia in meliorē partē interpretatus est. Tertia dicitur &c. Sut qui dam ita assueti, ut semper omnia in peiorem partem inter pretentur facta proximi. Chryso. super Mat. sunt quidā puersi, qui de omnibus mala iudicant, si quis studet, & humi litati uacat, hypocrita est: si recreationi, gulosus est, si socie tati, secularis est: si simplicitati, fatuus est: si aliorū corre ctioni, præsumptuosus est: si silentio, & paci, simulator est. Ille. Et Pius Pap. Ep̄s seruus seruorū Dei. Charis. in Xp̄o filio Ludouico Francorū Regi illustri salutē, & Apostol. ā benedic. Multi sunt homines adeo maligni, ut oēs cogita tiones eorum in malum uergant, neq; homines uereātur, nec Deum, quibus mentiri pronum est. Ille. O peruersitas mortalium, omnia in malam partem uertunt. In uitis Patrū legitur, q quidam senior de patribus equitabat asinum suum. Filiusque suus paruus, pedester sequebatur. Obuiantes ei quidam, dixerunt adinuicem. Iste senex equitat, & fa cit puerum pedestrem ire. Descendens fecit puerū ire super asinum. Obuiantes alii di. O quàm fatuus est hō. Vadit pe dester, & iuuenis ęquester, cum sit fortior eo. Tunc ascende runt ambo super asinum. Obuiantes alii. di. fatui sunt hi quia asinū interficiunt ambo. Tunc descenderunt, & nullus eorū equitauit. Obuiant alii di. Fatuitas maxima istorum, qui ducunt asinū uacuū. Tunc ambo portauerunt asinum. Obuiauerunt quidam di. O q̄ fatui sunt isti, asinū portant. Tunc ait filio senex. Fili mi qualitercunq; nos habeamus, homines obloquuntur semper, non est curandū de uerbis garrulorū, faciamus debitum nostrum, sine loquantur, &c. Quarta dicitur &c. quia temerarius usurpat, quod est proprium Dei. Quinque sibi reseruat Deus. Primò potentiā creandi. Ps. 88. Terram, & mare tu creasti. Secūdò ueritatē finalis iudicij Act. 1. Domine si in tpe hoc restitues regnū Israel? Rñ. eis. Nō est uestrum scire tpa, uel momenta, quæ pater posuit in sua ptāte. Tertiò gloriam propriā Esa. 57. Gloriam meam alteri non dabo. Quartò reseruat sibi uin dictam iniuriæ. Deut. 32. Mihi uindictam, & ego retri-

quam. Quintò iudicium de occultis.Io.5.Pater dedit filio iudicium facere.Inm̃ vt dicit Th.1.par.q.58.art.4. Quod nec Virgo,nec aliquis sanctus,potest cognoscere cor hominis,nisi solus Deus?Hier.17.Prauum est cor hominis,& inscrutabile,& quis cognoscet illud?Ego Deus scrutãs renes & corda.Et dis.22.c Erubescant.Secretorũ cognito. Deus & iudex est.Et cum sit q̃ suspiciosus uult iudicare sibi ignota,quod est proprium Dei usurpare,ideo mortalissime peccat.Vnde Robertus Holchot super Sapien.dicit, quod suspiciosus assimilatur lupo.Et dicit,quod Leo Rex animaliũ fecit capitulũ,ubi aderant omnia animalia. Venit cata dicẽs culpã suã.Peter dico meam culpam,quia sepe comedi de olla Domine meæ.Respondit Leo bene fecisti.Quid peccauit cata.&c.Venit canis. Pater comedi morcellũ panis Domini mei,& aliquãdo carnẽ portanti abstuli,sed pœnitentiam egi,quia me percussit. Respondit leo, satis est. Venit gallina,domine mi, sepe tui in orto uestro. Ex hoc domina mea clamabat uadatis in nomine Diaboli, sed pœnitentiam egi,quia collum abstraxit, ex quo fiunt bona in cacabo. Venit lupus.O pater comedi asinum pauperis.Sed hoc egi,quia magna esuriæ afficiebar. Respondit Leo est tibi naturale. Et Phil.2.Ethicorũ.In naturalibus,neq; meremur,neq; demeremur. Venit Asin. O pater sepe comedi modicũ feni,quãdo currus ueniebat in castrum. Clamauit Leo,Percutiatur,& sic ab oĩbus fuit flagellatus. Esopus.Nã cribella facit,& tympana pellis aselli. Vnde quidã dixit. Hui inique iudex,lupus de magnis peccatis iustificatur,& Asinus innocẽs,de minimis cõdẽnatur.Ad propositũ Ita,facit suspitiosus,de magnis pctis suis se iustificat,& suũ proximũ acriter cõdẽnat.O puersitas mortaliũ.In vitis Patrũ. Cũ abbas Isaac uisitasset cœnobiũ,& inuenisset fratrẽ quẽdã neglıgẽtẽ,expulit eum.Cũq; regrederetur ad habitaculũ suum.Angelus ad ostiũ cellæ astitit di.Nõ te pmitto ingredi,cũ cãm quæreret. Respondit Deus me misit,ut dicã tibi.Vbi uis mĩtã fratrẽ,qui peccauit?Audiẽs senex petiit veniã.Cui Angelus. Caue ne de cętero quemq̃ iudicet,anteq̃ Deus illũ,& sic patet secũdũ mysteriũ.Tertiũ principale &c.duplex punitio.Vna tpalis.de qua.2.Reg.10. Quod

mortuo Anō Rege,successit filius eius Anon ꝑ eo. Rex Dauid misit nuncios cum barbis prolixis. Secretarii aūt regis, temerarie iudicantes, dixerunt. Putas rex noster, q̄ Dauid nuncios misit ad consolandum te? Non uere, sed ut exploret patriam tuam. Anon rex præscidit barbam eorū. Reuertentes nuncij Dauid ad eum, uidensque sic nuncios suos, iratus instruxit exercitum, & destruxit omnes illos populos. Vnde, hoc malum uenit de temerario iudicio. Secūda punitio est spiritualis, de qua Psal. 47. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris. Sequitur punitio, arguam te, & statuam contra faciem tuam. s. conscientię. Exemplum Francisci. Interrogauit Dæmonem, qui plus damnabuntur? Respondit quod homines iudicantes falsè, quia per hoc proximum infamant nec restituunt postea famam. Gl. Hoc uitio periclitatur totum genus humanum. Facetia, de duobus cōuentualibus existentibus in balneis, & cōfitentibus mutuo. Vnus illorum di. Iudicaui te & religionem tuam; Respondet alter. Idem facimus de uobis. Tu de me, & ego de te dico malum, & iudico. Et sic omnes ad infernum imus.

In secundo Sabbato Quadragesimæ. Quod Maria est aduocata nostra.

SVrgite, nolite timere Matt, 17. Exemplum recitatur. Quidam Bergomensis fuit, qui omni die sabbati in honorē matris ieiunabat in pane, & aqua. Dū faceret monetam falsam, a Prætore comprehensus, in carcere ponitur die sabbati, dum instaret hora mortis, oculos suos ad Mariam conuertit di. O Maria, ubi sunt merita ieiuniorū meorum? In his uerbis miraculose apertis carceribus, sine omni obstaculo liberatus est, fugiens de manu carnificum. Ideo ipsam salutemus. Aue &c. Surgite nolite timere. Recitat Euang. q̄ Christus quandam uice assumpsit secum tres suos discipulos, Petrum, Iaco. Ioan. & duxit eos in mōtem excelsum, & transfiguratus est ante eos. Secundū Nicolaū de Lyra inter alios discipulos pręcipue hos tres assumpsit duplici rōne. Primo rōne prærogatiue, quia Petrus super alios habuit firmā fidē, propter quā dates sunt ei claues regni

gni cœlorum. Mat. 16. Tu es Christus filius Dei uiui. Qui super oēs confessus est ipsum esse Christū. Vnde dictum est ei. Tibi dabo claues regni cœlorū. Secundo Ioā. excellebat in virginitate, Ex quo Christo fuit plus familiaris, & magis dilectus. Cui mater in curam cōmissa est. Vnde Dantes 25. Pa. Hic est ille q recubuit in pectus nostri pellicani, & idē fuit ex cruce ad magnū officium electus. Tertio Iac. inter alios, qui primus martyrizatus, est Act. 12. Secundo ratione amicitiæ, ut daret nobis exemplum, quod solum amicis sunt aperienda secreta. Io. 15. Vos autem dixi amicos, qa omnia quæcunque audiui a patre meo, nota feci uobis. Et Prou. 26. Cum amico causam pertracta. & Sen. omnia cum amico delibera. Iō hos assumpsit, nō alios. Sequitur Apparuerunt autem cum Iesu Moyses, & Helyas, ut dic. Tho. 3. part. q. 45. art. 3. Moyses qui mortuus erat, iam per multos annos, qui corpus non suum, sed aliud assumpsit. Helyas autem corpus proprium assumpsit, & illuc uenit de paradiso terresti. Vnde Petrus hoc uidēs exclamauit. Domine bonū est nos hic esse, si uis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnū Moysi unū, & Helyę vnum. Ista aūt trāsfiguratio ut dicit Thō. & Nico. de Ly. fuit hoc mō. Anima Christi a principio suæ creationis, fuit gloriosa p apertam visionem, & perfectam fruitionem. Veruntamē ex diuina dispensatione fiebat, q gloria animæ non reddundaret ad corpus, ut sic esset passibile & mortale, ad implorandum pretium redemptionis humanæ, & ideo ex diuina ordinatione actum est, ut gloria animę redundaret ad corpus, in hora transfigurationis, ut ostēderetur discipulis, gloria futuræ resurrectionis, non tm̄ aię, sed corporis, ut sic animarētur ad sequēdū Christū, in acerbitate passionis, ad q̄ eos inuitabat. Et sic patet qđ claritas illa in trāsfiguratione, fuit claritas gloriæ quantū ad essentiā, sed nō quātū ad modum, quia fuit eiusdem rationis cū illa claritate, quæ est in corporib. gloriosis, sed non fuit ibi nisi per modū passionis transeuntis, & ideo illa claritas non debet dici dos gloriæ, quia dos gloriæ importat qualitatē permanentem. Ille. Domine inquit bonū est &c. unde ceciderunt in terrā, quib. dixit. Surgite, &c. Sabbato pcedenti egimus in laudem Virginis, qūo est

noſtra auxiliatrix, hodie declarabimus quomodo ſit noſtra aduocata. In aduocatio aũt tres ſunt conditiones neceſſariæ, quæ fuerunt in Maria Virgine.

Prima ut ſit gratiſſimus in uerbis.

Secunda ut ſit audax in cauſis.

Tertia ſit feruens in ipſis.

Prima ut &c. C. de Aduocatis. l. Aduocatis. Volẽtes ad uocatum eligere debent habere gratioſam uocẽ, quia gratioſa uox faciliter imprimit, quod intendit. Et Sene. lib. de quatuor uirtutibus. Quatuor ſunt hominis prerogatiuę, eius pulchritudo, eius ſapientia, eius laudabilis fama, eius grata facundia, & Cic. in Prologo Rhetoricorum ueterũ. Sapientia ſine eloquentia parũ prodeſt. Et Prouer. 12. Propter gratiã labiorũ ſuorum habebit amicum, quod probatur exemplis. M. Antonius ſententiæ, mortis adiudicatus, obſtupefactum ſua eloquẽtia reddidit trucidantem. Præterea. M. Torquatus, de quo Vale. lib. 6. c. 2. adeo diſſolutus fuit quod eius pater. L. Manilius ipſum in uillam miſit ad cuſtodiendũ porcos, tamen poſtea eloquentia, patrẽ libera uit a morte. Præterea Xenocrates Philoſophus tantæ fuit eloquentię, quòd cũ in ſcholis legeret: quidam iuuenis diſſolutus, Polemius nomine, omnibus uitiis imbutus, dum ingrederetur ſcholas ipſius Xenocratis, & Philoſophus iuuenẽ inſpiceret, conuertit lectionẽ ſuam de una materia, in aliam de moribus: adeo ut ipſum ad bonos mores conuerteret. Præterea de Sapha. muliere, quę ſua eloquentia iuuenem ad ſe conuertit, cum uerſu ſaphico, a qua, uerſus ſaphici inuenti ſunt. Præterea de Hortenſia. Q. Hortenſii ægregij oratoris filia, q̃ orandi ac pronunciandi facundiã, maximo uigore ſeruauit. Et Hier. qui ſibi duos dẽtes abſtulit: ut liberius ydioma hæbreum pronunciaret. Maria autem habuit gratiã facũdiæ, quia locuta eſt mirabiliter. Vnde Angelus ad eã. Inueniſti gratiã apud Deum, quia ut inquit Dauid Pſ. 44. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Vñ ſuper omnes fuit aduocata. Tres ſunt differẽtiæ aduocatorũ, quidam pro ſe, quidam pro ſuis, quidam ꝓ bono cõmuni. Quidam pro ſe, quia prima charitas incipit a ſeipſo. Hoc modo fuit Paulus: ſed non fuit exauditus. de quo 2. Corin. 12.

12. Ter Dominum rogaui, ut discederet a me ista tētatio, & dixit mihi. Paule sufficit tibi gratia mea, Non fuit exauditus. secundo quidā pro &c. Mat. 20. de matre filiorū Zebedei, quæ pro suis filijs facta fuit aduocata. Dic inquit ut sedeant hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam, & alius ad sinistrā. Super quo Nic. de Ly. Iaco. & Ioā. credebant Christum post resurrectionem suam regnare in Hierusalem, ut Dominus spiritualis. ideo superbia inflati, cupiunt sublimari in suo regno, unde ex hoc matrem mictūt, cui Christus. Nescitis quid petatis, unde fuerunt expulsi, nec exauditi. Tertio quidā pro bono &c. ut sancti Patres, qui aduē tū Messiæ expectabant. Esa. 14. Emitte agnū domine, & Dauid. Ostende nobis domine misericordiā tuā, & sal. &c. qui tamen non fuerunt exauditi. Vixit. Adam nongentis. 30. annis petens Christum. Enos nongentis quinque. Enoch 365. Mathusalem nongentis. 70. Quo ad ista tria Maria fuit optima aduocata, primo pro se, quia in tenera ætate uotum uouit uirginitatis. Ex hoc nunquam sensit stimulū carnis, ut dicit Th. 3. par. q. 28. Ric. in 4. dis. 30. nec potuit ab aliquo concupisci, ut di. Tho. in 3. dist. q. 1. & hoc propter. 4. quæ Spiritussanctus in ea operabatur. Primo quia sic uoluit. Exempli gratia. Ioā. nutrit scortum, & uxorem habet longe pulchriorem scorto, & tamen uxorem uidere non potest, & apparet omnium mulierum speciosissima. Vnde hoc, nisi quia in oculis illius ribaldi Dæmon imprimit, vt faciant hominibus uxores turpissimas & omnibus odibiles apparere? vnde ex opposito arguamus. Si Dæmon est tantæ potentiæ, ut faciat sic, quanto plus Deus pijssimus, potuit tantam benedictionem Mariæ Virgini infundere, ut nullus eam respiciens, ad concupiscentiam moueretur? Secūda causa fuit sancta cōuersatio, non. n. ad fenestras ibat. Tertia sancta occultatio, quia Deus occultabat in ea, quæ poterant ad libidinem esse incitamēta, & dedit illi gratiā, ut omnibus intuentibus in eam, non inordinate mouerentur ad malum, sed ad bonum. Quarta causa dicitur irradiatio, ex oculis Virginis exibant radij, ut intuentium oculos confunderent, ut cō inordinate concupiscere non possent. Ob quā causam uoluit Ioseph uir eius occulte dimittere

eam,

eam,ut di.Ber.tanq̃ indignum se putās suo consortio. Vn de Orig. Si suspitioné in eā non habebat iustus,quo iustus erat,ut immacul tā dimitteret? Ideo ergo dimittere uolebat,quia magnū in ea sacrificium esse cognoscebat, cui appropinquare se indignū estimabat.Ille. Vnde legitur in historia græcorū,ꝙ Diony.supplicauit Io.euāg.q.erat custos uirginis,ut eā uidere posset. Qui cum esset ad eā introductus,ea uisa cecidit in terrā quasi mortuus,di.Nisi solidatus essem in fide,non aliū Deū credere q̃ ipsam, quia tātus radius claritatis ab ea procedit. Et ut dic.Alb. ꝙ sicut Xps in ingressu Egypti extinxit oēs,idola adorantes,ita & aspectus Mariæ oēs uitio sodomitico laborātes, tantus erat diuinus,& sanctus aspectus. Scđo aduocata fuit pro suis. Io. 2.deficiente uino dixit ad Iesum.Vinum non habent super quo Theophi.Hæc est mater misericordiæ, quæ deficiente uino,dixit ad Iesum,Vinū non habent, cōpassu corū uerecundiæ,sicut misericors,sicut benigna.Ille. Tertio aduocata fuit pro &c.O quo staret mundus,nisi hæc pro nobis oraret?Vnde Ber.super Can.98.Constat.n.pro uniuerso fuisse sollicitā,cui dictū est.Inuenisti grām apud Deum.Hæc est quæ totius mundi reparationem obtinuit, saluté oīum impetrauit. Ille. Exemplum B.Dominici,& Francis in anno dñi.1211.Magna guerra fuit inter Ianuenses,& Pisanos ꝑ mare,& tunc ciuitas, Hierusalē fuit assediata ab infidelib. & erat tunc Hierusalē militū S.Ioā Rhodij,& tunc ibāt in duri pānis aureis,sed amisso sepulchro,induūtur de nigro, & tunc Papa Inno.fecit concilium generale,dictū lateranē se,in quo fuerūt ꝑlati.1500 Et conclusum fuit,ꝙ fieret pax inter Ianuen.& Pisanos, & fuerunt missi unus post alium circa.36.legatos,& nullus ipsorum fuit aliquando reuersus,nec ꝑꝑ Christum,nec ꝑꝑ sepulchrum, nec ꝑꝑ Hierusalem.Tandem Papa Innoc.se mouit in persona . ut iret pro pace fiēda. Et infirmatus,Perusij mortuus est. Et Papa Honorius successit,& uoluit,ut unusquisq; ueniret ad dādum ei obedientiā,& hoc modo perdita est ciuitas Hierusalē,& tunc anno domini 1216.apparuit Christus in aere cū 3.lanceis cōtra tria peccata, Superbię, Luxuriæ, Auaritie, Virgo aūt Maria genibus flexis prouoluta ad pedes eius di. O fili

dabo

dabo tibi seruos meos, uidelicet Dominicum, Francifcũ, q mundum conuertent ad te. Dantes de his. 11. Paradisi Prouidentia Dei qua mundus regitur eo cõsilio, quod oẽ creatum superas: duos ordinauit in hoĩs fauorẽ, qui utrique a dextrix & sinistris duces illi essent, alter omnino in ardore seraphicus. Reliquis sapiẽtia ueluti cherubin in terra fuit, cui filius. Mr̃ mea fas non est ut quippiam uobis negem, sum contentus: ei, parcere uolo. Vnde patet primũ &c. Secũda cõditio, &c. Audacia plurimũ adiuuat. Poeta. Audaces fortuna iuuat. Pli: Fortes fortuna iuuat. Et Vergi. 1. En. experti reuocare aĩos, mœstum q̃ timorẽ mittite. Vnde scriptura de audacia officialis. Eccl. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi ualeas uirtute irrũpere iniquitates. Audacia erit in aduocato si concurrit munus Deu. 16. Munera cecant oculos sapientum, & mutant uerba iustorũ. Et Claudianus. Merẽt captiuæ polluto iudice leges. Oui. li. de ar. in 3. Munera crede mihi placãt hominesq;, deosq; placatur donis Iupiter, ipse datis. Ad propositum. Maria est summe audax in cœlesti curia, & palatio. De qua Eccl. 24. in Hierusalẽ potestas mea. Sed quare est tã audax? Respondeo q triplici rõne.

Primo ratione parentelæ. Secundo ratione meriti. Tertio ratione gratiæ inuentæ.

Primo rõne &c. quia est mater regis æterni. Ponit Val. li. 5. c. 4. de M. Cori. q fuit hõ magnæ uirtutis, & ingenij, post multas pro patria sua Romana, res gestas: pp inuidiam plebis, exul factus est. Qui indignatus contulit se ad Volscos, vbi tam breui tempore gratia, & autoritate ualuit, q eius consilio bellum Romanis indiceretur. Ipse dux belli consensu omnium factus. Vastatis primo Romanorum agris, & captis oppidis, & plurimis in deditionẽ acceptis, ad urbis tandem expugnationem duxit exercitum. Romani tanta mole belli territi, legatos ad eum de pace, & reditu suo miserunt, qui nihil profecerunt. Missi postea sacerdotes, nihil plus ipsis obtinuerunt. Profecta tandem matre sola, inuictum eius animum fregit, & eius amore bellũ a patria amouit. Quod igitur patrum autoritas, quod Deorum reuerentia, non potuit: sola filij in matrem pietas fecit: Dic ad propositum Mariæ. Figura. 3. Reg. 10. de Salomone, qui matri

suæ Bersa.dixit,ea collocata in solio suo.Pete a me mater mea,quod uis.Neque.n.fas est,ut auertam faciem meam a te.Secunda &c.quia super omnes creaturas, in omni motu suo meruit.Vnde Augu. Vnum scimus pro certo,quod omnis Mariæ uita, & actio, semper intenta fuit in domino. Ille. Habent.n.Theologi,quod meritum nostrũ consistit in amore Dei. Maria super omnes Deum filium suum amauit nam tempore passionis Christi quidam fuerunt fortes in amore.sed debiles in associatione,& fide, sicut Apostoli qui ipsum diuinum dilexerunt:sed tamen ab ipso recesserunt, & fidem perdiderũt:alij fuerunt fortes in associatione, & amore:sed tamen debiles in fide,sicut deuotæ mulieres, quæ ipsum mortuum dilexerunt,& ab eius cruce non recesserunt: sed tamen fidem perdiderunt. Beata autem Virgo fuit fortis in amore:quia filiũ semper dilexit, immo facilius fuisset ei mori,q̃ ab eius dilectione separari. Dilectio fuit fortior in associatione: quia iuxta crucem immobilis stetit. Ioan. 20. Fuit fortissima in fide:quia fides in ipsa sola remansit,nec tempore passionis extingui potuit. Vnde sic super omnes meruit.Tertio ratione gratiæ inuentæ:quia gratiam humano generi inuenitur. Inuenisti gratiam apud Deum. Quam gratiam? Dei & hominum Audacia cuius dominatur in cœlo,in purgatorio, in mundo, in inferno, Vnde Ber.Data est tibi omnis potestas in cœlo,& in terra, ut omnia quocunque nolueris ualeas impetrare. Ille. Et Petrar. Te rogamus oculos ne claude:sed aperi tuique magni uirtute splendoris. Fac diabolum omnino succumbere. Ille. Tertia conditio &c. ut sit feruens in ipsis obtinendis.Apost.Solliciti,non pigri.Ad propositum.Maria fuit, & est feruens:quia nec ad horam recedit.Psalm.44.Astitit Regina,&c.Vnde tenuit omnes uias impetrandi, quæ sũt tres in præsentiarum.

Primò per uiam humilitatis.

Secundò per uiam importunitatis.

Tertiò per uiam improperationis.

Primò per uiam &c.Proue.15. Responsio mollis frãgit iram.Maria hunc modum tenuit:quia humilis ore, corde, opere. Luc. 2. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Secundo

do per uiam &c. Importune petit. Vnde ecclesia. Monstra te esse matrem. Et in sequētis, Ora patrem iube natum. Insinua illi quę sis, & nihil tibi denegat. Hester. 6. Quid uis regina, & quę est petitio tua? Etsi dimidiā partem regni petieris, impetrabis. Et ecclesia in sequētiis. Clementior prę cæteris, succurre nobis miseris, mortalium spes una. Vnde Bern. Quid ad Mariam trepidat accedere humana fragilitas? Nihil est in ea austerum, tota suauis, & dulcis, omnib. offerens lac & lanam. Tertia conditio &c. fili recordare qd tibi feci: te portaui nouē mensibus, te lacte paui, tecum super asellum in Aegyptū fugi, te in triduo cum lachrimis quæsiui, te in templo obtuli, te secuta sum in montē caluariæ, te associaui, aliis recedentibus non recessi. Vnde quidā vulgaris. Quis non pōt contristari matrem Christi contēplari, in tāto supplicio? Ideo Bern. Securum habemus accessum ad patrē, ubi mater ante filium, filius ante patrem, Mater ostendit, filio pectus, & ubera. Filius ostendit suo patri latus, & vulnera. Nulla ergo poterit esse repulsa, ubi tot occurrunt charitatis insignia. Ille. Et Pętrar. Ad te miser peccator recurrit supplex, ut tuæ placeat clementiæ eum semper ex diuino furore eripe. Assimilatur rosæ quæ redolet. De qua Eccl. 18. Quasi rosę plantatio in hierico. Ecclesia in sabbatis. Gaude rosa pura decens speciosa semper recēs, flos immarcessibilis. Secundo uiti. De qua ubi supra Ego quasi uitis fructificaui suauita. &c. quę serpentes fugat, ita & Maria Dæmones. Dic hoc exemplum, & applica illud. refert Vincentius histo. Exemplum. Quidam Romanus Imperator fuit, cui diuina clementia uxorem genere & moribus, nobilissimam prouidit, ac pulchritudine honestam. O pulchrum donum, quando homo reperit bonam uxorem. Prou. 19. Domus & diuitiæ dantur filijs a parentibus, uxor bona a domino preparatur. q. d. gratia est spiritualis, ut qs bonam uxorem habeat. Venit autem in mentem Imperatoris, ut pergeret per orbem uisitare loca sanctorū. Accepto itaq; consensu a coniuge, regnū, & quendam suum fratrem adolescentem ei comendauit, & sic discessit, Adolescens aūt deceptus in amorem Imperatricis, sepe petiuit ab ea, de actu carnali: Imperatrix autem ipsum posuit in quadā

turri

turri custodiendum, cum decenti cura, usque ad aduentum Imperatoris, ne iuuenis mulierem amplius molestaret. De terminato autem die & tempore, videlicet post 5. an Imperator rediit. Quod uxor audiens summe gauisa est. Iussitq; nobiles, & maiores in occursum ei occurrere. & uicos ciuitatis adornari decenter, & fratré Imperatoris iussit de carcere exire, quã primum fratri obuius iuit, ante aduentum Imperatoris. Requisitus ab Imperatore cur tã afflictus esset, & pallidus? respondit cum lachrimis. Vxor tua me tali modo, o Imperator tractauit, eo quia increpaui eã super actu impudico. Facta est meretrix tuorum nobilium. Qđ audiens rex in terram cecidit quasi mortuus, confortatus uerbis astantium surrexit, Interim uenit mulier cũ puellis uolens dari osculum Imperatori ipsam percussit pugno, & eam expulit. Præcepit seruitorib. suis ut ipsam ducerét in syluam quandam, & eam ibi decollarent. Cũ fecissent :& eam tam pulchram uidissent, decreuerunt ante eius mortẽ accipere mutuum solatium ab ea: clamans aũt ac se defendens, & omnino renuens, ac nomen Virginis inuocans. In hmói uerbis, & clamoribus quendam comitem cõtingit il lac transire: qui Romam ibat uidẽs mulierem ualde speciosam, ipsam ab inimicis liberauit. Interrogans ea quæ esset, ex humilitate indicare noluit, sed petiit, ut ipsam adduceret in domum suam, & ꝓ ancilla eam susciperet cñæ suæ. Gauisus est ualde comes. Qua conducta, dedit ei in curam paruulum filium ut ipsum nutriret. Que suscipiens chare ipsum fouebat. Accidit, ut frater comitis esset philocaptus de ea uehementer. Vna die petiuit ab ea, ut ei copularetur in matrimonio, petiuit 2.3. renuit satis. Nephandus hõ nõ ualens obtinere, qđ uolebat. Noctu ductus Diabolico spiritu, occidit puerum comitis, quem in gremio tenebat, cum dormiret, currente sanguine per lectum, & clamante heu me, comes cum familia hoc audientes ac existimantes mulierem puerum occidisse, de communi consensu data est in manu pyratarum, ut ipsam in alto mari præcipitarent. Videntes ipsam tam pulchram, decreuerunt prius accipere mutuo illecebras uoluptates. Cumque nollet assentire, ipsam in quadam rupe altissima maris dimiserũt, ut ibi fame mo

reretur. Cumque per tres dies, & noctes cum lachrimis fuisset, sine comestione: & nomen matris inuocaret. O Christianæ inuoca Mariã. Apparuit ei uirgo Dei. O filia, noli desperare cito accipies talem herbam, quam habes su per tergum, & sub pedibus, & facies emplastrum, & sic sanabis omnes leprosos, & tua puritas manifestabitur. Cumq; herbam collegisset hora tertia, tertij diei, nautę uenerunt ad ripam, ab ipsa vocati, eam susceperunt: & ad portum Romanum cõduxerunt. Egressa de naui repperit leprosum, totum fœtidum in ripa portus, & ipsum sanauit. Venit autem ad urbem illam, in qua erat impius ille frater comitis, qui paruulũ occidit huius mulieris, qui ob hoc malũ leprosus erat factus. Ad hunc fuit cõducta: sed ab eo minime cognita. Rogatur obnixe à comite, ut ipsum sanaret a morbo lepræ, & quicquid mercedis uelit, dabitur illi. Rñ. se facturã, si coram illa & 7. personis uult confiteri omnia peccata sua. Rñ. ille. Sum contentus. Cõfessus est peccatũ illud, sed uerũ occidisse comitis fratris sui, in manu mulieris nutricis. Audiens autem frater expauit, plus dolẽs de amissione illius mulieris. Rñd. illa. Ego sum illa mulier, & tibi omnipotẽs Deus parcat. Vñ ipsum sanauit. Recessit a loco illo, & Romam uenit, leprosos sanando. Cumq; eo applicuisset, conducta est ut fratrem Imperatoris sanaret: qui ipse in leprã incurrit, propter peccatum mulieris accusatę iniuste Impatori. Respõ. ut prius fecit fratri comitis, si pctã sua cõfiteri vellet coram Papa. Promittit facere. Cumque omnia, hoc excepto confessus esset. Respon. mulier. vnum deest. Tandẽ propolauit peccatum factum contra mulierem, de peccato infamationis in mulierẽ. Quo audito Papa flere cępit super casum illius Imperatricis, credens mortuã esse. Mulier autem sancta, sanato a lepra fratre Imperatoris dixit. Nosti me fili. Nõ ait. Ego sum illa Imperatrix: & omnia narrauit per ordinem. Tunc omnes cũ lætitia ipsam susceperũt. Volẽs autem Imperator, iterum eam reassumere in uxorẽ, vt prius, renuit omnino. Et ob amorem uirginis, quę eam liberauit a tot periculis, in monasterio monialiũ se reclusit: ibique uitam finiuit deuota existens. Mariæ virgini. Applica diligenter: quia pulchrum est.

Dominica secunda Quadragesimæ. De Fide ser. magnus.

MIserere mei domine fili Dauid. Mat. 15. Fama spar sa per ciuitates terrę promissionis Tyri, & Sydonis de Christo Iesu, pp miracula, quæ faciebat circa infirmos. Ecce mulier Cananea a finibus illis egressa, ad Iesum accessit di. Miserere mei domine fili Dauid, filia mea male a demonio uexatur. Officiũ boni oratoris, ut habet Cicero: est beniuolentiam captare: ideo hæc mulier, usa est maxima prudentia: quia confitetur diuinitatẽ, & humanitatem. Primò diuinitatem dum dicit. Miserere mei domine. Secũdò humanitatem dũ dicit. Fili Dauid. Exponit autem suam tribulationem di. Filia mea male a Demonio uexatur. Christus autẽ ei ostendit tres maximas duritias, & quare o Iesu? Vere ut dicit gl. ut eius cõstantiã comprobaret. Et mulier contra has usa est tribus prudẽtiis. Prima duritia: quia Christus nihil rndit. ac si esset excõicata. Ad hanc duritiam se habuit prouide; quia ad discipulos iuit rogans eos. Et discipuli rogabant eum di. Dimitte eam. quia clamat post nos. Secũda duritia fuit in hoc, qa dicit eam non esse de ouibus Israel, quibus Christus specialiter erat missus, di. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierũt domus Israel, quasi dicat, tu de illis non es. Oues Israel, erant oues Dei. Insinuauit ergo ipsam nõ de ouibus Christi, & per cõsequens quod erat de ouibus Diaboli. Ad hãc duritiam se habuit magnanimiter: quia ad Christum se approximauit, & ipsum adorauit di. Domine inquit adiuua me, quasi dicat, si usque modo fui ouis Diaboli, modo esse uolo ouis tua. In signum huius adoro te. Adiuua me sicut pastor adiuuat ouem suã debilem, & infirmã. Tertia duritia fuit: quia eam caniculam appellauit. Non solum dixit, eam non esse ouem suam, sed etiam canem. Nõ est bonum sumere panem filiorum gl. idest doctrinam, & miracula Iudæis promissa. Et mittere canibus, idest gentilibus. Ad hãc duritiam se habuit humiliter. quia nõ negauit se eẽ canẽ: sed confessa est di. Etiam domine: ac si dicat, canem me uocas, canem tuam esse uolo. Domini.n suos canes nõ expel-

lunt, & expellunt per unam portam reuertuntur per aliā. Si ego sum canis tua, non dés me expellere a te. Et si adhuc expuleris, protinus ad te redibo. Quia domini permittūt suos canes comedere de micis, quæ cadunt de mensa eius. Da mihi micam, quia sum canis tua, idest gratiam sanitatis filiæ quam peto. Respondens autem Iesus dixit. O mulier magna est fides tua, quæ scilicet me superauit, & uicit. Super quo Origenes in præsenti homel Mulier caput pcti, arma diaboli, expulsio paradisi, mater delicti, corruptio legis antiqua, uenit ad Iesum, mirares mirū negotium. Iudæi fugiunt Cananea sequitur. Ille. Applica Euangelium. De Fidei unitate erit sermo hodier. De qua tria uidenda sunt.

Primum dr̄ opinionis. Secundum dr̄ manifestationis.
Tertium dicitur fructificationis.

Primū dicitur &c. Cū triplex sit fides sub qua cōiter uiuit totum genus humanum, uidelicet Christianorū, Iudæorum, Saracenorū. Quæritur dubiū. An omnes possint saluari sub sua fide, obseruādo, quæ sua fides cuiq; præcepit. Ad hoc duæ sunt opiniones. Vna opinio quod sic, alia ꝙ non. Prima ꝙ sic, probat intentū suū tripliciter. Primo rōne. Secūdo autoritate. Tertio admiratione. Primo rōne triplici.

Primo rōne finalitatis. Secundo rōne superabilitatis.
Tertio ratione credulitatis.

Primò finalitatis. Cōclusio est phi. in 2. Phisicorum. Oē agens agit pp finem. In 2. de Anima. Natura agit propter finem. In 2. Metha. Finis est causa causarum. Quod affirmatur per Tho. in 1.2.q.1. & per Scotū in 1. dist. 1. Exempli gratia. De illo qui vineam plantat ad finem, ut vinū bibat. Ad propositum. Quo fine Deus animas hominum creat? Vere ut beatificentur Aug. in 2. dis. 2. Fecit Deus rationalē creaturam, ut summū bonum intelligeret, intelligēdo amaret, amando possideret, possidendo frueretur. Et per Tho. in 1. dist. 46. Aliter frustra eas creasset. Sed ut dicit Phil. in 1. Pol. In 3. de Anima. Deus nihil otiosum fecit in natura. In 1. cœli & mūdi. Deus & natura nihil agunt frustra in 9. Metha. Nihil est otiosum in natura. Vn̄ nō est credēdū, ꝙ illud agens nobilissimū fecerit hominē, vt perderetur, sed ut saluetur. Vn̄ p consequens oēs, tam Iudæi q̄ Saraceni, & chri-

chiſtiani, ſaluant in fide ſua, obſeruando ea quæ ſunt obſeruanda. Credis ciuis, & tu mercator quod uxor tua tibi pariat filium ad finem, ut ſuſpédatur? Aut mater filiã ut ſit meretrix? Vere nõ, ſed ut honeſte uiuat. Quia in 1. Pol. Generantis ad genitũ naturaliter eſt amicititia. Et l. fin. C. de curatore furioſi. Nullus eſt amor qui uincat amorem parentum. A fortiori Deus creat animas ſingulorum, ut ſaluentur. Igitur omnes ſaluabuntur in ſua fide. Secundo ratione &c. Cõcluſio Phi. 3. de Anima & 2. Meth. unũquodq; agens operatur ſecundum proprietaté ſuæ naturæ. Exépli gratia. De ſole, de igne &c. Si natura operatur: multo plus natura Dei. In Deo ſunt duo, miſericordia, & iuſtitia. Atte ſtante prophe. Pſal. Duo hæc audiui quia poteſtas Dei eſt, & tibi domine miſericordia, & alibi Pſ. Miſericordia & ueritas obuiauerũt ſibi, iuſtitia & pax inoſculatę ſunt. Sed maior eſt miſericordia ĩ Deo ꝙ iuſtitia. Iac. 2. miſericordia ſuperexaltat iudiciũ. & Pſal. Miſerationes eius ſuper oĩa opera eius. & de pę. di. 1. c. Quia diuinitatis natura clemens, & eſt pia, magiſque ad indulgentiam quàm ad uindictam prona. Et C. de nuptiis. l. Imperialis. Nam ita credimus Dei beneuolentiam, & circa genus humanum nimiam clemẽtiam, quantũ naturæ noſtræ poſsibile eſt imitari, quę quotidianis hominũ peccatis ſemper ignoſcere dignetur, & pęnitẽtiam noſtram ſuſcipere, & ad meliorem eam ſtatum reducere. Et Dãtes. Nullum eſt de ſe tam graue peccatum, quin ad ingreſſum cęlorũ, Dñe Deus, ꝗlibet pęnitẽtes reperiat claues. Nã tu es tã manſuetus, & tã pius, ut tua bonitas peccatori ſuccurrat. & Petr. 6. Triũ diuinitatis. Sed diuina gratia nunꝗ tarda fuit: quia in eã confido, erunt adhuc in me altæ & ſingulares operationes. Et rõnem aſſignat Ricar. in 4. di. 46. ar. 2. quia miſericordia eſt Deo naturalis, eo ꝙ reſpicit bonitatẽ ſuæ naturę. Iuſtitia uero reſpicit pctã. Quapp, ſi mĩa eſt Deo magis naturalis, ꝙ iuſtitia. Et unũqdq; ſequit̃ proprietatẽ ſuę naturę qđ fuit fundamẽtũ rõnis in principio. Iõ cõcludit, ꝙ Deus ex abũdãtia ſuę mĩę ſaluat oẽs, qui moraliter uiuunt ſub ſua fide, & lege. Igit̃ ſaluãtur oẽs. Vnde patet 2. rõ. Tertio rõne &c. Quicũq; credit bene ſuã fidẽ eſſe bonã, ſaluatur. Vnde eſt ꝙ chriſtianus ſaluatur

uere:quia credit suam fidem esse bonam. Eadem rõne. Si credere christiani ipsum saluat,etiam credere Saraceni, & Iudæi.Fundamentum rõnis ponitur ab Apostolo ad Ro.x. Omnis qui credit in illum non confundetur.Non enim est distinctio Iudæi & Græci.Nam idem dominus omniũ,diues in omnes,qui inuocant Illum. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomẽ domini saluus erit.Ideo Iob qui nõ fuit Iudeus,non natus non mortuus Iudæus:sed gẽtilis.Et Nabuchodonosor fuerunt salui, quãuis non essent christiani. Igitur in sua fide quisq; potest saluari. Vnde patet tertia ratio.Secundò authoritate.& 1.Ioel 2. Omnis quicunque inuocauerit nomen domini saluus erit. Sed omnis natio sub sua fide Deum inuocat,igitur saluatur.& 1.Ti.2.Deus uult oẽs homines saluos fieri.Igitur omnes saluantur.Tertio probatur admiratione.Si solum saluarẽtur Christiani, & alii dãnarẽtur. mirũ esset omnibus ꝙ Deus uellet tot populos damnare.Igitur dicendum est, quod unusquisq; si bene uiuat saluetur.Alia opi. quod solũ christiani saluantur. Et hoc probatur uerbo Christi.Mar.ult.Euntes in mũdum uniuersum prædicate Euang.omni creaturæ, qui crediderit,& baptizatus fuerit.saluus erit. Qui uerò nõ crediderit condẽnabitur.Et Athana.in Symbolo. Quicũq; uult saluus esse,ante omnia opus est, ut teneat catholicam fidẽ. Veniamus ad secundũ ubi declarabitur ueritas. Secũdum principale.In quo aperiendũ est, quæ sit illa fides uera in ter omnes ab omnibus tenenda.Vnde rñdeo secundũ scholam omnium Theologorum. Quod sola fides Christianorum est bona,& sola non alia, ubi omnes saluantur quicũque saluantur.Quæ cõclusio dẽt esse maximi gaudij, apud omnes christianos.Cum illi soli sint in statu ueræ salutis, Quæ conclusio probatur uera quinq; rationibus.In 1.Metha.Hi soli docent qui causas de singulis dicunt.

Primò ratione durationis. Scdò rõne testificationis. Tertiò rõne ꝑsecutionis. Quarto rõne machinationis. Quintò ratione coruscationis.

Primò ratione &c.Conclusio Iuristarum.C. de uet.iure enucl.l.cãta.§ Mirabile autem. Humani iuris cõditio, semper in infinitũ decurrit: & nihil est in ea, quod stare ꝑpetuo

sub posit.Ille. Hodie puer, die crastina senex,uita nostra docuerit.In 5.trium.temporis.Quoad possum finali morti me paro: dum breuem meam uitam recenseo, in qua hoc mane eram pubes iam sum canus. Faciamus sic rationem. Vna res tãto melior dicitur, quanto durabilior.In 3.Phy. In 3.Top.Bonum quanto permanẽtius tanto melius. Exẽpli gratia. Vinũ.n.quod ex sua uirtute plus durat, dicitur melius eẽ cæteris paribus, illo uino quod cito corrũpitur. Res ergo dicitur melior,quanto durabilior,& econuerso. Ad propositum. Fides christiana sola, & non alia:non põt deficere:sed inuiolabilis perseuerat usq; ad cõsummationẽ seculi.Quid dicis o pater Aug.li. de vtilitate credendi.c. 19.Dubitamus nos de fide christiana? Certè non expedit. Eius.n.Ecclesiæ,& fidei gremio creditur,qđ usque ad finẽ seculi firmis,integra & inuiolata ꝑmanebit.Ille.Sed opponit christiano Saracenus per hanc rationẽ,& Iudeus.Primo Saracenus, quod fides sua adhuc perseuerat iã per tot annos.Cui respondet Tho.in 1.contra Gen.c.16. quod fides illa durat,non quia est bona:sed quia obseruãtia illius est carnalis,& delectabilis obseruatorib. vnde Machometus in Alcorano.c.3.de prophetia pœnitẽtię, ꝑmittit suis sectatoribus:quod porcis,asinis,& cæteris bestiis omnino conuenit,uidelicet,coitum,usum ciborum; & habere multas mulieres,uidelicet usq; ad duodecim. O uilissimæ canis.O uilis porcæ,inimicus omnis pudicitiæ.Cõtra quam opinionẽ est tota lex christiana,imo & suus Auicenna,qui de eadem fuit secta,dicit apertè 9.Metaph. lex nostra quã Machometus dedit,ostẽdit perfectionem fęlicitatis,& miseriæ,quę sunt secũdum corpus,sed alia est promissio,quæ solum apprehenditur intellectu.Et tu o Aris.quid dicis?ui deas in 1.Pol.vbi dicit inhonesta. Primũ quod expedit senioribus,ad temperantiam coitum facere.Quod a scriptura,& a nostra fide reprobatur.Eccl. 25. Tres species odiuit anima mea,senem fatuũ.i.luxuriosum.Et Cic.1.de of. Luxuria cum omni ætati sit turpis, senibus tamẽ fœtidissima est. Secundum est,quod nullum orbatum,uel sterilis cõditionis debet nutriri.Quod est maximum malum, & est contra dictamen rationis.Quam culpam habet ille.Quod ma-

lum,a nostra fide est aliena. Tertium inhonestum,quod si quis genuerit filios ultra suam possibilitatem, & diuitiarũ affluentiam, antequam sentiatur uita fiat abortus. Et q; homo possit habere tot mulieres, quot potest sustentare. O Philosophe,ubi est scientia tua? Vbi Philosophia tua? si quis hoc ageret nonne frustraretur ordo totius naturæ. Quæ omnia nostra fides respuit, & fundata in bono ciuili, & politico clamat per Apostolum ad Colos.3. Mortificate membra uestra,quæ sunt super terram. Vnde patet opinio. Secundo arguit Iudęus,fidem suam bonam esse:quia durat usque in hodiernum diem. Cui Tho. ubi supra respondet. Quod ideo Iudæus perseuerat. non quia eius fides sit bona;sed duplici ratione perseuerat nobiscum Iudæus. Prima,ut sit memoriale quodam dominicæ passionis. Quia dũ ipsum uidemus,recordamur passionis domini. Vnde dicitur per Prophetam. Psa. Ne occidas eos:nequando obliuiscantur populi mei. Secunda ut nobis deferãt libros, & calamarium ueteris testamenti:unde non est bona: quia iam tempus præteriit. Imo iudæus in sua lege tria inhonesta dicit. Contra quæ lex nostra clamat. Primum quod anima humana non potest uidere Deum etiam post mortem: sed a Deo beatificabitur: quia habebit omnes delectationes quas uolet. Sicut antiquitus in deserto illi, qui sumebant manna,habebant omne delectamẽtum: iuxta illud Sap.19. Panem de cœlo præstitisti illis. Vnde conueniunt cum Saracenis,quod contra lex nostra Matt.17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum Deum: & quem misisti Iesum Christum. In uerbo Christi,ut cognoscunt te solum. voce humili die. O fides sancta quæ sola. sola promittis paradisum. O fides ueri Dei,quæ sola:solam promittis uisionem Dei. Hæc est,inquit,uita æterna,ut cognoscant &c. Secundum inhonestum est,quod inimicus est odiendus. Matt.5. dictum est antiquis. Diliges amicum tuum,& odio habebis inimicum. Vnde nos odiunt. Sed lex christiana omni charitate plena clamat. Mat.5. Diligite inimicos uestros. Et in cruce clamauit Mat.25.ca. Pater ignosce illis. Totus sum lætificatus o Iesu,dum audio hanc uocem pietatis, & totius amoris. O bonitas fidei nostræ, quæ reddit bonum

pro

pro malis, quod nulla alia secta facit. Tertium inhonestũ: quia Iudæus non seruit proximo, nisi cũ usuris dicens hoc esse iustum. Deut. 23. Non fœnerabis fratri tuo, sed alieno ad usuram pecuniam. Sed lex nostra oppositum dicit. Luc. 6. Date mutuum nihil inde sperantes, gloss. quod precio possit æstimari. Vnde concludo quod Saracenis comedit sicut porcus in terra. Iudæus sicut asinus: unde patet prima ratio, quod lex, & fides nostra est excellentior, ratione du rationis. Secundo ratione &c. Quia omnes sectæ, nostram fidem bonam affirmant. Conclusio est Philosophi lib. de somno & vigilia. Et in 6. Ethico. Fama quam omnes formant uel exclamant non ex toto perit. & ff. de off. quæstoris. l. 1. Illi opinioni standum est, quæ plurimorum testimonio probatur. Et de officio & potestate delegati. cap. prudẽtia. Integrum est iudicium, quod plurimorũ sententiis approbatur. Ad propositum fides nostra pluribus testibus approbatur. Et ut dicitur Matth. 18. Et extra de testibus & attestationibus. c. in omni negocio. Quod simpliciter duobus uel tribus testibus, aliquid in iudicio asserẽtibus fides adhibetur. Fides nostra habet plures testes in laudem suã. Primus est Ecclesia, quæ non potest mentiri: quia ut dicit Thom. 2. 2. q. 1. arti. 3. Fidei Ecclesiæ non potest subesse falsum. & Aug. Euangelio non crederem, nisi Ecclesia approbasset. quid dicis de nostra fide? Extra de sum. trin. & fi. cat. Vna est fidelium uniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur. de cons. dist. 4. c. Ecclesia. Beatitudo cœlestis Paradisi, a nemine extra Ecclesiam posito percipitur & ad Ephe. 4. Canta. Vnus dominus, una fides, unum baptisma, Ecclesia in symbolo Athana. Hęc est fides catholica, quam nisi quisque integram inuiolatamq; seruauerit, absque dubio in æternũ peribit. Secundus testis est Iudęus Iosephus in lege Iudęorum doctissimus, qui captus fuit in ultima captiuitate facta per Titum & Vespasianum, in Hierusalem, de Christo. 16. li. Fuit, inquit, aũt prædictis his tẽporibus sapiẽs uir, si uirũ eũ nominare fas est. Erat. n. mirabiliũ operũ effector, & doctor hominum eorum, qui libẽter quæ uera sunt audiunt, & multos quidẽ Iudæorũ multos quoq; ex gentibus sibi adiunxit, Christus hic erat. Tertius

est

est gentilis.Tho.22.q.7.in sol.tertij arg.di. Quod tempore Constantini inuentum est in sepulchro quidam habens laminam in collo:ubi inscriptũ erat. Iesus Christus filius Dei uiui nascetur de Virgine Maria:credo in eũ.O sol sub Helenæ & Constantini temporibus, iterum me uidebis. Iste fuit Plato moralis de quo Augus.in lib.conf.expresse dicit q̃ reperit totum Euãgelium. In principio &c. usq; ad uerbum caro factum est. Et a quibusdam saluus tenetur. Quia sicut Traianus Impera. ex priuilegio per orationem Grego. Plus iste:quia plus fuit illuminatus in hac uita de ueritate:Et in Historiis Græcorum dicitur,Et confessus est Christũ & Mariam,prout in lamina inuẽtum est di. Credo in pucrũ Iesum nasciturũ de puella hebręa. Quartus testis est Saracenus in Alcorano , Machometus laudat Christũ, & eius matrẽ,& prophetam appellat,& flatum Dei, & suis sectatoribus di.Quod si eorum fides deficeret,recurrerent ad fidẽ huius Christi,quia bona. Quintus testis est Phil. Tpe passionis Christi.Dionys.Athenis existens cum discipulis.cũ esset eclipsis solis cõtra naturã. uidens hoc Dion. dixit.Aut Deus naturę patitur,aut tota machina mundialis destruitur.Et ob hoc aram construxerunt Deo ignoto, uidelicet Christo,qui tunc in cruce moriebatur. Tertio ratione &c.Conclusio Tullij in oratione pro Marcello.Nulla est.n.tanta uis,quæ non ferro ac uiribus debilitari,frangiq; possit. Quod patet in monarchiis mundi. Prima Caldeorum,& Assyriorum, quæ durauit. 350. annis tandem a Medis uicta est. Secũda Persarum,ac Medorum, quæ durauit.200.anuis,tñ a Græcis uicta est.Tertia Græcorũ a Romanis uicta.Quarta Carthaginensiũ, & a Romanis uicta. Si Paradisus posset:machinis occupari, impetũ pateretur, Nulla est &c. Ad propositũ. Fides nostra undiq; persecuta est. Ab una parte iudæi. Ab alia heretici. Ab alia tyrãni,& ut di.Aug.habuit.10.persecutiones.Prima Neronis.Scđa Domitiani.Tertia Traiani. Quarta Antonini.Seueri. Maximiani.Decij.Valeriani. Aureliani. Diocletiani. Tamen fuit perseuerãs,imo eius persecutores, acriter sunt puniti. Constantinus percussus est lepra.Iulianus apostata, a Mercurio milite occisus.Egeas procõsul a Dæmone arreptus.

Paschasius

Paschasius a quo Lucia martyrio coronata est, a Diabolo suffocatus. Præterea in Hierusalem uastatione uenditi sūt iudæi nouies centena millia. Et decies centena millia sūt occisi. Exemplum insuper est Leonis Papę, qui Arrianam sectam fauorizabat, quomodo punitus est. In quo exēplo, dubium quæritur. Vtrum Papa possit errare? Ad quod respondet Tho. in quolibe. & Ric. in suo quodli. & Augusti. de ancona, aut loquimur ut hō simplex, sic potest ut patet. di. 19. c. ita dn̄s, & ca. Anastasius, & di. 2. si Papa. Aut ut caput Ecclesiæ, circa canonizationē alicuius sancti, & in his quæ sunt fidei. Respondeo q non pōt. Aug. super Matt. 18. Cum SS. regat ecclesiam, sequitur q ecclesia nunq̄ errabit, cum habeat doctorem ueritatis qui dixit. Ego uobiscum sum usque ad cōsumationem seculi Ille. Vnde fides nostra figuratur per nauiculam Petri. In naui sunt. 5. primo. 24. remi. secundo signum nauis, tertio gubernator, quarto uela, quinto patronus. Moraliter, nauis est fides Petri, quæ habet. 24. remiges ex una partem. 12. prophetas, ex alia parte 12. Apost. qui sunt conformes in sententiis: uetus & nouū testm̄. Secundo lignum crucis, super quem Christus iacet qui hanc nauem rectam tenet. Hieron. finis fidei meæ Christus. Tertio gubernaculum, .i. spiritussanctus qui ipsam gubernat. Quarto uela. i. martyres qui sanguinem pro ipsa fuderunt. In prima Ecclesia a tempore Petri usque ad sctm̄ Siluestrū. 32. Papæ martyrio sunt coronati. Quinto Deus pater est patronus nauis, qui eam gubernat, unde non pōt errare. Vnde Christus orauit pro ipsa fide. Luce. 22. Ego pro te oraui Petre, ut non &c. & ut di. Bonauen. in 3. dist. 17. art. 2. Christus Iesus semper fuit exauditus in orationibus suis. Vnde patet tertia rō, qūo fides Catholica excellit alias. Quarta ratio, &c. Nulla fides in qua tot mala fiūt ut nostra. 1. Ioan. 2. Mundus in maligno positus est, & Apost. 2. Timo. 3. In nouissimus diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, & Pius Papa ad totam Christianitatem. Confusa sunt omnia, & turbata, blasphematur Deus, nullus amor, nulla legum reuerētia. Ille. Completus est numerus peccatorum. Meliores sunt iudęi in sua fide. Turcus non patitur blasphemias, in confini-

bus

bus suis, Iudæus obseruat sabbatum quod bene Dantes. 5. Para. quo ad possum finali morti me paro, dum breuē meā uitam recenseo, in qua hoc mane eram pubes, iam sum canus, quia .l. legem seruant. O quot usuræ, o quot rapine, o quot luxuriæ, ab infidelibus accepisti uitia. Ad propositū. Si non esset bona & sancta, inter tot mala nō posset subsistere. Exemplum Iudæi qui ante baptismum Romam adijt, uidens tot mala fieri, edificatus, quia scilicet nō deficiebat, cum tot essent mala, baptismum suscepit. Clama. O bona fides & sancta, quia aliæ sectæ non saluant sua fide alios, nec seipsos. Ista autem, & suos, & alios. Et propter suam bonitatem publice publicatur in populo Iudaico & Gentili Mat. ulti. Euntes in mundum uniuersum, prædicate Euāgelium omni creat. qui crediderit &c. ut etiā dicitur in clemen. dudum, de sepulturis. Oppositum faciunt Saraceni & Iudæi. Saraceni per legem suam, tenētur solum Saracenis, secrete fidem suam prædicare, sub mortis sententia, quod idem Iudęi agunt, qui sibi ipsis occulte declarāt leges suas quod est signum legis reprobatę. Christiani autem publice illam prædicāt. Vnde patet quarta. Quinto ratione &c. Sola christiana fides miracula operatur. O Sacraceni, o Iudæi dicatis quæso, habetis miracula ī uestra lege? Vere nō. Quare hoc? Quia Deus non uult esse testis alicuius falsitatis. In fide nostra ceci sunt illuminati, infirmi sanati, dæmones expulsi. qualis fides quæ habeat alium Dionysium, Athanasium, Origenem, Albertum magnum. Thomam & cæteros doctores. Præterea qualis fides, quæ homines habeat, mori uolentes pro ipsa, cū & animalia bruta mortem fugiant. Iob. 2. pellem pro pelle & cūcta quæ habet homo dabit pro anima sua. Boe. 3. de conso. Omne animal tueri salutem laborat, mortem uero perniciemq́ue deuitat. Et martyres sunt passi supplicium. Et nullum genus tormentorum remansit intactum. Petrus crucifixus. Paulus decapitatus. Stephanus lapidatur. Præterea de canibus Rhodij, quomodo cognoscunt carnes xp̄iani ad odorē, & eis nihil nocēt. Turcis uero infensi. Vnde patet quomodo fides nr̄a &c.

Tertium dicitur &c. Tres sunt fructus, & utilitates ab ipsa fide nostra.

Prima

Prima quia peccata dimittit.

Secunda quia demonem deprimit.

Tertia quia uitam æternam tribuit.

Tho.in.q.de malo q.7.peccatum non purgatur, nisi per contritionem, contritio non habetur, nisi per fidem, quòd homo credat se errasse, igit fides est causa remissionis peccatorum. Exemplum Magdalenæ Luc.7 Fides tua te saluã fecit. Secunda &c. 1.Petri.5. Aduersarius uester diabolus &c.figura. 1.Reg.17. Dauid pcussit Goliath cũ suo baculo. & quinque lapidibus in funda. Goliath est Dæmon. Dauid est uir fidelis, interficit ipsum cum baculo.i. cruce cũ quinque lapidibus.i. quinque uulneribus Christi. Tertio uitam æternam dat. Mar.ulti. Qui crediderit &c. Probatur exemplo. Similitudine. Figura. Primo exemplo, de Rege, qui habuit tres filios quibus dedit lapidem, sed minimo uerum lapidem, & ille debebat esse heres, quo mortuo omnes credebant habere uerum lapidem sed in põdere, & mensura fuit cognitus. Tres filij sunt tres populi. Credebãt omnes saluari, sed in pondere cognoscuntur, pondus legis Moysi sunt bona terræ. Esa.1. si uolueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Saraceni bona carnalia, põdus legis Christi est æterna uita. Matth.5. Merces uestra multa est in cœlis. Nulla secta hoc promittit. Secundo similitudine. ff. de origi. iur.l.2 §. exactis, Romani a Græcis legem meruerunt accipere, disputando cum quodam, respondendo de fide. Ita & nos meremur accipere uitam æternam ex fide. Tertio figura de Petro, qui ad uocem domini, cœpit ire super mare, cum timuit uentum ualidum cœpit mergi. Et Dominus ei. Modicæ fidei: quare dubitasti? quando habuit fidem super mare ambulauit, quando dubitauit cœpit mergi, ita & nos. Vnde patet tertium. Ad argumẽta. Ad primũ quod ad finẽ creauit hominẽ, ut saluetur. Igitur &c. Respõdeo quod uerũ est sed medio mediãte. Vnde Philosophus. Non peruenitur ad finẽ aliquẽ, nisi per mediũ, quia Iudæi, & Saraceni nõ eunt per medium: igitur &c. Ad secũdũ quod est misericors. igitur omnes debet saluare. Respondeo quod uerum est, sed non saluantur, quia nolunt hanc misericordiam. Vnde Augusti. Qui fecit te sine te, non saluabit te sine te

Exem-

Exemplũ de pane, de medicina, de sole, de igne. omnia hęc habẽt suum effectum, sed impediũtur, ex indispositione recipientis. Ad tertium de credulitate. Respondeo, quod paganus non bene credit, cum illicita faciat, luxuriare, & mala agere. Sola christiana fides bene credit. Credere Iudæi, & Pagani nõ est bonũ. Ad autoritatẽ ꝓphetæ. Ioel. 2. Omnes quicũq; inuo. nomen &c. Respõdeo quod ille terminus oĩs, nõ intelligitur quod illi saluẽtur, qui inuocãt ipsum: Sed qui in ueritate Deũ adorant. Et hoc Dauid dicit in Psa. 144. Prope est dominus inuocãtibus eum in ueritate. Sed qa Iudæi infideles nõ inuocant in ueritate: ideo dãnabuntur. Ad illud de Iob. & Nabuchodonosor sunt salui: Respõdeo quod tunc homines non obligabantur ad legẽ Mosaycam, cum esset data soli populo Iudaico: unde omnes saluabantur in lege naturali, secundum illam uiuentes, ut Iob & alii. Sed postquàm dictum est. Prædicate Euangelium omni creaturæ, tenentur omnes ad hanc, & nullus extra saluatur, & Tho: 12. q. c. 5. ar. 4. Euangelium prędicatũ est in toto orbe, nõ autem creditum per fidem ab omnibus. Vnde patet quomodo sola fides fœlix nostra, uera est, extra quam nulla alia bona est, quam inuiolatam custodiamus, & sic habebimus &c.

Feria II. secundæ hebdomadæ XL. De operibus factis in peccato mortali.

DIcebat Iesus turbis iudæorum. Ego uado scilicet ad patrem per mortem. Et quæretis me, scilicet persequendo. Et in peccato uestro moriemini, & quo ego uado uos non potestis uenire Ioan. 8. c. Secundũ Chryso. Christus ꝑ quinque uias, ingressus est in præsenti uita, per quas Iudæi non iuerunt: quo inquit, uado: uos nõ potestis uenire. Primo per uiam humilitatis. Mat. 11. dixit apostolis suis. Discite a me, qa mitis sum & humilis corde. Suꝑ quo Chryso. Discite a me nõ mũdum fabricare, cœlos creare: sed discite a me, quia mitis sum &c. unde matrẽ elegit humilem. Lu. 2. Respexit humilitatẽ ancillæ suæ. In loco humili est natus. Patrem humilẽ putatiuum habuit. s. Ioseph carpen-

carpẽtarium. Super animal ſtolidum ſedit. ſ. ſuper aſinam à Crucem humilem aſcẽdit. Ad Phili. 1. Factus obediẽs uſq; ad morté. Iudæi aũt erãt ſuperbi. quo ego uado uos nõ po. &c. Secũdo per uiã paupertatis. Matt. 18. Vulpes foueas habent, & uolucres cęli nidos, filius autẽ hominis non habet ubi caput reclinet. Et Ber. di. qđ in illo triduo quo Chriſtus ſe ſeparauit a matre, & Ioſeph, ex eleemoſynis vixit. Vnde dicit Dauid in ꝑſona eius Pſal. Ego autẽ mẽdicus ſum, & pauper. Iudęi erant auari. Vnde dicit. quo ego uado uos non pote. ueni. Tertio per uiam puritatis. 1. Petri. 2. Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Ioã. 8. Quis ex uobis arguet me de peccato? Iudæi erãt peccatores. Quo ego uado &c. Et ſubiunxit rationem, quare non poterant ire poſt eum. Vos de mundo eſtis. i. dediti rebus mundanis. Ego non ſum de hoc mundo. Matt. 26. Regnũ meum non eſt de hoc mundo, & quia de mundo eſtis. Ideo moriemini in peccatis ueſtris. Qui dixerũt ei hoc audiẽts. Tu quis es: Gl. i. nobis oſtẽde qđ tu ſis talis, ut tibi debeat credi. Reſpondit Ieſus. Ego principiũ, qui & loquor uobis. De quo Apo. 1. Ille ego ſum alpha, & omega. i. principiũ & finis. Quod quidem principium, o Iudæi non cognoſcitis, nec cognoſcere uultis, Sed cum exaltaueritis filium hominis ſcilicet in cruce. Tunc cognoſcetis, quia ego ſum. ſ. filius Dei, & ueſter Meſſias, quem impręſentiarum non cognoſcitis: cum uideritis ſolem obſcurati. uelum tẽpli ſcindi, ſepulchra aperiri, lapides confringi, ad patrem clamare. Pater ignoſce illis. Tunc cognoſcetis, quia ego ſum, quia ut dicit Hier. Iudæi in paſſione audientes uerbum: Pater ignoſce illis. Circa 5. millia iudæi crediderunt in eum, & Centurio dixit. Vere filius Dei erat iſte. Vocat autem paſſionem ſuam Chriſtus exaltationẽ, pro eo quod noluit in terra, ſed in aere eleuari. Secũdum ſententiam Chryſ. & Alber. Duplici ratione eleuari, & pati in aere uoluit. Primo quidem, quia ſicut aer eſt elementum commune, ſic & paſſio Chriſti. Nam paſſiones aliorum ſanctorum, fuerunt propriæ. Quia Petrus paſſus eſt ꝑpter ſe. Paulus ꝑpter ſe. Et ſic de alijs. Chriſtus autẽ non eſt paſſus propter ſe, ſed cõmuniter propter omnes. col. 1. Pacificans omnia p ſanguinem

nem crucis eius, siue quæ in terra, siue quæ in cœlis. Præte rea ut ipsum aerem immundum sanctificaret, & mundaret. Erat n. immundus ex fumo hostiarum immolatarum. Sanctificauerat quidem terram. 33. annis super eam ambulando. Sanctificauerat aquam, in ipsa se baptizando. Sanctificaturus erat ignem, Apost. spum. s. in specie ignis mittedo. Non restabat igitur, nisi ut aerem sanctificaret, non sub tecto, sed sub aere moriendo. Secunda figurationis, quia peccatum commissum est in monte, ideo in monte Caluario passus est. Vnde spatulas ad orientem uertit. Applica. De quibus bonis factis in peccato mortali erit sermo.

Primũ dicitur oppositatis. Secundũ dicitur immunitatis. Tertium dicitur fructificabilitatis.

Circa primum quęritur. Vtrum bona uoluntas sit sufficiens ad meritum uitę æternæ, sine actu operationis. Ad hoc sunt duæ opinio. Vna dicit ꝙ sic. alia ꝙ non. Prima probat intentum suum. 3. med. Primo autoritate. Secundo exemplo. Tertio experientia. Primo autoritate doctorum. Gre. in hom. spiritussancti nunq̃ uacua est manus a munere, cũ archa cordis repleta fuerit bona uoluntate, & Bern. de lib. ar. Intentio sufficit ad meritum, bona actio requiritur ad exemplum. quod patet per Can. 13. q. 5. c. si quid. & 32. q. 5. c. qui periurare. & 15. q c. si a sacerdotibus. De pœni. dist. 1. c. si cui. §. fe. & eadem di. c. si propterea. & c. homicidiorũ. & c. omnis & c. nunquid, & ca. nulli. ubi habetur ꝙ uolũtas pro facto reputetur, & uoluntas remuneratur non opus. Quod ét patet per iur. C. ad l. cornel. de sicarijs. l. 1. & ff. de fur. l. qui in iure. &. ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. in hac. Ad quod facit exemplum Dęmonis, qui dicit Bern. interroganti. Quid Deus plus ab homine uellet super omnia respondit cor hominis. & Alber de Animalibus, quod Leo primum bonum in animali, quod quærit, est cor. Ita Leo de tribu iuda, cor principaliter quærit. Exemplum latronis qui nouissime conuersus est pro una sola uoluntate, & audiri meruit. Hodie mecum &c. quod concubinarius uoluntatem habeat dimittendi fœminam, auarus auaritiam, usurarius usuras, odiosus rancorem, uidetur quod ista uoluntas sit sufficiens ad meritum. Vnde patet prima opi.

nio

nio. Secunda dicit ꝙ non sufficit sine actu operis, uerba Amb.d.80.6.c.Non satis est bene per uelle, nisi studeas et bene facere.Resp.secundum Tho.in 4.d.17.art.3.Bonau. in 2.d.40.Alex.2.parte summæ. quod uolens operari bonum aut potest,aut non.Si non potest,uoluntas ad meritū sufficit,& ratio:quia diuina misericordia, ab homine impossibile non quęrit.Hier.Anathema sit qui dicit, Deum aliquid impossibile præcepisse.Et ff.de re.iur.l.impossibilium.& l. 1.ff.de of.consu.l.non solum.§.fi.Ad impossibile nemo tenetur.Et in 2. Poli. Nemo ad impossibile manum mittit.& in 2.ethi.Nemo dat quod non habet. Contentaŧ Deus de nostro possibili,quia gratiosus.Gre.sup Matt.Regnum cœlorū estimationem non hēt.Aug.lib.de spū & aīa. Venale est regnū Dei. Eme si uis. Nec multum estimes de re magna,pp prætij magnitudinem.Tm̄ ualet quantū hēs, & quantum potes. Ille. Vnde de pueris mox baptizatis dr̄ in Ps.Pro nihilo habuerunt terram desi.Quod patet exemplo.Viduæ Luc. 21. Quæ duo minuta obtulit in gazophilatium,gratissima fuit super aurum Iudęorū. Eo quia erāt a uoluntate,quam quærit super omnia Deus.Vnde Pet.dixit Christo:vr̄ mihi ꝙ plus mereri debeas, qui plus dedit. Non inquit Christus,quia pater meus cor quærit. Vnde patet.Aut pōt operari.Tunc bona uoluntas nō sufficit,. Et ratio Tho. in q.de ueri.qu.23.ar.8.Quia prædestinatio hominis non est absoluta,sed conditionalis,mediantibus mediis.Mat.19.dixit Christus interrogāti. Magister quid boni faciam,ut habeam uitam æternam? Si uis inquit,ad uitam ingredi, serua mandata. Ama Deum & proximum. & Io.8.Dixit iudæis qui gloriabanŧ esse de semine Abraę: Si semē Abraæ estis,opera Abraæ facite,quia Iac.2. Fides sine operibus mortua est.Turcus habet fidem,Iudæus,Dæmon,sed uacua.Practica.O ciuis es Christianus?ita pater, quia baptizatus in tali Ecclesia. Quam uitam tenes. Vsuras committo.O si indumenta mulierum sub torculari ponerentur,exiret uiuus sanguis pauperum.. Et tu mercator, qui fraudibus, & periuriis artem exerces. Et tu o pauper, qui domum ingrediens,nec inueniens panem, & uinum,& oleum,maledicis Deū.Et tu o mulier uana,quę mendaciis

uanitatibus ducis uitam tuã: non es Christiana: nisi nomine. Et ut dicitur in gl. in l. oës. C. de hered. Falsus denarius non est denarius, ita falsus christianus non est christianus, nisi nomine, & non re, priuatus operibus bonis. Clama. O horrendum monstrum in natura. O statua marmorea. O arbor frondosa, ut quid terram occupas? Non omnis inqt Christus Ioã. 8. qui dicit mihi domine domine intrabit in regnum cęlorum, sed qui fecerit uoluntatem patris mei. Vnde uoluntas sine actu operis, nihil ualet, dum possibilitas adest. Ad quod facit exemplum Dam. in 3. sent. de quodam, qui tres habuit amicos. Ad furcã sententiatus, ad hos se cõtulit, & se commendauit. Cui primus dixit. Amice dabo tibi clamidem. interpone. Eccl. 6. Si possides amicum in tentatione posside eum. Ouid. li. tristum. cum fueris fęlix multos numerabis amicos: tempora si fuerint nubila, solus eris Iob. 6. Ecce non est auxilium mihi. Secundus dixit. Associabo te usque ad domum palatij. Tertius ad Imperatorem iuit di. O Imperator legem posuisti. l. Cum quidam. ff. de posthum. & liberis odia sunt restringenda. Moraliter. Homo iste tres habet amicos. Primus est mundus, sed fictus qui bona dat, sed postea reaccipit. Petra. 5. Trium. temporis Prætereunt uestræ elationes & pompæ. Similiter dominia, & regna pertranseunt, omnia mortalia tempus detruncat. Psal. Nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum &c. Secundus, sunt parentes. Qui facto officio septimo, & cantato requiescant in pace, obliuioni datur. Tertius amicus sunt bona opera, audire diuina, dimittere usuras, odia, auaritiam, nõ dicere mala de proximo. Ista sunt quæ retractãt sententiam mortis infernalis. Amb. Non sunt hominis bona, quæ secum ferre non potest, sola misericordia atq; oratio, comes est defunctorum, Patet primum. Secundum dicitur &c. Quæritur a Tholo. Vtrum bona in mortali facta ualeant ad uitam æternam? Opinio fuit Origen. & Menandri hæretici, quod sic, quia ut dicit Boe. 4. de consol. & August. lib. de lib. arbi. quod nullum bonum irremuneratum, nullum malum impunitum. Ad quod respondeo secũdum Theo. Thom. in 4. di. 14. & Bon. in 4. eadem. d. & Magi. in 4. di. eadem quod nihil ualent. Quæ conclusio probatur

qua-

quadruplici modo. Primo rationibus, quæ sunt tres. Prima est talis. Opera hominis dicuntur uiua, quæ fiunt in charitate, mortua uero quæ fiunt sine ea, & sicut de rebus mortuis nihil uiuum producitur, ut patet de arboribus, igitur ex bonis operibus in mortali factis non pót produci opus uiuũ meritorium uitæ eternæ. Gre. Nec hét aliquid uiriditatis ramus boni operis, nisi manserit in radice charitatis. Secũda nullũ opus hoĩs pôt esse meritorium quod fit sine gratia Dei ut patet per Tho. 1. q 45. Scotum in 2. d. 21. Egidium in 1. d. 17. sed peccatores in mortali sunt sine gratia: & gratia & peccatum sunt opposita, & duo contraria simul esse non possunt, ut dicitur 10. Met. igitur. &c. Vnde Dãte. in 7. Para. solũ peccatũ aĩam a Deo deuiare facit, & summo bono dissimilem. Tertia ratio. Quilibet in gratia positus est particeps omnium bonorum, quę fiunt in Ecclesia ieiuniorum, eleemosynarum, orationum. Thom. in 3. d. 20. art. 3. Existens in charitate est particeps omnium bonorum, quæ fiunt ubique, & a quocunque. O sententia salubris, & Psa. 118. Dauid. Particeps ego sum timentium. &c. o ciuis qui in nocte iaces cum uxore, & filiis in lecto, si in gratia es, particeps efficieris orõnum, q̃ fiunt media nocte a religiosis, & per oppositum, qui est in mortali nõ est capax horum bonorũ. Vnde Petr. de Ta. in 4. Assimilat Ecclesiã corpori humano, in corpore humano oĩa mẽbra recipiunt nutrimẽtum a cibo sumpto. Et si mẽbra sunt præcisa a corpore, ut manus, aut pes: nihil percipiunt. A simili dicitur de operibus bonis quæ fiunt, a bonis percipiunt fructũ, quia sunt uniti in gratia. Sed si sunt separati per mortale, fructũ non percipiunt: quia non sunt capaces. Amplius si Magdalena & alij peccatores, aliqua bona egerunt in statu peccati: reuertentes ad gratiam, illa bona nihil ualuerunt, nec ad meritum, nec ad satisfactionem. Vnde Theo. in 4. casũ ponunt. De illo qui per annos. 40. fuit cũ fœmina: dedit ad usuras: sed in his peccatis plura bona egit, puellas maritauit: Ecclesias construxit, ad gratiam reuertitur. Quęritur. Vtrũ hęc bona ualuerint huic peccatori, ad satisfationẽ, & ad meritũ? Dicũt q̃d nõ, quia mortale, illa bona mortificauit. Vnde de talibus dicitur Aggei. 1. cõgregauerunt merce

des suas.1.bona opera: & miserunt eas in sacculum pertusum. Sacculus ptusus est aīa gladio peccati perforata: quæ nihil boni retinere ualet, quia in mortali fuit. Iō de pœ. di. 3. c. pœniten. c. prope. qui totam legem seruauerit, offendat aūt in uno factus est oīum reus. ca. defleat. defleat peccator. qm̄ offendens in uno factus oīum reus. Practica in uerbo defleat luxuriosus, quia ieiunia diei sabbati, rosaria Virgi. siue eleemosynæ nihil ualent. Defleat concubina, quia deuotiones suæ ad paradisum nihil prosunt. Eccle. 19. qui in uno peccauerit, multa bona perdet, & sicut per peccatum unius, multi puniuntur in ciuitate, ut patet de Dauid, cui de populo 70. milia sunt percussi peste, quia superbiuit. Ita per unum mortale, mortificantur bona spūalia hominis: & sicut per pc̄m̄ unius, interdicuntur plurimi, ut patet extra de sponsalibus. c. non est nobis. & extra de offi. del. c. Sanę & extra de postulatione ca. 1. ita per unum mortale, perdūtur alia bona: o pauper peccator qui pro uno mortali priuas te tot bonis. Exemplū de moniali quæ monasterium ingressa: non est ausa peccatū adulterij confiteri, unde maximis pœnitentiis se affligebat. Quadam uice Dominicus dæmonē reperiens coegit eum dicere ueritatē. Ego inquit sū apostata unius monialis. Quæ in hoc mundo habet infernū, & in alio pariter: cum peccatum suum nolit confiteri, & oīa bona sua sunt amissa: admonita a patre salua facta est, unde patet conclusio nostra. Secundo probatur autoritate. Primo diuinali. Esa. 1. holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem uitulorum, & agnorum hircorum nolui. Manus. n. uestræ sanguine plenæ sunt: O si ponerentur sub torculari uestes rubræ illius uxoris, & illius ciuis: profecto exiret sanguis pauperū, quæ clamaret uindica dn̄e Hie. 14. tu quoque noli orare pro populo isto in bonum: Cum ieiunauerint non exaudiam preces eorū: si obtulerint holocaustomata, & uictimas, non suscipiam ea, q 2. s. erat deditus peccato idolatriæ, & murmurationis, pp quod fuit captiuus sub Pharaone 400. annis, demū sub Nabucho. in Babilonia. 70. demū sub rege Moab in Eglō. 18. annis, & nunc sub Dæmone seruit. Secundo probatur auctoritate can. 4. q 7. c. In grauibus. Victimæ impiorum abominabiles dn̄o.

Et 14.q.5.Immolans.Dona iniquorum,non probat altissimus,nec respicit in oblationibus iniquorũ.& de pœ.di.3. q̄q̄.& di 6.Sine charitate non est uera salus.Et qui agit cõtra charitaté,non est natus ex Deo.Practica.Quidam carnes non comedũt,ut prædicatores,quidam discalciati eũt, quidã ieiunant fer.6.& diẽ Sabb.& oua non comedunt die mercurij, quidã dicunt omni mane coronã.ali j.10.Pr̃ nr̃. & Aue Maria. Sed nulla maior obseruantia & Deo grata, vt amare Deũ,& proximum ex charitate. Et rõ,quia ieiunare,orare,disciplinas facere, non faciunt hoĩem perfectũ, nec ipsum deducunt ad perfectioné,sed sola charitas.vnde in uitis patrũ legitur de Paulo heremita,qui dixit B.Ant. O pr̃ quis plus meretur,an ille qui ieiunat tota die in pane & aqua:an ille qui proximo suo seruitium ex charitate impendit?Resp. q̄ qui ieiunat si staret per diem suspensus per nares,adhuc nõ perueniret ad meritum illius,qui proximo suo seruitiũ facit.ideo.1.Pet.4.Charitas operit &c.& Tho.in Apostilla super Ioã.d.q̄ charitas hoc bonũ hẽt, q̄ nostra bona ẽt minima,apud Deũ facit esse magna, & sine qua ẽt magna parua reputanẽ.Exẽplũ illius patris,q̄ in deserto exñs,per uiã longã ferebat aquã in spatulis:tedio fessus in terrã se posuit:Angelus apparuit ei.d.Ne pigriteris quia tui passus numeranẽ ad meritũ,sed ubi hęc charitas in hoibus?nõ uere sed in sylua.Tertio probatur &c.De agno. Exo.12.& Leu.22.qd̃.3.debebat habere.Primũ cũ capite iubebaẽ offerri.2.cũ cauda.Tertiũ sine macula.& si habuisset maculã nõ erat acceptũ Deo.Applica, q̄ Deus in testõ ueteri erat dedignosus, & uolebat oĩa pulchra.Leu.11. Sacerdos qui habuerit maculã ut cecus,gibbosus,claudus, nõ accedet ad ministeriũ tẽpli, in pręsẽtiarũ gratiosus factus ẽ, quia dũ nascitur,puer qui fit cecus & gibbosus.O pater faciemus cũ sacerdotẽ & filiã monialẽ:cã est,quia sic parcis tuis sumptibus.M.li.moraliter.agnus iste est operatio hoĩs q̃ tria dẽt habere in se.prima cum cauda.i.perseuerantia,q̃ sola coronatur.Hie.ad furiã. Non.n.q̃runtur a christianis initia,sed fines.&.2.ethi.Finẽ laudamus.& 8.Phi.scibitur. q̄ ultima gutta cauat lapidẽ in uirtute præcedentiũ. O tu qui ad uomitũ reuerteris.Scd̃o q̄ sine macula peccati mortalis.

talis. Tertio cũ capite i. Dei & proximi charitate. unã patet conclusio. Quarto probatur exẽplo Peregrini qui ad. S. Iacobũ ibat: & in uia mortale peccatũ cõmisit. Tho. in 3. dist. 15. Vota in mortali facta, nihil ualent. Exẽplo magistri Iordani, qui uidit matrẽ Dei non aspergẽtẽ nouitium, qui sine caligas dormiebat, quis es inquito dña, ego sum regina cœlorũ, quæ ueni uisitare fratres meos prædicatores, quos diligo spirituali amore: eo q̃ omnia quæ faciũt, in laudem meam incipiunt, & finiũt. Vnde duo impetraui a filio meo. Primũ q̃ hic ordo nullum hereticum habeat. Secundum q̃ nullus in mortali diu possit stare: aut quòd exeat, aut quòd deprehendatur: aut q̃ pœniteat confitendo, si ille pro uenia li, non meruit aspergi a matre Dei, quãto plus pro mortali nõ meretur præmiari cœlesti benedictione. Sed dubiũ quærit. Quo tẽpore quis dicitur esse in mortali, & extra charitatem? Respondeo quod circa hoc plures errauerunt di. quod post mortale peccatum commissum, usque ad cõfessionem sequẽtem, semper peccator sit extra charitatem. Sed ego dico quod post mortale peccatum, usque ad contritionem sequẽtem, homo est in statu peccati, ita quod si unus nũc peccet, & hinc ad unam horam, uel diem, uel annum, non conteratur: quandiu conteretur, semper est extra gratiam, & bonitatem, & bona per eum facta, in peccato fieri dicuntur. Si quis uero post mortale cõmissum, statim aut paululũ post esset contritus, & de contritione usque ad confessionem sequentẽ bona aliqua faceret: illa essent facta in charitate, sed quale remediũ est super hoc? Respondeo ut homo pœniteat in seipso de peccatis, ut sic bona quæ agit, nõ sint in mortali, ne perdat meritũ boni operis. Figuraliter in l. ueteri in præforibus tẽpli erat speculum, in quo iudęi in ingressu tẽpli, se poterant uidere, si aliquam maculam haberẽt in clamide. In proposito, dum ingreditur peccato Ecclesiam, & aquã sanctã accipit, & orare incipit, & alia bona de genere bonorum facit, in seipso cõteratur, ut sic bona quæ facit, in charitate fecisse dicatur. ut meritũ accipiat, & in uanum non laboret. Sed ne pecator desperet in tam rigida materia, die crastina benigniorem me reddam, sermonẽ cõplẽs de fructibus in mortali.

Feria

Feria III secundæ hebdomadæ XL. De fructibus in mortali factis.

SVper cathedrā Moysi sederūt Scribæ, & Pharisei. Mat h.23. Recitat Euangelista quod Christus quadam ui ce faciens sermo. disci. suis, & Iudæis, dixit eis. Super cathe. Moysi &c. Secundū Nico. de Ly. Cathedra Moysi fuit locus, ubi Moyses populo lectionem scripturæ legebat, sup quem scribæ & Pharisei maiores populi, sedebant, ac in eo legebant diebus festiuis. Legebant sed minime seruabant. Christus ergo benedictus duo documēta dat. Primū de prædicatore, ut qđ ore docet, opere impleat: quia ut dicit Philosophus li. de pomo & morte. Docentes alios: mentiri nō debent. Io. 14. Exēplo dedi uobis, ut quemadmodum ego feci, ita & uos faciatis. & Matt. 5. uos estis salterræ, Sup cathredam Moysi sederunt scribæ. Glo. s. nō seruantes ea quę populo legebāt & prędicabant. Prædicabant liberalitatem: & auari erant. Continentiam, & erant luxuriosi. Veritatem, & erant mendaces. Vos autem discipuli mei futuri prædicatores non eritis sic. Secundum documentum est de populo, ut non spernat prædicatorem cuiuscunq; conditionis, etiā si malus sit quia eius doctrina bona est, cū sit a spiritussancto. Omnia quæ uobis dixerint seruate & facite, secundum uero opera eorum nolite facere. glos. in uerbo facite, quia uerba prædicatoris sunt spiritussancti. Matt. 10. Non enim estis uos qui loquimini sed spūs patris uestri, qui loquitur in uobis, & Amb. Veritas a quocunque dicatur a spiritusſā cto est. Vnde quæritur. Quid melius sit: an audire probū uirum in literis, sed malū in moribus. An idiotam, sed bonū. Respondeo quod probum, quia cōclusio eius te saluabit in puncto. Accipias: flores secundū opera eorū inquit &c. Veritas a quocūq; eorum dicatur a spiritusſācto est. Postq̄ egit sermonē turbis astantibus, ad discipulos suos se conuertit, illos inducens ac instruens ad humilitatem di. Nō uocemini magistri. Vnus est enim magister uester, qui in cœlis est, qa oīs q se humiliat exaltabitur Iob. 22. Qui humiliatus fuerit erit in gloria: & qui se exaltat humiliabitur. Iacob. 4 Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Appli

ca. Heri fuit sermo de operibus factis in mortali, hodie uero de fructib. eorundem, quia plurimi mirari solent de bonis quæ faciunt in mortali. Vtrum hęc sint a Deo remunerata. Idcirco hodie uolo sermonem agere de fructibus in mortali. Vnde Theo. præcipuę Tho. in 3. par. q. 99. Abbas Panor. in c. firmissime tenet, extra de hære. Archi. in §. qđ autem, de pęn. di. 3. Ex dictis eorum colligitur, ꝙ 7. fructus consequuntur qui bona agunt etiam in mortali.

Primò, ualent ad bonorũ temporalium multiplicationẽ.

Secundò, ad diuinæ gratię impetrationem.

Tertiò, ad diabolicæ potestatis refrenationem.

Quartò, ad pęnæ æternæ diminutionem.

Quintò, ad pęnæ temporalis retardationem.

Sextò, ad boni operis delectationem.

Septimò, ad boni operis assuefactionem.

Primò ad bonorum &c. Pro fundamento notanda est una maxima in Theologia, ꝙ nõ est homo adeo sanctus, & iustus qui aliquando non peccet. Verificatur sentẽtia hæc 1. Io. 3. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Prou. 20. Quis põt dicere mundũ est cor meũ, & purus sum a pctõ, & Ecc. 7. nõ est hõ qui faciat bonum & nõ peccet, & Rom. 4. Est autem Deus uerax &c. in aut. de monachis. §. triennii. Natura humana labitur ad delicta. Ista aũt promptitudo peccãdi secũdum doc. causatur in homine duplici de cã, prima respectu principii. Secũda respectu nostri. Prima principii Adæ qui fuit pater omniũ nostrũ, qui peccauit, a quo principio tota natura corrupta est. Vnde Apost. ad Roma. 5. Per vnũ hominẽ peccatũ in hunc mundũ intrauit, & per peccatum mors in quo oẽs peccauerũt. Secunda causa respectu nostri quia natura humana ex sui conditione, prona est ad malũ. Propter quod dicitur Gen. 8. Sensus, & cogitatio humani cordis, in malum prona sunt ab adolescentia sua. Et 12. q. 1. Omnis ętas, & 10. q. 3. c. procliuis, & in proęmio clemẽtinarum. Et in aut de monachis. §. si quis ergo, col. 1. & Lac. in 3. Natura hominũ procliuis est ad uiti:, cũ quo est Tho. & Bon. in 4. di. 16. ar. 2. q. 1. Quod impossibile est hoiem uiuere diu sine peccato ueniali. O sancte qui uis laudari &c.

Ratio

Ratio Alber.in cōpen.The.Tria sunt quæ de sui natura nō possunt peccare, Deus, Hie.testāte,& magistro in 2.dis.10. Solus deus est in quē pctm̄ cadere nō pōt. Nota quod dicit solus. Bestia.quia nō capax, lapis qa res inanimata, qa hō non est Deus nō est bestia, nō est lapis. Igitur oportet qđ peccet, nec pōt stare diu sine peccato. O fragilis creatura, q̄ assiduo hēt secū mālū comitē.s.pctm̄. Miraris sepe dū uides deuota psonas sepe cōfitentes, huy quid hæ bestiæ fœminæ habent in conscientia, q̄ assidue uolūt cōfiteri? Accede sepe, quia inuenies ad dicēdum. Ad propositū,& quis hæc inclinatio sit ad uitia, tñ per liberi arbitrii uertibilitatem, non est homo adeo ribaldus, qui non faciat aliqđ bonum. Latrones ieiunant in sabbato, milites, meretrices, & huiusmodi. Vt dicit Aug. li. de li. arb. Nullū bonū irremuneratum est apud Deū,& Hier. de pę. dis. 3 §. Ex hoc sensu. Nō est tā iniustus Deus, ut pp multa mala obliuiscat pau corū bonorū. Ille. Cū ergo iniustus nō remuneretur in uita ęterna, oportet q̄ remuneretur in pñti, p multiplicationē bonorū tpaliū: aliter nō esset iustus. Quæ conclusio probatur uera tripliciter. Auc. Exēplo. Figura. primo auto. Chry. de pę. di. 3. c. Quāquā. Mali pp bona q̄ hic agunt, pñtem remunerationē recipiunt. Secđ ō exēplis de obstetricibus. De qbus. Ex. 4. quæ præmiatæ fuerunt, quia Deus ædificauit illis domos glo. i. i. bona tēporalia cōtulit, sed forte quæres. cur præcepit Pharao fęminas reseruari? Rñdet Dñicus Tholo. duplici rōne. Primò rōne libidinis exercēdæ. Qualis dñs talis serui, qđ cōtra dr in auth de Lenonib. in prin. Imperator dr amator castitatis. Et Philosophus ad Alex. de regimine principiū. Pudeat in corpore regis uoluptatē luxuriæ dñari. Sed hodie uolūt puellas &c. Vnde Pharao ob hoc uoluit fœminas seruari. Secūdo rōne timoris, quia dū esset forēs timebat, ne dū cresceret numerus Iudæorū, exirēt de manib. eorū. Vñ hæ fuerunt præmiatæ licet paganæ. Præterea Iosuæ 2. de Raab meretrice quæ exploratores recepit in domo. Ob hoc fuit liberāta ab incendio. & Aug. de locutionib. noui ac ue. te.& Hiero. li. 2. cōtra Ioui. dicūt de Sibyllis quæ merito suæ uirginitatis, spūs prophetādi acceperūt. Ad practicā, o quot uidemus prosperari, bo

nis

nis temporalibus, familia pulchra, fortunā habent fœcundā, omnia in bonis eis succedūt. Vere pp aliquod bonum quod faciunt: ut hic mercedē suam accipiant. de quib. Mat. 6. Amen dico uobis re. mer. suam. Vnde dominus Esa. 1. Si uolueritis, & audieritis me. i. adhuc in peccato existentib. bona terræ comedetis. Asculi me prædicante, agnoui usurarium quendam diuitem, super oēs primarios ciuitatis, qui in omnibus prosperabatur. In familia, in diuitiis, & huiusmodi, taliter quod plures in ciuitate contra eum murmurabant. Quidam Dei prouidentiam, negantes di. vlterius. Quid oportet agere bona: quia Deus plus tribuit peiorib. Hie. 12. Via impiorum prosperatur. Et Dauid Ps. 36. Vidi impium superexal. & eleu. & Iob. 21. Impij uiuunt cōfortati sunt diuitiis. Ad mortem deductus, omnibus astantibus dixit. Ego fui magnus usurarius nec pœnitere uolo. Et habui in hoc mūdo paradisum meum: sed duo bona egi inter tot mala. Primum, quia pauperes hospitio recepi. Secūdū, quia bonum cōe ciuitatis dilexi, propter quæ bona credo me habuisse præsentem remunerationem. Quod exemplū affirmat Chrisost. de pœn. dist. 3. c. Quid igitur turbamur? Nemo uidens malignos habentes prosperitatem turbetur: quia non est hic retributio malignitatis, uel uirtutis, hic corona: illic supplicium. Ille. Quando tribularis dic in tēplo. O Deus meus in hoc mundo nō uis remunerare, locupletem aūt inferno ius tradere. vnde patet primus fructus. Secundo ualent &c. Per opera extra charitatem facta, præparatur homo, ut recipiat gratiam Dei, & eius inspirationem. Dicit. n. Phil. 2. de Anima. In 8. Phy. In 1. de Generatione. Actus actiuorum sunt in patiente bene disposito: si ergo faciet bona, dispenetur ad hoc. Vulgo dici solet. Adiutorio Dei &c. Vnde Canonistæ Ponunt casum istum. Quid de illo qui concubinam nō uult dimittere, odia, usuras, & huiusmodi? Respondet Greg. de pœn. dist. 5. ca. Falsas Nec desperet & interim quicquid boni poterit facere hortamur ut faciat. Vnde Rich. in 4. dis. 20. proponit casum & soluit. An indulgentiæ ualeant existentibus in mortali. Respondet di. Quod quamuis non possit fieri remissio pœnæ, manente culpa. Ex consequenti nō consequātur indulgentiam,

gentiā, existentes in mortali:tamen si faciant quod conti neē in forma indulgētiæ bene agunt;quia ut di.Tho.in 4. d.15.q.1.ar.3.Bona in mortali facta,de congruo disponūt peccatorem ad uiam ueritatis,& contritionem suorum cri minum.Ideo Alex.in 4.uolu.sum.consulit his, qui nō sūt parati relinquere peccata,nec confiteri uolunt,ut se sacer doti saltē præsentent,& dicant.Pater ora pro me,quia pec cata quæ habeo,non propono dimittere.Et extunc aliquā do Deus illuminat peccatorem,ut se cognoscat.Quod patet exēplis duob.Primū de Maria Egyptiaca, quæ in Aegypto nata anno ætatis suæ.12.Alexandriam perrexit,ibiq; 17.annis libidini deseruiuit:quæ illic discedens, iuit Hierusalem ad adorandum crucem cum aliis: non tñ cū proposito abstinēdi a peccato.In uia nautis corpus prostituit.Dū uero applicuisset,uolēs tēplū intrare per.3. uices ei facta est resistētia.Cōpūcta lachrimari cœpit: Audiuit uocē di. Si trāsieris iordanem saluaberis. Ab angelo sibi dati sunt nūmi, pro emendis tribus panibus. Quibus emptis:iordanē pertrāsiit,ubi per.17.annos in pnia morata est,ibiq; tandē mortua est, & salua.Clama O admirabilis bonitas pris nri Dei,non respicit peccata hominū, cū redeūt ad pniam. Nō negligit ēt peccatores illustrare ad pniam:si ipsi bonis operibus se iuuare uoluerint.Præterea de latrone,q uirginē fugientē in Aegyptum,ab aliis liberauit, cui dictū fuit. Hodie mecū eris &c. Inueni Bononiæ domini cum Tholosanum assignantem rōnem triplicem de eius saluatione: Primo rōnæ umbræ,quia caput Christi umbram faciebat. Secundo ratione fletus,quia peccatū suum agnouit.Tertio ratione boni operis, quia liberauit Mariā cū filio,de aliis latronibus.Vnde meruit audire ob hoc. Hodie &c. Exemplum Constantini Imperatoris,propter bonum quod egit in mortali,quia sanguinē puerorum non fudit, missi sunt Apostoli Petrus,& Paulus,ut baptizarent eum, & de Cornelio, ad quem missus est Petrus ut baptizaretur, propter eleemosynas quas faciebat.Vnde patet secundus. Tertio bona in mortali ualent &c.Conclusio est Doctorum, q tāta est dæmonis inuidia,q quis pro omni mortali augeatur pœna accidētalis,tamē ita auidus est de nostro malo,quod

de

de suo non curat. Vnde Io. Apo. 12. c. nos auisat. d. Ve terrę & mari: quia descendit Diabolus ad uos, habens iram magnã. & 1. Pet. 5. Aduersarius uester Diabolus, tanquam leo rugiens circuit &c. Sed opera bona in mortali, reprimunt ipsius ptãtem. Exemplum Iudæi: qũo clamauit. Vas uacuũ sed signatũ. Interpone quod signũ crucis est mirabile, & nõ est aliquod scutum melius. De quo Chrys. Vbicunq; dñicæ signum crucis uiderint Dæmones, expauescent. Crux est spes christianorũ, resurrectio mortuorum, uictoria Dæmonum. Ille. Vnde christiane signa te sæpissime. Quando dormitum uadis, aut ad mensam. De quo signo. Io. 33. A uoce dñi pauebit Assur. uirga percussus. s. crucis; qñ est malum tẽpus nil melius signo eius. Ad propositũ. Ex signo Iudæi in mortali hæc bona sunt secuta. Primò quia Dæmonũ caterua deiecta est. Secũdo, quia Iudæus cõuersus. Tertio quia Eps similiter. Aliud exẽplũ illius, qui oĩ die 3. pater noster, & aue Maria dicebat, & de cõuerso Imolæ a Dæmone infesto, qñ erat otiosus, Dæmon ipsum infestabat, quãdo orabat, & aliquid boni agebat. Dæmon ipsum laxabat. Vnde fuit ei dictũ, quare ipsum non molestas aliquando? respondit quia orõ cum signo crucis quã facit, me debilitat quod non possum. Vnde Christus Matth. 6. cap. Hoc genus Dæmo. in nullo põt exire, nisi in oratione. Et Ambr. Bonũ scutũ orõ, quia omnia aduersarii spicula repellũtur. Quartò ualent &c. Vtrũ bona in mortali facta, ualeãt ad mitigationẽ pœnæ infernalis. Quibusdam uisum est ꝙ sic, cuius opinionis fuit Orig. cum suis sequacibus: Et ꝙ homo potest tot bona facere in mortali, quod oĩa pœnalia diminueret: qui posuit Dæmones simul cum animabus saluari, in iudicio uniuersali. Inducens illud Sap. 11. Misereris omnium, qm̃ omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pniam. Insuper quod in inferno erat charitas. Quod patet. Quia diues Epulo, ex charitate petiit, ut sui fratres auisarentur, ne in peccatis caderent, ne ad infernũ descenderent. Igitur charitas ibi est. Respondet Tho. 3. q. 86. Et Panorm. in cap. Firmissimé tene. extra de hæret. Quod dimittere pœnam infernalem, potest intelligi dupliciter. Vno modo, ut minuatur illa, quæ iam debita est:

alio

alio modo. ut non debeatur tanta, quanta deberetur: si illa opera non fuissent facta. Quo ad primum pęna inferni, nõ potest minui quæ iam data est a Deo. Vnde August. 13. q. 2. capitulo. Tempus in glo. Tria genera sunt personarum, quæ de hoc seculo transeunt, quidam ualde boni, pro quibus suffragia non sunt habenda. extra de celebra. missa. c. Cum Marthę. Iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre: quidam mediocriter mali & boni, pro his Ecclesia orat. Quidam totaliter mali, qui nullo modo iuuari possunt. August. Si scirem patrem meum esse in inferno, non plus orarem pro eo, quàm pro Diabolo. Et Iob. 10. In inferno nulla est &c. Quo ad secundum modum, sic dico pœnam minuu quia non tantam pęnam sustinebit, quia non omisit omnia, propter quę deberet puniri, si omisisset; quia dũ facimus aliquod bonum; non dabitur pęna pro illo, ut patet de missa, de eleemosinis. O christiane da eleemosinã & fac bona. Animentur ergo peccatores omnino operari bonũ, & semper de bono in melius, quia non perduntur talia bona. Ad argumentũ de Epulone. Respondeo quod ex charitate hoc nõ dicit, sed ex timore pęnæ. Quinto &c. propter peccatum mortale meretur homo puniri pęnis temporalibus, & spiritualibus. Fiat practica. Per peccatum Deus expulit Luciferũ de cęlo. Adam de Paradiso, diluuium misit in terram: Sodomam, & Gomorram subuertit, de populo Dauid septuaginta milia, peste perierunt. Nonne uidisti temporibus elapsis, Italiam pestem percussam. Vere hoc totum propter inaudita peccata hominum, & mulierum. Fiat practica notabilis. Non est plus uerecundia dare ad usuras, imo cum Iudæis habere consortia. Tenere cõcubinas accipere Sacramenta falsa, furari, facere monetam falsam, facere Necromantias. O Italia, quomodo stas, metue diuinum flagellum. Ad propositum nostrum. Quia fiunt aliqua bona; ideo Deus piissimus manum suam astringit, ne puniat secundum demerita. Exemplum Cęsarij, Quidam mercatores fuerunt in mari, pleni omni malo, & blasphemia. O marinari caueatis, quia propter tales nautes submerguntur. Cõtra eos qui asserunt, religiosos esse causa submersionis. Quidam alius mercator in naui erat, sed paganus.

ganus. Vidit hominem mortuum iacere extra sepulchrum, ipsum sepeliuit, motus misericordia. O bonum opus mortuos sepelire. Eadem nocte apparuit ei Angelus in somnis dicens ei, quod in crastinum non deberet nauigare, propter periculum: omnes alii sunt submersi in mari. Et hic liberatus est propter hoc: quia mortuũ sepeliuit. Præterea aliud exemplum, quod Ianuæ accidit, cum ego prędicarem in Sancta Maria de Castello. Quidam blasphemus erat in hospitio quodam, cum aliis, uenit Angelus, & iussit illum exire extra hospitium. Cum exisset hospitium cecidit, & omnes mortui sunt. Ille autem blasphemus remansit. Hoc totum, quia erat Mariæ deuotus, qui ieiunabat omni sabbato, licet in mortali. Ego fac bene anima mea: quia diuina iustitia acriter non te puniet. Patet in scripturis. 3. Regum 25. de Achab, qui ad uerbum Heliæ pœnitentiam egit. Vnde dominus di. Nonne uidisti Achab humiliatum coram me: quia humiliatus est, non inducã malum in diebus eius. Merentur quidem peccatores flagellari. O quot sodomitę. O quot ribaldi: tamen propter illa bona quæ agunt, Deus non facit. Sexto ualent ad boni ope. &c. Quia ex bono opere, homo consolatur. O Bernard. quid dicis. Nulla maior pęna, mala conscientia. Vis semper lætus esse? Bene uiue. Bona conscientia uerum gaudium habet. Ille. Et in 4. Ethic. Nullus est, qui non gaudeat bonis operibus. In 8. Boni operatio studiosa, delectabilis est. Cicero lib. de Sét. Conscientia bene actæ uitæ multorumque benefactorum recordatio, iucundissima est. in 6. Ethic. Virtuosorum beatissima est uita Quomodo pater. Quando uadis ad confessionem, quomodo tendis? Vere pater, ut serpens ad incantatorem. Quia onus super me habeo odii, usuræ, luxuriæ. Sed facta confessione cum debitis modis, totus lętus reuertor. Non est gaudium super illud. Exemplum sancti Gerardi: qui usque ad ultimam decrepitatem, in peccatis permanens; semper tristis, semper renegando. O quot plures de istis. Vna dierum capillus canus cecidit de capite, quem uidens dixit, heu me hora est. Vnde conuersus est. Qui conuersus semper lætus erat, ita ut mirarentur astantes. Ideo Seneca. Sola uirtus præstat uerum gaudium, & securum.

rum. Ideo discurrẽdo per omnia, quæ possideri a nobis possunt, intelligamus solam uirtutem relinqui, quę nos constituat in statu laudabili, & honorabili. Vnde Plautus in amphitri. Virtus in se habet omnia. Hæc est illa, quæ facit hominem bonum, in 2. Ethi. Virtus est quę facit bonum habentem, & opus eius reddit bonum. Hæc est illa, quæ dignum facit laude. Hier. Nobilitas summa est, apud D[e]um clarum esse uirtutibus. Hæc est illa, quæ facit filiũ Dei. In 8. Ethi. Homines dicuntur Dij propter uirtutis excellentiam. Hęc est illa, quæ hominem Deo assimilat. Apuleius de Deo Socratis. Nihil est Deo similius, quam uir animo perfecte bonus. Hæc est illa, quæ astra aduersa, & terrenas calamitates animo forti ferre præstat. Hæc est quæ semper nos detinet in delitiis spiritualibus operari bonũ omni tempore. vnde Rich. in 4. dist. 43. Sancti in patria gaudium habẽt accidentale, de bono quod in mortali fecerunt, insuper, & damnatio bonorum. Septimo ad boni operis assuefactionem: quia homo assuescit ad bona opera, quia bene agere, est ars, & regula, si homo incipit bene agere: & per oppositũ. Incipias ieiunare, uigilare, orare, & huiusmodi erit profecto tibi facile.

Feria IIII Secunda hebd. Quadragesimæ.
De superbia.

ASCendens Iesus Hierosolymam, assumpsit secum duodecim discipulos suos secreto, & ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymam: & filius hominis tradetur. Matthæ. 20. Secundum Alber. triplici de causa passioné suam, Christus pluries prædixit discipulis. Prima ut eis sicut amicis reuelaret secretum suæ mentis. Prouer. 25. Causam tuam tracta cum amico iugiter. Secunda ut haberent causam meditandi ipsam. Et ea in memoriam haberent, ut sic omnia tolerarent. Threnorum. 3. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Greg. Si passio Christi ad memoriam reducitur, nihil est quod nõ ęquo animo toleretur. Tertia ut daret intelligi, quod uolũtarie patiebatur, qui mortem suam prædicabat. Iuxta illud Esai. 53.

Oblatus

Oblatus est,quia ipse uoluit.Sequitur:filius hominis tradetur.Secundum Alber.A tribus fuit traditus,primo a patre pro communitate humani generis. Ad Rom.8. Proprio filio suo non pepercit.sed pro omnibus nobis tradidit illũ. Secundo a spiritusancto.ad Hab.9.Per spiritumsanctum se metipsum obtulit immaculatũ Deo. Tertiò seipsum tradidit.ad Ephe.6.Tradidit semetipsum pro nobis,oblationẽ, & hostiam Deo in odorem &c.Adhuc eo loquente, accessit mater filiorum Zebedei,Iacobi,& Ioannis,petens, ut unus ad dexterã,alius ad sinistram sederet in regno suo. Secundũ Nico.de Ly.Iac.& Ioan.credebant Christum post suam resurrectionem,regnare in Hierusalẽ, sicut dominus temporalis,vnde cupiunt sublimari.Et hæc petitio fuit a filiis per medium matris,qui per se uerecundabantur.Dominus autem habens reuerentia muliere, non respondit illi. sed filiis,sciens quod hæc petitio procedebat ab eis,dicens.Ne scitis quid petatis. Potestis bibere calicẽ quem ego bibiturus sum.Gl Bibere calicem,idest sustinere mortem ignominiosam,quam ego passurus sum, per quam debeo uenire ad regnum,non temporale,ut creditis:sed æternum.Dicũt ei. Possumus.Quod uerũ fuit, quia Io.fuit uirgis flagellatus in oleo missus,ueneno portatus, unde eorũ petitio fuit uerificata.Præterea quia Iacobus bibit, dum fuit capite truncatus unde dixit eis.Calicem quidem meum bibetis,f. per tormẽta. Sedere autem ad dexteram meam,uel ad sinistrã, nõ est meum dare uobis. Quod uerbum quadrupliciter exponitur.Nõ est meum.quia non habeo illud a me,sed a patre.Remigius.Non est meũ dare uobis,sine uestro merito, & labore.Hierony.Non est meum dare uobis, scilicet talibus quales uos estis.f.superbis,& ambitiosis:sed humilibus Chrysost.Non est meum, scilicet ratione cognationis carnalis:sed electionis eternalis.Audiẽtes autem decem: indignati sunt de duobus fratribus.Iesus autẽ dixit eis. Scitis quia principes gẽtium &c. Quasi dicat. Maioritas in regno meo.non acquiritur,eo modo, sicut in regno terreno:quæ acquiritur per ambitionem:in meo autem per humilitatẽ, Iuxta illud.Qui se humilat exaltabiť.Vnde Fabius Maximus ad P.Emilium.Qui gloriam spreuerit ueram habebit.

Applica.

Applica. Hodie sermo erit de Superbia. De qua tria sũt uidenda.

Primum dr̃ diffinitionis. Secũdum dr̃ abhominationis. Tertium dicitur punitionis.

Primum dicitur &c. Aug. in 14. de ci. Dei, & Greg. in 31. moral. Superbia est appetitus inordinatus propriæ excellẽtiæ, contra regulam, & mensuram, a Deo sibi præfixã. Ille. Ad maiorẽ notitiã est notandũ secundũ Th. 22. q. 162. ar. 2. cũ quo est Alber. super Luc. qđ quatuor sũt superbiæ species. Prima est, cum quis existimat bonum quod habet, a se ipso habere, ut ingenium bonum scientiam, discretionem, diuitias, pulchritudinẽ, & huiusmodi. In hac supbia fuit Lucifer q ut dicit Bon. in 2. dist. 5. statim ut uidit suã pulchritudinem, præsumpsit, non Deo, sed sibi attribuens illud bonum. De quo Esa. 14. In cœlũ. s. sanctissime Trinitatis ascendam, & exaltabo solium meum, & ero similis altissimo: Vbi notat Bonauẽ. in 2. ubi supra, quod duplex est similitudo. Vna dicitur æquiperantiæ, alia eminentiæ. Prima est in diuinis personis, de qua Ambro. pertractãs illud. Deus qui similis erit tibi. Filius utique qui est imago patris. Hanc si militudinem non appetijt Dęmon, esse. s. ut Deus. Et ratio, quia ut habet Phi. 3. Eth. Electio nõ fit impossibiliũ, Dęmõ omnino sciuit esse impossibile, cũ esset mira sapiẽtia præditus, creaturam non posse adequari Creatori. Secunda dicit similitudo eminẽtiæ, quæ est habere beatitudinẽ, ex merito propriæ uirtutis, & nõ alieno. De hac Aug. li. de uirginitate Diabolus in cœlo uoluit esse sicut Deus. Et Ber. Appetijt æqualitatem potentiæ, & Ansel. Appetijt pręesse sine meritis. Quę in sentẽtia idẽ sũt, scilicet ꝙ uoluit omnibus præesse, propria autoritate. Peccatũ ergo eius fuit, ad consequendã suam beatitudinẽ, quæ consistit in plena uisione Dei, nõ se erexit i Deũ, tanq̃ in finẽ, & principiũ suũ: sed cũ cõsequi uoluit, per uirtutẽ suæ naturæ, sine Deo cõferente. Punitus est in inferno. O quot habent hanc, qui bona quæ habent, a se ipsis credunt habere, & non a Deo. O pater ego laboro die noctuq; e, mea industria lucratus sum hoc & illud. Exẽplum illius Imolensis de uinea, qui dixit cuidam patri. Lauda marsupiũ meũ, si est bona. & in li. de. 7. donis, de illo qui

In pulpito legens epistolas Pauli, cum laudaretur ab omni bus, qđ bene legeret dixit. Melius intelligo q̃ ipse Apostolus. Talis fuit superbia Romanorũ, de qua Aug. in 1. lib. de ciui. dei. c. 3. quod Deo se similes estimabant. Contra quos Apostolus. 1. Corint 4. Quid habes o homo, quod nõ accepisti? & Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donũ perfectum desursum est, descendens a patre luminum. & 1. Paral. 24. Tua sunt omnia, & Lu. 15. Omnia mea tua. Et Mesuæ in prologo suæ practicæ. Sanat solus languores Deus, & quęlibet res a Deo habet perfectionem. Secunda species est, cum
2. quis bonũ quod habet, sibi ascribit, ex propriis meritis, credẽdo aliquam excellentiam esse in natura uel fortuna, pro quibus uidetur, qđ Deus sit ei obligatus. O pater inquit ille. Vado ad missam ad diuina. & de mulierib. dico. 5. pater noster & 5. Aue Maria. ad honorem quinque plagarũ, eleemosynas facio. Vnde pater. Ego naturaliter uolo, qđ Deus faciat mihi bene, & det mihi Paradisum. Ista est sũpbia maxima: quia ut habet Tho. in. 2. di. 28. ar. 1. Merita nostra nõ sunt sufficentia, ut Deus bonũ nobis det. Ad Titum. 3. non ex operibus iustitiæ, qua fecimus nos, sed &c. & 2. Cor. 3. nõ sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sua mera pietas. Hanc habuit Nabuchodonosor, de quo Dan. 4. di. Nonne hæc est Babylõ, quã ego edificaui in robore meo. i. uirtute mea? Sed punitus est, q. a in bestiã mutatus, secundum fantasiã, & herbas ut bos edebat, qui a capite usq; ad mediũ erat ut bos: de residuo, ut leo. Præterea in hac fuit Semeias propheta. 3. Reg. 14. qui missus ad reprehendẽdũ Ieroboã de idolatria. Domum reuertens, quadam occulta superbia ipsum apprehẽdit, ascribens meritis suis illa bona. A leone in uia strangulatus est. O quot de istis. Ter-
3. tia species &c. cũ quis iactat habere quod nõ habet, o quot de his, de hac Esa. 15. Audiuimus superbiã Moab, superbus est ualde. Sũpbia eius, & arrogãtia eius, & idignatio eius. plusquã fortitudo eius. Ille. Ista est periculosa, pręcipue in his, qui se sanctos reputant, & confidunt in illa, & de facili ruunt. Figura de Petro Lu. 22. qui de se cõfidẽs dicebat. Et si oportuerit me mori tecũ, &c. Super quo Amb. 6. q. 1. Imitare. S. Petrus lapsus est, qui dixerat. Et si omnes scãdalizati

ti fuerint in te, sed non ego: quis alius de se pręsumat? Ille. In hac fuit ille heremita, qui a Deo hanc gratiam petebat, ut ipsum custodiret a peccato ueniali, q a se a mortali custodiret. Quadam uice in sero, agnouit mulierem per desertū uagantem. Et ut nesciretur eius peccatum, eam occidit. Cui Dæmon. O heremita. Vbi est sanctitas tua. Ideo Hiere. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs suis. Apostolus. Qui stat uideat ne cadat. Quarta species est, cū quis ceteris despectis, singularis uult uideri. In hac Phariseus. Luc. 18. Gratias tibi ago: quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus. Et Mat. 23. Orta est discordia inter Apostolos, quis eorū esset maior. Vnus aliū despiciebat: quibus Christus. Qui maior est uestrum, erit minister uester. O quot sunt qui alios despiciunt, Et de Religiosis qui uadunt cum collo torto, ut teneātur sancti: & sic exaltantur ad officia. Hieron. 2. contra Pelagium. Quamuis alijs uitijs carere possumus, maculam hypochrisos, habere nō posse, aut paucorum est, aut nullorum. Exēplū patris Dominici q a Dæmone quęsiuit, quale erat peccatum Religiosorum. Respondit hypochrisis, quia uolunt teneri sancti, & laudari. Contra Ouid. lib. 3. de arte. Non enatet in uultu, damnosa superbia uestro. Facetia de incessu qum collo torto. Fuerunt in fouea pullimurum, qui anteqam exirent a patre & matre, edocti fuere quod si quādo exire uellent, de fouea, & aliquid uiderent patri, & matri primo nunciarent. Vna dierum uiderunt gallum. Aiunt patri, uidimus animal cum corona in capite, cum calcaribus ad pedes, non timeatis aiunt, quia est socialis, & uobiscum comedet. Alia uice uiderunt animal quasi mortuum in terra, cum capite inclinato. Aiunt patri, uidimus sic & sic. O uideatis bene, est noster inimicus, ille est catus. Ad ꝓpositum de hypochritarū capitibus tortis, abstinēdum est. Vnde patet primum. Secundum dicitur &c. peccatum superbię est abominandum. 3. ratione.

Prima, quia omnia crimina inducit.

Secunda, quia omnis iustus illam fugit.

Tertia, quia quietem mentis tollit.

Prima quia omnia crimina &c. Ex superbia omnia mala ꝓcedunt. Gregor. 31. moralium. Regina omnis mali suꝑbia est. Augu. lib. de natura & gratia. Sine elatione superbiæ nullũ peccatum inuenies. Eccle. 10. Initium omnis peccati superbia. Et non est aliquod peccatũ in rerũ natura, quod tm̃ Deum, & proximũ offendat, ut superbia. Quis mala posset tibi estigare, huius feræ pessimæ? Ex hac Absalon patrem suum Dauid, tentauit de regno expellere, ut ipse rex præficeretur. Ex hac Romulus fratrem suum Occidit, ut solus regnaret. Ex hac Iulius Cæsar persecutus est Pompeium, usq; ad mortem, cum quo plurima bella gessit cupiditate imperij. Ex hac Marius Romanus, non contentus quod sexies fuerit consul Romanorum: alios despiciens, uoluit & septimo esse uiolenter, ex quo facta est maxima interfectio inter Marium, & Sillam, qui eum impedire uolebat. Ex hac Magnus Alexander mouit bellum: totum orientem uexauit suis bellis. Ex hac quot mala īter Romanos, & Carthaginenses sint secuta. Ibi narratur. Quod dum Chartago semꝑ esset inimica Romanorum M. Cato iudicauit, quod totaliter esset ruinanda. Sed Scipio Nassica dedit sententiã, quod non, ne Romani uenirent adinuicē in bellum. Vides Senatus sententias cõtrarias hominum grauium, tenuerũt medium, & creatis consulibus Tito Manlio, & Catone, Cēsorino: miserunt contra Carthaginenses, qui præceperũt ipsis, ut incenderent ipsorum naues bellicas, & solum seruarent illas de mercantia. Quod fecerunt ut in pace uiuerēt. Præterea præceperunt, quòd omnia arma ad faciendum defensionē, essent sibi consignata: fuere contenti. Præterea cõsules habetis armis: fecerunt præceptum quòd irent habitare ubi placeret eis: ita quod. 7. milibus distarent a mari, quia uolebant ruinare Carthaginem. Audientes hoc miserunt se in disperationem, deliberantes defendere se, & mori. Scipio posuit se ad campum cum exercitu, & illam expugnauit, & illam incenderunt, secundum decretum Romanũ. In quo bello tot Latini, & Romani mortui sunt, ꝙ erat difficile iudicatu: si de illis bellis erat ridendum uel plãgendum, pro una parte, & alia. Ibi enim mortui sunt nobiles duces, & præstantes Romani. Venias ad practicam, quanta

ta sanguinis effusio facta est? Quot milia hominũ sũt extincti? O desolatrix ciuitatum. O Bononia mater studiorum. O Ianua regina maris. O Asculum. O Placentia. O Assisium. O Viterbium. Vbi gloria uestra? ubi populi multitudo? ubi antiquæ diuitiæ? Ex hac ciuis surrexit in ciuem: ami cus in amicum: & plateę ciuitatum sunt desolatæ. Contra tales, Petra. in 6. diuinitatis. O uere surdi nudi, & fragiles iudicij, & cõsilij expertes: pœnitus ægri ac miseri mortales. Secundo ratione &c. Christus cum facto miraculo de quin que panibus, uoluissent ipsum regem facere. Ioan. 6. Ab eis fugit superbiam uitans. Moy. cum esset anno. 83. & mitteret a Domino, ut esset dux populi, excusauit se qđ esset imperitioris linguæ. Exod. 14. Hieremias cũ a domino mittere tur, ad prædicandum dixit. Ha ha ha, nescio loqui. Hier. 1. Marcus Euangelista, truncauit sibi pollicẽ: ne ordinaretur sacerdos, ex humilitate. Greg. Magnus a populo electus in Papam, fugit, & coquinam fecit in sancto Greg. per sex męses. Sed quare tunc pontifices renuebant papatum? Respon. det Vincen. in speculo in li. 3. speculi moralis. Quod a tem pore Petri usq; ad sanctum Syluestrum fuere. 32. papę qui per martyrium ferè omnes transierunt. Vnde post Sixtum, diu uacauit Papatus: & nullus ipsum uolebat, duplici ratio ne. Et quæ sunt Gabriel? Primo ratione mortis, quia erant primi Secũdo ratione paupertatis. Sed post quàm Ecclesia, est diues facta, per Cõstantinum, nullus reperitur, qui eum teneat. imo per mille uias quæritur. Præterea Greg. Nazanzenus Episcopatum dimisit: ut sapientiæ uacaret. Ambro. Ne promoueretur in ipsum, meretrices secũ uocauit, ut crederetur malus: sicque hoc saltem facto, desisteret eũ ordinare. Aug. inuitus est ordinatus. Hiero. cardinalatum dimisit, ut literis in Bethleem insudaret. Vincen. cardinala tum noluit sibi oblatum. Dominicus Episcopatum. Bern. similiter: Et de Monacho clareuallensi di. Gofredo, cum fuisset in Episcopum electus, & cogeretur ab Eugenio. & Ber. dixit. Monachus fugitiuus eẽ potero si me hinc eiicis: Episcopus autem non ero: post mortem cuidam apparens dixit. Reuelatum est mihi a sancta Trinitate, ꝙ si Eps fuis sem ordinatus, fuissẽ de numero dãnatorũ. Iõ d. 40. c. mul-

ca. Heri fuit sermo de operibus factis in mortali, hodie uero de fructib. eorundem, quia plurimi mirari solent de bonis quæ faciunt in mortali. Vtrum hęc sint a Deo remunerata. Idcirco hodie uolo sermonem agere de fructibus in mortali. Vnde Theo. præcipuę Tho. in 3. par. q. 99. Abbas Panor. in c. firmissime tenet, extra de hære. Archi. in §. qđ autem, de pęn. di. 3. Ex dictis eorum colligitur, ꝙ 7. fructus consequuntur qui bona agunt etiam in mortali.

Primò, ualent ad bonorũ temporalium multiplicationẽ,

Secundò, ad diuinæ gratię impetrationem.

Tertiò, ad diabolicæ potestatis refrenationem.

Quartò, ad pęnæ æternæ diminutionem.

Quintò, ad pęnæ temporalis retardationem.

Sextò, ad boni operis delectationem.

Septimò, ad boni operis assuefactionem.

Primò ad bonorum &c. Pro fundamento notanda est una maxima in Theologia, ꝙ nõ est homo adeo sanctus, & iustus qui aliquando non peccet. Verificatur sentẽtia hæc 1. Io. 3. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Prou. 20. Quis põt dicere mundũ est cor meũ, & purus sum a pctõ, & Ecc. 7. nõ est hõ qui faciat bonum & nõ peccet, & Rom. 4. Est autem Deus uerax &c. in aut. de monachis. §. triennii. Natura humana labitur ad delicta. Ista aũt promptitudo peccãdi secũdum doc. causatur in homine duplici de cã, prima respectu principii. Secũda respectu nostri. Prima principii Adæ qui fuit pater omniũ nostrũ, qui peccauit, a quo principio tota natura corrupta est. Vnde Apost. ad Roma. 5. Per vnũ hominẽ peccatũ in hunc mundũ intrauit, & per peccatum mors in quo oẽs peccauerũt. Secunda causa respectu nostri quia natura humana ex sui conditione, prona est ad malũ. Propter quod dicitur Gen. 8. Sensus, & cogitatio humani cordis, in malum prona sunt ab adolescentia sua. Et 12. q. 1. Omnis ętas, & 10. q. 3. c. procliuis, & in proęmio clemẽtinarum. Et in aut de monachis. §. si quis ergo, col. 1. & Lac. in 3. Natura hominũ procliuis est ad uitiũ, cũ quo est Tho. & Bon. in 4. di. 16. ar. 2. q. 1. Quod impossibile est hoĩem uiuere diu sine peccato ueniali. O sancte qui uis laudari &c.

Ratio

Ratio Alber.in cõpen.The.Tria sunt quæ de sui natura nõ possunt peccare, Deus, Hie.testãte,& magistro in 2.dis.10. Solus deus est in quẽ pctm̃ cadere nõ põt. Nota quod dicit solus. Bestia.quia nõ capax, lapis q̄a res inanimata, q̄a hõ non est Deus nõ est bestia, nõ est lapis. Igitur oportet q̄d peccet, nec põt stare diu sine peccato. O fragilis creatura, q̄ assiduo hẽt secũ malũ comitẽ.s.pctm̃. Miraris sepe dũ uides deuota psonas sepe cõfitentes, huy quid hæ bestiæ sœminæ habent in conscientia, q̄ assidue uolũt confiteri? Accede sepe, quia inuenies ad dicẽdum. Ad propositũ,& q̄uis hæc inclinatio sit ad uitia, tñ per liberi arbitrii uertibilitatem, non est homo adeo ribaldus, qui non faciat aliq̄d bonum. Latrones ieiunant in sabbato, milites, meretrices, & huiusmodi. Vt dicit Aug.li.de li.arb. Nullũ bonũ irremuneratum est apud Deũ,& Hier.de pę.dis.3 §.Ex hoc sensu. Nõ est tã iniustus Deus, ut pp multa mala obliuiscat paucorũ bonorũ. Ille. Cũ ergo iniustus nõ remuneretur in uita ęterna, oportet q̄ remuneretur in pñti, p multiplicationẽ bonorũ tpaliũ: aliter nõ esset iustus. Quæ conclusio probatur uera tripliciter. Auc. Exẽplo. Figura. primo auto. Chry. de pę.di.3.c.Quãquã. Mali pp bona q̄ hic agunt, pñtem remunerationẽ recipiunt. Scd̃ õ exẽplis de obstetricibus. De q̄bus. Ex.4. quæ præmiate fuerunt, quia Deus ædificauit illis domos glo.1.i.bona tẽporalia cõtulit, sed forte quæres.cur præcepit Pharao fęminas reseruari? Rñdet Dñicus Tholo.duplici rõne. Primò rõne libidinis exercẽdæ. Qualis dñs talis serui, q̄d cõtra dr̃ in auth.de Lenonib.in prin. Imperator dr̃ amator castitatis. Et Philosophus ad Alex. de regimine principiũ. Pudeat in corpore regis uoluptatẽ luxuriæ dñari. Sed hodie uolũt puellas &c. Vnde Pharao ob hoc uoluit fœminas seruari. Secũdo rõne timoris, quia dũ esset forẽsis timebat, ne dũ cresceret numerus Iudæorũ, exirẽt de manib.eorũ. Vñ hæ fuerunt præmiate licet pagane. Præterea Iosuæ 2. de Raab meretrice quæ exploratores recepit in domo. Ob hoc fuit liberata ab incendio. & Aug.de locutionib.noui ac ue.te.& Hiero.li.2.cõtra Ioui. dicũt de Sibyllis quæ merito suæ uirginitatis, spũs prophetãdi acceperũt. Ad practicã, o quot uidemus prosperari, bonis

nis temporalibus, familia pulchra, fortunā habent fœcundā, omnia in bonis eis succedūt. Vere pp aliquod bonum quod faciunt: ut hic mercedē suam accipiant. de quib. Mat. 6. Amen dico uobis re. mer. suam. Vnde dominus Esa. 1. Si uolueritis, & audieritis me. i. adhuc in peccato existentib. bona terræ comedetis. Asculi me prædicante, agnoui usurarium quendam diuitem, super oēs primarios ciuitatis, qui in omnibus prosperabatur. In familia, in diuitiis, & huiusmodi, taliter quod plures in ciuitate contra eum murmurabant. Quidam Dei prouidentiam, negantes di. vlterius. Quid oportet agere bona: quia Deus plus tribuit peiorib. Hie. 12. Via impiorum prosperatur. Et Dauid Ps. 36. Vidi impium superexal. & eleu. & Iob. 21. Impij uiuunt cōfortati sunt diuitiis. Ad mortem deductus, omnibus astantibus dixit. Ego fui magnus usurarius nec pœnitere uolo. Et habui in hoc mūdo paradisum meum: sed duo bona egi inter tot mala. Primum, quia pauperes hospitio recepi. Secūdū, quia bonum cōe ciuitatis dilexi, propter quæ bona credo me habuisse præsentem remunerationem. Quod exemplū affirmat Chrisost. de pœn. dist. 3. c. Quid igitur turbamur? Nemo uidens malignos habentes prosperitatem turbetur: quia non est hic retributio malignitatis, uel uirtutis, hic corona: illic supplicium. Ille. Quando tribularis dic in tēplo. O Deus meus in hoc mundo nō uis remunerare, locupletem aūt inferno ius tradere. vnde patet primus fructus. Secundo ualent &c. Per opera extra charitatem facta, præparatur homo, ut recipiat gratiam Dei, & eius inspirationem. Dicit. n. Phil. 2. de Anima. In 8. Phy. In 1. de Generatione. Actus actiuorum sunt in patiente bene disposito: si ergo faciet bona, dispōnetur ad hoc. Vulgo dici solet. Adiutorio Dei &c. Vnde Canonistæ Ponunt casum istum. Quid de illo qui concubinam nō uult dimittere, odia, usuras, & huiusmodi? Respondet Greg. de pœn. dist. 5. ca. Falsas Nec desperet & interim quicquid boni poterit facere hortamur ut faciat. Vnde Rich. in 4. dis. 20. proponit casum & soluit. An indulgentiæ ualeant existentibus in mortali. Respondet di. Quod quamuis non possit fieri remissio pœnæ, manente culpa. Ex consequenti nō consequātur indulgentiam,

gentiã, existentes in mortali:tamen si faciant quod contĩ neẽ in forma indulgẽtiæ bene agunt;quia ut di.Tho.in 4. d.15.q.1.ar.3.Bona in mortali facta,de congruo disponũt peccatorem ad uiam ueritatis,& contritionem suorum criminum.Ideo Alex.in 4.uolu.sum.consulit his, qui nõ sũt parati relinquere peccata,nec confiteri uolunt,ut se sacerdoti saltẽ præsentent,& dicant.Pater ora pro me,quia peccata quæ habeo,non propono dimittere.Et extunc aliquãdo Deus illuminat peccatorem,ut se cognoscat.Quod patet exẽplis duob.Primũ de Maria Egyptiaca, quæ in Aegypto nata anno ætatis suæ.12.Alexandriam perrexit,ibiq; 17.annis libidini deseruiuit:quæ illic discedens, iuit Hierusalem ad adorandum crucem cum aliis: non tñ cũ pposito abstinẽdi a peccato.In uia nautis corpus prostituit.Dũ uero applicuisset,uolẽs tẽplũ intrare per. 3. uices ei facta est resistẽtia.Cõpũcta lachrimari cœpit: Audiuit uocẽ di. Si trãsieris iordanem saluaberis. Ab angelo sibi dati sunt nũmi, pro emendis tribus panibus. Quibus emptis:iordanẽ pertrãsiit,ubi per.17.annos in pnĩa morata est,ibiq; tandẽ mortua est, & salua.Clama.O admirabilis bonitas pñis nñi Dei,non respicit peccata hominũ, cũ redcũt ad pnĩam. Nõ negligit ẽt peccatores illustrare ad pnĩam:si ipsi bonis operibus se iuuare uoluerint.Præterea de latrone,q uirginẽ fugientẽ in Aegyptum,ab aliis liberauit, cui dictũ fuit. Hodie mecũ eris &c. Inueni Bononiæ domini cum Tholosanum assignantem rõnem triplicem de eius saluatione: Primo rõnæ umbræ,quia caput Christi umbram faciebat. Secundo ratione fletus,quia peccatũ suum agnouit.Tertio ratione boni operis, quia liberauit Mariã cũ filio,de aliis latronibus.Vnde meruit audire ob hoc. Hodie &c. Exemplum Constantini Imperatoris,propter bonum quod egit in mortali,quia sanguinẽ puerorum non fudit, missi sunt Apostoli Petrus,& Paulus,ut baptizarent eum, & de Cornelio, ad quem missus est Petrus ut baptizaretur, propter eleemosynas quas faciebat.Vnde patet secundus. Tertio bona in mortali ualent &c.Conclusio est Doctorum, q tãta est dæmonis inuidia,q quis pro omni mortali augeatur pœna accidẽtalis,tamẽ ita auidus est de nostro malo,quod

de suo non curat. Vnde Io. Apo. 12.c. nos auisat. d. Ve terrę & mari: quia descendit Diabolus ad uos, habens iram magnā. & 1. Pet. 5. Aduersarius uester Diabolus, tanquam leo rugiens circuit &c. Sed opera bona in mortali, reprimunt ipsius ptātem. Exemplum Iudæi: q̄uo clamauit. Vas uacuū sed signatū. Interpone quod signū crucis est mirabile, & nō est aliquod scutum melius. De quo Chrys. Vbicunq; dñicæ signum crucis uiderint Dæmones, expauescent. Crux est spes christianorū, resurrectio mortuorum, uictoria Dæmonum. Ille. Vnde christiane signa te sæpissime. Quando dormitum uadis, aut ad mensam. De quo signo. Io. 33. A uoce dñi pauebit Assur. uirga percussus. s. crucis; q̄ñ est malum tēpus nil melius signo eius. Ad propositū. Ex signo Iudæi in mortali hæc bona sunt secuta. Primò quia Dæmonū caterua deiecta est. Secūdo, quia Iudæus cōuersus. Tertio quia Eps similiter. Aliud exēplū illius, qui oī die 3. pater noster, & aue Maria dicebat, & de cōuerso Imolæ a Dæmone infesto, q̄ñ erat otiosus, Dæmon ipsum infestabat, quādo orabat, & aliquid boni agebat. Dæmon ipsum laxabat. Vnde fuit ei dictū, quare ipsum non molestas aliquando? respondit quia orō cum signo crucis quā facit, me debilitat quod non possum. Vnde Christus Matth. 6. cap. Hoc genus Dæmo. in nullo pōt exire, nisi in oratione. Et Ambr. Bonū scutū orō, quia omnia aduersarii spicula repellūtur. Quartò ualent &c. Vtrū bona in mortali facta, ualeāt ad mitigationē pœnæ infernalis. Quibusdam uisum est q̄ sic, cuius opinionis fuit Orig. cum suis sequacibus: Et q̄ homo potest tot bona facere in mortali, quod oīa pœnalia diminueret: qui posuit Dæmones simul cum animabus saluari, in iudicio uniuersali. Inducens illud Sap. 11. Misereris omnium, q̄m omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pniam. Insuper quod in inferno erat charitas. Quod patet. Quia diues Epulo, ex charitate petiit, ut sui fratres auisarentur, ne in peccatis caderent, ne ad infernū descenderent. Igitur charitas ibi est. Respondet Tho. 3. q. 86. Et Panorm. in cap. Firmissimé tene. extra de hæret. Quod dimittere pœnam infernalem, potest intelligi dupliciter. Vno modo, ut minuatur illa, quæ iam debita est:

alio

nodo. ut non debeatur tanta, quanta deberetur: si illa
non fuissent facta. Quo ad primum pęna inferni, nō
t minui quæ iam data est a Deo. Vnde August. 13. q.
tulo. Tempus in glo. Tria genera sunt personarum,
e hoc seculo transeunt, quidam ualde boni, pro qui-
ffragia non sunt habenda. extra de celebra. missa. c.
Marthę. Iniuriam facit martyri, qui orat pro marty-
dam mediocriter mali & boni, pro his Ecclesia orat.
am totaliter mali, qui nullo modo iuuari possunt.
st. Si scirem patrem meum esse in inferno, non plus
n pro eo, quàm pro Diabolo. Et Iob. 10. In inferno
est &c. Quo ad secundum modum, sic dico pœnam
: quia non tantam pęnam sustinebit, quia non omisit
, propter quę deberet puniri, si omisisset; quia dū fa-
aliquod bonum; non dabitur pęna pro illo, ut patet
sa, de eleemosinis. O christiane da eleemosinā & fac
Animentur ergo peccatores omnino operari bonū,
per de bono in melius, quia non perduntur talia bo
l argumentū de Epulone. Respondeo quod ex charī
oc nō dicit, sed ex timore pęnæ. Quinto &c. propter
um mortale meretur homo puniri pęnis temporali-
spiritualibus. Fiat practica. Per peccatum Deus expu
ciferū de cęlo. Adam de Paradiso, diluuium misit in
: Sodomam, & Gomorram subuertit, de populo Da
tuaginta milia, peste perierunt. Nonne uidisti tem
s elapsis, Italiam pestem percussam. Vere hoc totum
r' inaudita peccata hominum, & mulierum. Fiat pra
otabilis. Non est plus uerecundia dare ad usuras,
m Iudæis habere consortia. Tenere cōcubinas acci-
acramenta falsa, furari, facere monetam falsam, face
romantias. O Italia, quomodo stas, metue diui-
agellum. Ad propositum nostrum. Quia fiunt ali-
na; ideo Deus piissimus manum suam astringit,
iat secundum demerita. Exemplum Cęsarij. Qui-
ercatores fuerunt in mari, pleni omni malo, & bla-
ia. O marinari caueatis, quia propter tales nautes
rguntur. Cōtra eos qui afferunt, religiosos esse causa
tionis. Quidam alius mercator in naui erat, sed pa-
ganus.

ganus. Vidit hominem mortuum iacere extra sepulchrum, ipsum sepeliuit, motus misericordia. O bonum opus mortuos sepelire. Eadem nocte apparuit ei Angelus in somnis dicens ei, q in crastinum non deberet nauigare, propter periculum: omnes alii sunt submersi in mari. Et hic liberatus est propter hoc: quia mortuũ sepeliuit. Praeterea aliud exemplum, quod Ianuae accidit, cum ego predicarem in Sancta Maria de Castello. Quidam blasphemus erat in hospitio quodam, cum aliis, uenit Angelus, & iussit illum exire extra hospitium. Cum exisset hospitium cecidit, & omnes mortui sunt. Ille autem blasphemus remansit. Hoc totum, quia erat Mariae deuotus, qui ieiunabat omni sabbato, licet in mortali. Ergo fac bene anima mea: quia diuina iustitia acriter non te puniet. Patet in scripturis. 3. Regum 25. de Achab, qui ad uerbum Heliae poenitentiam egit. Vnde dominus di. Nonne uidisti Achab humiliatum coram me: quia humiliatus est, non inducã malum in diebus eius. Merentur quidem peccatores flagellari. O quot sodomitę. O quot ribaldi: tamen propter illa bona quae agunt, Deus non facit. Sexto ualent ad boni ope. &c. Quia ex bono opere, homo consolatur. O Bernard. quid dicis. Nulla maior pęna, mala conscientia. Vis semper laetus esse? Bene uiue. Bona conscientia uerum gaudium habet. Ille. Et in 4. Ethic. Nullus est, qui non gaudeat bonis operibus. In 8. Boni operatio studiosa, delectabilis est. Cicero lib. de Sẽt. Conscientia bene actae uitae multorumque benefactorum recordatio, iucundissima est. in 6. Ethic. Virtuosorum beatissima est uita Quomodo pater. Quando uadis ad confessionem, quomodo tendis? Vere pater, ut serpens ad incantatorem. Quia onus super me habeo odii, usurae, luxuriae. Sed facta confessione cum debitis modis, totus lętus reuertor. Non est gaudium super illud. Exemplum sancti Gerardi: qui usque ad ultimam decrepitatem, in peccatis permanens, semper tristis, semper renegando. O quot plures de istis. Vna dierum capillus canus cecidit de capite, quem uidens dixit, heu me hora est. Vnde conuersus est. Qui conuersus semper laetus erat, ita ut mirarentur astantes. Ideo Seneca. Sola uirtus praestat uerum gaudium, & securum.

rum. Ideo discurrēdo per omnia, quæ possideri a nobis pos sunt, intelligamus solam uirtutem relinqui, quę nos consti tuat in statu laudabili, & honorabili. Vnde Plautus in am phitri. Virtus in se habet omnia. Hæc est illa, quæ facit hominem bonum, in 2. Ethi. Virtus est quę facit bonum habentem, & opus eius reddit bonum. Hæc est illa, quæ dignum facit laude. Hier. Nobilitas summa est, apud D. um clarum esse uirtutibus. Hæc est illa, quæ facit filiū Dei. In 8. Ethi. Homines dicuntur Dij propter uirtutis excellentiam. Hęc est illa, quæ hominem Deo assimilat. Apuleius de Deo Socratis. Nihil est Deo similius, quam uir animo perfecte bonus. Hæc est illa, quæ astra aduersa, & terrenas calamitates animo forti ferre præstat. Hæc est quæ semper nos detinet in delitiis spiritualibus operari bonū omni tempore. vnde Rich. in 4. dist. 43. Sancti in patria gaudium habēt accidentale, de bono quod in mortali fecerunt, insuper, & damnatio bonorum. Septimo ad boni operis assuefactionem: quia homo assuescit ad bona opera, quia bene agere, est ars, & regula, si homo incipit bene agere: & per oppositū. Incipias ieiunare, uigilare, orare, & huiusmodi erit profecto tibi facile.

Feria IIII Secundæ hebd. Quadragesimæ.
De superbia.

AScendens Iesus Hierosolymam, assumpsit secum duodecim discipulos suos secreto, & ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymam: & filius hominis tradetur. Matthæ. 20. Secundum Alber. triplici de causa passioné suam, Christus pluries prædixit discipulis. Prima ut eis sicut amicis reuelaret secretum suæ mentis. Prouer. 25. Causam tuam tracta cum amico iugiter. Secunda ut haberent causam meditandi ipsam. Et ea in memoriam haberent, ut sic omnia tolerarent. Threnorum. 3. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Greg. Si passio Christi ad memoriam reducitur, nihil est quod nō ęquo animo toleretur. Tertia ut daret intelligi, quod uolūtarie patiebatur, qui mortem suam prædicabat. Iuxta illud Esai. 53. Oblatus

Oblatus est, quia ipse uoluit. Sequitur: filius hominis tradetur. Secundum Alber. A tribus fuit traditus, primo a patre pro communitate humani generis. Ad Rom. 8. Proprio filio suo non pepercit. sed pro omnibus nobis tradidit illũ. Secundo a spiritu sancto. ad Heb. 9. Per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatũ Deo. Tertiò seipsum tradidit. ad Ephe. 6. Tradidit semetipsum pro nobis, oblationẽ, & hostiam Deo in odorem &c. Adhuc eo loquente, accessit mater filiorum Zebedei, Iacobi, & Ioannis, petens, ut unus ad dexterã, alius ad sinistram sederet in regno suo. Secundũ Nico. de Ly. Iac. & Ioan. credebant Christum post suam resurrectionem, regnare in Hierusalẽ, sicut dominus temporalis, vnde cupiunt sublimari. Et hæc petitio fuit a filiis per medium matris, qui per se uerecundabantur. Dominus autem habens reuerentia muliere, non respondit illi. sed filiis, sciens quod hæc petitio procedebat ab eis, dicens. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicẽ quem ego bibiturus sum. Gl. Bibere calicem, idest sustinere mortem ignominiosam, quam ego passurus sum, per quam debeo uenire ad regnum, non temporale, ut creditis: sed æternum. Dicũt ei. Possumus. Quod uerũ fuit, quia Io. fuit uirgis flagellatus in oleo missus, ueneno portatus, unde eorũ petitio fuit uerificata. Præterea quia Iacobus bibit, dum fuit capite truncatus unde dixit eis. Calicem quidem meum bibetis, s. per tormẽta. Sedere autem ad dexteram meam, uel ad sinistrã, nõ est meum dare uobis. Quod uerbum quadrupliciter exponitur. Nõ est meum. quia non habeo illud a me, sed a patre. Remigius. Non est meũ dare uobis, sine uestro merito, & labore. Hierony. Non est meum dare uobis, scilicet talibus quales uos estis. s. superbis, & ambitiosis: sed humilibus Chrysost. Non est meum, scilicet ratione cognationis carnalis: sed electionis eternalis. Audiẽtes autem decem: indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autẽ dixit eis. Scitis quia principes gẽtium &c. Quasi dicat. Maioritas in regno meo. non acquiritur, eo modo, sicut in regno terreno: quæ acquiritur per ambitionem: in meo autem per humilitatẽ, Iuxta illud. Qui se humilat exaltabitur. Vnde Fabius Maximus ad P. Emilium. Qui gloriam spreuerit ueram habebit.

Applica.

Applica. Hodie sermo erit de Superbia. De qua tria sũt uidenda.

Primum dr̃ diffinitionis. Secũdum dr̃ abhominationis. Tertium dicitur punitionis.

Primum dicitur &c. Aug. in 14. de ci. Dei, & Greg. in 31. moral. Superbia est appetitus inordinatus propriæ excellẽtiæ, contra regulam, & mensuram, a Deo sibi præfixã. Ille. Ad maiorẽ notitiã est notandũ secundũ Th. 22. q. 162. ar. 2. cũ quo est Alber. super Luc. qđ quatuor sũt superbiæ species. Prima est cum quis existimat bonum quod habet, a se ipso habere, ut ingenium bonum scientiam, discretionem, diuitias, pulchritudinẽ, & huiusmodi. In hac supbia fuit Lucifer q ut dicit Bon. in 2. dist. 5. statim ut uidit suã pulchritudinem, præsumpsit, non Deo, sed sibi attribuens illud bonum. De quo Esa. 14. In cœlũ. s. sanctissime Trinitatis ascendam, & exaltabo solium meum, & ero similis altissimo: Vbi notat Bonauẽ. in 2. ubi supra, quod duplex est similitudo. Vna dicitur æquiperantiæ, alia eminentiæ. Prima est in diuinis personis, de qua Ambro. pertractãs illud. Deus qui similis erit tibi. Filius utique qui est imago patris. Hanc similitudinem non appetijt Dęmon, esse. s. ut Deus. Et ratio, quia ut habet Phi. 3. Eth. Electio nõ fit impossibiliũ, Dęmõ omnino sciuit esse impossibile, cũ esset mira sapiẽtia præditus, creaturam non posse adequari Creatori. Secunda dicit similitudo eminẽtiæ, quæ est habere beatitudinẽ, ex merito propriæ uirtutis, & nõ alieno. De hac Aug. li. de uirginitate Diabolus in cœlo uoluit esse sicut Deus. Et Ber. Appetijt æqualitatem potentiæ, & Ansel. Appetijt pręesse sine meritis. Quę in sentẽtia idẽ sũt, scilicet ꝙ uoluit omnibus præesse, propria autoritate. Peccatũ ergo eius fuit, ad consequendã suam beatitudinẽ, quæ consistit in plena uisione Dei, nõ se erexit I Deũ, tanꝗ in finẽ, & principiũ suũ: sed eũ cõsequi uoluit, per uirtutẽ suæ naturæ, sine Deo cõferente. Punitus est in inferno. O quot habent hanc, qui bona quæ habent, a se ipsis credunt habere, & non a Deo. O pater ego laboro die noctuq; e, mea industria lucratus sum hoc & illud. Exẽplum illius Imolensis de uinea, qui dixit cuidam patri. Lauda marsupiũ meũ, si est bona. & in li. de. 7. donis, de illo qui

in pulpito legens epistolas Pauli, cum laudaretur ab omnibus, qđ bene legeret dixit. Melius intelligo q̃ ipse Apostolus. Talis fuit superbia Romanorū, de qua Aug. in 1. lib. de ciui. dei. c. 3. quod Deo se similes estimabant. Contra quos Apostolus. 1. Corint 4. Quid habes o homo, quod nō accepisti? & Iac. 1. Omne datum optimum, & omne donū perfectum desursum est, descendens a patre luminum. & 1. Paral. 24. Tua sunt omnia, & Lu. 15. Omnia mea tua. Et Mesuæ in prologo suæ practicæ. Sanat solus languores Deus, & quęlibet res a Deo habet perfectionem. Secunda species est, cum

2. quis bonū quod habet, sibi ascribit, ex propriis meritis, credē do aliquam excellentiam esse in natura uel fortuna, pro quibus uidetur, qđ Deus sit ei obligatus. O pater inquit ille. Vado ad missam ad diuina. & de mulierib. dico. 5. pater noster & 5. Aue Maria. ad honorem quinque plagarū, eleemosynas facio. Vnde pater. Ego naturaliter uolo, qđ Deus faciat mihi bene, & det mihi Paradisum. Ista est supbia maxima: quia ut habet Tho. in. 2. di. 28. ar. 1. Merita nostra nō sunt sufficentia, ut Deus bonū nobis det. Ad Titum. 3. non ex operibus iustitiæ, qua fecimus nos, sed &c. & 2. Cor 3. nō sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis:

sed sua mera pietas. Hanc habuit Nabuchodonosor, de quo Dan. 4. di. Nonne hæc est Babylō, quā ego edificaui in robore meo. i. uirtute mea? Sed punitus est, q a in bestiā mutatus, secundum fantasiā, & herbas ut bos edebat, qui a capite usq; ad mediū erat ut bos: de residuo, ut leo. Præterea in hac fuit Semeias propheta. 3. Reg. 14. qui missus ad rephendēdū Ieroboā de idolatria. Domum reuertens, quadam occulta superbia ipsum apprehēdit, ascribens meritis suis illa bona. A leone in uia strangulatus est. O quot de istis. Tertia species &c. cū quis iactat habere quod nō habet, o quot

3. de his, de hac Esa. 15. Audiuimus superbiā Moab, superbus est ualde. Supbia eius, & arrogātia eius, & idignatio eius. plusquā fortitudo eius. Ille. Ista est periculosa, pręcipue in his qui se sanctos reputant, & confidunt in illa, & de facili ruunt. Figura de Petro Lu. 22. qui de se cōfidēs dicebat. Et si oportuerit me mori tecū, &c. Super quo Amb. 6. q. 1. Imitatæ. S. Petrus lapsus est, qui dixerat. Et si omnes scādalizati

ti fuerint in te, sed non ego: quis alius de se presumat? Ille. In hac fuit ille heremita, qui a Deo hanc gratiam petebat, ut ipsum custodiret a peccato ueniali, q a se a mortali custodiret. Quadam uice in sero, agnouit mulierem per desertũ uagantem. Et ut nesciretur eius peccatum, eam occidt. Cui Dæmon. O heremita. Vbi est sanctitas tua. Ideo Hiere. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitijs suis. Apostolus. Qui stat uideat ne cadat. Quarta species est, cũ quis ceteris despectis, singularis uult uideri. In hac Phariseus. Luc. 18. Gratias tibi ago: quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus. Et Mat. 23. Orta est discordia inter Apostolos, quis eorũ esset maior. Vnus aliũ despiciebat: quibus Christus. Qui maior est uestrum, erit minister uester. O quot sunt qui alios despiciunt, Et de Religiosis qui uadunt cum collo torto, ut teneãtur sancti: & sic exaltantur ad officia. Hieron. 2. contra Pelagium. Quamuis alijs uitijs carere possumus, maculam hypochriseos, habere nõ posse, aut paucorum est, aut nullorum. Exẽplũ patris Dominici q a Dæmone quęsiuit, quale erat peccatum Religiosorum. Respondit hypochrisis, quia uolunt teneri sancti, & laudari. Contra Ouid. lib. 3. de arte. Non enatet in uultu, damnosa superbia uestro. Facetia de incessu qum collo torto. Fuerunt in fouea pullimurum, qui antequam exirent a patre & matre, edocti fuere quod si quãdo xire uellent, de fouea, & aliquid uiderent patri, & matri primo nunciarent. Vna dierum uiderunt gallum. Aiunt patri, uidimus animal cum corona in capite, cum calcaribus ad pedes, non timeatis aiunt, quia est socialis, & uobiscum comedet. Alia uice uiderunt animal quasi mortuum in terra, cum capite inclinato. Aiunt patri, uidimus sic & sic. O uideatis bene, est noster inimicus, ille est catus. Ad ꝓpositum de hypochritarũ capitibus tortis, abstinẽdum est. Vnde patet primum. Secundum dicitur &c. peccatum superbię est abominandum. 3. ratione.

Prima, quia omnia crimina inducit.
Secunda, quia omnis iustus illam fugit.
Tertia, quia quietem mentis tollit.

Prima quia omnia crimina &c. Ex superbia omnia mala p-cedunt. Gregor. 31. moralium. Regina omnis mali superbia est. Augu. lib. de natura & gratia. Sine elatione superbiæ nullũ peccatum inuenies. Eccle. 10. Initium omnis peccati superbia. Et non est aliquod peccatũ in rerũ natura, quod tm̃ Deum, & proximũ offendat, ut superbia. Quis mala posset tibi castigare, huius feræ pessimæ? Ex hac Absalon patrem suum Dauid, tentauit de regno expellere, ut ipse rex præficeretur. Ex hac Romulus fratrem suum Occidit, ut solus regnaret. Ex hac Iulius Cæsar persecutus est Pompeium, usq; ad mortem, cum quo plurima bella gessit cupiditate imperij. Ex hac Marius Romanus, non contentus quod sexies fuerit consul Romanorum: alios despiciens, uoluit & septimo esse uiolenter, ex quo facta est maxima interfectio inter Marium, & Sillam, qui eum impedire uolebat. Ex hac Magnus Alexander mouit bellum: totum orientem uexauit suis bellis. Ex hac quot mala iter Romanos, & Carthaginenses sint secuta, Ibi narratur. Quod dum Chartago semp esset inimica Romanorum M. Cato iudicauit, quod totaliter esset ruinanda. Sed Scipio Nassica dedit sentẽtiã, quod non, ne Romani uenirent adinuicẽ in bellum. Vides Senatus sententias cõtrarias hominum grauium, tenuerũt medium, & creatis consulibus Tito Manlio, & Catone, Cẽsorino: miserunt contra Carthaginenses, qui præceperũt ipsis, ut incenderent ipsorum naues bellicas, & solum seruarent illas de mercantia. Quod fecerunt ut in pace uiuerẽt. Præterea præceperunt, quòd omnia arma ad faciendum defensionẽ, essent sibi consignata: fuere contenti. Præterea cõsules habetis armis: fecerunt præceptum quòd irent habitare ubi placeret eis: ita quod. 7. milibus distarent a mari, quia uolebant ruinare Carthaginem. Audientes hoc miserunt se in disperationem, deliberantes defendere se, & mori. Scipio posuit se ad campum cum exercitu, & illam expugnauit, & illam incenderunt, secundum decretum Romanũ. In quo bello tot Latini, & Romani mortui sunt, q; erat difficile iudicatu: si de illis bellis erat ridendum uel plãgendum, pro una parte, & alia. Ibi enim mortui sunt nobiles duces, & præstantes Romani. Venias ad practicam, quan-

ta

ta sanguinis effusio facta est? Quot milia hominũ sũt extin ƈti? O desolatrix ciuitatum. O Bononia mater studiorum. O Ianua regina maris. O Asculum. O Placentia. O Asisium. O Viterbium. Vbi gloria uestra? ubi populi multitudo? ubi antiquæ diuitiæ? Ex hac ciuis surrexit in ciuem: amicus in amicum: & plateę ciuitatum sunt desolatæ. Contra tales, Petra. in 6. diuinitatis. O uere surdi nudi, & fragiles judicij, & cõsilij expertes: pœnitus ægri ac miseri mortales. Secundo ratione &c. Christus cum facto miraculo de quinque panibus, uoluissent ipsum regem facere. Ioan. 6. Ab eis fugit superbiam uitans. Moy. cum esset anno. 83. & mitteret a Domino, ut esset dux populi, excusauit se qđ esset impeditioris linguæ. Exod. 14. Hieremias cũ a domino mitteretur, ad prædicandum dixit. Ha ha ha, nescio loqui. Hier. 1. Marcus Euangelista, truncauit sibi pollicẽ: ne ordinaretur sacerdos, ex humilitate. Greg. Magnus a populo electus in Papam, fugit, & coquinam fecit in sancto Greg. per sex mẽses. Sed quare tunc pontifices renuebant papatum? Respondet Vincen. in speculo in li. 3. speculi moralis. Quod a tempore Petri usq; ad sanctum Syluestrum fuere. 32. papę qui per martyrium ferè omnes transierunt. Vnde post Sixtum, diu uacauit Papatus: & nullus ipsum uolebat, duplici ratione. Et quæ sunt Gabriel? Primo ratione mortis, quia erant primi Secũdo ratione paupertatis. Sed post quàm Ecclesia, est diues facta, per Cõstantinum, nullus reperitur, qui cum tenuat. imo per mille uias quæritur. Præterea Greg. Nazanzenus Episcopatum dimisit: ut sapientiæ uacaret. Ambro. Ne promoueretur in ipsum, meretrices secũ uocauit, ut crederetur malus: sicque hoc saltem facto, desisteret eũ ordinare. Aug. inuitus est ordinatus. Hiero. cardinalatum dimisit, ut literis in Bethleem insudaret. Vincen. cardinalatum noluit sibi oblatum. Dominicus Episcopatum. Bern. similiter. Et de Monacho clareuallensi di. Gofredo, cum fuisset in Episcopum electus, & cogeretur ab Eugenio. & Ber. dixit. Monachus fugitiuus eẽ potero si me hinc eiicis: Episcopus autem non ero: post mortem cuidam apparens dixit. Reuelatum est mihi a sancta Trinitate, q si Eps fuissem ordinatus, fuisse de numero dãnatorũ. 16 d. 40. c. mul-

ti. Quicunq; desyderauerit primatum in terra, inueniet cõfusionem in cœlo. Nec inter seruos Christi cõputabitur, q de primatu tractauit. Ille. Practica. Quidã ponunt obseruãtiã in zocholis, & barbam deferre. Quidam non comedere carnes. Quidam portando cilicium. Conclude, quod solũ est in vera humilitate. Vnde Mat. 20. Quærentibus primatum Apostolis di. Nescitis quid petatis: Tertiò ratione. Superbus est martyr Diaboli, & semper habet in corde ignẽ, semper in cogitationibus, & desideriis, & si quis ei reuerentiam non prebet, turbatur. Quod bene Salomon agnouit. Eccl. 10. Odibilis est corã Deo, & hominibus superbia. Superbus non põt esse cũ aliquo, sua cõuersatio mala: Secũdũ Alb. in cõ. Theologiæ, triplex est differẽtia superborũ: quidã in diuitiis. Cõtra quos Apostolus. 1. Tim 6. Præcipe diuitibus huius seculi, nõ superbe sapere considera o Paule, quia hõ est mortalis & nihil secum affert. David in Ps. 75. Dormierunt somnũ suum, & nihil inuene. &c. Iob. 29. In nidulo meo moriar. vñ dux Venetorũ uoluit pro Epitaphio. Hoc solum mihi superest sepulchrũ Ambr. Non sunt hominis bona q̃ secũ ferre non põt, sola misericordia, comes est defunctorum, quidã in gñis nobilitate. O pr: de domo mea exiere uiri clarissimi, comes, equites, doctores in utroq; iure. Domus nostra nominatur p totũ mundũ. Amicitia nr̃a, cõiũcta est cũ comite Barrela: Ioã. de la Tela. Facino cane: Ianuæ cũ domo doria. Adhuc supersunt archiuia cũ instrumentis. Vnde Salustius. Cõe malum nobilitatis est supbia: qđ cõtra Hieronimus. Nobilitas summa apud Deũ est, clarũ esse uirtutibus. Et Caius Flamineus cõtra. P. Corneliũ. Scipionem Ego. n. non in aliena gloria, aut falsis fortunæ bonis, nobilitatem esse, estimo, sed in propria utraq; animi uirtute, ubi stat hominis nobilitas. Rñsio q̃ ĩ uirtute A scula. de hoc. Sapiẽtia p̃ualet thesauro, sapienti nõ de sunt diuitię, dum anima in malum nõ euitatur. Quidam in põpis uestimentorum: cõtra mulieres, & alios. Practica cõtra mulieres. O uetulę dicite quæso, ubi est uestra omniũ pulchritudo? O Helena apud Gręcos, O Polixena ĩ Troia: O Dido in Carthagine, O Arothonica in Syria, O Cleopatra in Egypto, O Lucretia Romæ, O Faustina prima augusta, ubi

est

est pōpa uestra? ubi uestes aureę & argenteæ? ubi sunt cathenæ aureæ? certe in terra. De his Ber. O esca uermium, o massa pulueris, o stulta uanitas, cur sic extolleris? Ignorās pęnitus vtrum cras uixeris, fac bonum omnibus, quandiu poteris. Secundū sentētiam Tho. super epistolas Pau. Quatuor sunt genera personarum quę cœlum non possident. Primi voluptuosi qui asperitatē uitant, quæ ad vitā ducit. Vnde 1. Cor. 15. Caro & sanguis, regnum Dei possidere nō possunt. Secundi auari: quoniam porta est angusta. Matt. 7. Intrate per angustam portam. Asinus non intrat per portam strictam, nisi exoneretur. Auari uero nolunt exonerari, ab illicite acquisitis. Luc. 17. Facilius est camelum transire per foramen acus, quàm diuitem intrare, in regnū cœlorū. Tertii sunt negligentes operarii. Matt. 8. Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cęlorum, sed qui facit uoluntatem patris mei, qui in cęlis est. Mens enim nostra debet esse intēta, ad seruiendū Christo. Quarti uanegloriosi, & elati. Io. 10. Christus. n. est ostium quo intratur, sed ostium est bassum, unde nō potest quis intrare nisi demisso capite. i. mente humilitatis. Mat. 18 Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli: nō intrabitis in regnum cœlorum. Exemplum mulieris comitissæ: quæ post mortē apparuit suæ familiari, & dixit. Heu misera me sum damnata propter ornatum uestium, & in residuis bona fui. Ad idem. Quidam frater noster animam fęminæ damnatæ sibi apparentis, interrogauit, quæ sunt peccata quibus homines damnantur? At illa. Homines inquit, per omnem uiam peccati ad infernum eunt. Sed mulieres, pp quatuor genera peccatorum. Primò pp peccatum linguæ, dicendo malū de proximo, & seminando discordias, pp pc̄m sortilegii: & propter erubescentiam peccatorum confitendorum propter peccatū uani ornatus, & fictionis. Interrogās autem, an posset iuuari anima: disparuit. De hoc Asculan. Ne fęminæ stultæ credatis, ne uos accendat eius ficta uenustas: sed inspicite: qūo intus est urēs ignis mulieris, inferni abyssus, nunq̄ dicunt sufficit, sed sine fine cupit. Vnde patet secundum. Tertium dicitur &c. In Ps. 30. Retribuet dominus abundanter fac. sup. Quod patet exēplis scripturæ.

Lucifer punitus est, quia superbus. Adã, & Eua, expulsi sunt de Paradiso, quia superbi. Volẽtes edificare Turrim Babel usque ad cęlum: sunt puniti. Pharao submersus est, quia superbus. Sennacherib exercitus 185. milia sunt interfecti, & Holofernes Iudith. 13. Et de Symone mago, qui coram populo Romano uoluit ascendere in aere, punitus est, quia cecidit in terrã toto corpore colliso. Exemplum notabile in lib. de 7. donis. Cuidã Philosopho fuere positę istæ quæstiones, ut eas solueret. Prima cum quibus sociis erat hõ? Respondit cum sex. Fames, sitis, calor, frigus, infirmitas, mors. Secunda: ubi homo? Respondit in bello plurimo. Ante, retro, sursum, deorsum. Tertia quæstio. Cui similis erit homo? Respondit. aceruo niuis, qui sicut a calore resoluitur: sic homo putredine terræ, cinis efficitur. De quo Gen. 3. Cinis es. & in cinerem reuerteris. Et Petrarca. 3. Trium. mortis. O ceci tot curæ, quid iuuant? oẽs reuertimini ad antiquam matrem. Noster Poeta describit sapidã, aureãq; sententiam. O ceci & incircunspecti mortales, nimium rerum caducarum cupidi: ubi sunt prętiosæ gemmæ, ubi lecti præparati. Ideo Ber. lib. medi. Dic mihi, ubi sunt amatores mundi, qui ante pauca tempora nobiscum fuerunt: nihil ex eis remansit, nisi cineres, & uermes. Attende diligenter quid sunt, & quid fuerunt. homines fuerũt, sicut tu, riserũt, biberunt, comederunt, duxerunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descenderũt, hic caro eorum uermibus, illic animę ignibus deputantur, donec rursus infœlici collegio colligati, sempiternis inuoluantur incendijs, qui socij fuerunt in uitiis. Quid illis profuit inanis gloria, breuis letitia, mundi pompa, carnis uoluptas, falsæ diuitiæ, magna familia, & magna conscientia? Vbi nunc eorum risus, ubi locus, ubi iactantia, ubi arrogantia?

Feria V. secundæ hebdomadæ. An diuites possint saluari.

HOmo quidam erat diues, & induebatur purpura & bys. Luc. 16. Quare non exprimitur nomen diuitis, sed bene pauperis: quia Lazarus? Resp. Greg. Quia non

non erat cognitus iste diues, notitia approbationis. Vnde Christus de reprobis. Matth. 7. Nunquam noui uos, discedite a me: & de fatuis uirginibus, Amen dico uobis, nescio uos, & Psal. Deleantur de libro uiuentium &c. erat ergo diues in quo ostenditur superfluitas in suo incessu. Induebatur purpura, quae est uestis regalis, & bysso, i. camisia lini subtilissimi, in quo ostenditur excessus in uestitu. Epulabatur quotidie splendide: in quo ostenditur excessus in uictu: & erat in eadem ciuitate, quidam nomine Lazarus, mēdicus. Mēdicus dr̄ qui eleemosynas quaerit nutu solo, pauper autem qui ore. Iste dicebatur mēdicus: iacebat ad ianuā eius ulceribus plenus, cupiens saturari de micis, non dicit de pretiosis, quae cadebant de mēsa huius diuitis: & nemo illi dabat: quia tali dn̄o, talis est familia. Ideo illi confirmabantur in duritia mentis; sicut est pater, ita cōiter filius. Sed & canes ueniebant, & lingebant ulcera eius: gratiores erant canes q̄ iste infamis diues, quia lingebāt sua lingua. Factū est ut moreretur pauper Lazarus, & portaretur ab Angelis in sinū Abrae. s. ad limbum sanctorum patrum, ubi descendebant iusti, ante Christi Ascensionem. Mortuus est aūt, & diues, & sepultus in inferno: in signum quod diuitiae hoīem non saluant. Eleuans aūt oculos, dum esset in tormentis, uidit Abraam a longe, & Lazarum in sinu eius. Quaeritur. Vtrum damnati uideant gloriam beatorum? Respondeo q̄ sic, ut sic eorum poena plus crescat. Sed confuse uidēt, usq; ad diem iudicij, ex qua uisione: o qualis dolor. Vnde Psal. 3. Peccator uidebit & irascetur. Sequitur. Pater Abraham miserere mei. Glo. False patrem uocat, quem in operibus misericordiae noluit imitari. Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meā. Ibi plus cruciabatur, quia per eam plus peccauerat. Respō. Abraam. Recordare fili, quia recepisti bona in uita tua. Hiero. super hoc. Difficile imo impossibile est ut praesentibus & futuris quis fruatur bonis, ut & uentrem hic, & ibi mentem impleat: ut de delitiis ad delitias transeat, & in utroque seculo gloriosus appareat. Policrates lib. 4. c. 10. Impossibile dicunt quidam, & hic florere cum mūdo, & in aeternū florere cū Christo. Et Lazarus similiter mala. Vide

de

de hoc non posse exaudiri, petiit aliud dicens. Rogo te pater, habeo quinque fratres &c. Vtrum reprobi uellent omnes damnari. Respondit Tho. 4. d. 50. quod sic. etiam parentes. Et hoc propter inuidiam, quæ est in eis. Sed minus inuident suis propinquis, quàm aliis, quia eorum pœna augmentaretur, ex hoc diues non est motus ex charitate; sed propter bonum suum. Et ait illi Abraam. Habent Moysen, & Prophetas. Primò Moysen qui eos docuit moralia agenda. Et Prophetas. Qui docuerũt mystica credenda. Audiãt illos. Non patet, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Moti. s. ex nuncio. Respondit si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credẽt. Quod patuit per effectum; quia Lazaro resurgenti, & Christo testimonium perhibenti, non crediderũt; sed magis interficere eum uoluerunt, ut dicitur Ioã. 12. Similiter nec Christo resurgenti; sed magis suaserunt falso, ipsum non resurrexisse. Et corpus eius a discipulis fuisse furatum, in quo Euangelio prædicabimus de diuitiis, de quibus tria sunt consideranda.

Primum dicitur opinionis.

Secundum dicitur declarationis.

Tertium dicitur inductionis.

Primum dicitur &c. Quæritur dubium. Vtrum diuites diuitias habentes, aut habere uolentes possint ad æternam uitam peruenire. Circa hoc duæ sunt opin. Vna est opinio pauperum. Alia diuitum. Pauperes arguunt pro prima opinione, ꝙ diuites non possunt saluari. Vnde probant triplici medio conclusionem.

Primo, dictis Scripturarum. Secundo, dictis doctorum. Tertio, dictis Philosophorum.

Primo dictis &c. In ueteri testã. Eccl. 11. Si diues fueris, non eris innocens a delicto. Et Pro. 28. Qui festinat ditari, non erit innocens. & Dauid. Psal. 33. Diuites eguerunt, & esurierunt & 1. Tim. 6. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum Diaboli, & desideria mala: q̃ demergunt hominem in interitum, & perditionem. Præterea ueritas incarnata Christus. Luc. 6. Ve uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestram. & Mat. 19. Facilius est

camelum

camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem intrare in regnum cęlorum. Et Virgo Maria in cantico suo dulciter canit. Luc. 2. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Ex hoc Christus uoluit in exēplum paupertatis, eligere matrem pauperculam, & Ioseph carpentarium, pauper ipse permanens, ad patibulum crucis. Vnde Luc. 18. Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos, filius autem hominis, non habet ubi caput reclinet. Secundo dictis doctorum. Quid dicis o Pater Aug. in lib. 83. q. Venenũ charitatis, est spes adipiscendorum. & Chryso. super Matth. Si bonum esset aurum, utique Christus dedisset Apostolis, qui eis ineffabilia contulit bona; quinimmo pauperes, & orphanos eos uoluit esse; ut exemplum paupertatis, & contemnendi diuitias nobis daret. Tertio dictis &c. Seneca li. de morib. &c. Mihi crede: non potes esse diues, & fęlix. Et Tul. lib. 1. off. Pecuniæ fugienda est cupiditas. Nihil est. n. tam angusti, tamq; parui animi, q̃ amare diuitias. Nihil est honestius, atque magnificentius, quàm pecuniam contemnere. Ille. Ex hoc Philosophi ipsas contempserunt, ut ponit Valerius, de Anaxagora. Cum uidisset omnia sua dissipata di. Non essem ego saluus, nisi ista periissent. Et Zeno Philos. Iubet me fortuna, expeditius philosophari Et Crathes Thebanus pergens Athenas, ad philosophandum, uenditis bonis suis, & in aurum cōmutatis, prætium illud proiecit in mare, inquiens. Ite aurum, & diuitiæ, potius nos mergã, q̃ mergar a uobis. Et sic patet prima opinio, quod diuites non possunt saluari. Exemplum illius diuitis hodie qui mortuus, & damnatus. Secunda opinio est diuitum, q. diuites saluantur, & non pauperes. Quod probant authoritate, & exemplo. Primo authoritate scripturæ lib. Prouer. 27. Propter inopiam, multi delinquunt. O quot furantur. O quot uadunt ad lupanaria. Pete a mulieribus pluribus, quare uadunt ad loca similia. Pro maiore parte dicēt. O pater, quia paupertas me cogit. Sic dico de sacramentis factis, & de aliis rebus illicitis. Vnde Philosophus in 1. Ethico. Impossibile est indigentem operari bona. & in 4. Ethico. Omnis indigentia mala. Sed per oppositum homo diues potest facere eleemosynas, subuenire miseris, redimere

mere captiuos, maritare puellas, fabricare Ecclesias, construere monasteria, quod facere nō potest pauper, & inopi. Et hoc modo potest se redimere, de manu diaboli. Pro. Redemptio animæ uiri, diuitiæ propriæ. Amb. super Luc. Diuitiæ probis, sunt adiuuamenta uirtutis. Secundo probatur exemplo. Adsunt exempla uirorum sanctorum Gen. 14. Abraham fuit diues auro, & argento, & tamen saluatus est. Et Iob 1. Fuit diues septem milia ouium, tria milia camelorum, tamen saluatus est. Et Matth. 8. Centurio fuit diues, tamen a Christo commendatur, de maxima fide. Amē dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel. Et Luc. 19. Zacheus fuit diues. tamen meruit Christum suscipere hospitio. Præterea Greg. Papa. Siluester Papa. Sanctus Rochus. S. Ludouicus Rex Francorum, fuerunt diuites, tamē sunt salui. Igitur patet diuites melius saluari, quam pauperes. Et sic patet primum. Videamus ueritatem. Secundum principale &c. Doctores nostri super hanc materiam, talem dant distinctionem. Aut diues bene se habet ad diuitias. utēdo illis ad dei laudem, & commodum proximi. Aut male. Si primo modo diues saluabitur. Si secundo modo dānabitur, ad hoc ut bene, & sine peccato se habeat ad diuitias opus est ut se custodiat a sex malignitatibus: quæ faciunt diuitem damnosum.

Prima dicitur inordinata solicitudo.
Secunda dicitur illicita congregatio.
Tertia dicitur improba affectio.
Quarta dicitur iniqua possesio.
Quinta dicitur prodigalis expositio.
Sexta dicitur superba conuersatio.

Prima dr̄ &c. Abstinere ab excessiua solicitudine. Quod ostendit Christus Mat. 6. Nolite soliciti esse dicētes. Quid māducabimus: aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc omnia gentes inquirunt. Scit. n. pater uester cęlestis; quia his omnibus indigetis. Sequitur. Primum quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur uobis. Iste est modus congregandi. Sed dicit mihi diues. O pr̄, habeo puellas nubiles, oportet me lucrari, oportet me esse solicitū. Præterea nonne dn̄s dixit Gen. 3. In sudore uultus tui, uesceris

vesceris pane tuo. & Ps. Labores manuum tuarũ, quia mãducabis? Rñ. scd̃m Doc. ꝙ duplex est solicitudo. Vna bona, altera mala, bona est, quãdo hõ pp tpalia bona: non amittit diuina, non missas, non sermones, & alia necessaria animæ propriæ, quia postquam perfecit omnia, quæ, sunt aĩæ, occupat se circa corporalia. Ista est bona solicitudo, sine qua nemo diu uiuere põt. Vnde Hie. super Mat. Solicitudo tollenda est, labor aũt exercendus. Secunda dicitur mala, & est qñ hõ non curat de anima, non de Deo, & totum conatum suũ ponit in acquirendis diuitiis, unde ut diues fiat, postponit omnia bona animæ. Et dicit, qui in hoc mundo bene hẽt, hẽt in alio. O iudeæ, o canis. Cõtra tales d. Gre. di. 47. Oẽs dilectores in terrenis rebus fortes sunt: in cęlestibus aũt debiles. Nam pro tpali gloria, usque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua, nec parum quidem in laborib. subsistunt. Ille. Tales diuitie sunt in damnationem possidentis, qñ nimium inordinate satagit, in ipsis acquirendis. Figura. Luc. 11. De illo diuite, qui cum solicitudine congregasset bona tpalia, intra se cœpit cogitare dicens. Anima mea, multa bona hẽs in annos plurimos. Requiesce, comede, bibe. In nocte aũt fuit ei dictũ. Stulte hac nocte animã tuam. Dæmones repetent, quæ autem parasti cuius erunt? Nũquid tuam possessionem quam cum sudorẽ plantasti? Nunquid domum tuã quã depinxisti? Nunquid possidebis hæc bona ut tua? ideo Ascu. li. 4. Omne creatum currit per quatuor anni tpa, nec est stabilitas in terrestri regno, unus it, alius uenit, unus miser, & alter beatus, oĩa humana subiacent motui. Secunda malignitas &c. Quando hõ congregat diuitias mõ illicito, cum rapinis, fraudibus, extorsionibus. Tales diuitiæ faciunt hominẽ dãnosum, & priuãt ipsum uita ęterna. Quid dicis o Dauid. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo. aut qs requiescet in mõte scõ tuo? Nũquid usurarius? Nunquid fraudator. Non utic. Sed qui ingredĩ sine macula, & operaĩ iustitiam. i. q iuste acquirunt r. Et alibi. Quis ascẽdet in montẽ dñi? Responsũ est. Innocens manib. & mundo corde, qui non accepit in uanũ animã suã, nec iurauit in dolo proximo suo. Sed ve mundo a scandalis, quia hodie diuitiæ congregantur mille modis

illicitis,

illicitis & usuris. Nota. ij. Bona. q triplex est usura, qua hõ congregat diuitias. Prima animi. Ille pauper petit in mutuũ decẽ aureos ab auaro, usurario. ille prẽstat ei sub spe lucri accipiendi. quod aliter non faceret. usura est: licet non exprimat uerbo. O quot sunt de istis. Secunda est signi. Et est qñ quis difficilem se reddit ad mutuandum, cum requiritur. Respondet ei. Vere non habeo modo. Et utitur talibus uerbis ut indigẽs dicat. Amice, non ero ingratus: talis si accipit aliquid ultra sortem, usura est, & illicita congregatio. O quot sunt de his. Tertia est usura pacti: cum quis pactũ facit. Ego uolo sic & sic, ut faciam tibi tale seruitium. Et quod plus est: quidam faciunt per instrm. Et si sunt decem, faciunt dicere 16. Cremæ quidam ribaldus, qui mutuo dabat frumentum: faciebat fieri instrumenta: si erat decem dicebat quindecim. Quidam prætor, s. Fautinus nomine: familiæ pesaurorum, fecit manum præscidi notario. Et usurarium priuauit omnibus suis: omnia sequestrans in camera de S. Marco: ut usurarius publicus. O beatæ leges. O Prẽtores, tale ius agatis. Contra tales Deut. 23. Fratri tuo, absq; vsura, id quo indiget accommodabis. Tales diuitiæ sunt in damnum possidentis. Vnde patet secunda malignitas. Tertia dicitur &c. Quando homo amat diuitias intense: ponens in ipsis finem suum. Vnde Dauid in Ps. 61. Nolite sperare in iniquitate, & rapinas, nolite concupiscere diuitiæ si afluant. &c. In quibus uerbis Thom. in expositione Psa. dicit, quod circa amorem diuitiarum, homines se habent quadrupliciter. Quidam perfecte, quidam stulte, quidam mirabiliter, quidã damnabiliter. Primo perfecte: qui non habent diuitias, nec cupiũt habere: ut fuit Dominicus, qui unam solam tunicam habuit. Et de B. Vincentio, qui renuit capellam, & alii sancti. De talibus Matth. 5. Beati pauperes spiritu, &c. Et Ascul. li. 2. Et hi sunt patres immaculati: mundum dolosum contemnentes, semper intendunt operationibus uirtuosis, quos uirtus in cœlum deducit, cæteris in æternis pœnis desolatis. Secundo quidam fatue, qui non habẽt, sed cupiunt habere. De istis plenus est mundus. Quicunq; diuitias cupiũt. Seculares religiosi. Vnde Philo. 1. Poli. Desiderium diuitiarum uadit infinitum. Tales sunt

fatui,

fatui,qui cupiunt habere,quod confuſionem poteſt induce re animæ,& meritum ſuæ paupertatis amittunt. quæ uolū taria debet eſſe.Tertio quidam mirabiliter. Qui diuitias habent,non tamen amant eas, ut patet de multis uiris ſanctis,Ludouico Rege Franciæ,& de aliis. Et uere hoc mirabile.De hoc Eccleſ.31.Beatus uir diues,qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abiit, nec ſperauit in pecuniæ theſauris.Quis eſt hic,& laudabimus eum. Fecit.n. mirabilia in uita ſua. Secundum Dominicum Tholo. Aliquid dicitur mirabile propter duo, quia fit mirabiliter. Primo propter raritatem,ut ea quæ raro eueniunt,admirationem cauſare ſolēt, ut eclypſis ſolis,& huiuſmodi.Scđo pp difficultatem,ut quod homo in igne nō cōburatur. Ad propoſitum.Raro contingit ꝙ homines diuitias habentes, non ament. Et difficile eſt:ideo dicit. Fecit mirabilia, &c. Et Aug. Difficile eſt diuitias poſſidere, & non tenere nimis amore earum. Sicut Rex Ludouicus in Francia, Alexander in Oriente. Quarto quidam &c. Quia pro ipſis acquirendis,non curant Deum offendere,& peccata committere.De iſtis Matth.19.Amen dico uobis, quia difficile diues intrabit in regnum cœlorum.Et Lact.in 7.c.1.Virtutis uia,non capit magna onera geſtantes: eo fit, vt pauperes humiles Deo facilius credant,qui ſunt expediti, quàm diuites,qui ſunt pluribus impedimentis implicati; imo uere cathenati. Nec poſſunt in cęlum aſpicere,quoniam mens eorum,in terra defixa eſt.Illc.Tales moriuntur deſperati, oculis auerſis,cum clamoribus. Exemplum illius Bononienſis,qui bacile uoluit aureorum ante ſe di. O ducati mei; cum quanto ſudore uos acquiſiui. Cui uos relinquam. Et clamando expirauit.Auſcul.lib.4.dico tibi, te ſcire decet copiam diuitiarum,meo iudicio,acquiri ſine Dei diſplicētia,non poſſe.Quarta malignitas &c. Quando homo poſſidet bona pauperum,pupillorum,uiduarum, orphanorum, Eccleſiarum. Tales diuitiæ hominem diuitem damnant. Vnde Thom.2.2.q.62.ar.ult. Quandiu homo retinet male ablata,& proximi bona, ſemper eſt in ſtatu mortalis peccati.Vnde tenetur ad reſtitutionem, & ad omne damnum, & intereſſe; quia ſicut accipere rem alienam non eſt con-

tra

tra iustitiam, ita etiam detinere: quia per hoc quod aliquis detinet rem alienam, inuito domino, impedit eum ab usu rei suæ; & sic facit ei iniuriam. Contra tales Leui. 19. Non morabitur opus mercenarii apud te, usque mane. Verte te frater Gabriel ad diuites. O ciues mei ad uos clamo; qui bona pauperum iniuste detinetis. O pater habemus puellas, & magnam familiam ad nutriendum. Si reddere nolumus, mendicari cogemur; ad hospitale uenturi; edent nos pediculi, nec poterimus pompatice incedere. Audi diuum Hiero. in epistola ad Gerontiam. Melius est rem familiarem minui, quam animæ salutem perire. Et melius est amittere, quod uelimus nolimus, aliquando periturum est: quam id amittere, pro quo dimittenda sunt omnia. Ille. Et uere sic est, quia melius est modicum in miseria uiuere; quam perpetuo cruciari. Sed plures non faciunt: quia sunt affecti delitijs; & sic damnantur. Exemplum. In ciuitate Parmæ, dum quidam prædicaret de nostris prædicatoribus contra uitia, quidam vsurarius compunctus uenit ad ipsum, ut restitueret male ablata. Vxor & liberi hoc audientes ad ipsum pergunt, dicentes; o socie mi quid uis facere. Nõ portabo plus manichas rubeas, & caudam uestium. Et filii. O pater mi non poterimus incedere induti de ueluto; est de sanguine pauperum. Audiens iste noluit restituere. Et sic pater cum filiis, ad infernum sunt conducti, O lupina conscientia. Tales diuitię damnant homines. Quinta malignitas &c. Quia diuitias non debet expendere diues, mala mente; sed circa se prout opus est. Residuum uero circa pauperes. vnde Thom. 2 2. q. 23. ar. 6. Bona temporalia quæ homini diuiti conferuntur, eiusdem quidem sunt quantum ad proprietatẽ; sed quo ad usum non solum sunt eius; sed etiam aliorũ, qui ex his sustentari possunt: quod scilicet est superfluum. Ille. Nõ enim est homo dominus rerum; sed dispẽsator. Quod patet, quia non proprias; quia in morte nobiscum, eas portare nõ possumus. Vnde Amb. dist. 47. c. sicut hi. Esurientium panis est, quem tu detines; nudorum est uestimentum, quod tu recludis. Et Esa. 58 Frange esurienti panem tuum &c. Deute. 15. Ideo ego præcipio tibi, ut aperias manũ fratri tuo egeno, & pauperi; qui tecũ uersatur in terra, debet homo esse liberalis

ralis dando. Talis fuit Alexander Magnus:qui nihil habere volebat quod cum suis militibus participare nō posset. Vnde cum semel per quandam syluam pergeret:& ipse cum suo exercitu deficeret siti: Quidam pro magno munere scyphum aquæ sibi dedit: quem ille effundi mandauit. Noluit solus bibere, postquam aliis non poterat cōicare. Ille. Sed heu expenduntur hæc bona in pompis: in equis pauperes fame moriuntur,& Dæmon super hoc deridet.Et cauda mulierum est sella Diaboli. Exemplum habetur.Sāctus Zeno dum semel iret post beatum Ambrosium, vidit quandam mulierem cum lōga cauda incedentem, & cœpit ridere.Requisiuit beatus Ambro.cur risisset. Vidi inquit, quosdam Dæmones dormientem super caudam huius mulieris, & dum transiret ipsa per viam lutosam, eleuauit caudam,& Dæmones in ea dormientes ceciderunt in lutū, vnde alij dæmones ipsam sequentes, ualde riserunt.Iō risi.O vanitas.O ditissime.Clamant pauperes, clamant nudi, & clamabunt in iudicio. Iudicium iudicium domine. Tales diuitiæ sunt in damnationem possidentis.Exemplo huius Epulonis,qui expendens bona sua in pompis, & comessationibus, nec dans Lazaro micā panis,damnatus est. Mortuus est diues &c. Sexta malignitas &c. quando homo superbe conuersatur, & alios despicit ex suis diuitiis. Tales diuitiæ sunt in damnum diuitis. Quot hodie videmus superbire, qui in paucis diebus ex maxima miseria uenerunt ad maximas pompas, & hoc per fas & nefas, & nemo potest eis loqui, nisi cum ingenio & cum bireto in manu. Vnde Thom.3.parte q.40.arti.3. Abundantia diuitiarum est superbiendi occasio. Talibus uero diuitiæ sunt in damnationem.Vnde Apostolus.1.Thi.6.Præcipue diuitibus huius seculi non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum. Et quare.o pater? quia mortalis est, quia abominatio est. Et saccus est uermium. De magno Soldano legitur,quòd in morte sua, fecit deferre per totā Babyloniam super lanceam lintheamen, & clamare.Nihil de omnibus diuitiis secum portat Soldanus, nisi hoc lintheamen.Petrarcha.5.Trium.temporis.Prætereunt uestræ elationes,& pompæ,similiter dominia & regna pertrāsēūt,

omnia mortalia tempus detruncat. Tertiũ principale. &c. Inducimur triplicatione diuitias cõtẽnere, nec cor ponere.

Primò ratione exemplaritatis.

Secundò ratione auctoritatis.

Tertiò ratione damnabilitatis.

Primò &c. De Christo qui fuit pauper vsque ad crucis patibulũ. In præsepe nasci uoluit, in cruce nudus positus, fuit in omnibus pauper, ut doceret nos cupiditatẽ diuitiarum contemnere. O pauper Iesu. o mendice Iesu: qui nec domum habuit ad hospitandum, nisi in domo aliena. Præterea: exemplum adest sanctorum Dominici: Francisci: aliorumq;, qui diuitias contempserunt. Secundò ratione &c. Vnde dist. 17. c. Bonorum. Qui cupiditatem a se non abscidit: auctori bonorum adherere non ualet. Tertiò ratione &c. Quid habes opulentissime de auaritia tua, quo ad corpus non nisi terram. Psal. 75 Dormierunt somnum suũ nihil inuenerunt &c. & Iob 27. Diues cum dormierit nihil secum affert. Et nota qđ dicit nihil. Iob 13. Diues audi per charitatẽ. Hoc solum mihi superest sepulchrum. Eccles. 10. cum moritur homo, hæreditabit serpentes. O uerbum pretiosum, nunquid aurum? argentum? serpentes. O infamis. o opulentissime. o serue. Exemplo patet diuitis huius, qui sepultus est in inferno. Quapropter Aug. sermone ad Heremitas. 24. Noli plorare quę mundi sunt, & quæ sunt necessaria euenire. Depone de animo tuo fletum pro terrenis, & assume lamentum pro cœlestibus. Beati qui lugent, beati qui flent, quoniam ipsi ridebunt. Diligamus ergo lachrimas, quæ sunt suaues diligentibus Deum. Simus ergo tanto proni ad lamentum, quanto fuimus ad culpam audaces. Pone ergo oculum cordis, ut producat lachrimas compunctionis. Ille.

Feria VI. secundæ hebdomadę. XL. De usuris, & restitutione rei alienæ.

HOmo erat paterfamilias, qui plãtauit vineã, & sepẽ circundedit ei, & torcular in ea fodit, & edificauit turrim, & locauit eã agricolis, & peregre profectus est.

est. Matt. 21. Paterfamilias, secundū doctores est dñs Deus. Qui tres hēt familias, cęlestem, terrestrem, & infernalē, q plantauit uineam. i. plebem Iudaicam, de qua Esa. 6. c. Vinea domini exercituū domus Israel. Sæpe eam circundedit, quia eam muniuit angelica custodia. Torcular in ea fodit, quando legem sibi dedit, quia multis præceptis eos torquebat. Pręcepta fuere in sūma 9. c. 13. Edificauit turrim. i. templum in Hierusalem, quod erat edificatū in modū turris, & locauit eam agricolis. i. sacerdotibus, & principibus, qui habent offm̄ seruandi cultum diuinum, & iustitiam in omnibus, & peregre profectus est. Non quia mutet locum, qui ubiq; est præsens, sed quia dimittit agere secundū arbitrium suum. Ecc. 15. Deus ab initio constituit hominem &c. Cum autem tempus fructuū appropinquaret, quia post susceptam legē dębebant facere fructum bonorum operum: misit seruos suos. i. primos prophetas ad agricolas. i. ad reges, & sacerdotes principaliter, & ad alios subiectos, vt acciperent fructus, per prędicationem eos ad fructum bonorū operum reducendos. Agricolæ autem, seruos illos apprehēderunt, & alium secuerunt, ut Esaiam prophetam, qui sectus fuit serra lignea ex præcepto Manasse regis Iuda. Aliū occiderunt sicut Amos, alium lapidauerunt, ut Zachariam prophetam, quē Ioas rex Iuda iussit lapidari in templo. Iterū misit alios seruos plures. s. multiplicando prophetas ad apostoli correctionem, & fecerunt illis similiter, eos occidendo, intantū q ut dicitur. 4. Reg. 21. Impleuerunt Hierusalem sanguine prophetarum, usq; ad os. Nouissime autem misit ad eos filium suum, pro nobis incarnatum dicēs. Verebuntur filium meum. Agricolę autem. i. sacerdotes & legisperiti, uidentes filium Christum benedictū, opera diuinitatis facientem, dixerunt inuidia moti. Venite occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Ex hoc tractauerunt de morte eius. Vnde Christum apprehensum circa uineam eiecerunt, & occiderunt, quia ut dicit ille noster Romanus Apostolus ad Heb. ult. Extra portam passus est. Deinde Christus interrogauit Iudæos di. Cum uenerit dñs uineæ. i. Deus pater ad iudicandum, quid faciet illis agricolis? Inter eos erant quidam boni, qui dixerunt. Malos male per-

det,quia eos,damnabit.Matth.25.Ite maledicti &c. Et ui neam suam.i.Ecclesiam triumphātem,locabit aliis agricolis.i.gentibus,& apostolis,& christianis,quia Iudęus de domino effectus est seruus,extraneus a regno Dei. Et qui dicebatur populus peculiaris,dicit̄ populus uidualis. Applica.de Vsuris erit sermo.De qua tria sunt uidenda.

Primum dicitur oppōnis. Secundū dr̄ modificationis. Tertium dicitur deceptionis.

Circa primum &c. Quæritur dubium. Vtrum usura sit peccatum,retinere rem alienam inuito domino? Circa hāc materiam quia plures sunt opiniones. Iō impræsentiarū solū duas capiamus,unam usurariorum & Iudæorū,qui usuram non esse peccatum probant,& arguunt sic. Omne peccatū est contra aliquam legem, sed usuras nō est contra legem, nec diuinalem,nec humanalem, ergo usura non est pc̄m̄. Maior est nota. Minor patet. Primo non est contra diuinalē,quia Deut.23.dicitur.Nō fenerabis fratri tuo ad usuram sed alieno,ergo non est &c. Secundò non est cōtra legem naturalem, quia de iure naturæ est, ut homo aliquid recompenset ei,qui sibi beneficiū contulit,ne ingratus inueniatur. Amicus enim sua pecunia mutuata, lucratur ad rationem 20.pro centenario,uidetur equum,ut mutuās sit particeps saltem.10.uel 7. alias mutuatur in damnum mutuantis.Quod contra dicitur in 6.de reg.iur. Nemo debet lucrari,cum iactura alterius.Non est contra legem ciuilē, siue humanalem,quæ permittit usuras.C.de usuris.l. eos. In bonæ fidei iudiciis quale est etiam negotiorū gestorū, usurarum rationem haberi certum est,& l. pro auro uel argento,& ueste,facto chirographo, licitas solui uel permitti usuras iussimus.Alia opinio dicit quod usuras est peccatum.Ambr.51.de bono mortis,& ponitur 14.q.1.c. Si qs usuram recipit,rapinam facit, uita non uiuit. s. gratiæ. Et extra de usu.cap. super eo. ubi dicitur. Vsurarum crimen utriusque testamenti pagina detestatur. ergo &c. Ad quā difficultatem respondet Theo.4.di.15.Scot.eadem dist.& Ric. ibidem. Quod usura omnis semper est peccatum. Quæ cōclusio,probatur triplici medio.Ratione.Aut. Exēplo.Primo ratione triplici.

Primò

Primò rõne mediationis. Secundo rõne præceptionis. Tertiò ratione comparationis.

Primò &c. Conclusio est Phi.2. Phy. Quod finis imponit necessitatem omnium eorum, quæ sunt ad finẽ. Exẽplí gratia. De infirmo, qui cupit sanitatẽ, oportet, quod sumat pillul. & postea medicinã, & alia necessaria: si in uno principali deficeret, q̃ est medicina, nihil faceret. Quia finis, imponit &c. Ad propositum. Finis noster est Deus, ad quẽ p uenire nõ possumus, nisi per media, quæ sunt tres uirtutes theologicę, & 4. cardinales, necessarię ad finẽ. Si in uno deficit, nihil homo facit. Quia ut dicit Magister in 3. Virtutes sunt cõnexæ, qui una caret, oĩbus careat. Tu uadis ad prædicationem, ex alia parte tenes concubinam nihil facis, quia ad finem deficit unũ. Ideo Lac. 2. Et habetur de pœn. dist. 3. cap. Pęnitentiam. cap. prope. cap. defleat. Et extra de re. iu. in 6. Qui totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus &c. Vnde Cano. extra de fide instrumen. cap. scriptura. In bulla Papæ: Si quid deficit, uel error in grammatica, pro falsa habetur: ita est in conscientia hominis, quamuis sint aliqua bona, tamen si deficit in aliquo mortali, nihil fit, quia finis imponit &c. Ad propositum. Inter cætera media potissimum est iustitia, de qua in 6. Eth. Præclarissima omnium uirtutum est iustitia, nec hesper, nec lucifer, est ita mirabilis. Quæ clamat reddere unicuique quod suum est, vt dicitur 3. q. 2. c. Cum deuotissimam. Et instit. de iustitia & iu. l. iustitia. Sed usurarius deficit ab hoc medio, quia non contribuit proximo suo, quod suum est, imo exigit ab eo aliquid ultra sortem. igitur &c. Secunda ratiò &c. Conclusio est Tho. 1. 2. q. 118. & 3. contra cap. 130. Quod illud qđ cadit sub præcepto, est de necessitate salutis. sed usura cadit sub præcepto quadruplicis legis: igitur. Primò legis naturæ, quæ uult, quod tibi fieri non uis, alteri ne facias, & econuerso: ut dicitur dist. 1. cap. 1. & distin. 2. cap. Sana. et 10. q. 1. c. Placuit. et Luc. 6. Prout uultis ut faciãt uobis homines, ita et uos facite illis similiter. Tu uis quod proximus tuus tibi mutuet, & quod non uendat ad terminum plus q̃ pro pecunia, & tu fac similiter. Præterea Tho. in trac. de. 10. præceptis dixit: quod non est peccatum

ſta periculoſum:ut uſura,& reſtitutio male ablati. Quæ eſt ratio ◦ Tho. Reſpondeo quod propter hoc, cum alia pecca ta contritione laxentur:hoc peccatum cogit ſolutio. Idem in 3.par.q.68 ar.6. Baptizati tenẽtur ad reſtitutionem male ablatorum. Secundo lege ueteri. In ueteri teſtamẽto Leuitici 25. Si quis damnificauerit proximum reſtituat ei: ut animal pro animali, mutuum pro mutuo. Et Deuter. 23. Fratri tuo abſque uſura id quo indiget accommodabis, & Exo.22. Si pecuniam dederis populo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quaſi exactor, nec uſuris opprimes. Et.2. Eſd.5. dicitur, quod cum maiores Iudæorum opprimerẽt minores vſuris. Eſdras audito clamore populi, increpauit optimates, & magiſtratus.d. Vſuras ne ſinguli a fratribus ueſtris exigatis. Non eſt bona res:quã facitis. Præterea lege Euangelica. Matt. 18 Redde quod debes. Rom. 15. Debita omnibus reddite. Tertio lege &c. de pœ. diſtin. 5.c.falſas. Qui bona alterius iniuſte detinet, ſciat ſe ueram pœnitentiam non poſſe peragere,& 14. quæſt.6. Si res aliena propter quam peccatum eſt, reddi poteſt, & non redditur, pęnitentia non agitur, ſed ſimulatur. Quod ſi ueraciter agitur, reddi debet, quia nunquam remittitur peccatum, ni ſi reſtituatur ablatum. Quarto lege &c. Vſura eſt prohibita lege ciuili, ut dicit gloſſ. C. de uſuris. in l. Vt autem, & l. 1. dicit gl. quod uſuræ peſſimo iure debentur, & autẽtica dicit etiam eam prohibitam. Præterea ff. de iniur. l. conditio. ff. de condi. indebi. l. rerum amotarum dicitur. Nemo debet cum alterius dãno locupletari, quia uulgo dicitur. Portio ſocij facit inflare &c. O quanti ſunt de illis, qui annis elapſis, de maxima paupertate, uenerũt in maximã opulentiã, & hoc per fas, & nefas. Ille pauper emit caſeum, quem nun quam guſtauit. Alius pannum, quem nũquam induit. O lupi. Multi quærunt miraculum, ſed hoc eſt maximũ. O uxores talium, ſi ueſtra ueſtimenta ſub torculari ponerẽtur, exiret ſanguis pauperum. Exemplum illius uſurarij, qui comedens, ſanguis de pane cœpit exire. Tales comedunt de omni parte, parum maſticando. Tertio ratione &c. In 2. Topic. ſi quod minus uidetur ineſſe ineſt, ergo id quod magis. Ad propoſitum. Si de minimis uſuris eſt neceſſaria reſtitutio, a

fortiori de magnis. Vnde Sco.4.dist.15.ponit talē casum. Martinus mutuauit Ioāni unum aureū tali pacto: ut in tali tempore restituat ei. Accidit quod in pari necessitate reperiuntur. Si Ioannes reddit, moritur fame. Si Martinus non recipit idem. Quid super hoc agēdum? Dicit Sco. cum quo est Ric. in 10. ibidem. Quod potius debet reddere, & mori. Igitur si in tāta necessitate, teneris restituere, multo plus nō existens in ea necessitate. Quæ cōclusio probatur exēplis. Primo de sancto Martino, qui ab Angelis &c. Cū quo exemplo. 15.q.5. Si quid inuenisti, & nō reddidisti, rapuisti. Danda sunt bona huiusmodi ad pias causas. Præterea ex cronica ordinis; cum quidam frater, pannum uilem sine licentia recepisset. ueniens ad mortem stetit ob hoc aliquot dies in purgatorio. Secūdo probatur exemplo politico. per Rab. lib.2.cap.2. De Fuluio Flacco. Cum esset super fabricam Romanorum, transtulit tegulas marmoreas a templo Iouis, in templum Fortunæ, quod erat Romæ, infra paucos dies mortui sūt duo filii. Vnde audita morte eorū, præ dolore se interemit. Quod audiens, Senatus Romanus tegulas restituit in loco: quasi attribuentes mortem filiorum furto, quod fecerat in tēplum Iouis. Sed heu quia pauci inueniuntur de istis. Exemplum de sancto Ber. Qui cuidā Demoni præcepit, ut a quodam exiret. Respondit. Nos sumus hic tres, ego uocor claudens cor. Alius claudens os, Alius claudens marsupium. Iste pro omnibus lucratur, unde patet primum. Secundum dicitur &c. Scilicet quibus modis usura committitur &c. Ad quod respondeo secundū Theo. Thom. quodlibet.9.q.9. Scot. in 4. & Can. in cap. Si uos. 14. quæstio.6. & gl. Super ea. Sepe contingit. De rest. spo. quod tribus modis committitur Primo recipiendo munus a manu. Secundo recipiendo munus ab obsequio. Tertio recipiendo munus a lingua. Primo &c. Siue sint denarij, siue aliquid quod pretio estimari possit, ut dicitur. 15. quæstio.3. cap. Putant. Vnde Ambro. Esca usura est, & uestis usura est, & quicquid sorti accidit, usura est. In hoc primo modo sunt. 4. conditiones personarum, immersarum in hac uoragine usuræ. Primi sunt multi nobiles, qui nolunt laborare: & ne pecunia eis deficiat, paulatim con-

sumendo tradunt eam mercatoribus, uel alijs: intendentes recipere aliquid annuatim ad discretionē suam saluo, semper capitali, & quamuis ipsi uocent hoc depositum: tamen est usura, ut dicitur. 14. quæst 10. 3. cap. si Feneraueris. Nec est depositum, nec sapit naturam eius. Sunt alij mutuantes pecunias, diuersis personis, accipiētes in pignus domū, uel agrum, sub nomine securitatis, & fructum interim dicti pignoris uolunt habere, quousque restituatur eis pecunia, non computando in sortem, usura est. Extra de vsur. c. Excusatur in hoc casu gener, qui cū sustineat onera matrimonij: & nondum habuit dotem: recipit a socero, aliquo modo possessionem in pignus, usque quo dotem recipiat. Hic sine usura fructus pignoris, suos facit. Nec tenetur computare in sortem: ut patet extra de usur. cap. Salubriter. Secundi qui committunt usuras sunt mulieres uiduæ: quæ ne cōsumant dotes suas, deponunt eas mercatoribus ad discretionem, quod usura est: uel recipiunt ab hæredibus cōiugis sui defuncti possessionem usufructuantem, quousque reddātur eis dotes: usura est. Istæ mulieres sunt longe dissimiles ab illa muliere nomine Bosa, regionis Apuliç ditissima, q 10. milia ciuium Romanorum confractorum ab Hannibale apud Cannas, intra mœnia canusina, benignissime absque ulla spe lucri; alimentis per plura tempora sustentauit, ut Vale. dicit lib. 4. cap. de liberalitate. Tertij sunt uenditores rerum, qui uendunt aliquid ad terminum. Et ratione termini, plus uolunt. usura est, quia tempus uendunt, quod Deus uoluit esse commune. Clama contra artifices. Quarti sunt, qui mutuant granum: uel bladum uetus, ut nouum accipiant. Et si hoc faciunt, ut melius accipiant, & utile intendunt ex mutuo: usura est. Secundo committitur usura, recipiendo intentione, & pacto: ut seruiant eis in operibus agri: uineæ, uel operibus boū. equorū: uel alio seruitio corporali, usuram committunt, ut patet extra de usu. c. Consuluisti. Tertio comittitur recipiendo &c. ut cum quis mutuat alicui, ut porrigat pro se preces pro aliquo officio, uel beneficio obtinendo, usura est Sed uæ, quia hodie non seruantur hi casus, & per consequens o quām multi damnantur. Exemplum illius usurarij, qui in testamēto legauit animam

mam suam, in præsentia uxoris, filiorum, & aduocati, in manu diaboli. Vnde dicunt Doc. quod non est peccatũ tam periculosum, ut usura & hoc triplici ratione.

Primo ratione derelictionis.

Secundo ratione succesſionis.

Tertio ratione reprobationis.

Primo &c. Vsurarius in morte, ab omnibus sanctis derelinquitur. Et merito. Cum enim non cesset etiam sacro die lucrari, Apostolorum, Martyrum, Virginũ. Ideo iusto Dei iudicio in extremis positus, ab omnibus sanctis derelinquitur, ut nec Deũ, nec sanctos, habeat ꝑ amicis. Et qñ in morte talis, legunt letaniẹ sanctorũ, Petre ora pro &c. uertũt faciem suam sancti. Secundo &c. hoc enim peccatum trãsit ad posteros, quia tota familia, est particeps huius peccati. Cũ in alijs peccatis, filius non portet iniquitatem patris, in hoc autem sic. Vnde dicunt Doc. ꝙ in aliquo usurarius est deterior Iuda De Iuda enim legitur Matt. 27. pęnitẽtia ductus, retulit. 30. ar. sed usurarius q̃ diu uiuit, non uult restituere. Tertio rõne &c. quia usura reprobaẽ triplici lege. Primo a Diuinali, ut patet. 22. Exod. & Leuiti. 25. Secundo a Canonicali, ut patet in decre. di. 56. ca. Seditionarios, Et extra de usuris. c. Quoniam. Vbi lex. 3 ponit. Primum est, quod usurarij manifesti, non admittantur ad communionem. Secundum est, ꝙ oblationes eorũ, non accipiãtur. Tertiũ est, quod non recipiantur ad ecclesiasticam sepulturã, si in hoc peccato moriantur. Et addit Petrus de Palan 4. quod tales si possint restituere per se, & non faciunt, licet mandent, ut restituatur, non sunt absoluendi. nec ualent eorũ testamẽta, nec ad sepulturã sũt recipiẽdi. O pater habeo bullas Clemẽtis, Sixti, Pij, qui me absoluũt. Et ego dico quòd pontifex super hoc non potest, quod usurã sine peccato exerceant, ut patet extra de usuris. Vnde librãda sunt uerba Christi. Lu. 6. Mutuum date nihil inde sperantes, est enim mandatuũ negatiuũ istud. Omne mãdatũ de usura, habet uim præcepti. ut patet. ff. manda. l. 1. ubi dicitur, qđ siue uolo siue rogo, siue alio quocunque uerbo scripserit, actio mãdati est. Istud ergo præceptum de usuris, inuiolabiliter obseruãdũ est. Date inquit mutuũ nihil &c. Secundũ Cano. sunt duę particu

Ix prima est. date mutuum. quoniam qui commode possit mutuare, sine notabili damno sui status: tenētur ad eos, qui sunt in magna necessitate. Secūda pars est: Nihil inde sperantes, & hoc est in præcepto. Ita quod intelligas de spe bonorum temporalium, quæ præcio æstimari possunt. Tamē dicit. Thom. 2.2.q.78.ar.2. Si mutuans, aliquid accipiat, non quasi exigens ex aliqua obligatione tacita, uel expressa, sed sicut gratuitum donum, non peccat; quia etiam ante quam mutuasset pecuniam, poterat accipere gratis aliquod donum licite. Nec peioris conditionis fit, quia mutuauit, cum eius intentio sit recta. Exemplum Arch. de usurario, qui in nocte de lecto surrexit, & in conuentum quēdam fugit. Filii autem dum inuenissent, & eum ad propria reducerent, raptus est in fluuium, & non amplius uisus est. Apparuit autem filius di. Ne incedatis per uiam quā ego tenui. Vnde omnes religionem prædicatorum, scilicet Mariam nouellam ingressi sunt, quæ tunc erat obseruantiæ. Vnde patet &c. Tertium dicitur &c. Super omnia peccata Diabolus maxime circa hoc laborat, & circa usurarium tres deceptiones suggerit, ut omnino damnetur.

Prima dicitur diminutiua. Secūda dicitur distributiua. Tertia dicitur commissiua.

Prima &c. Vsurarius in confessione positus examinatur: quantum damnum dedisti proximo tuo, in hoc uitio rapinæ? Respondet forte triginta, aut quadraginta aureis, cum fuerit forte per mil. lib. Vnde semper minus æstimat, quàm fuerit ualor. Faceria de lupo, qui a leone præceptū habuit, quod non damnificaret aliquem, nisi usque ualorem decē solidis. Famæ autem pressus tulit unum agnum qui decem solidis ualebat. Sed ipse non æstimauit nisi quatuor. Cū autem parum esset uentri, uitulum comedit. Accusatus autem leoni de transgressione præcepti. Respōdit non est uerum. Agnus ualebat quatuor, uitulus autem sex. Quatuor autē & sex faciunt decem. O conscientia lupina. Secundo &c. Videns Demon quod usurarius uult restituere; ponit ei aliquam deceptionem, quod bona sua contribuat Ecclesiis. pro uno calice, pro missali. pro capella, & sic miser, dimissa restitutione, dat Ecclesiis. Quod fieri non potest. O quot Eccle

siæ

fiæ sunt consecratę Diabolo, ex bonis usurariis. Tertio &c. Quia filiis finunt restitutionem fiendam, cũ ipsi per se obligentur sine mora. Unde gl. super c. Sæpe contingit. De restitutione spoliatorum. Ponit talem conclusionem, quod toties peccat quis mortaliter, quoties scit se debere restituere, aut satisfacere proximo, & potest, & non vult, nec potest absolui, nisi prius restituat, & ut dicitur in c. Si res. 18. q. 6. tenetur ad omne damnum, & interesse. Practica. O sacrista domicilij, s. Dominici. S Augu. mortuus est talis usurarius, vult sepeliri in tali loco uestro. clama. Nõ, non. Sed ubi sepelietur? Clama Hiere. 22. Sepultura asini sepelietur in agro. In chronica ordinis legitur, quod magister Iordanus; existens apud Vercellas, interrogatus: si usurarii saluabantur? Respondit. Quatuor genera personarum, cum maxima difficultate saluantur, super omnes. Milites, aduocati, mercatores, usurarij. Ad argumenta ad 1. non fęnerabis fratri &c. Respondeo quod per fratrem alienum intelligitur quilibet; qui non est de genere Iudæorum, & tunc dico quod illa fuit comparatiua permissio, qua minus malum permittitur, ne maius fiat: sic permissum fuit dare libellum repudij, & repudiare uxorem, ad uitandum uxoricidium. Sic & usura permissa erga alienigenas, ne simpliciter prohibita, maiore crudelitate crassarentur in suos: ut suæ cupiditati satisfacerent; propter auaritiam, cui dediti erant: ut dicitur Esa. 56. in fide. Ad secundam rationem. Quod usura non est contra legem naturę, dic quod ratio dictat; ut qs. mutuet proximo indigenti, si põt: sed gratis sine spe lucri. Nã & si recipiens tenetur naturaliter ad recompensandum suum benefactorem, hoc est ex debito honestatis, non necessitatis, scilicet quod quis possit cogi in iudicio, cum uero dicat usurarius, quod proximus sunt lucratur 20. pro centenario iustum est dentur sibi 6. uel. 10. Respondetur ꝙ ille lucratur principaliter industria sua, quia pecunia ex se nihil lucratur: ut patet tenendo eam in capsa. Et iam illa nõ est mutuantis: sed eius qui accipit mutuo; quia in ea translatũ est dominium. Et si perit in negociando, uel aliquid agendo, perditur periculo suo non mutuantis: si tamen mutuans ex carentia pecuniæ mutuatæ esset passus damnum: tunc

tunc mutuans deberet ei satisfacere de damno secuto, etiã si non fuisset pactum, secũdum conscientiã. Ad illud aliud quod ius ciuile concedit usuram, dic ꝙ leges ciuiles dantur propter eos, qui sunt pro maiori parte mali, & imperfecti. Vnde intendunt ut pacifice ciues conuiuant inuicem. Ideo solum prohibet expresse uitia; quæ sunt magis perturbatiua quietis temporalis, ut adulteria furta, & huiusmodi. Alia uero permittunt, non ut licita concedentes, sed ne peiora contingant: sed lex diuina, cum sit supra omnem legem humanã, ut patet. d. 8. per totum. Et Canonistæ, sic ẽt præiudicat ciuili in his quæ ad conscientiam spectant. Iõ in hoc leges ciuiles cedũt diuinæ & canonicæ. Quia si illæ leges sunt iustæ quo ad ciuilitatem uitæ præsentis, non tamen sunt iustæ quo ad ciuilitatem supernam adipiscendã. Ad quod oportet ab omni peccato esse immunem, quia nõ dedignantur leges sacros canones imitari.

Sab. III. XL. Quod Maria est sancta sanctorum; & cum ipsa tota Trinitas, & est Dea nostra.

FIli tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Lu. 16. Exemplum: Miles quidam ab inimicis est captus, qui timentes, ne eriperetur de manibus suis, decreuerunt ipsũ statim occidere; quod cernens ille non esse aliquod remedium, supplici uoce dixit illis. rogo uos ut dignemini mihi concedere paruum tempus, ut peccata mea possim confiteri. Cui dixerunt. Nolumus; sed caput flecte; quum hoc ageretur, dixit. Animam meam, & corpus: commendo matri illi misericordię Mariæ dulcissimæ, mori non potuit, & oẽs illi, timore percussi fugerunt, & quum interrogarentur ab amicis suis; quare non occiderunt ipsum, & mori non potuisset; dicunt se uidisse mulierem quãdam in habitu albo; quę ipsi ad sui inuocationem manum submisit, ne moreretur. Vnde ex hoc exemplo ipsam salutabimus. Aue gratia plena &c. Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Recitat Lucas de duobus filiis, & de minore, qui a pře substantia accepta, ad longinquas partes ductus; substantiam ipsam dissipauit, luxuriose uiuendo. Secundum Alb. peccatum

eum luxuriæ præcipue dissipat quatuor bona. Primo substantiam temporalem, Pro. 26. Qui nutrit scortum perdet substantiam. Secundo uitam corporalem. Sene. Plures occidit uoluptas quam gladius. Tertio gloriam mundanam. Eccle. 47. Inclinasti fœmora tua mulieribus, & dedisti maculā in gloria tua. Quarto gratiam spiritualem. Gen. 6. Non permanebit spiritus meus in homine: quia caro est. In se autē reuersus. i. cogitans mala quæ fecit dixit. Pater peccaui. s. male uiuendo. In cœlo. i. coram cęlesti curia, & Angelis sāctis: Et coram te. s. te uidente, & sciente: quia oculi tui me uident. Ps. 138. Imperfectum meum &c. Quem pater uidēs ipsum suscepit gratanter, & honorabiliter, & fecit eum indui stola prima. Maior filius audiens tot læta super iuniorem; de agro ueniens, indignatus erat. Respon. pater uerba assumpta. Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.

Quæ uerba dicuntur a Maria filio suo. Fili mecum es. Cū Maria est pater per potentiam. Cum Maria est filius per sapientiam. Cum Maria est spiritussanctus per clementiam. Vnde dicitur sancta sanctorum. Quæ conclusio probatur triplici ratione secundum doc. nostros.

Primo ratione sanctificationis.
Secundo ratione coniunctionis.
Tertio ratione diuinalis infusionis.

Primo ratione &c. Quia super omnes fuit sancta. Pro maiori notitia dicendorum: notandum est secundum Tho. in opus. 3. Ric. in 4. di. ar. 4. q. 4. Et Alb. in 4. li. Comp. c. 4. quod quadruplex est sanctificatio.

Prima est uniuersalis. Secunda est specialis.
Tertia est singularissima. Quarta est singularis.

Prima est uniuersalis: quo anima sanctificatur a peccato originali. Et hoc est in baptismo, in quo gratia confertur: sed non confirmatur, quin possit recedere ab illa. Hæc aūt sanctificatio datur omnibus in baptismo. Qui baptismus, ut dicit Tho. in 4. dist. 4. ar. 1. habet purificare baptizatum, ab omni peccato originali, & actuali: in adultis. Et tunc anima efficitur Christi sponsa. De qua Oseæ 5. Desponsabo te mihi in fide. Ista est prima sanctificatio. Scd'a est, &c: Qua anima purgatur a culpa: ita & taliter, quod non pō-

test

tést cadere in mortali. hæc autem fuit Ioan. Bapti. & Hier. de Ioan. Bapti. Luc. 3. cap. Spiritusancto replebitur, &c. de Hiere. 1. c. Antequam exires de vulua sanctificaui te, &c. Tertia est &c. Et hæc de Christo. De qua 1. Pe. 3. Qui peccatum non fecit, nec do. &c. Et Io. 8. Quis ex uobis ar. me de pec. Quia de spiritusancto &c. Quarta singularis est, & hæc fuit Mariæ ex priuilegio spirituali. De qua Ps. 45. Sāctificauit tabernaculum suum al. Quamuis Ioan. Baptis. & Hierem. non possent peccare mortaliter ratione suæ sanctificationis in utero: tamen uenialiter potuerunt. Maria autem modo singulari est sanctificata. Et hoc dupliciter. Primo ratione modi. Quia non solum non peccauit; sed nec peccare potuit. Quod nulli est concessum. Secundo ratione numeri: quia quadrupliciter fuit sanctificata. Primo in sui conceptione. Bern. Neq; .n. festiuis laudibus nascēs honoraretur: si non sancta nasceretur. Secundo in filii cōceptione. Et tūc fuit ablatus omnis fomes peccati radicitus. Vnde dixit ei Angelus. Spiritussanctus superueniet in te, scilicet ad extirpandum fomitem peccati. Tertio in missione spiritussancti, cum aliis Apostolis. Quarto ī assumptione quando in cœlum ascendit: quia tunc deposuit omnes pœnalitates, quando tam in anima, quam in corpore glorificata fuit. Hoc priuilegium non est concessum alicui. Vnde Aug. lib. de natura & gratia. Et Magister in 3. dist. 3. Si oēs sancti & sanctæ cum hic uiuerent interrogati fuissent: utrū sine peccato essent, omnes una uoce respondissent. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus; & ueritas in nobis non est. Et infra. Excepta Virgine Maria cum de peccatis agitur: nullam prorsus uolo habere quæstionem. Et Bern. ad monachos Lug. Ego puto q̄ & copiosior sanctificationis benedictio in eam descenderit, quam in aliis sanctis ab utero sāctificatis. Quæ non solum ipsius ortum sanctificaret: sed & uitam eius ab omni peccato deinceps immunem conseruaret. Quod nemini innatis mulierum, credimus esse donatum. Vbi notādum secundum Alanum, & Archiepiscopum in 4. par. summæ: quod triplex est status hominis. Primus est posse peccare, & posse mereri. Secundus est comprehensorum, qui non possunt nec peccare,

re,nec mereri:cum sint extra statum uiæ. Tertius est Virginis,quę fuit uiatrix simpliciter, & secundum quid de statu comprehensorum. Vnde potuit mereri,& non peccare. Habuit ergo in præsenti priuilegium sanctorum, quod nulli concessum est. Vnde bene spiritussanctus Cant.4. Tota pulchra es ami.me.& ma.nó &c.Et Ecclesia in seq.O castitatis lilium, tuum præcare filium:qui salus est humilium. Virgo carens simili,tu quę mundo flebili:cótulisti gaudia. Et ut di.Franc.de Mayro. Tanta puritas sanctitatis fuit in Maria,quātam potuit capere aliqua pura creatura. Vnde quidam canebat.O Maria diana stella quæ &c. Et sic patet secunda ratio,qua dicitur &c.Fili tu semper. Secundo rōne, &c. Vna maxima est in Theologia:quod illa creatura dicitur maior,& sanctior:in qua est maior fides. In Maria super omnes fuit maior fides.Luc.2.Beata quæ &c. Igitur dicitur sancta sanctorum.Secundum Albe.super Mis.tépore passionis Christi.4.fuit fides:quidam nec fidem nec cópassionem habuerunt;ut iudæi,& infideles, qui clamabāt Mat. 26.Vah qui destruis,&c.quidam compassionem habuerūt; sed non fidem, quod scilicet erat Deus qui patiebatur, ut Apostoli quibus dixit Matth. 26. Omnes uos scandalum patiemini in me &c.Scandalum eorum fuit;quia fidem perdiderunt,& mulieres insuper,quæ eum sequebantur. Luc. 27.Inter alias fuit Magdalena, quæ plus uisa est diligere: nón credidit uerum esse Deum.Vnde Ioan.20.Christus resurgens a mortuis ei in horto apparuit dicens. Noli me tāgere.Quare o Iesu noluisti tangi?Vna responsio Thom. in 4.dist.21.ar.4.Magdalena prohibita est Christum tangere: quia mulier erat.Alia est Augu.Et plus facit.Noli me tangere nondum enim ascendi ad patrem meum in corde tuo: ne credas me esse æqualem Deo patri. Quidam habuerunt fidem:sed non compassionem, ut Angeli qui erant extra statum uiæ.In quibus non cadebat passio. Quidam fidem, & compassionem.Et hoc solum in Maria.O fœlix sola fuit, quæ fidem seruauit. Et aliis recedentibus a fide,ipsa non recessit.Vnde quidam uulgaris.Stabat mater dolorosa iuxta crucem lachrimosa, & lugebat filium. Ideo Dauid in producit filium dicentem patri.Psal.141.Considerabam ad

dextera m,

dexteram,& uidebam,& non erat &c. Quare non dicit ad finiſtram? Reſpondeo propter matrem,quæ ibi erat. Et glo. ſuper illud Eſa.63. Torcular calcaui ſolus,& de gentib. nō eſt vir mecum. Nō de mulieribus dicit propter Virginem, quæ compatiebatur ei. O fides Mariæ. In huius exemplum. In hebdomada ſancta, Eccleſia candelam unam non extinguit:quia fides Mariæ ſemper una fuit. De hac candela exēplum legitur in viſione ſanctæ Eliſabet. Quod uirgo apparuit ei dicens. Quod ſibi gratiſſimum erat, ut ſui deuoti in ſabbato hodierno,hora veſpertina,candelam accendant,in ſui honorem: per quā repreſentatur eius fides. Et adiūxit quod quinque uicibus habuit dolores de filio. Primo cum Symeon ei in oc. idē dum dixit Luc.2. Tuam ipſius animā, &c. Secundò cum perdidit ipſum in triduo, in Hieruſalem. Luc.2. Tertio cum captum & ligatum audiuit a Ioanne, in Bethania conſiſtens. Quartò cum crucifixum uidit in cruce. Quintò cum ipſum uidit poni in ſepulchro,de brachiis ſuis. Et ſic patet ſecūda ratio. Fili tu ſemper me &c. Tertiò ratione &c. Secundum Thom. in expoſitione ſalutationis Angelicæ. Maria exceſsit omnes Angelos, & ſanctas,in tribus:

Primò in gratiæ plenitudine.

Secundò in diuina familiaritate.

Tertiò in mira puritate.

Primò in gratiæ &c. Quæ maior fuit in Maria, q̃ in aliquo ſancto. Et ad hoc inſinuandum,dixit ei Angelus. Aue gratia plena. Quaſi dicat. O Maria tibi reuerentiam facio: quia me & omnes ſanctos excellis, in gratiæ plenitudine. Quod patet. Gratia datur a domino. Primò ad malum euitandum. Secundò ab bene operandum. Quo ad primum peccatum omne uitauit,ſuper omnes ſanctos,& ſanctas: immunis ob omni peccato. Ideo dicitur ei Aue,ab a, qđ eſt ſine, & ue,quod eſt culpa. Secundò habuit gratiam ad bene operandum,quia omne bonum operata eſt. Alii ſancti ſpecialia habent dona. Quidam ſunt uirgines, quidā martyres: quidam patientes,quidam miſericordes. Sed ſuper omnes Maria uirgo,eſt nobis exemplum omnium uirtutum. Hiero.ad Euſtoc. Bene gratia plena:quia cęteris ꝑ partes pręſtatur,

ftatur:Mariæ autem se totam infudit gratiæ plenitudo. Et Prouer.ult. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu super gressa es uniuersas. Secundo excedit &c. quod ostendit Angelus. Dominus tecum.q.d. Ideo tibi exhibeo reuerētiam: quia es Deo familiarior, quam ego, & alius sanctus. Dominus tecum. Secūdum Tho.1.par.q.8.ar.3. Deus est ubique quadrupliciter in omnibus. Primo per potētiam: quia ubique est. Vnde Ps.157. Si ascendero in cœlum &c. usq; dextera tua. Secūdo per essentiam: quia omnia creata, inesse suo conseruat. Grego. Omnia in nihilum tenderent, nisi manus omnipotentis sustētaret. Tertio per pñtiam, quia oīa sunt aperta oculis eius. videt te ille Deus &c. Quarto in sanctis p grām. Quamuis istis modis sit in omnib. creaturis, tamē modo singulari est ī Maria. Et modo inaudito a seculis stupendissimo. Quomodo frater? Clama. Per gratiam corporalem. Vnde Angelus. Dñs tecum, quia in utero tuo conceptus est. Tecum super Angelos, tecum super Archangelos, Enumera omnes Angelos, enumera Patriarchas, Prophetas, Apostolos, Martyres, Confessores, Virgines. Dñs tecū. Vnde Ecclesia in sequētiis. Totius trinitatis nobile triclinium. Dñs tecum. Bernar. super Can. Plus tecum q̄ mecum. Sequitur. Pater tecū, qui filium suum fecit & tuum. Filius tecum, qui seruat tibi genitale signaculum. Spiritussanctus tecum, qui cum patre & filio tuum sanctificat uterum. Ille. Practicā. Magnum fuit creare cœlum, & terram de nihilo. Magnum in diluuio saluare in arca homines, de omni genere animalium. Magnum liberare populum dō Egypto tātis mirabilib. Magnum conducere populum in tanto numero, per desertum 40. an. de cœlo manna præstito. Magnum oēs gentes cum Regibus suis de terra promisionis per Iosue exterminari. Magnum fuit cœcos illuminare, Demones effugare, infirmos sanare, mortuos suscitare. Sed omnia ista magnalia excedit opus incarnationis Christi, quod factum est in Maria, quando uerbum caro factum est, & in Maria habitauit. Dominus tecum. Tertio excessit Angelos &c. Fuit enim pura quo ad duo. Primo quo ad pœnam. Secundo quo ad culpam. Primo de culpa immunis fuit. Vnde dicitur. Benedicta in mulieribus. Secundo quo ad

pęnā. Tres enim maledictiones sunt datæ homini pp peccatum. Prima mulieri eius, & per consequens aliis. Gene. 3. In dolore paries, quod bene sciunt mulieres, &c. Ab hac pęna fuit immunis Maria, quia sine dolore peperit. Esa. 1. cap. Germinans germinabit lætabunda. Et Ecclesia. Nesciens mater, virgo virum peperit, sine dolore, saluatorem seculorum. Contra hanc pęnam muliebrem, tres habuit consolationes de filio suo. Prima fuit quando concepit Christum. O quantum gauisa. Secundò quando surrexit ab inferis tertia die. Et Angelus ei cecinit. Aue gratia plena. Tertia quando cęlum ascendit, quia ibat ad præparandum ei locum amenum, & nobis. Secūda pęna data est homini. Gene. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et Dauid. Psal. 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis. Ab hac pęna immunis fuit Maria, quia soli Deo vacabat, & ab Angelo reficiebatur pane cœlesti. Tertia pœna data est omnibus creaturis, & communius, ut in puluerem reuerterentur post mortē. Gene. 3. Cinis es, & in cinerem reuerteris. Ab hac immunis fuit Maria, quia cum corpore glorificata, cęlum ascendit, & probant Doct. Augusti. Bernar. & alii. Ideo Angelus ei. Benedicta tu in muli. Benedicta sup Micol Dauid vxorem, quæ tantum placuit ei, quod cum diu fuisset extra regnum Iudæorum noluit redire in ipsum, nisi primo ei esset præsentata. 1. Reg. ult. Sic Maria tantū placuit altissimo, q̃ eius filius existens extra regnum mundi, noluit in ipm ingredi, nisi prius nascerẽ in mūdo. Bñdicta super Abigail, quæ Dauid placauit suis uerbis, ne malum faceret Nabal uiro suo, sic Maria placauit Deum iratum, contra mundū. Benedicta fuit super Rachel, quæ fuit uxor Iacob, qui genuit Ioseph, qui interpretatur saluator. Sic Maria genuit nobis Christum saluatorem. Benedicta fuit super Iudith, qui occidit Holofernem uirtute suę humilitatis, sic Maria Diabolum. Benedicta fuit sup Abisaac Sunamitem, quæ fuit electa sup omnes filias Hierusalem tanq̃ pulchrior, & delectabilior, ad seruiendum regi, ut patet 3. Reg. 1. Sic Maria electa est ad ministrandū regi gloriæ de qua administratione. Eccle. 24. In habitatione sancta coram ipso ministraui. Exemplū. In Chronica ordinis. Erant

duo

duo iuuenes, qui dixerunt religionem intrare tali pacto, quod quando vnus vellet exire,alius sequeretur. Cum intrasset; unus illorum cœpit esse deuotus dominæ nostræ: alius uero non: & quod stare non posset socio intimauit. Cur respondit.Primò licentiam accipiamus a matre Dei: & nos ei commendemus: Iuerunt ante altare virginis: & hic orabat ipsam cum mira deuotione,vt cor fratris sui cõuerteret. Alius qui eum expectabat vidit quandam pulcherrimam dominam: lachrimas colligentem fratris orantis in panno suo, & ostendentem eas filio suo in cruce existenti,& dicebat.Fili peribunt ne lachrimæ istæ? Tunc ille qui expectabat cõpunctus corde: piecit se statim ad pedes eius cum lachrimis, & ueniam petiit, narrans illud quod factum er t,quod ille orans uidebat.Et statim gratias agẽs Deo,deuotus Mariæ. gratias agebat de tanta tãquam uisione,& eiusdem confirmatione.

Dominica tertia Quadragesimę. De impedimentis Confessionis.

ERat Iesus eiiciens Dęmonium,& illud erat mutum. Luc. 11.recitat Euang. hodie. Quod Christo oblatus est quidam mutus, qui a Diabolo erat suffocatus,ut loqui non posset.Christus autem ipsum liberauit,loquelam ei restituens.Cumque eiecisset Dæmoniũ,locutus est ipse mutus: & ex stupore tanti miraculi, admiratæ sunt turbæ. Secundum Nic.de Ly.dicitur dæmonium mutũ non formaliter.sed effectiue tantum. Ad cuius intellectum cõsiderandũ, ꝙ natura corporalis obedit spũali ad motum localem. Voces autem significatiuæ formantur per motũ linguæ & labiorum,& aliorum instrumentorum naturalium: & ideo quia Dæmon pro sua volũtate potest ista localiter mouere, potest per linguam hominis diuersa uerba formare,& sic arreptitij,aliquãdo loquuntur idioma eis ignotũ: sicut purus laicus,latinum.Et hoc est manifestum signum, ꝙ sic loquens,demoniacus est: quia talis locutio nõ potest procedere nisi ab aliquo intellectu.Et ideo cum non procedat ab intellectu hominis,tale idioma ignorãtis, sequitur

sta periculosum:ut usura,& restitutio male ablati. Quæ est ratio ◦ Tho. Respondeo quod propter hoc, cum alia peccata contritione laxentur:hoc peccatum cogit solutio. Idem in 3.par.q.68 ar.6. Baptizati tenẽtur ad restitutionem male ablatorum. Secundo lege ueteri. In ueteri testamẽto Leuitici 25. Si quis damnificauerit proximum restituat ei a ut animal pro animali, mutuum pro mutuo. Et Deuter. 23. Fratri tuo absque usura id quo indiget accommodabis, & Exo.22. Si pecuniam dederis populo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes. Et.2. Esd.5. dicitur, quod cum maiores Iudęorum opprimerẽt minores vsuris. Esdras audito clamore populi, increpauit optimates, & magistratus.d. Vsuras ne singuli a fratribus uestris exigatis. Non est bona res:quã facitis. Pręterea lege Euangelica, Matt. 18 Redde quod debes. Rom. 13. Debita omnibus reddite. Tertio lege &c.de pœ.distin. 5.c.falsas. Qui bona alterius iniuste detinet, sciat se ueram pœnitentiam non posse peragere,& 14.quæst.6. Si res aliena propter quam peccatum est, reddi potest, & non redditur, pęnitentia non agitur, sed simulatur. Quod si ueraciter agitur, reddi debet, quia nunquam remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Quarto lege &c. Vsura est prohibita lege ciuili, ut dicit gloss. C.de usuris. in l. Vt autem,& l. 1. dicit gl. quod usuræ pessimo iure debentur, & autẽtica dicit etiam eam prohibitam. Præterea. ff. de iniur. l. conditio. ff. de condi. indebi. l. rerum amotarum dicitur. Nemo debet cum alterius dãno locupletari, quia uulgo dicitur. Portio socij facit inflare &c. O quanti sunt de istis, qui annis elapsis, de maxima paupertate, uenerũt in maximã opulentiã, & hoc per fas, & nefas. Ille pauper emit caseum, quem nunquam gustauit. Aliųs pannum, quem nũquam induit. O lupi. Multi quærunt miraculum, sed hoc est maximũ. O uxores talium, si uestra uestimenta sub torculari ponerẽtur, exiret sanguis pauperum. Exemplum illius usurarij, qui comedens, sanguis de pane cœpit exire. Tales comedunt de omni parte, parum masticando. Tertio ratione &c. In 2. Topic. si quod minus uidetur inesse inest, ergo id quod magis. Ad propositum. Si de minimis usuris est necessaria restitutio, a fortiori

fortiori de magnis. Vnde Sco.4.dist.15.ponit talē casum. Martinus mutuauit Ioāni unum aureū tali pacto: ut in tali tempore restituat ei. Accidit quod in pari necessitate repe riuntur. Si Ioannes reddit, moritur fame. Si Martinus non recipit idem. Quid super hoc agēdum? Dicit Sco.cum quo est Ric.in 10.ibidem. Quod potius debet reddere, & mori. Igitur si in tāta necessitate, teneris restituere, multo plus nō existens in ea necessitate. Quæ cōclusio probatur exēplis. Primo de sancto Martino, qui ab Angelis &c. Cū quo exemplo.15.q.5. Si quid inuenisti, & nō reddidisti, ra puisti. Danda sunt bona huiusmodi ad pias causas. Præter ea ex cronica ordinis; cum quidam frater, pannum uilem sine licentia recepisset. uenens ad mortem stetit ob hoc ali quot dies in purgatorio. Secūdo probatur exemplo politi co.per Rab.lib.2.cap.2. De Fuluio Flacco. Cum esset su per fabricam Romanorum, transtulit tegulas marmoreas a templo Iouis, in templum Fortunæ, quod erat Romæ, infra paucos dies mortui sūt duo filii. Vnde audita morte eorū, præ dolore se interemit. Quod audiens, Senatus Romanus tegulas restituit in loco: quasi attribuentes mortem filio-rum furto, quod fecerat in tēplum Iouis. Sed heu quia pau ci inueniuntur de istis. Exemplum d sancto B.r. Qui cuidā Demoni præcepit, ut a quodam exiret. Respondit. Nos su-mus hic tres, ego uocor claudens cor. Alius claudens os, Alius claudens marsupium. Iste pro omnibus lucratur, un de patet primum. Secundum dicitur &c. Scilicet quibus modis usura committitur &c. Ad quod respondeo secundū Theo. Thom. quodlibet.9.q.9. Scot. in 4. & Can. in cap. Si uos.14.quæstio.6.& gl. Super ea. Sepe contingit. De re-sti.spo. quod tribus modis committitur Primo recipiendo munus a manu. Secundo recipiendo munus ab obsequio. Tertio recipiendo munus a lingua. Primo &c. Siue sint de narij, siue aliquid quod pretio estimari possit, ut dicitur. 15.quæstio.3.cap. Putant. Vnde Ambro. Esca usura est, & uestis usura est, & quicquid sorti accidit, usura est. In hoc primo modo sunt.4. conditiones personarum, immersa-rum in hac uoragine usuræ. Primi sunt multi nobiles, qui nolunt laborare; & ne pecunia eis deficiat, paulatim con-

ſumendo tradunt eam mercatoribus,uel alijs: intendentes recipere aliquid annuatim ad diſcretionē ſuam ſaluo, ſem per capitali,& quamuis ipſi uocent hoc depoſitum : tamen eſt uſura,ut dicitur.14.quæſt10.3.cap. ſi Feneraueris. Nec eſt depoſitum: nec ſapit naturam eius. Sunt alij mutuantes pecunias,diuerſis perſonis,accipiētes in pignus domū, uel agrum.ſub nomine ſecuritatis,& fructum interim dicti pignoris uolunt habere,quouſque reſtituatur eis pecunia, non computando in ſortem,uſura eſt.Extra de vſur.c. Excuſatur in hoc caſu gener, qui cū ſuſtineat onera matrimonij:& nondum habuit dotem:recipit a ſocero, aliquo modo poſſeſsionem in pignus,uſque quo dotem recipiat.Hic ſine uſura fructus pignoris, ſuos facit. Nec tenetur computare in ſortem:ut patet extra de uſur.cap. Salubriter. Secundi qui committunt uſuras ſunt mulieres uiduæ:quæ ne cōſumant dotes ſuas,deponunt eas mercatoribus ad diſcretionem,quod uſura eſt:uel recipiunt ab hæredibus cōiugis ſui defuncti poſſeſſionem uſufructuantem,quouſque reddātur eis dotes:uſura eſt. Iſtæ mulieres ſunt longe diſsimiles ab illa muliere nomine Baſa,regionis Apuliȩ ditisſima, q̄ 10.milia ciuium Romanorum confractorum ab Hannibale apud Cannas, intra menia canuſina, benigniſſime abſque ulla ſpe lucri; alimentis per plura tempora ſuſtentauit, ut Vale.dicit lib.4.cap. de liberalitate.Tertij ſunt uenditores rerum, qui uendunt aliquid ad terminum. Et ratione termini,plus uolunt.uſura eſt, quia tempus uendunt,quod Deus uoluit eſſe commune. Clama contra artifices. Quarti ſunt,qui mutuant granum:uel bladum uetus,ut nouum accipiant. Et ſi hoc faciunt,ut melius accipiant,& utile intendunt ex mutuo:uſura eſt. Secundo committitur uſura, recipiendo intentione,& pacto:ut ſeruiant eis in operibus agri:uineæ,uel operibus boū.equorū : uel alio ſeruitio corporali,uſuram committunt, ut patet extra de uſu.c. Conſuluiſti. Tertio committitur recipiendo &c. ut cum quis mutuat alicui,ut porrigat pro ſe præces pro aliquo officio,uel beneficio obtinendo,uſura eſt Sed uę, quia hodie non ſeruantur hi caſus, & per conſequens o quām multi damnantur.Exemplum illius uſurarij, qui in teſtamēto legauit animam

miam suam, in præsentia uxoris, filiorum, & aduocati, in manu diaboli. Vnde dicunt Doc. quod non est peccatū tam periculosum, ut usura & hoc triplici ratione.

Primo ratione derelictionis.

Secundo ratione succesionis.

Tertio ratione reprobationis.

Primò in gratiæ &c. Quæ maior fuit in Maria, q̄ in aliquo sancto. Et ad hoc insinuandum, dixit ei Angelus: Aue gratia plena. Quasi dicat. O Maria tibi reuerentiam facio: quia me & omnes sanctos excellis, in gratiæ plenitudine. Quod patet. Gratia datur a domino. Primò ad malum euitandum. Secundò ab bene operandum. Quo ad primum peccatum omne uitauit, super omnes sanctos, & sanctas: immunis ob omni peccato. Ideo dicitur ei Aue, ab a, q̄d est sine, & ue, quod est culpa. Secundò habuit gratiam ad bene operandum, quia omne bonum operata est. Alii sancti specialia habent dona. Quidam sunt uirgines, quidā martyres: quidam patientes, quidam misericordes. Sed super omnes Maria uirgo, est nobis exemplum omnium uirtutum. Hiero. ad Eustoc. Bene gratia plena: quia cęteris p̄ partes pręstatur,

ftatur:Mariç autem fe totam infudit gratiæ plenitudo. Et Prouer.ult. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu super gressa es uniuersas.Secundo excedit &c. quod oftendit Angelus.Dominus tecum.q.d.Ideo tibi exhibeo reuerétiam; quia es Deo familiarior, quam ego, & alius fanctus. Dominus tecum.Secũdum Tho.1.par.q.8.ar.3. Deus eft ubique quadrupliciter in omnibus.Primo per potétiam:quia ubique eft.Vnde Pf.137.Si afcendero in cœlum &c.ufq; dextera tua.Secũdo per effentiam:quia omnia creata, in effe fuo conferuat.Grego.Omnia in nihilum tenderent, nifi manus omnipotentis fuftétaret.Tertio per pñtiam, quia oĩa funt aperta oculis eius.videt te ille Deus &c.Quarto in fanctis p grãm.Quamuis iftis modis fit in omnib.creaturis, tamẽ modo fingulari eft ĩ Maria. Et modo inaudito a feculis ftupendiffimo.Quomodo frater? Clama. Per gratiam corporalem.Vnde Angelus.Dñs tecum, quia in utero tuo conceptus eft.Tecum fuper Angelos, tecum fuper Archangelos, Enumera omnes Angelos, enumera Patriarchas, Prophetas, Apoftolos, Martyres, Confeffores, Virgines.Dñs tecũ. Vnde Ecclefia in fequẽtiis. Totius trinitatis nobile triclinium.Dñs tecum.Bernar.fuper Can.Plus tecum q̃ mecum. Sequitur.Pater tecũ, qui filium fuum fecit & tuum. Filius tecum, qui feruat tibi genitale fignaculum. Spiritusfanctus tecum, qui cum patre & filio tuum fanctificat uterum.Ille. Practica.Magnum fuit creare cœlum, & terram de nihilo. Magnum in diluuio faluare in arca homines, de omni genere animalium. Magnum liberare populum de Egypto tãtis mirabilib.Magnum conducere populum in tanto numero, per defertum 40.an.de cœlo manna præftito.Magnum oẽs gentes cum Regibus fuis de terra promisfionis per Iofue exterminari.Magnum fuit cæcos illuminare, Demones effugare, infirmos fanare, mortuos fufcitare. Sed omnia ifta magnalia excedit opus incarnationis Chrifti, quod factum eft in Maria, quando uerbum caro factum eft, & in Maria habitauit. Dominus tecum. Tertio excesfit Angelos &c. Fuit enim pura quo ad duo. Primo quo ad pœnam. Secundo quo ad culpam. Primo de culpa immunis fuit. Vnde dicitur. Benedicta in mulieribus. Secundo quo ad

O pœnam,

pęnā. Tres enim maledictiones sunt datæ homini pp peccatum. Prima mulieri eius, & per consequens aliis. Gene. 3. In dolore paries, quod bene sciunt mulieres, &c. Ab hac pęna fuit immunis Maria, quia sine dolore peperit. Esa. 1 cap. Germinans germinabit lætabunda. Et Ecclesia. Nesciens mater, virgo virum peperit, sine dolore, saluatorem seculorum. Contra hanc pęnam muliebrem, tres habuit consolationes de filio suo. Prima fuit quando concepit Christum. O quantum gauisa. Secundò quando surrexit ab inferis tertia die. Et Angelus ei cecinit. Aue gratia plena. Tertia quando cęlum ascendit, quia ibat ad præparandum ei locum amenum, & nobis. Secũda pęna data est homini. Gene. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et Dauid. Psal. 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis. Ab hac pęna immunis fuit Maria, quia soli Deo vacabat, & ab Angelo reficiebatur pane cœlesti. Tertia pœna data est omnibus creaturis, & communius, ut in pulverem reuerterentur post mortē. Gene. 3. Cinis es, & in cinerem reuerteris. Ab hac immunis fuit Maria, quia cum corpore glorificata, cęlum ascendit, & probant Doct. Augusti. Bernar. & alii. Ideo Angelus ei. Benedicta tu in muli. Benedicta sup Micol Dauid vxorem, quæ tantum placuit ei, quod cum diu fuisset extra regnum Iudæorum noluit redire in ipsum, nisi primo ei esset præsentata. 1. Reg. ult. Sic Maria tantũ placuit altissimo, q̧ eius filius existens extra regnum mundi, noluit in ipm ingredi, nisi prius nasceret̄ in mũdo. Bñdicta super Abigail, quæ Dauid placauit suis uerbis, ne malum faceret Nabal uiro suo, sic Maria placauit Deum iratum, contra mundũ. Benedicta fuit super Rachel, quæ fuit uxor Iacob, qui genuit Ioseph, qui interprætatur saluator. Sic Maria genuit nobis Christum saluatorem. Benedicta fuit super Iudith, qui occidit Holofernem uirtute suę humilitatis, sic Maria Diabolum. Benedicta fuit sup Abisaac Sunamitem, quæ fuit electa sup omnes filias Hierusalem tanq̄ pulchrior, & delectabilior, ad seruiendum regi, ut patet 3. Reg. 1. Sic Maria electa est ad ministrandũ regi gloriæ de qua administratione. Eccle. 24. In habitatione sancta coram ipso ministraui. Exemplũ. In Chronica ordinis. Erant

duo

duo iuuenes, qui dixerunt religionem intrare tali pacto, quod quando vnus vellet exire, alius sequeretur. Cum intrasset; unus illorum cœpit esse deuotus dominæ nostræ: alius uero non: & quod stare non posset socio intimauit. Cui respondit. Primò licentiam accipiamus a matre Dei: & nos ei commendemus: Iuerunt ante altare virginis: & hic orabat ipsam cum mira deuotione, vt cor fratris sui cõuerteret. Alius qui eum expectabat vidit quandam pulcherrimam dominam: lachrimas colligentem fratris orantis in panno suo, & ostendentem eas filio suo in cruce existenti, & dicebat. Fili peribunt ne lachrimæ istæ? Tunc ille qui expectabat cõpunctus corde: piecit se statim ad pedes eius cum lachrimis, & ueniam petiit, narrans illud quod factum erat, quod ille orans uidebat. Et statim gratias agẽs Deo, deuotus Mariæ. gratias agebat de tanta tãquam uisione, & eiusdem confirmatione.

Dominica tertia Quadragesimę. De impedimentis Confessionis.

ERat Iesus eiiciens Dęmonium, & illud erat mutum. Luc. 11. recitat Euang. hodie. Quod Christo oblatus est quidam mutus, qui a Diabolo erat suffocatus, ut loqui non posset. Christus autem ipsum liberauit, loquelam ei restituens. Cumque eiecisset Dæmoniũ, locutus est ipse mutus: & ex stupore tanti miraculi, admiratæ sunt turbæ. Secundum Nic. de Ly. dicitur dæmonium mutũ non formaliter. sed effectiue tantum. Ad cuius intellectum cõsiderandũ, ꝙ natura corporalis obedit spũali ad motum localem. Voces autem significatiuæ formantur per motũ linguæ & labiorum, & aliorum instrumentorum naturalium: & ideo quia Dæmon pro sua volũtate potest ista localiter mouere, potest per linguam hominis diuersa uerba formare, & sic arreptitij, aliquãdo loquuntur idioma eis ignotũ: sicut purus laicus, latinum. Et hoc est manifestum signum, ꝙ sic loquens, demoniacus est: quia talis locutio nõ potest procedere nisi ab aliquo intellectu. Et ideo cum non procedat ab intellectu hominis, tale idioma ignorãtis, sequitur

ꝙ procedat ab intellectu Angeli,uel Dæmonis: linguã sic mouentis: & sicut Dæmon potest mouere linguã ad loquẽdum idioma incognitum, ita potest impedire linguam,ne moueatur ad loquẽdum idioma cognitum, & sic reddit hominem mutũ. Talis autem erat iste mutus a Christo sanatus hodie:Et admiratæ sunt turbæ,videntes diuinam virtutem. Quidam autem ex eis dixerunt. In Beelzebuch principe Dæmoniorum eiicit Dęmonia secundũ Nic.super Mat. 9.c.Odium & inuidiã,faciunt interpretari facta in deteriorẽ partẽ,& peruerti iudicia.iuxta illud Phi.1. Rhe. Amor & odium sæpe faciunt iudicium non cognoscere. Pharisei odiebant Christum, quia eorum vitia acriter arguebat: iõ miracula ab ipso facta diuina uirtute.dicebãt facta arte magica. Eodem modo expulsionẽ Dęmonum factã per Christum,dicebant factam per Dæmonem,quia volebant quod Christus hrẽt aliquem Dæmonem superiorem,quem vocabant Beelzebuch,sibi familiarem, & sic Dæmones inferiores de corporibus obsessis eiiciebat per illum. & alii tentãtes eum,signum de cœlo quærebant ab eo.Et rõ est secũdũ gl.quod aliqui de cœlo signa quærebãt: q̃a miracula Christi reputabant praua,eo ꝙ erãt circa inferiora, vtpote circa sanitates corporum: quærebant signa fieri circa corpora cęlestia,sicut tempore Iosue sol stetit immobilis,ad spatiũ unius diei. Iosue 10.Et de manna,& de igne. Ipse autem ut uidit cogitationes eorum dixit. Videt omnia.Ad Hæb.4. Omnia.n.nuda,& aperta sunt oculis eius. Iob 42. Scio q̃a oĩa potes,& nulla te latet cogitatio.& Ps.93. Dñs scit cogi.ho.Sixtus Pythagoricus. Cogitatio hoĩois Deũ non latet,ideo cogitatio tua pura sit ab omni peccato.di. 32.c. Erubascant.Secretorum cognitor & iudex est Deus. Sequitur.Oẽ regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet.Tullius lib.de amicitia. Quæ domus tã stabilis,quæ ciuitas tam firma,q̃ nõ odii funditus possit euerti?Practica.O Ianua, o Parma, o Viterbium, o Asculum,o Bononia,O Placentia.Non immerito;quia ut dicit Lactan.in 1.c.1. Quicquid diuisionem capit interitum capiat necesse est;dum hæc diceret. Extollens uocem quædã mulier,s.sancta Marcella,famula beatæ Marthæ sororis Lazari,

zari,dixit:beatus venter qui te portauit, matrē beatificat, & laudat ex filio.O vere beatus, qui tm̄ thesaurum portauit.O quam fœlix es Maria super omnes:Euam,Rebecchā, Hester,Iudith,Abigail.Lu.2. Beatam me dicent omnes generationes. Saraceni & Turci benedicunt Virginē, & ipsā adorant in templis suis,& puniunt ipsam vituperantes; ut dicitur in Alcorano.Gentiles laudant.Ouidius Poeta. Sybillæ Vergi. in suo Poemate, in Egloga 4. Vltima cumei uenit iam carminis ætas. Magnus ab integro seclorū nascitur ordo. Iam redit, & uirgo, redeunt saturnia regna. Iam noua progenies cœlo demittitur alto. Tu modo nascenti puero,quo ferrea primum.Desinet, ac toto surget gens aurea mundo.Ille. At ille.Respondit. Quinimo: beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud.Glo. Non solū illa quę me portauit beata est: sed etiam qui audiunt uerbum Dei,corde credentes. Applica Euangelium.De impedimētis confessionis erit sermo noster. In quo quinque impedimenta sunt uidenda in præsenti.

Primum dicitur, pudor propalandi.
Secundum dicitur,timor recidiuandi.
Tertium dicitur,amor fouendi.
Quartum dicitur,spes diu uiuendi.
Quintum dicitur,ardor delectandi.

Primum dicitur &c. Sed pro maiori notitia notandum est secundum Damasc.in 2.Sententiarum suarum. Et Philosoph.in 2.& 3. Ethic. Quod uerecūdia est timor pro turpi actu.Quando enim persona committit illicita, & facit quod nō debuit:resultat ei erubescentia, & pusillanimitas quædam:quia fecit quod non debuit,scilicet malū.Figurātur autem hæc Gene. 3. de Adam: qui postquam peccauit abscondit se, præ confusione sub ficu: & fecit sibi brachas. A domino uocatus.Adam vbi es?Respondit.Vocem tuam audiui, & abscōdi me,eo quod nudus essem.Cui dn̄s.Quis indicauit tibi,quod nudus esses: nisi quia comedisti de ligno,de quo præcepti tibi ne comederes, & comedisti? Moraliter. Quid per Adam in rerum natura figuratur? vere peccator:qui ante peccatum non erubescit: quia non fecit causam quare. Vbi dicit Albertus super Lucam. quod vir-

tuosis & bonis: & non potest esse uerecundia consummata: & hoc totum, quia non agit turpia, sed bene in uitioso, & peccatore: quia ut dicit Phil. 2. Metha. Omne malum erubescibile, & a peccato processit erubescentia, & peccato non existente, non esset in mundo uerecundia. Ad propositum. Ex peccato igitur processit uerecundia, & quanto plus peccatum est maius, tanto maior est uerecundia, & plus homo timet illud confiteri: uadunt ad cõfessioné sicut anguis ad incantatorem. Diabolus autem hoc sciens, adueniẽte cõfessione, utitur hac pro potissimo remedio, ut hominẽ impediat ab hoc sacramento cõfessionis. Conatur ponere hãc uerecundiam in mente peccatoris, ut sic ab ea desistat. Vnde Grego. libro mora. Cũ in graui peccato labitur homo: sua det ei Diabolus ne pœniteat, ne confiteatur. Hoc impedimẽto impedit linguam sodomitæ, qui cum pueris rem turpẽ agit. O naturæ destructor. Impeditur ille, qui cũ uxore nõ agit per rectam lineam, impeditur, qui cum bestiis rem agit turpem. O bestia deteriori, quia dicit peccator intra se. Quomodo potero dicere tot mala patri spirituali. Vnde Dæmon utitur tali impedimento. Exẽplo patet in uitis patrum, de illo patre, qui reperit Dæmonem in Ecclesia tempore quadragesimæ, a quo quæsiuit, quid ibi ageret? Respõdit. Volo restituere male ablata, quæ sũt hæc? Infra annum aufero uerecundiam, qua amissa persona committit omnia crimina, sed tempore quadragesimę ipsam restituo, ne peccator audeat dicere peccata sua. Contra hoc tria remedia.

Primum est consideratio naturalis rationis.

Secundum est contemplatio diuinæ intuitionis.

Tertium est comparatio futuræ confusionis.

Primum est &c. Debet enim homo ingredi secretum propriæ conscientiæ & dicere intra se. O peccator quis es? O scelestissime. O infans, an non erubuisti agere tot, & tãta coram Deo, & tunc erubescis illa confiteri? Vnde Bernar. de hoc super Canti. O nimia hominum infamia pudet ablui, & non pudet inquinari? pudet sordes abstergere, & non pudet sordes contrahere? O quot sunt qui peccata terribilia, & inhonesta facere non erubescunt, & uerecundãtur il

la

la dicere i cõfessione. De his gloriosæ Aug. in expositione psalmorum. Sunt multi quos peccare non pudet, agere, pœnitentiam pudet. De ipso uulnere non erubescis, & de ligatura uulneris erubescis. Curre ad medicũ, & dic ei. Iniqtatem meam ego agnosco, & peccatum meum contra me est semper, quia solus sine peccato es. Ille. Hoc est primum remedium contra impedimentum uerecundiæ. Secundum est &c. Vna maxima est i Theologia, quod Deus nouit omnia peccata nostra. Non debet peccator erubescere dicere facta sua illi, qui locum tenet illius, qui omnia cognoscit. Ad Heb. 4. Omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. i Psal. 39. Dominus scit cogitationes hominum & 125. Imperfectum meum ui. occu. tui. Iob. 13. Scio quod omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Sen. Quid ꝓdest homini aliquid esse secretum, cũ nihil Deo sit clausum? & dist. 32. c. Erubescant. Secretorum cognitor, & iudex est Deus. Ouid. 4. Meta. Aspiciũt oculis superi mortalia iustis. O peccator pecata tua sunt nota. Exẽplum patet de abbate Paphnutio: qui ad Thaidem meretricem perrexit in Alexandriam, fingens se esse mercatorem, et ipsam inuitauit ad turpẽ actũ. Cũq; ad secundam, et tertiam cameram peruenissent, tandem ipsum conduxit ad locum omnium secretiorẽ. Possumus inquit Pahnutius uideri? Rñdit. Nisi nos Deus uideat, alius non uidet. Credis inquit a Deo uideri? Imo. Heu filia quantum debemus erubescere coram Deo, si erubescimus coram hominibus. Compũcta, et lachrymis plena, acceptis rebus suis, quæ erant pretio quadringentarum librarũ: in medio ciuitatis omnia consumpsit: inuitãs iuuenes ad actũ illum. Sanctus Dei ipsam conclusit in quodam loco, sigillans plũbo per annos tres in pœnitentia. Ad propositum Non erubescas confiteri mala tua, quia Deo sũt aperta, et nota: Nec alius scit ea nisi solus Deus, et cõfessor tuus, q est uicarius Christi in terra. Vbi dicit Tho. i 4. di. 21. Quod in nullo casu potest sacerdos reuelare confessionem, et potest præceptum, et iuramentum accipere, se nescire illa quæ sunt habita in confessione, quia ignorat illa ut homo, licet ea habeat ut Vicarius Christi.

Tertium dicitur etc. Debet enim comparare confusionẽ

quam patitur confitendo, & quam passurus est in extremo iudicio, coram toto mundo. Vnde dominus per Naum. 2. Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam cunctis gētibus nuditatem tuam. & Iob. 20. Reuelabunt cęli iniquitatem eius, & consurget terra aduersus eum, & manifestū erit peccatum illius. Ille, quando ueniet dies illa omnia erūt aperta, & nuda coram toto mūdo. In Vitis patrū legitur de illo sancto patre, qui uidens discipulum ridentem cachinne dixit. O fili mi reddituri sumus rōnē i die iudicii, de oībus peccatis nostris coram Angelis & sanctis Dei: & tu rides. Quapropter Aug. Cur erubescis confiteri peccata tua? Peccator sum sicut & tu: homo sum sicut & tu: nihil a me alienum, confitere ergo o homo peccator, homini peccatori. Ille. Quando audio aliquem in cōfessione, cōpatior ei, quia possum errare sicut ille, & plus. Ex hoc permissus est Petrus cadere in peccatis, ut cōpateretur. aliis. Vide ergo ad cōfessionem non detentus a uerecūdia. De pœni. dist. 5. cap. Consyderet. Cautus sit pœnitens, ne uerecundia ductus, diuidat apud se confessionem, ut diuersa uelit, diuersis sacerdotibus manifestare. Quidam enim uni celant quæ aliis manifestanda reseruant, quod est se laudare, & ad hypocrisim tendere, & semper uenia carere, ad quam frustra putāt peruenire. Ille. Secundum dicitur &c. contingit. n. sæpe ꝙ homo de uno, & eodem peccato sæpe confessus fuit iam per 10. 20. 30. annos. iterum atque iterum cadit in idem. Cum autem uenit tempus confessionis suadet ei Dęmon. Cur inquit uis cōfiteri? Nonne scis quod ab illis non abstinebis fatue, ꝙ non dimittes fęminas, nō usuras, non odia? Et hoc impedimēto plures nō cōfitentur. Cōtra hoc tria remedia.

Primum est spiritualis conuersatio.
Secundum est corporalis exercitatio.
Tertium est sensualis cohibitio.

Primum &c. Vis abstinere a peccatis post confessionem tuam. Inuenias bonam societatem, quia est causa omnium bonorum. Vnde Psal. 17. Cum sancto sanctus eris, & cū peruerso &c. Prouc. 13. Qui cū sapiētibus graditur sapiēs erit, amicus stultorū, similis efficietur. Et 28. q. 1. Sæpe malorū consortia, ēt bonos corrumpunt. Senec. epistola 9. Caue ob

secro,

fecro:ne cum homine malo loquaris. Et Afcu : Prauos fu ge, cum bonis côuerferis, a quibus nil peruerfum exoritur. Alexander Magnus non caruit uitio fodomiæ propter con uerfationem pedagogi fui Leonidis Nicomedis. Salomon propter malam focietatem mulierum, quæ cum ad adorã dum idola induxerunt, deprauatum eft cor eius. 3. Reg. 11. Et Petrus quando fuit cum Apoftolis, fuit bonus: fed quã do cum Iudæis fuit, negauit Chriftum. Vna ouis morbida multas corrumpit. Sic unus peruerfus totam focietatẽ, ut patet de Iuda: cum Apoftoli effent cum eo, murmurauerũt omnes de effufione ungucti. Ouid. Morbida facta pecus to tum corrumpit ouile. Vnde Medici dicũt q pueri citius fu cipiunt infectum aerem, & citius inficiuntur, q̃ fenes: quia funt carne molliores. Ideo leuius aer in eis imprimitur. Sic pueri licet boni, funt proniores ad malum fufcipiẽdum: qa cera tenera, facilius fufcipit forman figilli, q̃ dura. Vnde cauendum eft, ne cum malis côuerfentur. Hier. ad Demet. Semper in comitatu tuo graues fœminas habeas: qualis.n. quifque eft, talium confortio delectatur. Ad propofitum. Teneas bonam focietatem, fi uis bene uiuere poft confeffio nem. Secundum dr &c. Nihil eft tam ad malum aliquod ad ducens, ut ociofitas. Hier. ad Demet. nihil eft in fancto pro pofito deterius ocio. vn Chriftus Mat. 20. Quid hic ftatis tota die ociofi. Adam ociofus permanens in Paradifo, fuit feductus. Dauid occupatus in armis fuit bonus; dum ftetit ociofus peccauit. Sãfon dum pugnauit cum Philifteis in di gnitate fua ftetit: ocio marcitus, irretitus ẽ amore Dalidæ, quæ poftea fuit caufa mortis fuæ. Salomon dum fuit occu patus in templo, fatis continens ftetit: dum fuit in ocio, in clinauit fœmora multisfimis mulieribus. Quid plura. Ro ma caput mundi, effecta eft latronum fpelunca: ppter ocio fitatem ciuiũ. Vnde Auguft. in 1. de Ciui. Dei. c. 3. Cũ Ro mani cœpiffent Carthaginem: confilium fecerunt fup hoc. vtrum effet deftruenda, ne plus infefta effet Romanis. Sa piens Cato furrexit di. Mihi uidetur quod debeat deftrui: quia aliter femper erimus in bellis. Scipio Aphricanus di xit quod non: quia quandiu erimus in exercitio, erimus ui ctores; & per oppofitum, de malo in peius. Quod factũ eft

quia Roma ad nihilum uenit. Euersa est ciuitas Cartaginē sium: Romani ad lites ueniunt ad inuicem. Vnde Salustius in Catilina. Ex oratione Catonis. Cuius uerba Aug. 5. lib. de Ciui. c. 12. Nolite æstimare maiores nostros armis rem publicam ex parua magnā fecisse: si ita esset, multo pulcherrimam nos haberemus: quippe sociorum atque cōciuium. Præterea equorum atq; armorum, maior nobis copia est, quam illis fuerit; sed alia supersūt quę uiros illos magnos fecerunt, quæ nobis nulla sunt. Domi industria, foris iustū imperium, animus in consulendo liber, nec delicto, nec libidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam, auaritiā publicam, egestatem priuatam, opulentiam. Laudamus diuitias, sequimur inertiam. Inter bonos, & malos nullum discrimen. Omnia uirtutis præmia, ambitio possidet. Ille. O quot mala ex ocio. Hier. de conse. di. 5. c. Nunquam. Semper aliquid boni facito, ut Diabolus te semper inueniat occupatum. Et Policrates lib. 5. ponit de Octauiano Imperatore, quod filias suas erudiri fecit in arte texēdi, ut ocium uitarent: sic homo nō fit ociosis. Tertium dicitur &c. Quia debet cogitare finem suum, quia cinis est. Gen. 3. Cinis es, & in cinerem reuerteris. Ecc. 3. Cuncta subiacent uanitati, & omnia pergunt ad unum locum; de terra facta sunt, & in terram reuertuntur. Vnde Petr. 3. trium. mor. c. 1. Iam ubi sunt diuitiæ, & honores, & gemmæ sceptra, & coronæ, ac mitræ purpureique colores. Infęlix qui spem in rebus mortalibus reponit. Vnde cogor clamare ad mortales, ubi sunt Philosophi? Arist. Plato, Socrates, Pithag. Democr. Zeno, Empedocles? Vbi sunt Poetæ? Homerus, Virgilius, Persius, Lucretius? Vbi oratores? Graccus, Lisias, Demosthenes, Cicero, Quintilianus? Vbi sunt Medici? Mesue, Rasis, Hypocrates, Auicenna, Galenus? Vbi sunt Astrologi? Ptolomeus, Alpharabius? Vbi gloria Alexandri Magni? Karoli Magni, Francisci Ducis Mediolani, Philippi, Roberti, Barthoiomæi Bergo. Cata Mell. Omnes ad terram iuerunt. Tertium impedimentum &c. sicut. n. homo naturaliter diligit filium in 7. Pol. Generantis ad gentiū naturaliter est amicitia. Ita naturaliter cupit ipsum fouere. Ex hoc faciūt illicita: usuras cōmittunt, & alia mala. Vnde impediūtur ad confessionem:

fessionem:

fessionem, quia timent ne cogātur a malis suis restituēdis, contra hoc sunt tria remedia.

Primum est filialis deceptio.

Secundum est ecclesiasticalis abiectio.

Tertium est æternalis damnatio.

Primum est &c. Dimittunt patres filiis bona sua, qui illis non darent obolum, imo dicunt. Pater noster aut est in paradiso, sic nō indiget, extra de celeb.mis.c. Cum Marthæ. Iniuriam facit Martyri qui orat pro martyre, aut in inferno, sic etiā non eget, aut est in purgatorio. Sic ibi stet usquequo purgetur. Exēplum diuitis, qui quatuor habuit filios, in testamento legabat ut unusquisque pro parte sua restitueret. Filius minimus dixit patri: ad sacra Dei Euāgelia promitto exequi, quod uultis. Mortuo patre dixit. Si pater meus usuras fecit, portet pęnas, uiuam lete. Ideo dicitur Hiere.17. Maledictus homo qui confidit in homine. Et Psa.117. Bonum est sperare in domino quam sperare in principibus. ideo Damas. exemplum ponit de quodam, qui tres habuit amicos. Vnum amabat plusquam se, alium minus se. Tertium sicut se. Hic a domino citatus in curia. Vnde periculum mortis imminebat, ad primum amicum accessit rogans, ut cum eo iret, & ipsum iuuaret. Respondit. Nō possum sed dabo tibi saccum ad te inuoluendum. Ad aliū. Respondit ei. Te associabo usq; ad mortem si morieris. Ad tertium quem inuenit fidum. Iste homo est peccator qui habet tres amicos. Primus est mundus qui homini in morte prestat saccum, ut in illo inuoluatur. Secundus sunt parentes, qui ipsum asportant ad sepulturā, & cito obliuioni tradunt. Tertius est bene agere, nec expectare a parentibus. Secundum dicitur &c. tales sunt ab Ecclesia pręcisi, & carent Ecclesiastica sepultura, ut patet dist.46.c. Nullus. Et extra de usur.c. Quia.c. Quamquā.lib.6. Contra illos qui dicūt. O pater habeo bullas. Non possunt absolui nisi restituant, sed ubi debent poni tales? O sacrista domicilii, mortuus est dominus. N. uis ipsum? Nō certè, quia est usurarius: O sacrista sancti Dn̄ici. O sacrista sancti Francisci uultis ipsum? Nō. Vbi debet poni? Canta Hier.22. Sepultura asini sepelietur. Tertium dicitur &c. Tales sunt in inferno damnati, Lucæ.16.

ce. 16. Mortuus est diues & sepultus est &c. Exemplũ usurarij, qui super asinum positus, portatus est sub furca: ipso asino in nullo illum dirigente. In signum quòd in furca inferni, erat quo ad animam sepultus. Vnde patet tertium. Quartum dicitur &c. Cice. lib. de sene. Nemo est enim tam senex, qui se non putet annum uiuere. Hiero. ad Geronciã. Nemo est enim tam fractis viribus, & tam decrepitæ ætatis, ut se non putet annum posse superuenire. Et ita de anno in annum ad mortem uadunt, nec curant confiteri: sperant diu uiuere & confiteri. Contra hoc tria sunt remedia, ut sic homo confiteatur.

Primum est mortis dubietas.

Secundum est peccati grauitas.

Tertium est conuersationis difficultas.

Primum est &c. Tria sunt dubia de ipsa morte. Primò circa tempus. Secundò circa modum. Tertiò circa locum. Primò circa tempus, quod sciat quando sit moriturus, ignorãt iuuenes. pueri: senes. Eccl. 9. Nescit homo finem suum. Augus. Nihil certius morte: nil incertius hora mortis. Petrar. 5. Triumpho tpis. Hic humana spes hic delitia: hic miseri homines attendunt. nemo autem scit quantum viuat aut obeat. O quanti laborauere per mundum sperãtes ibi recipere fructum sui laboris: qui tamen ante tempus periierũt: quod sibi promiserant: quanti habent bona, quanti sudant pro mundo, tamen ante tempus tolluntur a præsenti uita. Vnde Pius Papa illustri Mahumeto. d. Angustissima est hominis uita & incerta. Mille instãt in omnes horas pericula, mille mortis facies. Est igitur de anima curãdum, quę post hanc uitã, animam habet vitam, qua uel dolet, uel gaudet, Secundò quo ad locum: quia nullus scit: utrum bene an male mors sit eum lesura. Vidimus namq; uiros uariis modis moriẽtes, & magnum solatium reputare si inter angustias mortis in domo propria: loco proprio, in brachiis parentum mortui essent, quod pluribus non est concessum. Aliqui sunt suspensi in patibulis: alij in mare submersi. Sume tibi exẽplum aliorum, quia ut dicit ille poeta. Fœlix quẽ faciunt aliena pericula cautum. Ideo dubia est quo ad locum. Tertiò quo ad modum: utrum bene an male. O quot cre-

credunt bene mori: qui tamen moriuntur desperati. Eccle. 5. de propitiatu peccatorum. Noli esse sine metu: neq; adiicias peccatum super peccatum. Augus. sermo innocentium. Hac animaduersione percutitur peccator ut moriens obliuiscatur sui, qui dū uiueret oblitus est Dei. Secundum dicitur &c. Quanto plus homo differt confiteri de anno in annum: plus conscientia grauatur, & Deum offendit, extra de consuetudi. c. fi. Tanto inquit grauiora sunt peccata: quãto diutius animam infęlicem detinent alligatam. Vnde quanto quis moratur in peccatis, tanto plus Deum offendit. Vn deponitur talis casus. Quis peccat plus: an secularis: an religiosus? Respondet Tho. 2. 2. q. 16. art. 10. quod secularis; exceptis tribus casibus. Primo ratione uoti. Secundo scandali. Tertio ratione contemptus: quia perseuerat in peccatis, ꝙ non facit religiosus; unde peccatum nõ est sic graue. Tertium &c. Qui differunt conuersionem ponunt se in periculo non posse conuerti, & confiteri in tempore suo. Ratio quia euenire potest, ut post diuturnam consuetudinē peccatorum, non amoueatur de facili malus habitus. Vulgaris. Nunquàm retardes ad terminum extremum. Nam benefaciendi promissio, multos decipit. Quintum dicitur, &c. ut uidemus ad oculum. Sicut. n. præsentia ignis causat calorem, & uini præsentia sitim; ita præsentia rerum temporalium causat sitim, amoris acquirendi. Vnde Ioan. 4. Qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum. Per quam ut Thom. di. 12. q. 33. ar. 2. Intelligitur delectatio rerum temporalium. Desyderium autem istud tantum credit in homine, ut hō tradat seipsum obliuioni, & animam suam. Non curat de Paradiso, & de alia uita. Cum ergo ad confessionem requiratur uera contritio, & uera dispositio benefaciendi, homo impeditur a bonis huius seculi, velut coruus quiescens super cadauera: non curans reuerti ad arcam uitæ æternę. Contra hoc impedimentum tria sunt remedia bona, quæ sequuntur.

Primum est loci incongruitas.

Secundum est doloris immunitas.

Tertium est finis calamitas.

Primum est &c. Quia locus huius mundi non est noster: sed

ſed ſumus hic peregrini. Incola ego ſum in terra. Pſal. Pro beſtiis non pro hominibus factus eſt locus iſte. Auguſt. In ualle ſumus miſeriæ in qua magis flēdum eſt, eo quod minus flemus. Vnde doctores morales aſſimilant eum quatuor. Primo hoſpiti. Quando uiator ad hoſpitium approximat, Tabernarius ei applaudit; oſtendit ei bonum uultum pręparat ei cameram, cum in mane recedere uult oportet quod ſubtiliter ſoluat, & dimittat pagamentum. Ita mūdus applaudit nobis cum diuitijs, & honoribus. ſed in fine uitę oportet facere rationem cum Domino hoſpite. Vnde quidam accedens ad ſepulchrum Alexandri: di. Heri non ſufficiebat tibi totus mundus. Hodie autem ſepultura quinq; pedum contentus es. Secundo fœno. Eſa. 45. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri, ſicut fœnum naſcitur uiride, & ſuperueniente ſole areſcit, & per falcem de terra euellitur, & ab animalibus comeditur, ita homo naſcitur de muliere, ut fęnum de terra, habens uiriditatē iuuentutis, ſed paulatim ſeneſcit, & per falcem mortis de agro mundi tollitur, & uermibus corpus traditur ad comedendum. Tertio ludo pilæ, uidelicet ad pilam quæ hincinde proiicitur. Ita uita noſtra, & hæc fortuna inſtabilis Sen. Omnis fortunæ fęlicitas inſtabilis eſt. Hodie pauperi cra ſtina die diues, hodie ſanus, cras æger. Quarto roſæ quæ cito areſcit. In mane pulchra, in ſero mortificata. Ideo Petrar. 5. triumi. temporis. Quantum ualeo ad moriēdum me præparo, cogitans breuem uitam meam, in qua hoc mane eram infantulus, & iam ſenex, Secundum remedium &c. Iob: 13. Homo natus de muliere breui uiuens tempore repletur multis miſerijs. Sen. Veni & oſtendam tibi, quàm male ſe habeat hoc corpus. Nunc de capite, nūc de faucibus conqueritur. Ille. O quantæ infirmitates. O quantę miſeriæ homini adſunt in præſenti ſeculo.

Tertium dicitur &c. quia de dulcedine peccati nō remanet niſi remorſus conſcientiæ. Rom. 6. Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis?

Feria

Feriæ secundę Hebd. tertię. De præparatione confessionis.

QVanta audiuimus facta in capharnaum: fac & hic in patria tua. Luc.4. Cum quadam uice Christus prædicaret in Nazareth accesserũt ad eum parentes,& amici eius,ac compatriotæ,& dixerunt. Quanta audiuimus facta &c.ac si dicãt.Cum magis tenearis tuis compatriotis,q̃ alienigenis beneficia impendere, quæ impendis:fac potius miracula in patria tua.Secundum expositionem Chrysostomi super Matth. Christus. 3. habuit ciuitates.Prima fuit Bethleem in qua natus. Secunda Nazareth in qua conceptus,& nutritus. Tertia Capharnaum in qua cõiter conuersatus,& plura miracula agebat.Respondit Iesus.Amen dico uobis:quia nemo propheta acceptus est in patria sua.Scd̃m Nic.de Lyra.Apud Nazaret ubi erat conceptus,& nutritus:ab eis singulariter erat despectus.Iuxta illud.Ioan.1.Qui eum non receperunt. Vnde in ipsum nõ credebant,sed ei inuidebant,& despiciebant ipsum pp paupertatem parentum:quia licet essent nobiles, tñ erant pauperes.Vnde dicebant despectiue Mat.13.Nonne hic est fabri filius.i.Ioseph.Et Matth.6. Nonne hic est faber.Ex hoc pauca miracula faciebat,quia erãt indigni. Nemo propheta acceptus &c.Ac si dicat,si miracula non facio apud uos: non est quod despiciam patriam meam; quam mater mea honorauit;aut quod sim impotens ad talia peragenda,sed quia estis indigni,& hoc propter superbiam, inuidiam, & incredulitatẽ uestram,unde alienigenis facio, qui me honorant plusquàm uos.Nemo inquit Propheta &c.& quod hoc sit uerum;quod prophetę magis honorantur apud extraneos q̃ suos,ostendit Christus duplici exemplo. Primo Heliæ qui a Iudæis expellebatur,& contemnebatur. A gẽtilibus aũt honorabatur:ut patet.3. Reg. 18. Cum multæ aliæ uiduæ in Hierusalem essent:tñ nulla fuit digna recipere Heliam apud sareptam sidoniæ:sicut mulier gentilis uidua Sareptana,quæ eum suscepit honorifice in domo sua. Secũdo exemplo Helisei,qui multis leprosis in Iudæa existentibus;nullus tamen ab eo mundatus est,nisi Naamam

Syrus.

Syrus. In exemplum quod inter extraneos aliquando plura miracula faciebant prophetę, q̃ inter domesticos. Repleti sunt oẽs in synagoga ira; quia s. eis pręponebat gentiles; quos Iudæi abominabantur. Eiecerunt illum extra ciuitatem tanq̃ dignum morte; ut illum interficerent. Ipse autem Iesus transiens per medium illorum ibat; uirtute diuinitatis suæ de manibus eorum lapsus est, & descendit Capharnaum, ut responderet aliis doctrinam sacram, quoniam illi de Nazareth erant indigni. Applica: de præparatione confessionis hodie erit sermo, & cap. 3. sane uidenda.

Primum dicitur præparationis.

Secundum dicitur conditionis.

Tertium dicitur completionis.

Primum dicitur &c. Conclusio est Philosophi in j. de generatione, quod ad pauca respicientes de facili enunciant. Exempli gratia de illo qui non respicit ad famam, & honorem, & gloriam proximi sui; qui non respicit ad scandalũ, quod sequi põt; de facili infamat, detrahit, uituperat ipsũ, & huiusmodi. Ad pauca &c. Præterea de illo qui homicidium facit; quia non respicit finem. Ad pauca &c. Ideo dicebat ille poeta. Quicquid agis prudenter agas respice finem. De quo fine Philosophus. 2. Phi. Finis mouet agentem in eodem. Finis habet rationem optimi, & Auerroys super. 2. Meth. Qui destruit finem, destruit omne bonum. Vnde legitur de Socrate Philosopho, cũ Athenis legeret; una die in platea clamare cępit. Qui uult emere sapientiã, ueniat ad me. Quod declarauit hoc modo; in omnibus quę homo acturus est, finẽ respiciat. Respice finem. Et rex ciuitatis super fores palatij iussit poni. Respice finem. Barbitonsor autem eius hoc uidens, cum regem iugulare uellet; uidit hoc scriptum super portam., & recordatus huius dicti; destitit. Ad pauca respicientes, de facili enunciant. O quot latrocinia. O quot mala sunt, quæ non essent si finis respiceretur. Ad propositum. Peccator qui uult confiteri peccata sua non attendens ad periculum animæ quod sequi põt: cum sacramentum confessionis sit utilissimum, quamuis hodie non habeatur studium circa illam, unde homo facit illam grosso modo. Et potius dicenda est confusio, quàm

con-

sio,& parlamentum cōe,quam confessio.Qui uult ergo ho die digne confiteri, & fructum recipere ex ea; necesse hēt homo,ut ad illā se præparet cum optimo modo. Quæ præparatio est duplex.

Prima dicitur præparatio recordationis.

Secunda dicitur amaricationis.

Prima dr̄ &c. De qua Esa.36.Recogitabo tibi oēs annos &c.nota annos.s.iuuētutis in qua tot uerba ociosa, tot dissolutiones,tot pctā.o iuuenes mei.Recogitabo tibi omnes annos:non īmerito talis debet fieri præparatio:quia hō in tpalibus si hēt facere computum alicuius negocij, examinat libros,uidet matriculam,aperit originale: uides dies, ponit menses,numerat annos , & si non sufficit dies ponit noctem:obliuioni tradit somnum & cœnam.Et si qn̄ ab vxore,& filiis uocat̄.O pr̄ eamus cœnatum.O ego habeo aliud agere . Præterea si mulier hēt aliquid agere,numerat cum digitis.Si ergo cum tanto studio quis uidet tpalia,quanto magis in factis animæ dēt meditari facta sua:q̄ fit in sacro cōfessionis?Recogitabo.In huius figuram Dauid post pctm̄ homicidij,superbię,luxurię,uolens obtinere ueniam:prius examinauit consciām suam,uolens Deo confiteri,mentali confessione.Dixi.i.mente mea deliberaui, ut exponit Cassiod.Confitebor aduersum me.i.contra me,nō contra Deū, aut Diabolum:sed aduersum me,neminem inculpādo,nisi seipsum.Sequitur. Et tu remisisti iniquitatē peccati mei. Sed heu : quia quidam impræmeditate ad hanc accedunt, ut animalia ad pascua.Tales nō faciunt confessionem, sed confusionē.O pater nescio quid dicam.Petatis uos.O miser,nunquid scio pctā tua.Nunquid confessor aderat. Et si confessor non examinat de puncto in punctum: dicunt esse hominem grossum;sed tales audiant,quod dicit Tho.in 4. dist.19.Quod peccator dēt primo incipere confessionem, & eam prosequi.Demum sacerdos ipsum adiuuare dēt,nec omni uerbo ipsum examinare: sed homo se pæparare dēt.

Secunda dr̄ &c. Videlicet cum lachrimis . In amaritudine animæ meæ.Et quantum dēt esse iste gemitus, ostēdit Propheta Hier. 7. Luctum unigeniti fac tibi planctū amarum Mulier cum perdit primogenitum,dolet,plangit,eo quod

amisit unicum filium, qui erat eius consolatio. Et quanto magis mente, peccator miser debet flere, qui per peccatum amisit sponsum suũ Deum? Vide ò ciuis in scriptura. Gen. 50. Egyptii fleuerunt mortẽ Iacob 7. dieb. Et Deut. vlt. Filij Israel fleuere mortẽ Moysi 40. dieb. Adã fleuit 100. annis Abel, in quibus cum uxore sua non habuit rem. Gene. 23. Abraham post 100. annos Saram mortuam fleuit. Si isti flebant corpora mortua, quare nõ magis flere debemus peccata nostra? Quanto plus miser peccator, qui Deum perdidit. Vnde Amb. in li. de pœn. Nihil est qđ tã cã summi doloris sit, q̃ si recordetur quis, unde lapsus sit. Vbi no. secũdũ Pet. de Pa. in 4. Quod iste dolor debet habere duas partes.

Primò debet esse sensibilis. Secundò intellectualis.

Primò &c. Vt agat pnĩam de pc̃ õ suo, ieiunia, uigilias &c. qui. n. pc̃m fecit, æquũ est, vt pnĩam agat. Orige. super Leu. Quod gula peccauit ieiunium corrigat. Chryso. sup Mat. Qualis præcessit offensio: talis debet seq satisfactio, qui fuit in culpa, luat pœnam. Secundo intellectualis, ut sit male contentus de præteritis, & potius mori, quam plus peccare, quantum in se est. Et tale propositum, ut dicit Th. in 4. debet esse firmum. Et tantus posset esset, q̃ pc̃õr absolueretur a culpa, & a pœna suorum pc̃õrum. Quod probatur triplici medio. Primò authoritate. Luc. 18. de Publicano qui orans dixit. Deus propitius esto mihi pc̃õri. Amen dico uobis, descẽdit hic iustificatus in domum suam. Quid uult dicere iustificatus, nisi quia pc̃õrum suorum nexibus, fuit absolutus? Secũdo Figura. 2. Re. 12. de Dauid, qui adulterium, & homicidium commisit, & nunquam pc̃ã fuerunt dimissa, nisi postquam pœnituit dicens. Peccaui. Et statim affuit Nathan Propheta di. Et dñs transtulit pc̃ũm tuum a te: & culpa, & pęna fuit dimissa. De Latrone. Mat. 36. Hodie mecũ &c. Magdalena Lu. 7. Dimissa sunt ei. &c. Tertiò exemplo. In lib de septem donis. De quadam meretricula, quę a matre redarguta est sup pc̃õ suo. O matres corrigite filias uestras. Gladio matrẽ iugulauit, & eã occulte sepeliuit. Cumque ad prædicationem iuisset adeo cumpuncta est, ut per medium creparet, & cęlum ascendit. Apparuit autem cuidam, dicens ita esse compunctam in illa hora, ut

omnia

omnia pctã sua laxarentur. Vnde patet primum. Secundum dicitur &c. Cum conditione maxima facienda est confessio, quæ secundum T.4.di. 17.est triplex. Aliter nihil ualeret pęnitenti ipsa confessio sacramentalis.

Prima dicitur, electionis.

Secunda dicitur, solicitationis. 3.

Tertia dicitur, modificationis.

Prima dicitur &c. Vt peccator eligat patrem spiritualẽ, qui in se duas habeat conditiones. Primò scientiam. Secundò bonam conscientiam. Primo sciam cõpetentem, ut sciat discernere inter lepram, & leprã.i.pctm̃, & pctm̃. Vnde Augu.de pę.di.6.c.Cui autẽ. Qui uult confiteri pctã sua, ut inueniat gratiam, quęrat sacerdotem scientem ligare, & soluere: ne cũ circa se negligens extiterit, negligatur ab eo, qui eum misericorditer mouet; & petit ne ambo in foueam cadant. Idem in eadem di. Caueat iudex spũalis, ne careat munere scientiæ. Et di.38. Ignorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus euitanda est, qui docendi officium, in populo Dei susceperunt. Et Christus in Euang. Si cecus ceco ducatum præstat, ambo in foueam cadunt. Omnia mala procedunt ab ignorantia. Vnde Esaias conqueritur plorans captiuitatem Iudaici populi di. Propterea ductus est populus meus captiuus: quia nõ habuit scientiam. Vnde opus est, ut pater spiritualis habeat intelligentiam. Quia ut dicitur 4.Metha. Ignorantis uinculum non est soluere. Sed heu, quia hodie uocant ocio & non literis. Quidam negociationibus: quidam occupantur, scilicet ad aucupandum, tenendo canes, & accipitres, cum literis deberent insudare. Facetia de Diacono, qui erat ordinãdus in sacerdotem, ab episcopo interrogatus de sufficientia. Quot sunt inquit sacramenta Ecclesiæ? Respond. tribus. Et episcopus Q[illegible]us. Chrismus, baptismus, & missa pro defunctis. Tales [illegible] maiorem gratiam in populo habent, quam homines probi. Quia de omnibus absoluũt, & semper secum deferunt autoritatem papalem. Vnde vnam absolutionem faciũt super caput, aliam super bursam di. Autoritate qua cõfundor. Ego absoluo te, quod non debeo, restituo te sacramentis Ecclesiæ, q; non possum. In nomine patris &c. Da

mihi carnalium. Tribue blanchum. O pr̄ inquiũt mulieres: qũo bene confitetur. Tenet librum apertum. Dat modicā pniam. O fatuitas secularium. Si sunt infirmi quærunt me dicum bonum, qui eorum intelligat infirmitates. Et quãto plus patrem, & medicum spiritualem? Secunda conditio, q̄ habeat bonam conscientiam. s. ut sit bonæ uitæ, & bonæ fa mæ. Vnde. 1. q. 1. Vilissimus computandus est, nisi præcellat scientia, & sanctitate, quæ est honore præstantior. Et Philosophus libro de pomo, & morte. Docentes alios, mentiri non debent: Et Christus, Mat. 5. Sacerdotibus. Sic luceat lux uestra coram &c. Vnde frater aut clericus scandalizãs secularem, deberet proiici in mare. Quærendus est ergo sacerdos bonę conscientiæ. Et quare o pater Gabriel? quia corriget de peccatis suis peccatorem, persuadens ei periculum animæ. Sed per oppositũ non curabit de anima. Quia est distinctus, & brigosus, & pro pare caponum, facit mille periuria. Vnde ex hoc plures non restituunt mala ablata. Videmus expresse usuras, falsos contractus. Alius tenet cõcubinam, alius non finit odia, & tñ in paschatę cõicat se. O confessores, o patres spirituales, qui nõ cogitis tales ad bene agendum. Sed hoc totum: quia hæc dona, hæc munera, mundum destruunt, par caponum &c. Secunda dicitur solicitationis. Quia homo debet solicitus esse in principio Quadra. Prou. 28. Iustus in principio accusator est sui. In principio. s. Quadra. Non immerito: quia est solicitus, o ciuis, o mercator, o artisanæ, in radendo omni sabbato barbam, poliendo caput. Et tu o mulier omni mense faciẽdo lixiuium, & quotidie lauare supellectilem. Quare nõ plus de anima in confessione? Et noli retardare ad septimanam sanctam, ut plures agunt, cum memoria hominis sit labilis. Reuertere ad confessionem ter, quater. Ego nescio quid heri comedi; multo plus peccata, quæ fiunt infra anr[illegible]. Ideo sępe replica tuam confessionem: quia non est aliquid quod tantum debilitet uires Dæmonis, ut ipse August. inser. Confessio est salus animarum, dissipatrix uitiorum, restauratrix uirtutum. Ille. Exemplum Thom. de Cantua. Dũ infirmaretur grauiter apparuit ei Dæmon, ut ipsum tentaret. Et quæsiuit ab eo, quid plus odio haberet? Respondit

Thomæ

Thomæ Dæmon. Vere confessionem. Et ille. Quare hoc? Respondit. Quia omnes labores meos amitto in ipsa: cum peccator cum Deo suo reconcilietur, & pacificetur. Et ex rebelli & malo proteruo ad Deum suum reuertitur, & ab ipso gratanter suscipitur. O cōfessio gloriosa, o sancta res. Vnde dubium quæritur. Vtrum sit tanta uis confessionis, ut quis non habens copiam confessoris, possit laico confite ri? Respondet Aug. de pœn. dist. 6. Tanta est uis confessionis quod si deest sacerdos confessor, confiteatur proximo. Quod uerbum secundum Th. in 4. dist. 17. non est præcepti sed consilii. Quia laicus non habet claues. Vnde per consequens confitendo laico, tenetur iterum sacerdoti confiteri, cum omnib. culpis. Est tñ bonum, & utile laico confite ri in casu necessitatis: quia in tali casu consequetur ueniã pctõrum. Quod probatur duplici medio. Primo exemplo cuiusdã peregrini: qui in mari existens, & mari turbato, cõ fessus est pctm̃ suum cuidam suo socio. Et ex hoc mare pla catũ est, q fecit illa confessio. Nota hic, q est ualde periculosum nauigare cum blasphematorib. & qui sunt in morta li. Vnde dicunt doc. quod ex pctõ Iudæ. Io. 8. turbatum est mare. Ad propositum. Si hoc fecit illa confessio: cum tñ nõ esset sacr̃m, o quid faciet cũ patre spũali? Secundo similitu dine de patre nostro Dominico, qui dæmonẽ cõduxit per omnes officinas, tandem in capitulum. O Dominicæ quid facis? oĩa hic amitto, die ueneris. Si hoc egit illa &c. Tertia dicitur &c. Qũo. s. fieri dẽt? Resp. quod cum erubescentia. Et ratio Doctorum, quia est maxima pars satisfactionis. De pœ. di. 6. c. 1. Quoniam uerecundia magna est pœna, fit dignus uenia, qui pro Christo erubescit. Et de pœ. di. 1. ca. Quem pœnitet. Erubescentia in cõfessionem peccatorum, maxima pats est satisfactionis. Exemplo patet. In lib. de lapidibus legitur. Quidam fuit in Galliæ partibus, qui filiã propriam oppressit, & cum maxima uerecundia uenit ad sanctum Vincentium, petens si unquam de illo peccato, ueniam impetrare potuisset. Respondit iuo fili, si pęnitentiã agere uelis. At ille. Omnia perficere uolo. Vnde iniunxit ei pęnitentiam septennem. At ille. O pater credis me saluari? Ita certe. Ieiunia tres dies in pane, & aqua. At ille. O

 pater,

pater,quo possum obtinere ueniam? Respondit sāctus. Dic tm̄ tria pater noster,quia pro certo, peccatū dimissum est. In illa hora durum ploratum emisit,& in terram procidēs expirauit. Apparuit ei in nocte sequenti,& dicit se euolasse ad gaudia sempiterna,sine aliqua pęna. Et hoc totum propter illam uerecundiam sanctam. Sed heu quia plures accedunt sine hac,ad sacramentum hoc,ueluti stulti,quasi ridendo. Et ut hanc confusionem fugiant,quærunt patrē,aut surdum,aut fatuum,aut indeuotum, aut locum secretum. Et hoc mihi non potest placere audire confessiones in cameris,& locis secretis,sed bene publicis,ne pœnitēs dicat uerba derisoria aut triumphando. O quot res uanæ. Conqueritur Dominus Hiere.8 Non est qui agat pœnitentiā, super peccato suo dicens. Quid feci? scilicet cum rubore. Sed dicet aliquis. Cuius utilitatis est confessio, quæ cum tanta diligentia debet fieri? Respondeo ꝙ multiplicis. Prima,quia est mentis serenatio. Valet confessio ad quandam mentis securitatem,ex cognitione uenię acceptæ. O pater cum sum confessus totus sum letus confessionis merito. Secunda utilitas est pœnæ diminutio. Nam sacerdos ex ui clauium,pōt aliquid pœnæ debitæ relaxare,licet non omnem pęnam. Tertia utilitas est;intercessorum multiplicatio,tenentur nanque sacerdotes orare pro eis qui sibi confitentur. Quarta est gratiæ augmentatio. Sæpe.n.in confessione deuota:dominus augmentat gratiam collatam, in confessione. Quinta est Dei glorificatio,quia cum quis sua peccata sub spe ueniæ cōfitetur: Deum misericordem glorificat. Quare laudabile est,ut qui frequenter peccant,non tātum semel in anno,sed sæpe etiam confiteantur. Tertium dicit. Triplex namque defectus committi potest, ne confessio sit perfecta,ut ponit Thom.4. dist. & per consequens nullius adiutorij spiritualis.

Primus dicitur malitiæ. Secundus dicitur circūstantię. Tertius dicitur negligentiæ.

Primus dicitur,cum peccator ex malitia,& aliquo respectu ductus,peccatum suum celat patri suo spirituali. Talis cōfessio est inualida. Aug.de pœn.dist.5.capi. Consideret. Cautus sit pęnitens,ne uerecundia ductus,diuidat apud se

con-

confeſsionem:ut diuerſa, diuerſis uelit ſacerdotibus mani feſtare. Sed anima chara dubium quærit ſibi. Vtrum homo poſsit diuidere confeſsionem ſuam: dicere unam partem uni, alteram alteri, ex quadam erubeſcentia? Reſpondet Petrus de Palude in 7. Quod loquimur dupliciter. Aut de mortalibus, aut de uenialibus, ſi de mortalibus. Sic dico quòd uni, & non pluribus, ſunt de neceſsitate dicenda. Aut de uenialibus, quia uenialia non habent connexionem, nec quo ad contritionem, nec quo ad abſolutionē. Ideo abſq; iudicio, & præiudicio ſalutis, poteſt de hoc dimidiari confeſsio, quamuis non ſit honeſtum niſi fiat ex cauſa rationabili. Ad propoſitum ergo. Cōfeſsio debet eſſe ſine malitia: & confeſſor qui uidet peccatorem in tali ſtatu, non debet acriter reprehendere, ſed ipſum confortare, quia & ipſe in ea cadere poteſt. Ex hoc Deus permiſit Petrū cadere, ut aliis eſſet exēplum gratioſitatis. Vnde Greg. d. 50. Cōſydẽrandum eſt quod idcirco Deus permiſit ipſum cadere, & negare Chriſtū, ut in ſua culpa diſceret, qualiter aliis miſereri deberet. Ille. O patres agite gratioſe. Exemplo illius qui dixit adulteræ. Vade & amplius noli &c. Quod fuit in exēplum confeſſoribus pietatis. Secundus defectus &c. quādo non dicitur peccatum cum circunſtantia. Vbi nota ſecūdū Bon. in 4. d. 17. quod duo ſunt genera circunſtantiarū. Primum eſt alleuians peccatum, & hoc nō eſt dicendum. Secūdum eſt neceſſarium, quia nō ſufficit dicere peccaui cū muliere: imo oportet ut exprimatur, utrum cōiugata, uel uirgo, uel religioſa, uel conſanguinea, & ſic de aliis, aliud eſt peccare cum moniali, aliud cū ſeculari, aliud cum ſoluta, aliud eſt percutere clericum, aliud laicū. Et ſic de ſingulis. Vnde Tho. in expoſitione pſalmorū ſuper illud Pſal. Cōfitebor aduersū me &c. In uerbo iniuſtitiā, quod triplex eſt iniuſtitia. Prima contra Deum, quæ eſt dicēda. Pater dico meam culpā, quia blaſphemaui Deum meum, ſacramenta falſa accepi. Dilexi plus diuitias, q̄ Deum meum, non celebraui feſta, & huiuſmodi. Facetia de Bergomenſi qui crucifixum ueterem flebat: quia populus amplius non portabat encenia, ſicut ante: propter nouum crucifixum. O crucifixe uetus, doleo ſuper te quam plurimum, ſurrexit crucifixus

nouus & abstulit pignatas cum flasconibus. Secunda iniustitia est contra proximum. Pater non honoraui parentes meos: concupiui rem proximi, uxorem infamaui. Applica de odiis, de inuidiis, quod unus alium insequitur, de superbia quæ regnat. Et quod terra illa tria habet: Primo est superbia. Secundo inuida. Tertio paupercula. Pauper superbus: nihil peius dici potest. Tertia iniustitia cõtra seipsum. Practica super 7. mortalia. primo de superbia. Præterea de quinq; sensibus. Præterea de septẽ operibus misericordiæ: præterea de decem præceptis. Sed heu me: quia nesciunt cõfiteri. Sunt multi: sinunt peccata grossa, & leuia dicũt. Quot doctores legum: quot dñi, in actu ille uidẽtur esse in alia uita. O immemores ꝓpriæ salutis. O homines grossi. Sic de mulieribus quæ se laudant. Pater quotidie dico tria pater noster &c. Aut accusant uicinas. Pater illa mea uicina, abstulit mihi gallinam &c. Tertius defectus &c. quia non faciunt pœnitentiam eis iniunctam, a confessoribus. Contra Deu. 17. Qui non obedierit sacerdotis imperio, morte moriatur. Et pœnitentia quæ non fit hic, fiet in alia uita acerbior: imo acerbissima. Exemplum legitur in libro de apibus. Tempore Innocentij Papæ: quidã ribaldus maximus: ad pontificem accessit pro absolutione sui facinoris, nolẽs facere pęnitentiam: tandem ei iniunxit, ut diceret omni die tantum: quando dormitum iret, cum signo crucis. Morieris & non uiues. Consyderans hoc cœpit flere. O miser melius est hic plangere, q̃ in alia uita. Vnde cõdignam egit pœnitentiam super peccatis suis: & saluatus est.

Feria III. hebdomadæ tertiæ. De necessitate confessio.

SI peccauerit in te frater tuus: uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Matth. 18. Veritas incarnata, hodie nobis dat quatuor salutifera documenta, saluti nostræ quàm plurimum necessaria. Primum de fraterna correctione, cum dicit. Si peccauerit in te frater tuus, id est te solo sciente, uel in tę, id est cõtra te iniurias irrogando. Vade & corripe eum inter tę & ipsum solum: secũdum

Chryso.

Chryfofto. & Thomam fuper Matt. Aut peccatum proximi eft publicum.aut occultum. Si publicum publice eft arguendum. Vnde & nofter Romanus Apoftolus.1. ad Thymotheum. 5. Peccantem coram omnibus, coram omnibus argue:ut ceteri timorem habeant. Aut eft fecretũ.tunc habet locum correctio fraterna, quæ eft actus charitatis, quæ debet fieri in loco fecreto. Corripe eum inter te, & ipfum folum. Non immerito, quia fuper omnia bona:eft fama in populo. Iuxta illud. Melius eft nomen bonum quam diuitiæ multæ. Ideo fecretæ peccatum proximi corrigendum eft:ne fi repræhẽdatur in publico, efficiatur inuerecũdus,& per confequens lefa fama fua, a peccato non fe corrigat. Vnde dicitur. Si peccauerit &c. Secundum documentum eft de Prælatorum dignitate,cum fubdit. Amen dico uobis;quæcunque alligaueritis fuper terram, erunt liga.& in cœlo,quia fcilicet poteft cœlum aperire facerdos, peccatori pœnitenti. Matt. 16. tibi dabo claues regni cœlorum. Et Ioan. 20. Accipite fpiritum fanctum, quorũ remiferitis peccata,remittuntur eis,& quorum retinueritis retẽta sũt. Tertium documentum de orationis utilitate, cum dic. Dico uobis,quia fi duo ex uobis coufenferint,fcilicet in animo,offenfam fibi inuicem remittendo: de omni re quã petierint,fiet illis a patre meo. Quia oratio non eft accepta coram Deo. fi teneatur contra fratrem odium in animo: Vnde fubditur. Vbi duo uel tres fuerint cõgregati in nomine meo,ideft in charitate uniti:in medio eorum fum,fic acquiefcendo bonæ uolũtati eorum,& petitioni. Nota in uerbo.medio eorũ fum. Secũdum Phi.2.Phi. Virtus in medio confiftit. In eodem. Medium in omnibus eft laudabile. Poeta. Medium tenuere beati. Chriftus in omnibus tenuit medium. Nã in natiuitate, ftetit in medio duorum animaliũ. In morte,ftetit in medio duorũ latronum. Poft refurrectionẽ,ftetit in medio difcipulorũ. Luc. 45. Stetit in medio difcipulorum fuorum. Per hoc nos inftruit,qđ in omnibus operibus noftris debemus tenere mediũ,& fugere extrema. Aliter.n.ipfa opera nõ effent uirtuofa, q̃ oẽs uirtutes sũt in medio. Virtus in medio confiftit. Quartũ quòd iniurias

femper

ſemper dimittere debemus. Accedens Petrus ad Chriſtũ dixit. Domine quoties peccabit in me frater meus: dimittam ei: uſque ſepties? Reſpõdit Ieſus. Nõ ſolum ſepties, ſed uſq; ſeptuageſies ſepties: id eſt toties quoties. Ponĩt numerus determinatus pro indeterminato. Hiero. Septuagies ſepties, id eſt quadringẽtis nonaginta uicibus. Sen. Si magnanimus fueris, nunquàm reputabis tibi iniuriam fieri. Applica. De neceſſitate confeſsionis erit ſermo. De qua duo ſunt uidenda myſteria.

Primum dicitur neceſſitatis.

Secundum dicitur temporalitatis.

Circa primum quæritur dubium. Vtrũ homini ſit neceſſaria uocalis cõfeſsio ad ſalutem? Ad quod duplex fuit opinio. Vna dicit ꝙ non: quæ probat intẽtum ſuum triplici medio. Quæ poſitio fuit Græcorum, & quorundam Hæreticorum. Primum eſt tale. Si neceſſarium eſſet homini confiteri ſacerdoti, hoc non eſſet niſi ad taxandum ſibi pœnitentiam de peccatis, ſed homo poteſt ſufficiẽtem ſibi pœnitentiam taxare; igitur uocalis confeſ. &c. Secundum eſt tale. Nullus tenẽ manifeſtare in honeſta corporis ſui, multo minus inhoneſta animæ, quę ſunt peccata. ff. de cond. ob turpẽ cauſam. l. 2. & C. de iureiurando. l. 1. & 2. ubi dicitur. Non debet aliquis allegare turpitudinem ſuam. Igitur &c. Tertium eſt tale. Confeſſio eſt neceſſaria, ad remiſsionem culpæ, ſed aliquibus peccatum remiſſum eſt ſine hoc ꝙ confeſsi legantur ut patet de Petro: Paulo: de deprehẽſa in adulterio, de Magdalena, & pluribus alijs: a quibus Chriſtus nullã exegit cõfeſsionẽ, & tamen peccata remiſit: ut daretur intelligi peccata eſſe dimittenda ſine confeſsione, igitur confeſsio uocalis &ç. Secunda opinio dicit quod ſic. Iaco. 5. Confitemini alterutrum peccata ueſtra. Ad quam difficultatem Theologi in 4. diſt. 17. & omnes Canoniſtæ reſpondent, quòd confeſsio uocalis neceſſaria eſt homini ad ſalutẽ. Quod probatur triplici ratione.

Primo ratione præceptionis.

Secundo ratione autoritatis.

Tertio ratione exemplaritatis.

Primò ratione &c.Ex quintuplici lege prçceptū est. Pri mò legis naturalis. Vna est maxima Theolog.quod homo compositus est ex corpore & anima. Ex parte corporis, est multum labilis ad peccandū.1.Io.3.Si dixerimus,quia pec catum non habemus, ipsi nos seducimus & ueritas in nobis non est.Et 12.q.1.cap.Omnis ętas ad malum prona est,ab adolescentia sua.Ita fragilis,ut dicit Tho.in 4.di.12. ꝙ ho mo diu nō potest esse sine ueniali.Ad propositum. Ratio naturalis dictat, ut post peccatum sit male contentus se re cognoscendo,& ueniam petendo.Hæc autem recognitio, dicunt doctores,est confessio mentalis,quam faciebant an tiqui post peccatum. Et quia Deus ante incarnationē erat spiritus.Ioā.3. Deus spiritus est, ideo erat contentus men tali cōfessione,nec plus exigebat.Sed postq̄ factus est hō, confessionem oris a nobis exigit,& quia præsens nō est cor poraliter nobiscū,uult eam faciamus suo Vicario, scilicet sacerdoti.De quo Matt.8.Vade ostende te sacerdoti,s.con fessori. Quæ confessio fuit figurata in terrestri Paradiso. Gen.3.quando dictum fuit Adæ. Adam ubi es? q.d. Cōfi tere reatum tuum.Super quo August.Adam ubi es? Verba sunt increpantis,& ad confessionem cogentis, nō ignorā tis.Ille. Vnde constat ꝙ loquitur de confessione uocali, & mentali, fienda ipsi Deo.Primò uocali,quia tunc Deus, non homo,uocaliter loquebatur ipsi Adæ.ubi es? Vnde ab illo loco fuit data confessio.Secundò mentali ut in seipso Adam esset male contentus.Et hoc dicit Tho.4.dist.17. ꝙ cōfessio est de iure naturali.& Sco.in 4.eadem. di.q.unica quòd confessio est de iure diuino. Ex hoc Papa nō potest dispensare super hac,& Cano. extra de pęn.& re.c. Omnis utriusq;,quòd confessio est de iure positiuo. vnde Thomas quodlibet 4.qō. 10. hoc mirabile dicit. Indubitanter te nendum est,quod cōfessio est de iure diuino,& semper ho mines tenebātur ad eam,post casum in peccato mortali in uoto,sed nō in effectu, quia nondum erant instituti cōfes sores,nisi post passionem Christi, qui haberent absoluen di autoritatem.Ille.Vnde patet prima lex. Secundo de ꝑ cepto legis Mosaycalis,q̄ in sacrificijs & oblationibus ani malium,figurabat confessionem.In Leu.4.& 3.cap.dicitur

quod

quod percussus lepra, debebat se sacerdoti præsentare, & illum modum lepræ consyderabat. Si uidebat lepram incurabilem: immundũ iudicabat, & a cæteris separandum. Si autẽ uidebat habilem correctionem, mundum iudicabat, & liberum dimittebat. Hoc proprium habet agere sacerdos in lege noua spũaliter: circa peccatorem. Qui si uidet peccatorẽ nõ contritũ ipsum expellit, sed si dolet absoluit. Vnde ex hoc aliqui ex hæbreis bene peritis asserũt, ꝙ dũ reperiunt sacerdotem de leuitico genere, quod tñ difficile est discernere: peccata sua ei uocaliter cõfitẽtur, sicut & nos añ mortẽ. Tertiò ex præcepto legis Prophetalis. Prouer. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur, qui autem cõfessus fuerit, inueniet gratiam. Et Esa. 23. Sume cytharam. s. cõfessionis, inquit Deus, frequẽta cantum, meretrix tradita obliuioni. Quarto legis Euangelicalis. Scribitur Lucæ 17. de decẽ leprosis a Christo mũdatis, qui clamabant. Iesu fili Dauid &c. Quibus dixit. Ite ostendite uos sacerdotibus. Eundo autẽ mundati sunt, ad innuendũ quod lepra peccati, mũdatur ostendendo se sacerdoti in confessio. Præterea Lucæ. 3. dicitur quòd qui baptizabantur a Ioan. confitebantur ei p̃ctã sua. ut dicit Thom. in 4. dist. 1. Baptismus Ioannis nõ erat sacramentum Ecclesiæ, per consequens nec purgatiuũ peccatorum, erat tamen dispositiuum ad pęnitentiam, ut etiam patet de conse. di. 4. cap. Aliud. Quãto magis tenentur nunc Christiani, ad uerum sacramentum confessionis, quam promulgauit Iacobus apostolus? Vt patet Iac. 5. di. Confitemini alterutrum peccata uestra. s. habẽtibus claues Ecclesiæ, quibus Christus dedit autoritatem absoluendi in persona omnium. Ioan. penul. Quorum remiseritis p̃ctã remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. O dignitas sacerdotum confessorum. Quintò de præcepto legis Canon De pę. dist. 1. c. Serpens. Venialis est culpa. i. digna uenia, quam sequitur confessio delictorum. In eadẽ di. Nõ meruit iustificari, qui p̃ctã sua noluit confiteri. Sed quærit anima chara. Vtrum uirgo, & apostoli confiterẽtur. Cõfessio peccatum præsupponit. In Maria nõ fuit peccatũ, ergo nec confessio. Respondet Ric. in 4. dist. 4. ar. 3. & Alber. super Missus est. Et Apostoli, & Ioãnes Bap. cõfitebãtur, licet

cet non legamus vbi aut quando. De Maria autem dic, ꝙ Ioanni Euangelistæ confitebatur ex humilitate, a quo oĩa Ecclesiæ sacramenta accepit, cui dicebat. O mi Ioannes nõ sum digna tanto filio. Nõ sum digna uocari mater Dei, q̃a non recognosco filii mei beneficia, licet recognosceret. Vnde patet prima ratio principalis. Secũdò ratione &c. extrà de pen.& remis.c.Oĩs.Oĩs utriusq; sexus postquàm ad annos discretionis peruenerit, omnia peccata sua tenetur proprio sacerdoti confiteri. Ille. In quibus verbis quatuor ponunt̃ difficultates. Prima est. Qui dicũtur anni discretionis. Circa hoc quatuor sunt opiniones. Vna est Richar. in 4. Et Sco. in 4. ꝙ annus discretionis dr̃, cum quis est doli capax: & cognoscit peccatum, cuius signũ est qñ dat interroganti ordinatas respõsiones. Et in hoc tpe tenetur cõfiteri. Opinio est aliorum ꝙ annus discretionis intelligitur in mulierem anno. 12. in uiro. 14. in quo tẽpore obligatur ad confessionem & communionem. quod non seruatur hodiernis temporibus. Tertia opinio est quorundã; qđ annus discretionis intelligitur annus octauus. Quæ opinio uera nõ vr̃. Ratio, quia vt in pluribus, in anno 8. puer nondum habet usum rationis, ut experientia patet. Et quamuis dicatur de puero. 5. annorum: de quo Greg. in 4. Dia. dicit ad gehennam esse condẽnatũ propter peccatum blasphemiæ. Respondeo ꝙ in illo fuit acceleratus usus rationis, præter communem usum. quem si non habuisset, nõ fuisset sibi imputatum in peccatũ. Si ergo iste vsum rationis habuit, præter usum communem in quinquẽnio: unde peccare potuit, non sequitur quod omnes alii habeant, quia ut dicitur extra de reg. iur. in 6. Ea quæ a iure communi exorbitant, nõ sunt in consequentiam trahenda. Et Philosophus. Vna hirũdo non facit uer. Quarta opi. q̃ verior uidetur Et est Tho. in 4. ꝙ pueri circa. 11. uel 12. annum si apparent signa in eis deuotionis, ita. s. ꝙ sciãt discernere panem materiale, & sacramentalem, possunt communicare, quia præsumũtur habere usum rationis. Secunda difficultas. Quid dicitur proprius sacerdos? Ad quod respondet Alexan. 4 par. sum. quæstio. 172. Proprius sacerdos dicitur tribus modis. Primò propriè: & iste est sacerdos parochialis, qui sacramenta

menta ministrat,& cui cōmissa est cura spitualis parochianorum. Secundo dicitur proprius &c. Iste est Episcopus prælatus ordinarius. Tertio communissime, ut pœnitentiarij Papæ. Et illi quibus à Papa concessum est priuilegium audiendi confessiones: ut prædicatores,& minores, sicut patet per decretales. de confessionibus audiendis. Tertia difficultas &c. Vtrum sine peccato existens obligetur ad confessionem. Petrus de Tharantasio in dist. 17. dicit quod sic. Et hoc est propter præceptum Ecclesię, de cōfitendo semel in anno. Sed dicis: cum non habeam nisi uenialia, quæ multis modis remittuntur. Quid debeo confiteri? Respondeo quod non ex ui sacramenti obligatur: sed ex instituto Ecclesię. Sed pono casum. An existens sine ueniali teneatur ad hoc præceptum? Respondeo quod sic: quia Ecclesia sic præcepit,& peccator cōfiteri debet se peccatorem esse in potentia, non in actu. Quinta difficultas &c. Vtrum quis absolui possit sine pęnitentia? Videtur quod sic. quia Christus adulteram absoluit sine pœnitentia. Vade inquit in pace,& noli amplius &c. Respondeo quod nemo potest absolui sine ea: quia est sigillum confessionis. Ad argumentum Christi. Resp. ꝙ maiorem dedit, q̃ dari possit dicens. Vade & amplius noli peccare, qui etiam contritionem infudit. Tertio probatur exemplo, confessionem esse necessariam. Exemplo mulier filia cuiusdam magni principis, uisitās curiam, cum esset uirgo & deuotissima, cōsuluit Papam utrū religionem intraret. Qui attendens eius sanctitatem consuluit ꝙ nō: sed in suo statu permaneret. Et cum iniecisset oculos in quendam seruum eius, corrupta est ab eo, a quo & prolem habuit. vnde religionem intrauit: & tamen hoc pc̄m̄ confiteri erubuit, multum pro pc̄ō se affligens ac macerans. Cum autem moreretur,& sancta crederetur ab Abbatissa adiurata est, ꝙ eam certificaret de merito suo. Apparuit horribilis post mortem dicens se damnatam: eo q̄ illud pc̄m̄ quod cōmiserat non fuit confessa. Aliud exēplū de dn̄o quodam, qui deridebat cōfessionē. Apparuit in forma porci filiis in camera. O filii, inquiens duplici de cā sū dānatus. Primo rōne libidinis,& iō sic in hac forma uobis appareo; quia fui porcus. Secundo, quia derisi confessionē:

ideo

ideo ſum damnatus. Ad arguméta. Ad primum Reſp. Ric. in 4.di.17.Quod ille qui eſt nimis familiaris uni parti iudex non dẽt eſſe in illa cauſa. Extra de officio & poteſtate iudicis di.gl. Familiaritatis affectio, ueritatem impedire ſolet.& c.Ne quis in propria cã.l.1.Nemo debet eſſe iudex in propria cauſa. Nimis.n.eſt homo familiaris carni ſuæ. Vnde nõ facerent ſibi conſcientiam de peccatis magnis, ſi tñ ſuo modo. Ideo dẽt ire ad alium. Ad ſcd̃m Reſp. Boe.1. libro Proſa.4.de con.& ff.de pact.l. Tres fratres. Si opera mendicantis expectas:opus eſt ut uulnus detegas. Ad tertiũ reſp. Alex.vt s̃. Quod & ſi non legatur confeſſio prædictorũ. Potuit tñ fieri & factum eſt. Plura.n.ſunt a Chriſto facta,quæ non ſunt ſcripta. Vnde patet neceſsitas confeſſionis uocalis. Sed uidemus plures ſtetiſſe per 10.& 20.annos ſine confeſſione. Quis ſuper hoc diſpenſauit? Reſpondeo quod Diabolus. Vis uidere, quare concubinarius non confitetur? dicit quod propter luxuriam: auarus propter auaritiam, guloſus propter gulam. Igitur cũ iſtis diſpenſat Dæmon: cum auaris, dæmõ auaritiæ: cum luxurioſis, demõ luxuriæ. Vnde patet primum. Secundum principale &c. Quo tp̃e facienda eſt iſta confeſſio, an ſtatim poſtquàm hõ peccauit; aut differre debet uſque ad tempus. xl. ſi infra annũ non facit. Ad hoc loqui poſſumus dupliciter. Aut quo ad propoſitum interius, aut quo ad uerbum exterius, ſi primo modo dicunt doct. quod tenetur proponere confiteri, quã do occurrit memoria de peccato, & tenetur quis eſſe male contẽtus, quoties occurrit ei memoria peccati. Sed ſi loquimur de confeſſione actuali: circa hoc triplex eſt opinio doctorum. Prima eſt Canoniſtarum. Inno. ſuper cap. omnis, de pœ.& re.& Arch. ſuper.c. Ille rex. de pœ.di.3. Dicunt q̃d omnis qui cecidit in mortale, quàm citius tenetur confiteri ex debito neceſſitatis. Et ratio horum eſt. Quilibet tenetur uitare periculum animæ: ſed differens confeſſionem exiſtens in mortali eſt in periculo animæ, & non uitat periculum quod põt euenire. Lucanus in 1. Tolle moras, ſemper nocuit differre paratis. Igitur &c. Secunda eſt opinio Theologorum, ut Tho. in 4. diſt. 17.& in quodlibet in quadam quæſtione, & Ric. in 4. quod peccator non ſtatim tene

tur confiteri in quatuor casibus. Primus, cum quis uult se communicare uel missam celebrare, vel ministrare aliquod sacramentum. In hoc casu non sufficit, quod sit contritus, sed etiam quod sit confessus. Secundus, cum quis habet facere longum iter, & probabiliter dubitat, quod pro illo anno amplius non occurret illi copia confessoris, in hoc obligatur, quia ut dicitur de consecra. distin. 5. Baptizare. Vbi periculum imminet auferenda est mora, In dubiis enim tutior uia est eligenda. Vt habetur extra de homicidio. c. Ad audientiam. Tertius casus est, quãdo habet facere aliquid, de quo imminet sibi periculum mortis, quamuis pro illo tempore sit sanus, ut trãsire mare, uel longam uiam facere. Aut dum patitur grauem infirmitatem. Vnde Augu. de pœ. dist. 7. ca. Nemo. Tene certum & dimitte incertum. Quartus casus, cũ quis est illius opinionis, quòd tenetur statim confiteri, & sic sibi format conscientiam, tunc peccat mortaliter si non facit. Vnde 22. q. 1 §. ex his. Omne qđ est contra conscientiam, ædificat ad gehennam. Contra scrupulosos est hæc sententia. Tertia opin. est aliorum qui dicunt de religioso & laico. De religioso autem cum totum tempus uitæ suæ sit sibi tempus pœnitentiæ, habita copia sacerdotis idonei, si peccauit mortaliter, tenetur sine mora confiteri, secundum hanc opinionem. Laicus vero rationabiliter potest expectare tempus. 40. quod est tẽpus pœnitentiæ. Vnde cum illud tempus sit magis oportunum eis, ad faciendum & confitendum, si expectent illud, rationabiliter. est iudicare quod non peccent, dummodo proponant firmiter tunc confiteri. Sed tutior uia est, quod melius est cõfiteri mortali commisso, nec tardare. Et hoc est quadruplici ratione secundum doctores. Primò ratione incertitudinis. Secundò aggrauationis. Tertiò elongationis. Quartò utilitatis. Primò ratione &c. quia homo est incertus quanto tempore debeat uiuere, mori potest sine loquela, pericula quamplurima ei euenire possunt. Incertus quo ad locum, quo ad tempus, quo ad modum. Eccle. 9 Nescit homo finẽ suum Petrar. 5. triumpho temporis. Hæc humana spes, hæc militia, hæc miseri homines attendunt. nemo autẽ scit quãtum uiuat aut obeat. Ideo diuiti promittenti sibi longam

uitam

uitam dictũ est ei. Lu. 12. c. Stulte hac nocte Dæmones anĩmam tuam repetent a te. Contra eos qui dicũt. O pater tp̃s veniet, quãdo peccatum meum confitebor. Contra Eccl. 5. Ne tardes cõuerti ad dominum, & ne differas de die in diẽ. Secundo ratione &c. Quanto plus differt confiteri, tãto ac cumulat peccatum peccato, & per consequens pœnam pęnæ. Tu es onustus o peccator, habes fastidium in humeris. Extra de confue. c. fi. Tanto grauiora sunt peccata, quanto diuitius infęlicem animam detinent alligatam. & Gregor. Pc̃tm̃ q̃ per pñiam nõ diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Tertio ratione &c. Quanto plus moratur in peccatis, tanto magis Deum offendit, & elongatur: & per cõsequẽs difficilior erit cõuersio. Iuxta illud. Qui nõ est aptus hodie, cras minus aptus erit. Et Oui. Principiis obsta, sero medicina paratur. Cũ mala p̃ lõgas cõualuere moras. Sed nõ est uerisimile, quod ille, qui se elõgauit per plures menses, annos, & dies: de facili possit redire in puncto & hora. Quartò ratione &c. Ex frequenti confessione peccator consequitur tres vtilitates. Prima dicitur peccati cognitio. Sacerdos tenetur instruere peccatorem confitentem, & ei ostẽdere quantum potest, qualitatem peccatorũ: quando. s. mortale & ueniale peccatũ, & ei aperire portas, & pęnas quas incurrerat per pc̃m̃ suum, ex consequenti cognoscit pc̃m̃. Secunda dicitur mentis securatio: quia ex frequenti confessione, homo gaudet & lætatur. O pr̃ qñ domũ reuertor, totus lætus redeo. Viuere in mortali est pęna maxima. Aug. Iussisti domine & uere sic est, ut sua sit pęna omnis in ordinatus affectus. Confessio hominem lætum reddit. in 9. Eth. Virtuosorum beatissima est uita. Ideo Dauid Ps. In uoce exultationis & confessionis &c. Tertiò dicitur peccatorum cuitatio. Propter frequentem confessionẽ homo uiuat pc̃ã, quia ex illa Dęmon uires suas amittit. Exẽplũ in li. de 7. do. Cũ q̃dam mulier de paupertate sua plurimũ desperaret, Dæmon apparuit, pmittẽs multa, si tñ tria faceret. Primũ ut uiros ecclesiast. peccare faceret. O malũ &c. Scd̃m ut in Ecclesia hora officiorũ garriret, & alios perturbaret. Tertium ut non confiteretur: quia hoc mihi summe displicet. Resp. Non faciam. Ecce secundus sermo, &c.

Feria IIII. tertiæ hebdomadæ. De peccato.

ACceſſerũt ad Ieſum ab Hieroſolimis, ſcribæ & pharifei di. Quare diſcipuli tui trãſgrediũtur traditiones ſeniorũ? Non n.lauant manus,cũ panẽ manducãt.Matt.15.c.ſcd̃m Chryſ. Phariſei erant in trib.defectib. Primò erãt ſuperſtitioſi,quia lauabãt manus credentes qđ mũdicia exterior faceret mundiciã interiorẽ.Vñ Thom.3. par.q.38.ar.1.Baptiſmata phariſeorũ erãt uana, ordinata tantũ ad mundiciã carnis.Quã opinionẽ habuere antiqui, quã ſequunt Saraceni,qđ abſurdũ eſt,quia locio manuũ facit ad quandã honeſtatẽ & corporalẽ mundiciã,non tamẽ ex neceſſitate.Scd̃o erant auari, quia inducebant filios ad dandũ bona parentũ in tẽplo; imo ut domos deprædarent quod erat contra liberalitatẽ.Tertio erãt impii, quia parẽtes priuabant talib.bonis tp̃alibus,& ſic fame moriebãtur. Cõtra hos defectus, Chriſtus vnica rñſione concludit dicens.Quare & uos tranſgredimini mandatũ Dei pp traditionẽ ueſtrã?qui.ſ.pſuadetis filiis, ut domos parentum deprædentur, & eos inhonorent, cum iſtud ſit contra illud Exo.20.Honora patrẽ tuum:& matrem. Vnde Apoſtolus. Non ſunt facienda mala,ut eueniant bona. Extra de ſymonia.c.Ad apoſtolicã.Sub prætextu pietatis, non eſt impietas cõmittenda.Hypocritæ bene prophetauit de uobis Eſa. di.Populus hic labiis &c.In tota ſcriptura, nullũ pct̃m inuenies,ita a Chriſto redargutũ,ſicut pct̃m hypocritarũ.Hypocritæ mundũ decipiunt qui uult decipi,& qui eũ nõ decipit, non eſt illi amicus. Deinde his dictis uertit ſe ad turbam di.Non qđ intrat in os.i.cibus corporalis. Coinquinat hominem.ſ.ſpũaliter, niſi inquantũ p delectationẽ male afficitur ad cibũ.Sed qđ procedit ex ore.i.uerba, quæ ſunt interioris malitiæ ſignificatiua,hoc coinquinat hominẽ. Dixerunt ei Apoſtoli.Magiſter ſcis,quia Phariſei audito hoc uerbo ſcandalizati ſunt? Reſpondit Ieſus. Sinite illos, quia ceci ſunt, & duces cecorum. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus &c. Non lotis manibus manducare non coinquinat hominem. Applica. de peccato

to

to erit hodie sermo, de quo 3. contemplabimur.

Primum dicitur opinionis.

Secundum dicitur declarationis.

Tertium dicitur confirmationis.

Primum dicitur &c Quæritur dubiũ a Theo. Ab hac parte omnia supplicia, oĩa torm ẽta, omnia infortunia, omnia patibula, omne infortuniũ, in quod pôt cadere hõ, ab alia parte, unũ minimum peccatũ mortale. Quale malũ plus est eligibile? An mortale, ut euitet omnia mala supradicta, an omnia mala? Circa hoc duæ sunt opiniones. Vna quorũdam est, quod hõ magis debet incurrere aliquod mortale: q̃ incurrere tot mala. Quod probãt tripliciter. Primo rõne. Secundo authoritate. Tertio exẽplo. Primò rõne, quia hõ pôt reparare peccatũ per cõtritionẽ, percutere pectus suum. accepiat Deus bonã uolũtatẽ. Ezec. 18. Cum auerterit se impius ab impietate sua: ipse animam suam uiuificabit. Et Dauid d̃ seipso. Ps. 31. Dixi cõfitebor aduersum me iniustitiã meã, & tu rem. iniqui. pc. mei, & 2. Reg. 12. qñ Nathan reprehendit eũ de pctõ dixit. Peccaui, & statim subiunxit, & dominus transtulit a te pc̃m tuum. Vulgaris poeta. Nullũ est de se tã graue pc̃m, quã ad ingressum cœlorum dñe deus quilibet pœnitẽs reperiat claues. Secũda opinio dicit oppositum. Quod melius est mori q̃ peccare. In 4. Ethic. Melius est mori, q̃ facere contra bonũ uirtutis. Et Dan. 13. Melius est incidere in manus hominũ, quàm peccare in cõspectu Domini. Et Aug. 32. q. 5. c. Ita ne. Potius debet quis mala quælibet tolerare, quàm peccato consentire. Et uulgaris. Iã quod sum foris, nolo amplius esse monacha o Iesu pro tuo seruitio. Et de Monica matre Aug. potius uolebat illũ mori q̃ remaneret in sua perfidia, & infidelitate. Qualis aũt sit uera opinio, ueniamus ad secũdũ mysteriũ. Scd̃m d̃r &c. Conclusio est Tho. in quodlibet. 10. in 4. sen. di. 15. 2. 2. q. 110. ar. 3. Alexãder de Ales in 2. par. sum. Archiepis. in quarta parte sum. ti. 14. c. 6. & 1. par. tit. 6. quod magis homo debet sustinere omnia mala, q̃ peccatũ committere. Quę conclusio probatur quintuplici ratione.

Primò rõne priuationis. Secundò rõne infamationis. Tertiò rõne seruitutis. Quartò ratione odiationis.

Quintò rationis odiationis.

Primò ratione &c. Quia nos priuat vita beata. Vbi nota: Tho. 1.2.q.79.ar.2.& 3. contra gen. c 4. quod malũ est priuatio boni. Exempli gratia, tenebra est priuatio luminis, infirmitas est priuatio sanitatis: amarum est priuatio dulcedinis. Et quanto ista priuatio erit priuatio maioris boni tanto malum erit maius. Exempli gratia Priuatio manus est maius malum, quam unius digiti. Et truncatio capitis, quàm pedis. Vnde Philosophus. 5 Top. si ut simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis, & maxime ad maxime. Ad propositum. In mortali peccato est priuatio maximi boni hominis, quare. O pater Gabriel clama. Vita beata est Paradisus. Vbi nota secundum Philosophum in 7. Poli. Et Ciceronem in ult. Rheto. ueterum: quod sunt tria bona hominis, bona tẽporalia, quæ & si sint minima respectu aliorũ, sunt tamen bona, quia organice deseruiũt fœlicitati, instrumentaliter sunt tanquam media ad uirtutes. Secundò bona corporalia, ut sanitas, pulchritudo. Tertiò bona spiritualia. Ista sunt maiora omnibus bonis. In 1. Eth. Bona animæ sunt maxime bona, qa in 6. Poli. Anima est præciosior omni corpore, & omni possessione, quia bona animæ peccatũ priuat. Faciamus sic rõnẽ. Malũ est priuatio boni. Et in pctõ est priuatio huius maximi boni. s. uitæ æternæ, & salutis propriæ Vnde super oĩa est fugiendũ pctm̃. Iõ Eccl. 21. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Ad practicam. Maximum malum o Christianæ est priuatio rerum temporaliũ & filiorum, & omnium bonorum. Sed maximum est animæ amissio, q̃ est per mortale peccatum. Vane homo esset creatus, uane baptizatus, uane ad Ecclesiã perrexit, uane ad sermones. Vñ quidã uulgaris cantabat. Melius esset nobis nenati essemus, si uiuimus in infamiã, & serui tandẽ iniq. pauperes & dãnati. Ille. Exẽplũ in chronica ordinis. Magister Iordanus dũ iret ad prædicandũ Vercellas, a populo rogatus est ut quãdã obsessã uisitaret. Iordanus aũt interrogat: quare illam affligeret? Respõdit. Cogor hoc agere a Deo, propter peccatum illius. Cui magister Iordanus. Si tibi daretur optio, ubi uelles esse? Respondit. O pater in cœlo un de cecidi, ut faciẽ Dei mei uidere possem. Cui pater. Quid uelles

uelles agere si illam uidere posses? Respondit oẽs mũdi pœnas quæ pſſt ſustineri ſuper martyres. Cui Iordanus. Quis es tu. Vnus de ſeraphin, qui aſſiſtunt ſemꝑ ante faciẽ Dei. Tunc magiſter Iordanus audiens di. O miſer eſt ille pc̃ór, qui mortaliter peccat, pro quo paradiſum perdit. Secundò ratione &c. Pono hanc concluſionem quod pc̃õr eſt maximus fatuus. Quę cõcluſio uerificatur a S. Thom. 2. 2. q 64. art. 1. Homo peccando recedit ab ordine rationis. Ille. Si recedit ab ordine: igitur ſtulte facit. Vnde cõiter a ſapientialibus, libris peccatores dicuntur ſtulti. De quibus Ecc. 6. Stultorum infinitus eſt numerus. Quæ ſtultitia oſtenditur ex tribus ſecundum Robertũ Holcot, ſuper Eccleſiaſticum Et Nicolaum de Gorrã. Primo ex uia. Secunda ex mẽſa. Tertiò ex cura. Primò ex &c. Vis ire Romã, uiã ignorãs. Quid facies? O pater interrogabo de illa. Et ſi dicẽt duas eſſe uias, ſpatioſam, ſed periculoſam ꝑꝑ latrones, aliam ſpinoſam, ſed ſecuram. Sed per quam ibis? Vere ſi ſapis tenebis ſpinoſam, quæ eſt ſecura. Et non ſpatioſam, ne occidaris. Ad propoſitum peccator, eſt fatuus, quia tẽdit per uiã latam, quæ ipſum perducit ad perdionem. De qua Mat. 7. Lata porta & ſpacioſa eſt uia quæ ducit ad perditionem. Auiſatur a Chriſto de hoc, non credit. O luxurioſe nõ eas per illam uiã. O auare ſine uſuras, reſtitue male ablata. Secundò ex mẽſa, in qua ſunt diuerſi cibi toxicati, ſed zucharo ab extra liniti, in uaſis aureis ꝓpinati. Dic mihi, ſapiũt tibi hæ cõfectiones? O Pater utique. Hãc cõditionẽ mecum portaui ab utero materno: & dulcia ſunt amica naturæ. Vere eſſet fatuus qui tales cibos paratos, & tales declaratos a fide dignis, quòd intus eſſet uenenum. Guſtares ne? non pater, quia eſſem fatuus. Ita peccatori accidit, ſub dulcedine peccati latet uenenum dãnationis æternæ. O fatue luxurioſe, fatue auare. Tertiò ex &c. Dic mihi o mulier. dic mihi o homo, quot indumenta habes? Pater inquit unum de fuſtaneo, aliud de coccineo, ſi eſt proba ancilla, de utroque debes habere bonam curam, ſed de quo maiorem curam habebis? Vere pater de coccineo, quia eſt precioſior, ideo debet cuſtodiri diligentius. Ad propoſitum. Duo ſunt nobis data ab optimo Deo. Corpus & anima i.

vtrunq; debemus custodire. Quid horum est nobilius? Vere est aia super omnia bona. In 6. Poli. Anima est nobilior oi corpore. &c. l. Sācimus. C. de sacrosf. eccl. Anima cūctis rebus mundi præponēda est. extra de pœ. & re. c. Cum infirmitas. Aia est melior oi corpore. Aiæ bonū præfert omnib. bonis. Per hāc Deus mūdus fecit. In 2. de aia. Finis quodāmodo omnium est hō. Per hanc uerbū Dei factū est caro. Io. 3. Sic Deus dilexit mundū, ut filiū suū unigenitum daret. Per hanc factū est cœlū empyreū in 2. dis. 2. Cœlū empyreū potius est pro anima: q̄ pro Angelis. Per hanc Christus mortuus est. Greg. O mira circa nos tuę pietatis dignatio. Huic datus est Angelus in custodiā. Hier. 2. dis. 11. Magna dignitas animarum est, ut unaquæq; ab ortu natiuitatis suæ, habeat Angelum delegatum. Deut. 4. Custodi temetipsum, & animā tuā sollicite. Anima ergo prætiosior est corpore, iō scd̄m rōnem dēt plus curar', q̄ corpus. q̄ quæcunque huius uitę. Aliter stulte agis. Vnde Aug. l. de Agone christiano. Nulla est maior stultitia, q̄ pp bonum momentaneum, perdere bonū æternum. Erat practica notabilis in hoc uerbo. O peccator. O luxuriose. si tu cogitares, q̄uo pro trāsitorio peccato, perdis Paradisum, & obligas te ęternæ damnationi. Nulla est maior stultitia, Repliea. Et Greg. in li. Mora. Quid insanius, quàm pro modica delectatione carnis, æternis se obligare incendiis? Ille. Vnde patet secunda. Tertio ratione &c. Inter cætera bona hoc unū est, libertas. Iurista. ff. de fideicōmissis liber. l. Pax. Nihil gratius præstatur libertate. Iulius Celsus. Inestimabilis res est libertas. & ff. de verb. sign. Prętiosa res est libertas. Et Esopus. Non bene p toto libertas uenditur auro. Hoc cœleste bonum præterit orbis opes. Et in canone. Soror mea iure loqueris & uerū dicis, nam nihil est maius libertate. Experientia patet. Si homo a Saracenis caperetur, & in manu Turchi esset, non ne putaret hoc sibi esse ad magnam gratiam si redimeretur? Vere sic. Ad propositum. Sicut libertas est potissimum donum, ita nihil uilius est seruitute, quæ est per peccatum, in qua est peccator. Thom. 2. 2. quæstio. 64. Homo peccando perdit dignitatem humanam, & incidit in seruitutem, etiam super Isaia 50. capit. Homo enim per.

peccatum uendit tria. Animæ libertatem: cęlestem hæreditatem,& animæ uirtutem. Ille. Et Christus Ioan. 8. Qui facit peccatum: seruus est peccati. i. diaboli. Et. 1. Petr. 2. A quo quis uictus est: huius seruus est. & Aug. Bonus homo, licet seruus liber est, malus autem si regnet seruus, & tot Dæmoniorum, quot uitiorum. Ille. Practica in uerbo uitiorum. Tu es in peccato gulæ, seruus es Dæmonis, illius peccati. Tu es in peccato auaritiæ, seruus es illius peccati. Et tot dæmoniorum, quot uitiorū &c. In chronica ordinis. Exemplum. Quidam frater ordinis, prædixit diem mortis suæ, appropinquante hora, & die: intrauit quidam magnus peccator claustrum. Eadem hora congregati sunt fratres omnes: eius mortem expectantes, ut prædixerat, tunc dixit astantibus. Non moriar nunc, quandiu sunt dæmones in claustro. Video 7. dęmones in conuentu. Vnde anima mea de corpore exire non potest, nisi prius abigantur. Amoto illo peccatore, & ipse mortuus est. Facit enim Dęmon sicut fit bubalis de quibus Tho. super Ioan. 4. Qui licet sint feroces tamen, si ponatur eis anulus in naribus eorum, ducūtur quocunque dominus uoluerit, & a paruulo. Ita & homo licet habeat uires liberi arbitrij: tamen dum in mortali peccato est, a Dæmone ducitur de malo in peius. Vnde Grego. Peccatum quod per pęnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Vnde Cicero in 5. Paradoxo. An liber ille tibi uidetur, cui mulier imperat: cui leges imponit, præscribit, iubet, uetat quod ei uidetur. In huius figuram Matth. 26. cum diceretur Petro. Tu de illis es? Respondit. O homo non sum. Canta. Super quo Hylarius: quia scilicet amiserat esse spirituale dū esset seruus Diaboli. Ille. O peccator quare non facis debitum? Non seruas præcepta, quia non es tui iuris.

Quarto ratione &c. Peccator odit Deum, & ab ipso odio habetur. Præterea odit seipsum. Primo enim a Deo odio habetur: ueni huc anima, quæ habes plura bona, habes Dei gratiam charam: utique pater. Et si quis poneret te in dignationem Dei pro male haberes Ad propositum. Peccatum enim solum ponit hominem in indignatione Dei. Vnde Ecclesiasti. 12. Sapiens ait. Altissimus odio habet peccatores,

catores,& Iudith.5.c.scribitur. Deus peccatorum odit iniquitatem.Augu.12.lib.de Ciui.c.3.ita asserit. Dicuntur in scripturis inimici Dei, omnes qui eius aduersantur imperio,non natura, sed uitiis:nihil ei nocere ualentes, sed sibi.Et idem Augu.in lib.de pœni.Quod etiam ponitur de pœnit.di.3.c. Sunt plures. Scio dominum inimicũ esse omni criminoso.Et Dauid in Psalm.ad Deum sic loquitur. Odisti omnes obseruantes uanitates.i.peccata & Sap. 14. cap. similiter dicitur. Sunt Deo odio impius & impietas eius. Practica hic. Cur o Deus luciferum eiecisti de cœlo Empyreo? Adam de Paradiso? Diluuium in terram? Sulphur & ignem super Sodomiam? Cur 70.milia percussisti peste in populo Dauid?clama.propter peccatũ. Facit Deus ut mater, quæ filio alludit cum pomo in manibus di. Veni fili mi cũ pomo in manibus,accipe inquit illud.Ille nolẽs applicat uerbera di. Neq; enim es, & cum colaphizat, ita Deus immittit inspirationes,prædicatores, & alia dat homini.Sed nolenti conuerti dat flagella.Nõne uidistis elapsis annis pestẽ in Brixia.in Papia,in Mediolano, in Ianua & iterum uenit:uere:uere.O tinctores parate nigrũ, ut mater defleat filiam. Pater filium,uxor uirum,amicus amicũ, Et quare Deus?Vere propter peccata.Completus est numerus peccatorum. O false Christiane. A gentilibus habuistis sodomiam,sacramenta falsa, adulteria,periuria,omnia mala.Non est uerecundia tenere publice fœminam: usuras dare.Contra Augu. Videtur enim consummata nequitia hominum qui filium Dei crucifixerũt, sed eorũ maior qui nolunt uiuere recte & oderunt præcepta uirtutes, pro quibus crucifixus est filius Dei.Ille.Secũdo peccator odit seipsum.O Dauid quid dicis,Psa.10. Qui diligit iniquitatem odit animam suam, & Thob.12. Qui faciunt peccatum & iniquitatẽ,hostes sunt animæ suæ, non põt maius odiũ ad aliquem demonstrari,ꝙ cum quis eum occidit, & uita priuat,quod est maximum bonũ in rebus temporalibus.Pctõr autem animam suam priuat vita spirituali, & gratia, quæ excedit incomparabiliter omnia bona temporalia. Sapien 16.Per malitiam s.peccati occidit homo animã suam. Vnde dicit Robertus Holcot, ꝙ Deus peccatorẽ ꝓsequit̃

in

in omnibus locis. Primo in cęlo Empyreo quia luciferum deiecit. Secundo in paradiso terrestri: quia Adam expulit. Tertio in aere dum grādines, & mala tēpora mittit. Quarto in terra, dum pestē mittit. Quinto in inferno, dū animas cruciat. Deut. 32. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima. Et si non esset peccatū, non esset malum pęnæ in natura. Grego. Nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Quinto ratione &c. Assimilatur bestiis homo. Vnde Psal. 48. Homo cum in honore esset &c. Et Apostolus. Animalis homo non percipit, quę sunt spiritus Dei. Et Bern. O quàm misera conditio peccatorū, quę de filio facit seruum porcorū, ut prodigus ostendit. Puto dicerent iumenta si loqui possent. Ecce Adā quasi unus ex nobis factus est. Illic. Secundum Boetiū de cō so. prosa. 3. lib. 4. Cōparatur peccator primo asino ratione pigritatis. non facit bona nisi stimulatus, fastidit bona animæ. Secūdo porco ratione fęditatis, quia fetet Deo & Angelis: Exemplum Angeli qui nares obturabat, trāsiens per uiam concubinarij. Tertio cani rabido, qui ut dicit Plinius li. 3. de naturali historia. Sub lingua habet quendā uermiculū, qui eum pungit, & choleram accēdit, & in furiam cōuertit. Et peccator habet linguam malam peierando, infamando, nullum bonum dicendo. Eccl. 28. Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem. Lingua 3. est lingua peccatoris detractoris. Vnde patet secūdū. Quo modo peccatum fugiendum est super omnia. Ad arg. in cōtrarium. Respōdetur q homo incertus est post peccatū, utrū Deus ad pęnitentiam expectet, ut possit se ad gratiam præparare. Bern. Qui tibi ueniā de commissis promisit? diem crastinum non spopondit. Tertium dicitur &c. confirmatur nostra conclusio duplici medio. Primo autoritate Sen. Si scirem Deos meos ignoscituros: & homines ignoraturos, adhuc peccare dedignarer. Et quidam Philosophus cum incitaretur ad peccatum sibiipsi respondit. Erubesce cœlum, intrare in cenum. Et Augustin. super Ioann. in uerbo. Qui odit animam suam. Cum enim articulus causæ uenerit, ut hæc conditio proponatur. Aut faciendum esse contra Dei præceptum, aut ex hac uita migrandum

quo-

quorum duorum homo cogitur eligere? Comminante mortem persecutore, ibi eligat Deo dilecto mori, quam offenso uiuere. Secundo exemplis. de Susanna. Danielis 13. de septem filiis sanctæ Fęlicitatis. 2. Matth. 7. De mulieribus quæ inter duo ligna &c. cur o Petre, o Iacobe, o Katherina, o sancti martyres, uoluistis mori? Vere propter non peccare. Exempla Paganorum, de Socrate, ut Valerius li. 7. Quia deridebat canē, & hircos quos Atheniēses, ut Deos colebant, in carcere positus, ueneno hausto, ab eis dato, mortuus est. Præterea de Xenocrate, cui cum discipuli ipsi dormienti, in eius lectulum meretricē adduxissent, quo faceret eum cū ipsa peccare, noluit. Vnde in mane meretrix clamare cępit, non eum hominem esse, sed lapidē. De Hippo Gręca, quę se in mare iecit, ne pyratæ eius corpus uiolarent. De Theutonicis mulieribus, de quibus mentionem facit Petrar. in 2. Triumph. Castitatis, in fine, quæ uenientibus maritis in Italiam, ut eam Romanis acciperent, secutæ sunt uiros suos. Qui cum pariter aduenirēt, Romani miserunt contra eos exercitū, duce exercitus Mario, qui eos ad aquas sextias rupit. Quos uidētes uxores ruptos, auidæ honoris, disposuerunt animo, se cum defensione gloriose mori, & ita simul reductæ supra carrigam expectabant Romanos. Considerarunt tamen postea, quod hoc posset esse occasio maculandi earum castitatem. Vnde cōcluserunt quod multo melius erat inire fędus cum Romanis, quam tali modo uelle repugnare. Petierunt ergo loqui Mario. A quo petierunt gratiam, non sequi maritos, qui sic uiliter fugerāt. Non eruendi filios, non diuitias, sed solum esset licitū ire Romam, & hic effici monachas cum aliis in templo uestę. Quam rem denegans illis Marius, deliberarūt illa uia qua poterant; & filiis libertatem quos secum duxerant, & sibimet castitatem conseruare. Vnde imitantes Virginiam eomet die occiderunt filios, & superueniente nocte, se suspenderunt per gulam. Nullam aliam rem plus relinquētes sui, Romanis, quam eorum corpora mortua. Isti nunquam habuerunt Euangelium, tamen ne consentirent peccato expectarūt crudelem mortem. Et tu o christiane quid dicis? qui sine ullo timore tot committis? Nūc publice blasphematur

tur Deus, fiunt periuria, inuocatur Diabolus, dătur usuræ, augentur uanitates, & pompæ, committuntur fraudes in qualibet arte & scientia: uitia luxurię perpetrătur, sine uerecundia. O si data mihi esset facultas, quod uox mea audiri posset per totam Italiam, clamarē: Ve Ve uobis miseris. Nos sumus in quos fines seculorum deuenerunt: ita ut uideamus omnia, impleta esse corruptionibus: Nō profuerūt tubæ prædicatorum, non miracula sanctorum hominum, non terrores de cælo, & flagela Dei, non seuæ ubique pestilentiæ, ad extirpanda uitia, & peccata, & facerent quod homines reuerterentur ad Deum, & illi adhærerent. Sed non uelimus charissimi mei, de hoc numero esse: sed corrigamus uitam nostram sinendo peccata. Quod si egerimus, & cæt.

Feria quinta tertiæ hebdomadæ Quadragesimæ.
De Periurio.

SVrgens Iesus de Synagoga intrauit in domum Simonis. Luc. 4. Postquam Christus egit sermonem in Synagoga, post prædicationem suam uenit cum discipulis suis, in domum Simonis, ut ibi reciperet, post labores refectionem. Secundum gloss. interlinearem. Opera Christi quædam erant pertinentia ad diuinitatem, ut mortuos suscitare, cæcos illuminare & cæt. Quædam ad humanitatem, ut sitire, esurire. Vnde hic sumit refectionem, secundum quod erat homo. Decumbebat autem socrus Simonis febricitans: & Christus eam sanauit: ita subito quod mulier ministrauit eis. Ex quo ostenditur sanatio miraculosa, ad discipulorum confirmationem. Contra illos qui uolunt fieri miracula per plures dies: cum tamen diuina potestas, statim operetur, & non per media: quod natura facit. Vespere autem facto, omnes qui habebāt infirmos uariis languoribus, ducebant eos ad Iesum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem Dæmonia a multis, clamantia & dicentia. Quia tu es Christus filius Dei: & increpans non sinebat ea loqui. Quare non sinebat? Cum omnes quærant laudari? Respondeo secundum glo. Ne uideretur

quærere testimonium ab ipsis, cum essent mali. Homo non debet quærere honoré, nec laudem a malis. Dioge. Qui bonus est per seipsum commendatur. Eccl. 16. Non est præciosa laus, in ore peccatoris. Chrys. Nõ decebat Christi mysterium, lingua fœda publicari. Sequitur quia sciebant ipsum esse Christum. Vtrum Dæmon agnouit Christum. Vr quod sic. ut hic patet. Tu es filius Dei. Ab alia parte ꝙ non: quia 1. Cor. 2. Nemo principum huius seculi cognouit. Rñ. gl. interlinearis. Et Aug. lib. de quæstionib. noui, & ueteris testaméti. Tho. super epist. Pauli Nicolatus: ꝙ duplex est cognitio Prima certitudinis, ex hac ignorabat totaliter. Secũda coniecturalis. Ex hac habebat coniecturas, quod ille esset. Tu es inquit filius Dei uiui. Quædam glo. dicit, ꝙ Demon agnouit: sed ignorauit: an sua passiõe debuit expoliari. Qđ si sciuisset, non permisisset eum crucifigi. Sequitur Facta autem die egressus ibat in desertum locum. Et turbæ quærebant eum. Vt patri uacaret, locum deserti petebat. Et uenerunt usque ad ipsum, ipsum detinétes: ne discederet ab eis ut. s. inter eos miracula faceret. Quibus dixit. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnũ Dei: qa ad hoc missus sum. Et erat prædicans in Synagogis Galileæ. Ro. 1. sapientibus & insipientibus debitor sum. Applica. De periurio erit sermo. de quo tria uidebimus.

Primum dicitur oppositionis.

Secundum dicitur malignationis.

Tertium dicitur punitionis.

Primum dicitur &c. Dubium quæritur. Vtrum iurare sit licitum. Vna opinio fuit quod non. Alia ꝙ sic. Prima quod non. Mat. 5. Nolite iurare omnino, neque per cęlum, neque per terram, neque per Hyerosolimam, neque per caput. Et Iac. 5. Ante omnia fratres mei nolite iurare. Et Eccl. 23. Iurationi non assuescat os tuum. Præterea Ecclesia excommunicat clericum, si perstiterit in uitio iuraméti, ut patet. 22. q. 1. c. Clericum. Sed nullus excommunicatur nisi pro mortali, ut patet per Th. in 4. di. 18. Igitur est peccatum. Pretereа & ius ciuile prohibet iuramentum, ut patet. ff. de iureiu. l. Iusiurandi. Igitur non conuenit iurare. Alia opinio quod sic. quod patet tripliciter. Primo auto. Deute. 6. Dñm tuum

timebis,

timebis & illi soli seruies,& per nomē illius iurabis, & x. c. iurabis in nomine eius. Secūdo probatur. Exemplo Dei. Ge. 22. Per memetipsū iuraui dicit dominus.& Hiere. 44. Ego iuraui in nomine meo magno di.dominus. Et in Psa. 119. Iurauit dominus,& non pœnitebit eum . Præterea de Christo Lu 4. In ueritate dico uobis. Quæ locutio est iuratoria. Secundum Inn. Extra de iureiu.c. Et si Christus. Præterea & Pau.ad Ro.1. Et ad Phil.1. Iurauit Paul.dic. Testis est mihi Deus. Præterea Ecclesia,& sancta Concilia Pontificū, volunt iuramentum esse licitum. Vnde Rom. Imper. ut patet in cle.de iureiu. Hæreticorum abiurant hæresim , ut patet de conse.dis.2.c. Ego Berég. Secundo probatur rōne. Actus uirtutis est licitus: sed iurare Deum est actus latriæ, igitur actus iurandi per Deum est licitus. in 6. Meth. Phil. Iusiurandum est honoratissimum. Vnde patet utraq; opin. Resp.ad difficultatem, per Th.2.2.q.89.ar.1. Bon.in 4. Sé. Archie.in 2.par.sum. Quod iuramentum de se omnino est licitum,& licite inuētum: ut in populo tolleretur omnis discordia : quia in illo omnes quiescunt. Apostolo testante. Heb.6. Omnis controuersiæ finis ad confirmationem , est iuramentum; sed peccatum mortale erit quadruplici rōne, & iuramentum illud conuertitur in periurium. Quod de se est mortale.

Primo ratione falsitatis. Secundo ratione fatuitatis.

Tertio ratione habitualitatis. Quarto rōne omissionis.

Primo ratione &c. Cum quis falso iurat, per sacra Euangelia, per Deū, per Petrum,& p alios sanctos . Et talis formaliter dicitur periurus; quia ut dicit Magis.in 3. dist.39 Et Ray.in sum. Periurium est mendacium iuramento affirmatum: quod peccatum dicitur grauius homicidio. Quod sic probat Tho.in quodlibet. tali ratione. Peccata quę sunt directe contra Deum, secundum se sunt grauiora, quam ea quæ sunt contra proximum: quia Deus est sine comparatione maior proximo: sed transgressiones præceptorū primæ tabulæ, sunt directe contra Deum: ut patet ex se, quorum scd'm est prohibitio periurii. Transgressiones pręceptorū scdæ tabulæ. quæ sunt 7. sunt directe contra proximum quorum scdm est prohibiti homicidij Ex ordine ipsorum

lorum

sorum præceptorum, patet esse grauius periurium, quã homicidium. Ille. Nõ immerito est grauius homicidio: quia inter cætera pctã, maxime in pctõ periurij, uidetur abnegatio est diuini nominis, & ex ipso pctõ inhonoratur: quia ille est summa ueritas, & mentiri non potest. Iuxta illud Io. 14 Ego sum uia ueritas & uita. Et ad Ro. 4. Est autem Deus uerax. Periurus inducit illum in testem, & facit illum esse testem falsitatis, & negatorem ueritatis: quod est maxima blasphemia in Deum. Unde ex hoc concludit Tho. 2. 2. q. 138. quod periurium ex suo genere est mortale, quod peccatũ quãtũ Deo displiceat, patet exẽplo. De quo Cæsarius in dialo. Fuit quidã Iudex seuerus contra pctã Romæ, Bertoldus Paladinus nomine, qui quoties exibat domum, funem ad cingulum ponebat, ut malefactores suspenderet. Mane quodam de domo egrediens audiuit ad eum uocem de super dicentem. Bertolde, quicunque tibi primus occurrerit in egressu tuo de castro, laqueo illum suspendas. Quidã suus scutifer occurrit ei, & eo uiso doluit: quia ipsum diligebat dicens. Doleo de tuo occursu: quia uocem audiui, ut te suspendam. Respondit ille. Iustus es o Deus; quia mala mea periurii, & iuramenti, quæ falso accepi per Euangelia, per corpus, per sacramenta, usque nunc punire distulisti. Unde, iuste inquit suspendor. Unde patet prima ratio. Secundo ratione &c. Quando quis iurat non ieiunare, aut hominẽ occidere, religionem non intrare, tale iurm erit fatuum, & pctm̃, & per cõsequens non obseruandum. Unde Th. 2. 2. q. 2. In malis promissis, rescinde fidem, in turpi uoto, muta decretum. Quod incaute uouisti, ne facias. Impia est promissio quæ scelere adimpletur. Ille. Ad idem facit c. Si quid. c. Non solum. c. Unusquisque. c. Incommutabilis c. Magnæ. c. Non semper. c. Mulier. Hoc fuit iuramentum Herodis. de quo Matt. 6. Qui non excusatur a peccato mortali, qui iussit amputari caput Ioann. Baptistæ ne uiolaret iusiurandum. Iurauerat namque dare puellæ saltanti: quicquid peteret, licet dimidium regni eius. At illa dixit. Da mihi in disco caput Ioan. Baptistæ. Super quo Ambro. lib. de Offi. Herodes saltatrici præmium turpiter promisit, crudeliter soluit Ille. Et 1. Reg 27. De Dauid, qui iurauit occidere

cidere Nabal propter contumelias illatas nuncij suis, ad intercessionem tamen Abigail mulieris, sapientis uxoris prædicti Nabal, propositum mutauit nec sibi conscientia fecit, quod illicitum iuramentum non seruasset. Quãdo ergo qui iurat se facturum aliquid mali, ut occidere, furari, & huiusmodi, non debet seruare: quia ipso facto tenetur contrarium facere, aliter alind mortale committeret, implendo illud iuramentum. Si autem quod iuratur est modicæ importantiæ, ut uerberare filium sub iuramento, uel dare alicui aliquod paruum: uel ire in aliquo loco, si non seruat illud tale iuramentum, quamuis intenderet seruare, non est mortale Bene perpendat homo, ne ad talia deueniat peccata. Tertio ratione &c. ut solent facere plures, qui pro omni minima re, iurãt per Deum, per sanctos, & per corpus Christi. O mala abusio. Contra Eccl. 13. Iurationi, nõ assuescat os tuũ. Idem. Vir multum iurãs implebitur iniquitate. Qui cõsueuerunt iurare, difficile corriguntur. Exẽplum prælati quẽ noui Ianue; qui loqui nesciebat nisi per corpus Christi, & nomen diaboli. Cum nemo auderet monere. Ego Gabriel officium suscepi di. Pater reuerẽdæ. Plures de uostris nobis dicunt, quod nescitis loqui sine iuramẽto, & nomine diaboli. Et episcopus in impatientiã uersus ait. In nomine diaboli, & quis de me ita dicit. Per corpus Christi non est uerum. Cui respondi. Reuerende domine, a uobis testimoniũ capio. sicq; cum robore discessit: imo similes in confessione aliquando iurant respectu male consuetudinis, unde casus conscientię. Vtrum peccet mortaliter qui iocose iurat per corpus Christi, & sanguinem? Respondeo quod sic, quia sicut non euitat irreuerentiam, sed quantum ad aliquid magis adauget, ita non excusatur a mortali peccato, sicut nec a Dei contemptu. Secundus casus. Qui sunt hi, qui excludũtur a iuramento? Respon. Th. 2. 2. q. 8. quod tria genera personarum. Primi sunt pueri ante. 14. annum, ut patet 22. q. 5. ca. Pueri. Et ratio, quia præsumitur a iure, quod desit in eis plenum iudicium rationis, & discretionis, quod requiritur iuramento. Ex hoc statutum est, quod homines non accedant ad iuramentum faciẽdum solemniter, nisi ieiuni, & hoc ut magis sobrij, habeãt melius iudicium discretionis,

ut

ut patet 22.q.1.c.Honestum.Secundi sunt periuri cōuicti in iudicio,de periurio,ut infames.Et ratio. Quia præsumitur quod desit in eis ueritas locutionis,quæ præcipue requiritur in iuramento,imo tales sunt infames,ut patet 6.q.1. c.Infames.Tertij sunt religiosi,& sacerdotes, & in ordine constituti.Hi excluduntur a iurō non quia non possunt iurare.Quia ut dicit Raym.possunt iurare in sex casibus : sed non dēt ab eis exigi nisi maxima de causa,& urgenti,& ipsi non debent de facili iurare Vnde 22.q.6.ca. Nullus de Ecclesiastico ordine cuique laico, supra sancta Euangelia iurare præsumat.& 2.q.5.cap.Si presbyter. Sacerdos ex leui causa iurare non debet,nec de facili officiales debent exigere a religiosis,ut faciunt laicis ; quia præsumitur in eis conscientia, & ueritas, & timor, plusquam in secularibus: Quarto ratione &c.erit peccatum,cum non seruantur ea q̄ seruari debent,& possunt iuramento affirmato.O si seruarent Reges,Principes,Duces,Comites,Marchiones, Barones,Officiales,Capitanei,Iudices, Aduocati, Procuratores,& Notarij, & plures alij, quod iureiurando promiserunt.O quot iustitię cessarent.O quot impietates deeſsēt. O quot mala deficerent. De prælatis curam animarum habentibus.nihil dico:tamē unum assero,quod multi ex his, qui in dignitatibus sunt constituti : tam in temporalibus, quam in spiritualibus:ex euidentia facti operibusque ipsorum,periuri esse cognoscuntur.Exemplum legitur in li.de septem donis.Quod quidam abbas dedit pignus suum cuidam Episcopo, pro pecunia mutuata , & sub iuramento ab Episcopo habuit reddere pignus suum in tempore , quo pecunia reddita ei fuisset Dū Abbas quæreret quod suū erat ab Episcopo,& clericis:plurib. opprobriis fuit uituperatus. Abbas aūt in terra se ponens di.Iudicem in terra non possum habere,contra uos o pater Episcope: sed Deum interpello,ut infra quatuor dies uterque nostrum , coram illo compareamus.Episcopus autē ipsum derisit. In capite quatuor dierum,moritur Abbas ut prædixerat , & dum campanæ pulsarentur,inquirit Episcopus quid hoc esset?Respon. quidam.Talis Abbas mortuus est . Iste aūt cum lachrymis clamare cœpit dicit. Adiuuetis me . O filij . Recordabatur

de

de uerbis illius Abbatis, in his lachrimis mortuus est, & damnatus. Apparuit autẽ in nocte sequenti clericis suis, in choro cantantibus matutinas di. Ego sum damnatus: solũ quia non seruaui iuramentum factum Abbati illi. Secundũ principale dicitur &c. Est enim hoc peccatum satis graue, atque malignum, triplici ratione.

Primo rõne trãsgressionis. Secũdo rõne prouocationis. Tertio ratione assimilationis.

Primo ratione &c. Sũt enim periuri trãsgressores diuini præcepti: quod ait Exo.20. Non assumẽs nomen Dei tui in uanum. Et Leui.19. Non periurabis in nomine meo. O quã tũ confundi debent Christiani peiurantes: qñ apud infideles tãtam habet uim iusiurãdum. Vnde M. Regulus mori potius uoluit, q̃ uiolare per illum iurata, ut ponit August. li. 1. de ciui Dei, Dum esset captus M. Regulus a Carthaginensibus in prelio, & Romani grandẽ multitudinem cepissent iuuenum Carthaginẽsium. Volebant Carthaginenses facere commutationem de M. Regulo, de iuuenibus, cũ Romanis. Vnde miserunt M. Regulum ad Romanos pro nuncio, dando illi iuramentum, quod si Romani non consensissent pacto, ipse reuerteretur Carthaginẽ: obediuit Regulus: ingressus senatum exposita epistola, & nuncio Carthaginensium. Post illam cum copiosa, & urgenti oratione persuasit senatui, & populo Romano, quod talis permutatio non fieret: dicens se esse senem, & in prælio inutilem, & iuuenes aptos: uolens discedere a Roma sua vxor osculari eum uoluit, expulit eam. Et Senatus dixit, quod uolebat eum ibi remanere. Respõdit ex illa die qua in potestatẽ Afrorũ ueni: Romanus esse cessaui. Quare nõ uideo me in ea urbe mãsurum, in qua postq̃ Affris seruiui, dignitatẽ honesti ciuis habere non possum. Redijt itaque Regulus Carthaginem. Et scientes ipsi quod persuaserat contrarium, posuerũt eum in uno uase ligneo: circũdato ex omni latere acutissimis clauibus & abscisis palpebris oculorum, fecerunt mori. Preterea fuit quidã Licurgus q legẽ dedit Lacedemonijs, valde vtilem. Vt aũt eis esset grauissima, finxit Licurgus eã accepisse ab Apolline: & ideo nolle mutari aliquid, sine eius cõsilio. Vnde iuramentum exegit ab eis, q ne eam præuaricarẽtur

donec ad eos rediret, cum responsione. Si q; inde recessit, nec ur q̃ reuersus est, ut. s. haberent causam obseruandi: esti mans in tanta reuerentia, & obseruatione habituros iuramentum, ut nunq̃ transgrederentur. Praeterea ponit Eutropius in gestis Romanorum de alio ciue Romano ab Hannibalẽ capto, qui sub iuramẽto est dimissus Romã uenire, ut praetium redẽptionis sibi acquireret. Sed cum pretiũ inuenire non posset, & redire nollet: Senatus eũ ligari fecit, & ad Hannibalem misit, noluerunt enim q fidem frangeret: quam sub iuramento promiserat. Et ut dicit Valerius. Romani non solum amicis, sed etiam inimicis fidem seruabant. Cic. 1. de offi: Fundamentum iustitiae est fides. O uiolatores fidei. O factores iuramenti. uidete quantum est damnabile uestrum peccatum, quia unus paganus seruat suũ iuramentum, christianus pro uno solido negat. O nequã. Secundo ratione &c. Ex illo nanque peccato prouocatur Deus in indignationem, & iram. Quia sicut inuocantes nomen eius protegit, & defendit, ita illud falsificantes, & contemnentes: abhorret, & persequitur, ac grauissime punit. Quod patet exemplo Iudęi, qui quandam summam pecuniae mutuo dedit cuidam christiano: iurans super altare sancti Nicolai: quod q̃ citius posset, eã sibi redderet. Tenente illo christiano diu pecuniã: Iudaeus eã expostulat, sed ille sibi reddidisse affirmat. Ducitur res ad iudiciũ, & iurm. Cum aũt coram iudice citari eum fecisset Iudaeus, pro dicta pecunia, sciẽs christianus q oportet eum iurare pro dicta pecunia, fecit poni in baculo cõcauo, quem uulgariter dicimus burdonem: aureos quos debebat Iudaeo, & sic iuit ad diem assignatam: cum autem Iudaeus non haberet literas: nec fideiussorẽ; petiuit iuramentum dicens, quod non habebat testem, nisi S. Nicolaum, per quem christianus iuraret se daturum pecuniam. Ille aũt uolens facere iurm dixit Iudaeo, quod teneret suum burdonem. Quod cum faceret Iudaeus: Christianus iurauit ei quod nihil deberet q non reddidisset ei. Rediens autem de urbe qui fraudem fecerat, in quodam biuio: oppressus somno iuxta uiã: quadrigarius quidam transiẽns super eũ cũ quadã quadriga, occidit eum, & fregit baculum, & auiũ effudit. Audiens hoc Iu-

dæus

ðæus concitus illuc uenit. Cúmq; dolum uidiſſet & a pluribus ſuggereretur, ut aurum omnino reciperet, omnino renuit: niſi qui defunctus fuerat ad preces beati Nicolai ad uitam rediret: aſſerens ſe baptiſma ſuſcepturum. Continuo defunctus ſurrexit, & ille baptiſma ſuſcepit. Præterea de punitione. In ciuitate Licij fuit quidam Antonius nomine, quem ego noui. Hic dum coram officialibus iuraſſet falsũ: addidiſſetque. Precor Deum cœli, ut ſi mentiar, faciat me morte ſubitanea mori; ſtatim cecidit in eodem loco, & mortuus eſt. Præterea Vincentius hiſtorialis in lib. moral. dicit. Quædam mulier accuſauit mendaciter ſanctam Eugeniam: quia illam, uirum eſſe putabat: eo quod in habitu uirili, inter uiros religionem intrauerat: impoſuit ei dicta mulier q̃ uoluiſſet eam opprimere, & hoc uerum eſſe, ipſa cum tota familia, iuramento firmauit. Secuta eſt diuina ultio, ignis de cœlo uiſibiliter ſuper eos deſcendit, conſumpſitq; eam cum tota familia, & omnibus rebus ſuis. Tertio ratione aſſimilationis. Periurium eſt graue peccatum. Aſſimilatur periurus. 1. Iudæ qui ueritatem uendidit. Et ille negat. Secundo Latroni ſiniſtro: qui eum impugnauit, cõtra eum falſum dicendo. Tertio Iudæis, qui contra eum in paſſione, teſtimonium falſum tulerunt, in morte eius. Mat. 26. Quærebant falſum teſtimonium. Quarto Diabolo aſſimilatur, qui eſt mendax. Vnde patet ſecundum. Tertium principale dicitur punitionis. Oſtenditur per multa exempla, tam paganorum quàm ſcripturæ, quantum Deus ægre ferat peierantes. Deſcribit namque Oroſius lib 6. de geſtis Romanorum, qđ cũ Romani miſiſſent legatos ad plures gẽtes, pro pace fienda. Et ipſi recepiſſent eos in pace, uidelicet cõitates. In ciuitate Eſculo data eſt eis fides: deinde ſubito proditioſe in eos irruerũt, & oẽs occiderunt. Vnde factum eſt in deteſtationẽ periurij, & uiolationis fidei: q̃ panis fractus apud aliquos, per fracturas ſanguinaret. Animalia domeſtica & blanda, inter homines uiuere aſſueta, cum balatu, hinnitu, & mugitu mirabili fugientes ad ſyluas, ab hominibus diſceſſerũt: canes cum maximis latratibus idẽ fecerunt, admodum luporum oberrantes. Dicti aũt populi qui dictam proditionem cõmiſerant: uicti ſunt oẽs in eam

pò a L.Pompeio,& occisi cum Imperatore eorum,exceptis quatuor milibus,qui iugum montis petentes,nõ euaserunt uindictã Dei,quia congelati ad modum lapidũ obriguerũt immobiles facti,qui stantes uidebantur uiui, iam eorũ oculis & dentibus ab eis cadentibus. Cũ qua historia est exemplum notabile Cyri Regis,qui Scythas debellaturus uenit. Vnde Regina Thomaris sentiens hoc, misit filium contra ipsum. Cyrus uerò ostẽdit confœderationẽ cũ regina facturum,& iurauit per suum Deũ, ꝙ non faceret bellum contra ipsam. Post aliquot dies Regina, sentiens iterum ꝙ rex mouebat campum, & non seruabat iuramentum, iterum misit exercitũ. Et Cyrus contrafaciens iuramento,sciensq; Scythas ꝙ non habebant uinum,fecit per omnia allogiamenta præparari mensas,& eas impleri optimo uino, & cibo suauissimo,postea ponit certas insidias. Exiens ad prælium,simularunt fugã. Vnde Scythis uisum est se esse uictores,maxime cum uiderent relinqui allogiamenta, sine aliqua custodia a Persis. Quamobrem inuenientes mensas paratas, posuerunt se ad edendum,& bibendum. Vbi propter insuetudinem uini, in parua hora se inebriauerunt. Cyrus ergo habita oportunitate. Discooperiens insidias, reuersus est ad campum, ibi compertos Scythas ad dormiendum prę ebrietate, fere omnes occiderunt,cum filio Reginæ. Intellecto hoc nouo Regina,& cognita fraude Cyri, disposuit se uindicare per fraudem. Itaque ipsa armis induta & recuperato maximo exercitu,illum abscondit post certos montes. Inde postmodum cum pauca gente se opposuit ante Cyrum. Vbi semper fugiebat ante,ostendens timorem,quousque conduxit in uallem illorum montium, ubi latebat exercitus. Et Regina fecit fieri signũ, & occisus est Cyrus cum.cc.M.hominibus, & nõ fuit homo qui ferret nouum in Persiam. Regina caput cœpit Cyri di. Sanguinem sitisti sanguinẽ bibe. Vnde mortui sunt ob iuramẽtum fractum. Et Iosue.7.dicitur quod ciues ciuitatis Hierico fuerunt infideles Deo, & quod iurauerũt,seruare noluerunt. Vnde præcepit Deus Iosue,ciuitatẽ ut euerteret,& bona illius,igni traderet,quod & factum est. Præterea antiquæ leges puniunt sacramentũ falsum,ut ponãtur super asinum cum cauda in manu, & q̃

a par-

a paruulis cum ouis lapidentur, & cum tympanis associentur per ciuitatem. Responsio ar. Dicit Augu. in lib. de mendacio. Et in epistola ad Plebeculã. Quod his autoritatibus prædictis non prohibetur iuramentum, in quocunq; casu, sed interdicitur immoderatus, & nimius eius usus, ne sic perueniatur in periurium. Quod hoc Tho. in 2. dist. 39. confirmat. & Inno. extra de iurei. c. Et si Christus. Responsionem arg. pone ubi uis.

Feria VI. tertiæ hebdomadæ Quadragesimæ. De Auaritia.

QVI biberit ex hac aqua, sitiet iterum. Ioan. 4. Recitat Ioan. quod Christus uenit in ciuitatem Samariæ, quæ dicebatur Sicar. Iuxta prædium qđ dedit Iacob, Ioseph filio suo. Secđm Nic. de Lyra. Iacob ueniens de Mesopotamia, emit agrũ ab Emor, principe ciuitatis Sicar, ubi per multum tempus habitauit ibi, & illum locum Iacob moriens, dedit Ioseph filio suo, ut dicitur Gene. 48. Erat autem ibi fons Iacobi. i. puteus quẽ ipse Iacob foderat, quãdo ibi habitabat. Iesus fatigatus ex itinere. In quo apparet uera eius humanitas, sedebat super fontẽ, ꝑꝑ aptitudinem loci ad quiescendum. Venetijs habetur in sancto Marco lapis iste. Hora erat quasi sexta, uenit mulier haurire aquã de Samaria. Cui dixit. Da mihi bibere. O humanitas creatoris, qui aquã dignatur petere mulieri. Discipuli aũt eius abierant in ciuitatem, ut cibos emerẽt. Vnde non erant præsentes ad dãdum ei potum. Quæritur dubiũ. Vtrum Apostoli habuerint pecunias? dicitur quod sic, quia ut cibos emerent. Super fontem sedebat, & ibi comedere uolebant, sicut pauperes: nec ad hospitia declinabant. Dixit ei mulier. Quomodo tu Iudæus cũ sis: bibere a me poscis, quę sum mulier Samaritana? Qũo cognouit ipsum esse Iudæũ? Rñdeo qđ triplici de causa. Prima ad habitum quẽ portabat. Num. 16. Loquere filijs Israel, ut faciant sibi simbrias, ꝑ quatuor angulos palliorũ. Hunc habitum Christus habebat. Secunda rõ, quia Nazareus, in cuius capite nouaculum non ascẽdit, quia Nazarei non poterãt esse de alio populo, nisi iudaico. Vñ agnouit. Tertia rõ ad circũcisionẽ. Nullus

alius populus erat circuncisus, nisi Iudaicus. Sequitur. Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Quare non cum Samaritanis? Respondeo quod triplici de causa. Prima quia priuauerant Iudæos hæreditate patri sui. Iacob prædio, quod dederat Iacob Ioseph, ubi erat iste fons. Secunda ratio, quia Samaritani licet Deum adorarent sicut Iudæi; tamen adorabant & idola. Tertia ratio: quia adorabant in monte Samariæ, cum nulli liceret, nisi in templo Dei? Respondit Iesus. Si scires donum Dei, idest gratiam Spiritussancti, in quo dono talia donantur. Et quis est qui dicit tibi da mihi bibere: scilicet quod esset potés & paratus dare omnibus gratiam. Forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuã, idest gratiã Spiritussancti: Quia mulier erat assueta corporalibus intellexit uerbum Christi de aqua materiali. Vnde sequit Domine inquit illa neque in quo haurias habes, & puteus altus est, quasi dicat, non potes mihi dare, nisi hoc faceres miraculose, quod non uidetur. Respondit Iesus, Omnis qui biberit ex hac aqua, scilicet materiali, de qua tu intelligis, sitiet iterum: quia scilicet non nisi ad tempus sitim sedat. Qui autem biberit de aqua quam ego dabo, idest gratiam Spiritussancti, non sitiet in æternum. Respondit mulier. Da mihi hanc aquam ut non sitiam, neque ueniam huc haurire. Respondit Iesus. Vade uoca uirum tuum, scilicet putatiuum. Et ueni huc. Non dixit Iesus, ut illa mulier eum adduceret, sed ut ex responsione eius, conuenientius eam argueret, secretum reuelando. Respondit illa. Virum non habeo, scilicet legitimum. Iesus autem respondit. Bene dixisti: quia uirum non habeo. Quinque enim uiros habuisti, & nunc quem habes non est uir tuus, secundum ueritatem. O quot sunt similes Samaritanæ: quid uel quæ habent uiros, & uxores, non uxores, immo concubinas, filii spurii. Respondit mulier. Domine ut uideo Propheta es tu. Thom. super Io. Nullus Propheta omnia sciuit nisi Christus. Vnde reliquit situlã, & abiit in ciuitatem. Et dixit illis hominibus. Venite, & uidete hominem, qui mihi dixit omnia quæcunque feci. Interim ueniunt eius discipuli, & dicunt adinuicem. Nũquid aliquis attulit ei cibum? Venerunt Samaritani ipsum rogantes ut

ibi

ibi maneret, quia accepta fide, per eius doctrinam desidera bant amplius informari, & mansit ibi duos dies, & multi Sa maritanorum crediderunt in eum. In hoc Euangelio prædicabimus de Auaritia. De qua tria considerabimus in præsenti.

Primum dicitur malignationis.

Secundum dicitur assimilationis.

Tertium dicitur causationis.

Primum dicitur &c. Secundum Doc. tres sunt malignitates huius auaritiæ, per quas notatur huius peccati, & uitii grauitas.

Prima, naturæ contrariatiua.

Secunda, diuini cultus oblatiua.

Tertia est omnium uitiorum negatiua.

Prima est naturæ &c Conclusio est Theologorum quod est duplex natura. Prima est natura naturans. Secunda est natura naturata. De prima. s. Dei. Ista est liberalissima in 8. Ethic. & in 8. Physic. Deus est causa omnium rerum dans esse, & perfectiones. Bonitas cuius, apparet in communicatione suipsius. Io. 10. Animam meam pono pro ouibus meis. Cũ enim in manu Dæmonis esset, ipsum liberauit semetipsum tradens. Ioann. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium &c. Et licet potuisset genus humanum liberare, per unam sanguinis guttam tamen ad maiorem sui liberalitatem, uoluit spargere ab omnib. partibus corporis. Vnde Gre. O mira circa nos Dei pietas, ut seruum redimeres, filiũ tradidisti. Secunda est natura naturata. Et ista est liberalissima, quia communicat omnia sua bona homini. Sol illuminat in die, & luna in nocte, terra producit fructus. & hoc totum ad hominis utilitatem. Vnde Phi. 1. Pol. Natura fecit animalia propter hominem Aug. in ser. Iudicium magnum diuinæ bonitatis est, ꝙ quælibet creatura communicet seipsam. Vnde nihil est auarum in reũ natura, excepto improbo auaro, qui, nec sibi, nec aliis est liberalis: sed miser & tenax. Primo sibi: quia miserabiliter uiuit, uendit uinum, ut bibat aquam: uendit ligna, & moriatur frigore: uendit triticum ut comedat panem milii: incedit uestibus laceratis, ut parcat bonis. Et quando cernit diminui de substantia aliquid, oculus cecus

diſſe uſ tenet familiā in amaritudine. clamat uoce lugubri filiis,uxori,famulis. In hac domo non ſunt niſi latrones. Roditis mihi oſſa. Aduertatis filii mei,quia nobis poſſet deficere:quia anni ſunt mali,ergo recordor,& recolo domi ni Pandulphi.facini canis.Gabrielis Phundul.Tēpore Al banorum fuit talis penuria &c. Præterea tenet computum ſubtiliſſimum expenſarum uini,ſalis,ouorum, carnium ſa litarum,& ſi quid diminutum uidet furatū dicit. qñ dormi tum uadit,prius in canauā uadit,menſurat uinum cum ha-rundine in uegete.O miſeranda conditio hominum auaro rum.Contra quos Eccl.4.Vnus eſt & ſecundum non habet, non fratrem,non filium,& tñ laborare non ceſſat,ne ſaciā tur oculi eius in diuitiis.Deus nō uult quod homo uiuat, ut infamis,ſed honeſte ſecundum ſuum modum, quod aua rus non facit,ideo uituperandus.Secundo eſt contrarius ꝓ ximo, quia non uult communicare bona proximo ſuo,nec in uita,nec in morte,imo bona communia, ut granum,ui-num,oleum,& alia neceſſaria uictui humano claudit apud ſe,expectās eſſe chariſſimi precii. Vñ Ecc.10. Auaro nihil eſt ſceleſtius.Si tandem tribuit,tribuit cum uſura, & rapi-na,quod contra Prou.11. Qui abſcondit frumenta in tpe ſuo,maledicet in populis.Quapropter Inno.li. de miſeria cōditionis humanæ.Auarus nec patiētib.compatitur, nec miſeris ſubuenit,ſed offendit Deum,offendit proximū, of fendit ſeipſum,Deo ingratus,ꝓximo impius,ſibi crudelis. Ille.In quibus uerbis dubium quæritur. Quis grauius pec-cat,auarus an prodigus?O dicet auarus quod eſt prodigus, Quia &c.Rñ.Tho.2.2.q.119.ar.3.qđ auarus plus peccat, triplici ratione. Prima, quia prodigus plus participat de uirtute liberalitatis quam auarus. Scđa,quia prodigus eſt ſibi & aliis utilis,auarus autē nec ſibi nec aliis.Eccl. 6. Eſt aliud malū,quod uidi ſub ſole,uir cui dedit Deus diuitias, nec tribuit ei poteſtatē,ut comedat ex eis, ideſt uſum ptā-tis,quia nō tangit eas.Tertia,quia prodigus eſt magis cor rigibilis,quam auarus:quia quanto plus approximat ſene ctuti,plus auarus fit.O ſenes Hier. Cū ſenectute omnia ui tia ſeneſcūt,ſola auaritia iuueneſcit.Et Aſcu.lib.2. Omne humanū uitiū ueteraſcit in hominibus.Sola auaritia recen

tes

tes frondes retinet, & maxime tempore senectutis. Facetia de conuerso nostro, qui flasconem uini habuit ad ancilla, ignorante domina, quæ ut auara sciuit: præ dolore mortua est. Isti sunt qui clamant in domib. murmurant. O senes. Secunda quia est &c. Pono hanc concl. Quod auarus non est uerus christianus: sed idolatra, & paganus. Quod sic probo. Ille dr idolatra, idest paganus, qui uero Deo relicto, falsum Deum sibi constituit: sed auarus relinquit uerum Deum, & diuitias pro Deo adorat. O Paule quid dicis ad Ephe. 5. ca. Auaritia est idolorũ seruitus. Et Th. in 2.2. q. ubi supra art. 5. Auaritia habet speciẽ idolatriæ. Vbi dicit Nic. de Lyra, quod auarus dr idolatra, propter quandam conformitatẽ, quam habet idolatra cum auaro: quia sicut paganus adorat simulacra, & statuas mermoreas: ita auarus adorat pro Deo suo aureum ducatum, & diuitias. O auare dic mihi, qualis est Deus tuus? Qui Pharaonẽ submersit? Qui diluuium misit in terram? Vere nõ. Sed ille de quo Ecc. 10. Pecuniæ obediunt omnia. Ioannes os aureum. Pro diuitiis amittit diuina, missas, prædicationes, accipit sacramenta falsa, efficitur porcus, animal sine ratione, semper est in motu, nunquam quiescit. Orige. super Pentha. Amator sui de terra cogitat: semper terrenos habet affectus, de terra litigat, de terra loquitur, terram desiderat, ad cęlum non respicit, futura non cogitat, Dei iudicium non metuit: nec beatam eius promissionem desiderat, sed de præsentibus cogitat, & ad æterna non suspirat, & sic tanquam mare feruet, & nunquam in animo quiescit. Ille. Esai. 25. De terra enunciabit eloquium suum. Tertia malignitas & cæt. Inuenio sex mala ab hac auaritia, secundum Doctores. Primum est superbia. Ecclesi. 21. Domus quæ nimis locuples est, superba est. Et Aug. in lib. de uerbis domini. Difficile est ut non sit superb. qui diues est: quia ut dicit Th. 4. par. Abũdantia diuitiarũ, est superbiendi occasio, qui erat magr cemẽti, & latrinarũ, & uilis condõnis: in præsentiarum est superbus. O superbia Veneta. Secundum est luxuria. Ecc. 44. Collegisti argentũ quasi auricalcum. Sequitur. Inclinasti fęmora tua mulierib. Exẽplum filli prodigi &c. Tertium est animi afflictio, quia diuitiæ affligũt suos amatores. Ecc. 2. Cuncti dies eius ple-

nã sunt erũnis.in 5 c.Saturitas diuitis,non finit eum dormi re.Vnde nihil grauius potest ei imprecari,quàm auaritia,q corpus uexat in præsenti,& animã in futuro.Exẽplũ in li. de 7 donis.De quodam paupere: qui manibus suis uitã cũ filijs ducebat satis letã.Omni mane cũ familia dulciter cã tabat. Vicinus quidam auarus admirans tantam cõsolatio- nem,in eius domo,pilam auri proiecit. Qua inuenta cępit tristari & plus non canere, cogitans quid de auro deberet emere. Vicinus interrogat quare plus non canit? Respon- dit,quia habeo aliud agere.At ille.Vere aurũ meũ? Respõ dit,si tuum est tolle in malã horã Fęlix est status pauperis, qñ cũ familia sua acquirit uictum,bona cõscientia.O quot clamores in domo auarorum.O quot tribulationes,dom. a sua infernus quidam est.O pater nõ mittas puellam in do mo auari,quia nunquàm erit in pace.Quartũ malum est in iustitia Leo Papa in sermone quodã.Nullum est in eo iusti tiæ uestigiũ,in quo auaritia fecit habitaculũ.Et.1 1.q.3.c. Qui recte.Acceptatio munerum, præuaricatio est ueritatis.O quot mala propter hanc &c.Quintum malum est cru delitas,quia non habet pietatem auarus ad proximum suũ, non respicit amicos,non parentes.Pater in filiũ,mater in fi liam,& magis plus.Ex hac auaritia Christus iudæis est uẽ ditus.Matth.2 5. Quid uultis mihi dare, & ego eum uobis tradam?Canta. Vnde Dan.2 0.purga.di.O auaritia,quid po tes facere,ex quo meum suxisti sanguinem,cum non cures de propria carne?O Iesu quis te coronauit,quis te in cruce posuit?Auaritia Iudæ proditoris.Sextum malum est despe ratio,cum auarus nõ cesset lucrari omni die sacro,non par cit apostolis,non confessoribus,non alicui sancto.Meretur quod in fine uitæ suæ non habeat aliquem sanctum in adiu toriũ,& aduocatũ,Exemplũ Archiepiscopi in 2. parte sum mæ,de quodã cũ infirmaretur, & ad cõfessionẽ hortaretur desperatus quod neminẽ in adiutoriũ habuit sanctorũ, di xit.Pęnitere non possum,quia cor non habeo mecũ, sed in capsa pecuniæ,& inuenerũt ut dixit,& sic damnatus est. O lupa falsa,O Iesu inimica,O causa omniũ malorum. Et sic patet &c.Secũdum.dicitur &c.Auarus assimilatur quatuor generibus personarum,propter suas conditiones.

Primò

Primo lupo,propter insatiabilitatem.
Secundo:porco:propter damnositatem.
Tertio asino:propter infructuositatem:
Quarto hypocritæ,propter fictionem.

Primo lupo &c.Secūdū Philosoph.7.de animalibus:Ita lupus est uorax : qđ quātō plus comedit:tāto minus satu-rat,& sine masticatione comedit uno die : quod ei satis est per.3.Ad propositū.Auarus hanc habet cōditionē,qui quā to plus habet diuitiarū,tanto minus saturatur.Eccl.5.Aua rus nō implebitur pecunia;& qui amat pecunias,fructū nō capiet ex eis.Et Gre.home.22.Diuitiarū amor insatiabilis est.Et Phi.8.Ethi.Auaritiæ uitiū insatiabile ē.Et Christus Io.3.c.Qui biberit ex hac aqua sitiet iterū.Asculanus.lib. 2.Ignis,fœminæ,terraq;,infernalis abyssus,:uari.nunq̄ satu rantur,sed sine fine cupiūt,& appetūt.Ille. Sed quærit ani ma.Vnde pater procedit insatiabilitas ista?Respondeo qđ ex quadruplici ratione.Primo rōne capacitatis . Nulla res magna potest impleri re parua.Exēpli gratia. Vas māgnū; non potest repleri a parua quantitate.Ad propositum.Ani ma nostra est capax illius boni infiniti Dei.Vnde si possidc ret omnia bona huius mundi,& Deum ipsum non haberet; nūquàm quiesceret. Vñ Ber.in fest o dedicationis .Ad ima ginē quippe Dei facta ē anima rationalis Ceteris omnibus occupari potest,repleri autem minime potest.Capax Dei, quicquid minus est,non implebit eam.Ille O anima.Secū do rōne finalitatis.Nulla res quiescit, nisi prius adepto fi ne suo.Vnde lapis sursum proiectus,non quiescit,quousq; reuertatur ad terrā. Et fontes donec ad mare redierint.Vn de in 7.Physicorū. Mobile nō quiescit nisi cum peruenerit ad terminum.Ad propositū.Finis noster Deus nō diuitiæ, non dominia,non aliqua res mūdi .Vnde si auarus haberet totū mundum non contentaretur nisi habeat ipsum Deum, qui est finis creaturę.Aug.1.Confessionū.Fecisti nos domi ne ad te,& inquietū est cor nostrū , donec requiescat in te . Et Philoso.1.Poli.Desyderium diuitiarum uadit in infini tum.In.7.Pol. Teste Deo in bonis exterioribus nō pōt esse fœlicitas.O lupa.O bestia insensibilis.Secūdo porco. Vt ui demus ad oculum,inter omnia animalia domestica, nullū animal

animal reperitur minus utile dũ uiuit, porco excepto. Exẽplum patet. Canis custodit domũ, gallina ouũ facit, cata capit mures. Sed porcus est nullius ualoris, cũ uiuit: imo si uadit in ortum, omnia euellit. Et pp hoc tota familia cupit mortẽ porci, & tunc oẽs letantur. Dña facit bonũ occidere porcũ, ut habeatis bona omasa cũ sanguine istius pinguissimi porci, puer autem vesicam: paterfamilias inuitat cõpatres, & cõmatres, & uicinos, & oẽs congaudent porci ob necem. O auare porce ita de te est. Dum uiuis quidem omnibus es damnosus, pauperibus, quibus panẽ non tribuis. Ecclesiis, hospitalibus, uiduis, pupillis, cõitatibus, sed in morte tua omnes letantur. Sacrista. S. Dominici uult candelas: & alii religiosi. Et canunt. Subuenite sancti Dei, in domo gehennæ. Alii gaudent qui obolum non poterant hře. Ancilla, serui, & omnes. Et bene; quia est poltronus. Tertio Asino &c. De asino dicitur, quod portat uinum, & aquam bibit. Portat ligna, & nunquam calefacit se. Et in tota uita pro aliis laborat, pro se autem nihil. Sic auarus laborat: sudat: uigilat: sollicitat pro aliis: ut accumulet: pro se autẽ nõ comedit: nec alios sinit comedere. Vnde est sicut canis ortulani: q porros nõ comedi, nec alios sinit comedere. Vñ Horatius in Epistolis. Quid mihi diuitiæ si nõ conceditur uti? O asine auare. De asino in morte fiunt tres partes. Vna est pellis: de qua fiunt tympana. Esopus. Nam crebella facit, & tympana pellis aselli. Ad cuius sonitum ducitur chorea. Secunda pars est caro: quæ datur auibus ad deuorandum. Tertia sunt ossa, quæ remanent ad solem, & pluuiam, & grãdinem. Ad propositum. De auaro fiunt tres partes. Prima eius pellis, idest substantia, quæ remanet parentibus & amicis. Qui tripudiant in despectũ barbæ auari. Secunda pars, scilicet suum corpus, datur terræ. Vbi frater Gabriel: nunquid in Ecclesia? Non: quia ut dicitur dist. 46. c. Nullus. Priuãtur usurarij Ecclesiastica sepultura: sed ut dicitur Hiere. 25. Sepultura asini. Canta uersum. Tertia pars sunt ossa ad solem. Anima autem ad infernum, quia sibi hoc testamentum facit, dum uiuit. Exemplum patet de quodam auaro, qui accersito notario: scribe inquit. Diuitias meas dimitto mundo. Corpus autẽ uermibus. Anima

autum

autem Diabolo. O Diabole tolle quod tuum est. Hæc dicens expirauit. Non immerito: quia hoc peccatum est illud, quod excecat hominē ī hoc pręsenti seculo. Ex quo fit ut sic excecatus, ducatur a Diabolo in infernum. Ideo Dauid in Ps. 15. Oculos suos statuerunt declinare in terrā. Hac omnes sunt implicati. Hiere. 6. A minore vsq; ad maiorem, omnes auaritiæ student: inter maiores sunt mediocres. Per minores intelliguntur laici. Per mediocres ītelligūtur clerici. Per maiores intelligūtur prælati. Auaritia igitur est a minore usq; ad mediocres, & maiores, q̄ a inuenit̄ in laicis, uiget in clericis, regnat in prælatis. Iō iuste dānantur. Iuxta illud. Mortuus est di. & sepultus in inferno. Quartò assimilatur Hypocritæ &c. Magnus hypocrita est auarus. Alber. su p̄ Mat. 23. Ve uobis hypocritæ. Octo sunt genera hypocritarum malorum. Primi Dei deceptores. Isti percutiūt pectus suū: corde autem sunt &c. Secundi sunt sanctorū uoratores qui osculantur sanctos. Et si non possunt attingere, ponunt clamidem, & sudarium, uel biretum. Intus aūt sunt lupi rapaces. O lupi rapaces. Tertii sunt os sanctum, qui non loquuntur ore, sed nutibus ostendunt sanctitatem. Quarti sunt cœlo proximi, qui se ostendunt deuotos, audientes aliquid de Deo, manus leuant ad cœlum, fuge societates. Quinti sunt curua capita, qui studium ponunt ut tortum collum portent. Tales deciperent Deū, & mūdū. Sexti laudate Deū, Bergomēsis quidā. Laudate Deum sed nō de uino effuso. Septimi pauperelli, q̄ ostēdūt paupertatē in uestitu. Octaui scrupulosi, q̄ oēm rē peccatum dicūt.

Tertiū dicitur &c. Causatur Auaritia a quatuor causis prout doctores nostri dicunt.

Prima est filiorum multiplicatio.

Secunda est uoluptuosa conuersatio.

Tertia est ambitiosa aspiratio.

Quarta est prosperitatis adeptio.

Prima est, &c. Greg. lib. 1. Mora. Sępe enim ad auaritiā cor parentis allicit, fœcunditas prolis. Ille. Ille grauatur filiorum numero. Nam habet quatuor natas & tres liberos, unam filiam montalem: aliam mundana spernentem: omne uidetur sibi licitum; Et non est ita scelcratus contra-

contractus, quod sibi non uideatur licitus. O pater inquit ille. Quomodo illas maritis dotabo? sunt reuera meæ: Præterea nolo maledici a filiis meis post mortẽ, si eis ñ dimittã aliquid, ut fecit mihi pater meus. Et ita hoc mõ metuẽs ne maledicatur a filiis in hoc mũdo: uult maledici a Deo. O quot sunt de talibus. Secunda est &c. Vnde est q̃ auarus studet in usuris: rapinis: fraudibus: oppressionibus? Quare hoc auare? certe quia uis triumphare gaudere luxuriari, & habere puellas ad tuam uoluptatem explendam. Ista est cã auaritiæ. O Hieronyme, quid dicis epistola secunda cõtra Ioui. Propter breuẽ gulæ uoluptatẽ: terræ lustrãtur, & Maria. Delitię, & epularũ varietas, fomẽta sunt auaritię. Tertia est &c. O pater dicit auarus. Pro certo pulchrũ est excellere: oẽs talẽ orãt, honorãt: & existimãt. Etiã ultra magnus effici uolo. Quid faciam? Sũ magister, domificator, & faber ferrarius. Faciam quod dicit Florentinus, ferreũ brachiũ, uentrem formicæ: animã canis. Primò brachium ferreum; uidelicet laborare: inquietari. O quot uigilię. Secundò uentrẽ formicæ: uidelicet parũ comedere: ut accumules, & parum exponere. Vnde quidam. Mi nobilis, & curialis socie hebdomada huius mensis septẽ dies continet. Mẽsis triginta: iuxta lucrũ, facias, & sumptũ. Tertiò animã canis, cũ pauca conscientia, per fas & nefas. Et ita ex ambitione uiuẽdi magnus auarus fit. Quarta est &c. Ouid. li. 3. Metam. Copia me inopẽ fecit. Abũdantia me depauperauit. Qũo pr? Audi Senecã lib. de morib. Quæ sunt maxime diuitiæ? Nõ desyderare diuitias. Ille. Quis est diues? non desyderare, nõ appetere; q̃a pauper; quicunq; sit cupidus: auarus est pauperior omnib. hominibus, quia semper cupit. Hiero. in Prologo Bibliæ. Auaro tã deest quod habet, q̃ qđ nõ habet. In hoc mũdo nũquã habet bñ, & in alio habet infernũ.

Sabbato IIII. Quadragesimæ. Quod Maria est mater omnium gratiarum.

REmansit Iesus solus, & mulier in medio stans. Ioã. 8. Miraculum. Quidam fur ob sui turpitudinem a iustitia comprehensus est, & clamabat truncatus capite a corpore

pore proprio:confessionem ò Maria. Pœnitentiam o Maria. Omnes stupebant. Pro sacerdote mittunt, & caput corpori coniungunt. Et sic conf. ssioné fecit. Qui dixit omnibus. Hoc beneficium huius pęnitentiæ & confessionis, merui p Mariam. Cuius sabbatum deuote ieiunaui, quā rogaui nō mori sine cōf ssione, & contritione. Quo dicto & sacramentis susceptis in pace quieuit. Aue Maria &c. Remansit Iesus solus &c. Recitat Euangelista, quod Christus perrexit ad montem Olíueti ad cōtemplandum, quia domus Marthæ in qua hospitabatur, erat prope montē illum. Et diluculo uenit in templū ad ostendēdum zelum animarū: ut illis prædicaret. Secundum sententiā August. li. de consensu Euangelistarum. In Christo erant duæ naturę, s. natura diuina, ut Deus, quo ad hoc nullius ei erat contentio loci: quia ubicunque est: quo ad naturam humanam, sic ei conueniebat locus pro sui contemplatione. Mons ergo iste erat Christi oratoriū, & quāto plus appropinquabat eius passio, tanto plus operā dabat contemplationi. Scribæ autem adducunt ei adulteram, ut sententiam daret. Sed quare non adducunt adulterum: cum tamen pari pœna debeat puniri capitis? ut ff. de adul. l. Iul. & C. de adulteris, l. Gracchus. Duplex est responsio. Prima est Chrys. ut. s. ponant suspitionem in corde populi, quod fuisset aliquis ex eius discipulis. Secūdò quia forte erat diues. Ideo p precio ipsum liberauerunt. Sed datur alia responsio secundū glosam. Quia crimen adulterii magis punitur in fœminis, quam in uiris. Sequitur, Magister modo hæc mulier deprehensa est in adulterio. In lege mandauit nobis Moyses huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Si ipsam dānasset, pro crudeli accusassent. Si soluisset, facere illum contra legem clamassent: Iesus in terra scribebat. Quid scriberet quadruplex opinio. Vide sermo. de suspitione. Et dicit. Qui sine peccato est uestrum, primus in eam lapidem mittat. Vade, & amplius noli peccare. gloss. Tantum in corde infudit contritionem, ut sufficeret pro pœnitentia in foro iudiciali, & pœnitentiali, Applica. Maria uirgo est mater omnium gratiarum. Quæ conclusio probatur triplici ratione.

Primò

Primo ratione approximationis.

Secundo ratione eiectionis.

Tertio ratione humiliationis.

Primo ratione &c.Conclusio est Tho.3.par.q.27.ar.5. & Philo.2.Meth.Et Auerrois lib.de causis. Quod quanto aliquid magis appropinquat principio alicui, in quolibet genere, tanto magis participat effectum illius principij. Exempli gratia.Approxima te ad ignem.ad Solem &c. Vnde dicit Dyonis.4.cœlestis Hierarchie. Quod Angeli qui sunt Deo propinquiores magis participāt de bonitatibus diuinis,quàm homines:quia sunt proximiores. Approximare Deo non fit corporis gressu:sed passibus mentis.Vnde Bernar.super illud Gen.17.Ambula coram me, & esto perfectus.dic. Ambulatur autem coram Deo non passibus corporis:sed affectibus mentis.Et August.home.26.super Ioan.Ad Deum non motu corporis: sed uoluntate cordis accedimus,hodie tribuis eleemosinam pauperi, per unum passum accessisti ad Deum,& sic de singulis. Non motu inquit corporis &c. Ad propositum. Maria uirgo fuit Deo propinquissima,super omnes creaturas: quia ex ea corpus Christi formatum ex purissimis sanguinibus Virginis Mariæ,& qui erat filius Dei,dicitur filius Mariæ. Vnde signāter dixit ei Angelus. Ecce concipies in utero, & paries filium.Sed quem o Gabriel?Nunquid Hieremiam? Isaiam? Danielem?Non uere. Sed Iesum flagellatum, crucifixum, mortuum:quia ergo fuit super omnes proxima Christo,super omnes gratias habet. Vnde dicere possumus illud Iudith 8. Hæc est mulier famosissima:quoniam Deum timet ualde. Secundum Iacobum de Voragine in suo Mariali,triplici causa aliquis dicitur famosus.

Primo ratione sapientiæ.

Secundo ratione potentiæ.

Tertio ratione sanctitatis.

Primo ratione sapiētiæ.Patet de Salomone.3.Reg.10. Regina Saba audita fama Salomonis,eius fama,s. sapientiæ.Quia locutus est tria milia parabolas, & quinque milia carmina.Et de omnibus rebus mundi habuit cognitionem, quicquid homo scire potest. Præterea de Alberto

Magno

Magno.de quo Pius Papa ad Turchum. Præcipua eſt Alberti Magni ſcientia,qui nullum doctrinæ genus, creditur ignoraſſe:Preterea de Origene q ſex milia uolumina librorum ſcripſit:Ad propoſitum. Maria fuit ſuper omnes famoſa in ſcientia:quia habuit omnes ſcientias.Triplex eſt ſcientia ſecundum Tho.ſuper Io.Prima eſt acquiſita, ut habuere Philoſophi,& illi qui ſtudio uacāt, hanc habuit Maria:quia in templo fuit docta pleniſſime:tam in grammaticalibus,q̃ in coloribus rhetoricis: ut patet ī litteris quas mittebat ſancto Ignatio,quæ ſunt optimæ poſitæ. Præterea habuit omnes ſcientias:qđ ſic probat Aug. Maria ſciuit ſcripturam,in ſcriptura continentur oēs ſcientiæ:igitur habuit omnes ſcientias. Secunda eſt infuſa,quam habuere Apoſtoli,& alij ſancti,qui miraculoſe fuerunt illuminati. Hanc habuit Maria:quia a Spiritu Sācto fuit illuminata,& melius ſciuit ſcripturas,quàm aliquis,Propheta, aut Patriarcha. Chryſ.ſup illud Luc.2. Maria conſeruabat oīa uerba hæc, conferens in ſuo,quia ſcripturas legerat, & prophetas ſciebat. Tertia eſt intellectualis, quæ eſt in beatis, qua omnia cognoſcunt in uiſione diuini uerbi. Maria autem hanc habuit quia uiatrix exiſtens, habuit priuilegium cōprēhēſorum.Quis docuit Apoſtolos de obſcuris fidei,poſt Chriſti Aſcenſionem?Certe erat Maria. Vnde patet. Secūdo ratione &c. Gen.6.Gigātes erant ſuper terram. Iſti ſunt potētes a ſeculo uiri famoſi,ut dicit Nicolaus de lyra.His initium fuit a Demonibus, ſumētibus hominis ſemen &c De hoc ſemine gigantum fuit Sanſon, qui centū uiros percuſſit cum mandibula aſini:& Goliath.De hoc ſemine fuit Alexander Magnus,Karolus Magnus. Et in curia Borſij, fuit quidam frater noſter Bertoldus, qui aſinum cum molendinario portauit.Maria ſuper omnes fuit potens, tam potens quod cœlum aperuit, quod Eua clauſit. Tam potens quod infernum clauſit, quem Adam aperuit. Tam potens quód Dæmonem ſuppeditauit.Vñ Hiero. Hæc eſt quæ cœlis dedit gloriam,gentibus fidem: uitijs finem, uitæ ordinem, moribus diſciplinam.Vnde Cant. 4. Terribilis ut caſtrorum acies ordinata. Timent eam Dæmones ultra modum. Exemplum ad hoc propoſitum. Diues quidam

habuit filium ab uxore. Mortuo uiro filius cum matre dormiens, ipsum inpregnauit: & mater in partu occidit ipsum præ uerecundia, atque sepeliuit. Dæmon autem in forma clerici corā Imperatore dixit. Miror ꝙ Roma non cõsumitur pro tanto scelere, quod mulier talis egit; quia filiũ occidit. Citatur illa, & tẽpus induciæ daẽ, illa ad cõfessioné cucurrit dicens patri. In angustiis sum pater. Cui ille. Cõmenda te virgini. Dũ esset tẽpus, conducitur corã iudice. Cumq; ibi esset. Dæmon clamare cępit. Hæc nõ est illa mulier incestuosa; sed uirgo Maria. Ad hanc uocem stupent oẽs, & Dæmõ recessit: & sic mulier honoratur. Mulier hæc fuit Maria in forma illius mulieris, & pctm̃ eius occultauit. O potentia Mariæ. Tertio rõne &c. Iob 1. Erat aũt Iob vir magnus, inter oẽs qui morabantur in terra, magnus sanctitate. Et de Io. Bapt. Luc. 1. Erit magnus coram dño, Secundum Th. super Epis. Pauli. Triplex est Sãctitas. Vna dr̃ Diuinalis. s. Dei, sub qua fuit Maria. Vñ Thom. 3. par. q. 27. ar. 1. Rõnabiliter nos credimus, ꝙ illa quæ genuit unigenitum plenum gratiæ & ueritatis, præ omnibus aliis, maiora gratiæ priuilegia accepit. Ille. Et in 1. par. q. 25. ar. 6. Beata uirgo Maria, ex hoc ꝙ est mater Dei, habet quãdam̃ dignitatem infinitã, ex bono infinito, quod est Deus, & ex hac parte non potest fieri aliquid melius, sicut non potest esse aliquid melius Deo. Ille. Vnde Eccl. Virgo Maria non est tibi similis nata in mundo. Et Ascu. li. 4. Nunquam in muliere uirtus perfecta fuit, nisi in illa quæ ab initio fuit creata, atq; in æternum electa. Secunda angelicalis. Tertia humanalis, quas omnes Maria superat. Et hoc totũ: qa mater Dei. O magnũ quid. Hier. Maior gratia in Maria non potest intelligi, q̃ sit mater Dei. Ille. Et Bon. in 3. Sen. Maior namque excellentia uirginis, ꝙ sit mr̃ Dei, quam ꝙ sit dña creaturarum. Hoc. n. dependet ab illo, sicut ramus a sua radice. Ille. Ideo uulgaris. Petrar. Sæpe me amor ad te laudandum impellit Virgo Maria, in his leuibus uersib. meis: sed tamẽ tuum ualorem considerans aliud nequeo dicere, quã mr̃ Dei. Igitur mater gratiæ. Secundò ratione &c. Conclusio est Th. 3. par. q. 27. ar. 5. unicuique a Deo datur gratia, secũdũ illud ad qđ eligit. Exemplũ de Noe in arca fabricanda,

de Moyse apud Pharaonem. Ad propositũ. Maria diuinitus est electa ab ęterno, ut esset mater filij Dei. Prou. 8. Nōdū erant abyssi .i. mundus cum suo ornatu: & ego iam cōcepta eram, ut. s. suo tpe in mundo fierem. Ex hoc debuit omni gratia pollere, ut sic esset idonea mater. Vnde dicitur mater gratiæ. O mater &c. sed nota secundum Tho. & Alber. sup missus est. Quod quadruplex est differentia gratiæ. Prima dicitur affluens, quæ sola fuit in Christo. De qua Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus. Secunda est sufficiens, qua pleni sunt oēs fideles, & sancti. De qua Lucæ 1. Zacharias pater eius impletus est Spiritusancto. Et de Stephano. Act. 2. cap. Stephanus plenus gratia. Tertia est abundans: quę fuit in Io. Bap. & in Apostolis specialiter. Act. 1. Repleti sunt omnes Spiritusancto. Quarta dicitur excellēs, quæ super omnes fuit in Maria. Ideo dixit Angelus ei. Aue gratia plena dominus tecum. De his gratiis Ber. Legimus Stephanum plenum gratia, & Apostolos plenos Spiritusancto, sed lōge dissimiliter a Maria. In nullo n. alio habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, quemadmodū in Maria. Ille. Et ut differentiam uideamus gratiæ ipsius Mariæ, notabimus secundum Thom. 1. 2. quæst. 110. triplicem gratiam in Maria.

Prima dicitur acceptationis.

Secunda dicitur habitationis.

Tertia dicitur recognitionis.

Prima dicitur &c. Et est quando quis inuenit gratiā corā aliquo, sicut dicitur Gen. 6. Noe inuenit gratiam coram domino. Et de Ioseph qui inuenit gratiam coram principe carceris. i. quia ei erat multū gratus. Maria autem habuit gratiam in conspectu Dei: quod Angelus declarauit. Inuenisti gratiā apud Deū. Inuenit equidem, quia ipsam gratiā perditā recuperauit humano generi. Hoc Adam non fecit, quia & si gratiā perditā per pęnitētiam recuperauit, hoc egit tātum pro se: non pro genere humano procurauit: sed Maria pro omnibus inuenit. Inuenisti inquit gratiam non rapuisti: ut primus Angelus di. Similis ero altissimo. Inuenisti, non perdidisti, ut primi parentes. Inuenisti non emisti ut Symon magus: qui pecuniam obtulit Apostolis: ut

emeret gratiam Spiritussancti. Secunda dicitur gratia &c. Quia nulla creatura inuenta est idonea portare regẽ cœlo rũ nisi Maria. Eccl. dicit. Sancta & immaculata uirginitas, quibus te laudibus efferã nescio, quia quem cœli capere nõ poterant, tuo gremio contulisti. Et ipsa dicit omnibus fide libus illud Eccle. Congratulamini mihi omnes q diligitis me, quia cum essem paruula placui altissimo, & de meis ui sceribus genui Deum & hominem, Ille. O felix puella. O cœli regina, ad ipsam solam missus est de aula summi Dei legatus, singularis, insignis, ut filium Dei conciperet contra omnẽ communẽ cursum. Vbi dicit Albertus super missus est. Qđ quatuor sunt mũdi generationes humanæ: nec est inuenire alium modum, quia dicit Tho. in 3. di. 3. & Damas. Conceptio illa fuit miraculosa. Primus modus sine fœmina, & masculo, ut Adã factus a Deo. Secũdus sine femina ex uiro, ut Eua ex costa Adæ. Tertius ex muliere & masculo, ut est cõmunis omniũ naturalis generatio. Quartus singularis, ut est ex fœmina sine uiro, & hic est Mariæ Virginis, unde fuit mater & uirgo simul, quod est priuilegiũ singulare. Tertia dicitur &c. Ad quã pertinet recognoscere beneficia accepta, quia ut dicit Philosophus. 9. ethi. Beneficiatus tenetur recognoscere benefactorem, & Sen. libr. de beneficiis. Ingratus est, qui non recognoscit beneficium. Idem. Beneficiorum memoria senescere non debet. Ista autem gratitudo summo Deo, placet: Maria hanc habuit quia uitam suam expendebat in recognitionem benificiorum Dei, ut dicit Alber. Confitebatur quotidie Ioanni euangelistæ non sua peccata; sed dicebat. O mi Ioannes, non sum digna uocari mater Dei, quia non cognosco filij mei beneficia, licet recognosceret. Vnde Lu. 2. Maria autem conseruabat omnia uerba hæc cõferẽs in corde suo. Vnde dicimus quod est mater omnium gratiarum. Petrar. O gratiarum & omnium uirtutũ plena, dominus tecũ, teq; semper amat: adeo ut oẽs linguæ fari hoc nequeant. Vnde patet tertia rõ. Tertio ratio. &c. Cõclusio est Theologorũ. Vbi est maior humilitas: ibi præcipue maior exaltatio. Lu. 18. Qui se humiliat exaltabitur. Et. 1. c. Exaltauit humiles. Eccle. 3. Quanto maior es, humilia te in omnibus. de pœ. di. 1. §. Taciturnitas. Si

nc

ne humilitate nemini poteſt eſſe ſalus. Et Ptolomeus. Inter ſapientes ſapientior eſt, qui humilior exiſtit. Maria ſuper omnes humilior fuit: ideo ſuper omnes, meruit culmẽ omnium gratiarum. Fuit autem humilis tripliciter. Primò ore, quia uerbũ ſuperbum nunquàm protulit. Auguſt. Reuolue diligentius Euangelicæ hiſtoriæ ſeriẽ, & ſi q̃d increpatorium: ſi quid durum occurrerit in Maria: de cætero ſuſpectam habeas, & accedere uerearis. Ille. Secũdo corde: quia ſe indignam reputauerat matrem Dei. Tertiò opere, quia non dedignabatur ſeruire Eliſabeth in partu. Sed dubium inſurgit. Quare fuit tã humilis Maria ſuper omnes? Reſpondeo ſecundũ Tho. ſuper Aue Maria. Quod triplici ratione. Prima, quia debuit illum recipere totaliter in ſe: qui eſt ſuper omnes: ideo debuit humiliari infra oẽs. Secũdo, quia debuit ſuper omnes ſanctos & ſanctas, & choros Angelorum exaltari, tanquam regina cęli, ideo debuit eſſe humillima. Tertiò: quia ſicut per Superbiã Euæ mors in mundum intrauit: ſic econtrario, per Marię humilitatẽ uita mundo reddita eſt, quia 2. Ethic. Contraria cõtrariis curantur. Vnde Eccleſia. Mortem quam fęmina intulit, fœmina fugauit, & ex humilitate ſua, licet eſſet ſanctior omnibus, in cęlo & in terra; nunquam tamen legitur de ea in Euangelio, quod aliquod miraculum fecerit in pręſenti uita, ante reſurrectionem filii. Secundũ Iacobum de Voragine in Mariali. Quælibet mulier in ſuo partu cupit quinque, quæ omnia fugit uirgo, ex humilitate ſua. Primò uirum iuuenem & pulchrum. Maria habuit ſenem deſpectũ. Secundò diuitem. Maria pauperem. Matth. 3. Nunquid eſt filius fabri? Tertiò in partu pulchrum thalamũ. Maria habuit ſtabulum. Quarto ſeruitores & obſtetrices. Maria habuit pro ſeruitoribus bouẽ & aſinũ, qui pro ſeruitio filiũ calefaciebant. Quintò, uult otium poſt partũ & quietem. Mariã oportuit fugere cũ filio in Aegyptũ. Tolle inq̃t. Angelus. puerũ & matrẽ eius &c. O humilitas ſancta de qua Ber. Maria & ſi ex uirginitate placuit: tñ ex humilitate cõcepit, quia ſi humilis non fuiſſet. Spirituſſanctus ſuper eam non quieuiſſet. Ille. Nulla creatura eſt humilior inuentu ſub cęlo, & licet maxima fuerit humilitas Abrahæ, cum dixit

Gen. 18. Loquar ad dominũ cum sim puluis & cinis. Et Iob cum dixit. 17. Putredini dixi pater meus es, mater mea & soror mea uermibus, & Ioan. Bap. dum se uocem appellauit, tamen Mariæ humilitas superauit horũ humilitatẽ, & quorũcũq; aliorũ. Vnde in cãtico suo. Respexit humilitatẽ ancillæ suę. In uerbo ancillę. Quatuor ancillas legimus ex humilitate cecinisse canticũ, inter quas Maria principatũ tenet. Prima fuit Maria soror Moysi, de qua Exo. 15. di. Cãtemus domino, gloriose enim magnificatus est. Secũda Anna. 1. Reg. 2. Exultauit cor meum in domino &c. Tertia Iudith. 15. Cãtate domino in cymbalis. Quarta Maria uirgo. Luc. 1. Magnificat anima mea dñm. Vnde patet quod mater gratiæ. Vnde Ber. super Can ser. 8. Sileat misericordiam tuã o uirgo beata, si quis te inuocatã in necessitatibus suis, meminerit defuisse. Nos quidẽ serui tui, cęteris in uirtutibus tibi congaudemus, sed in hac potius nobis ipsis, laudamus uirginitatem, miramur humilitatem, sed misericordia tua ipsis miseris sapit dulcius, & crebrius inuocaẽ. Ille. Petrar. O uirgo sine mensura dulcis es, nec te acrem uel amaram uales ostẽdere, & tota dulcis es absque mixtura. Idem. Te inuocantium non sunt in uanum orationes, nam confestim exaudis, antequàm ad te perueniãt. Exempla in lib. do 7. donis. Io. Damas. Græcus, ut Deo liberius uacaret factus est monachus. Qui libentissime laudibus uirginis intendebat & de ea pulchra dicta cõponẽs manu propria scribebat, cumque ad instantiam quorundam nobilium quos docebat legeret, & post disputationem cũ scholaribus ad littus maris deambularet causa spatiandi, pyratę saracenorum eum rapuerunt, & cuidam saraceno uendiderunt. Cui filium suum dedit literis imbuendum. Inuidens autem ei quem instruxerat, ut ei succederet, ueniens? Constãtinopolim, scripsit litteras sub ipsius nomine Soldano Babyloniæ, quod scilicet Imperator Constantinus qui ipsum Damascenum gratum habebat, exercitum Romanorum ad partes remotas erat ducturus, sicq; te absque impedimento terram Græciæ posset acquirere. Vnde literas proiecit in consistorio causa sũ; quæ inuẽtæ sunt, & Imperatori exhibitæ, qui attendẽs modum dictaminis, uocauit Ioan. dicens, non posse ne

gare, quod illæ litteræ non continerent ſtylum, & modum ſuũ. Qui hoc ſentiens litteras, ſe feciſſe negauit. Cũque ali qui dicerent eum ut proditorẽ occidẽdum. Imperator ma num dexteram ei amputauit, qua i Abbatia ſuſpẽſa, ut per petuo confunderetur, ipſum patriæ proditorẽ denunciari fecit. Cum autem ſexta feria, diu in oratione uigilaſſet, & fleuiſſet: ei leniter dormienti Virgo apparuit, ipſum confortans: & cum diceret maxime dolere, propter uituperiũ monachorum, & quod non poſſet amplius ſcribere eius laudẽ: ac miſſam celebrare, ut ſolebat: Virgo manum pendentẽ accepit, ac brachio omni dolore remoto reſtituit. Mane facto ſtupentibus cunctis: celebrauit. Cumque Imperator quæſiuiſſet ſi aliquem ſuum modum docuiſſet? Reſpõdit ſe filium ſaraceni docuiſſe. Qui captus ſuam maliciam confeſſus eſt.

Dominica. IIII. De Diſcordia. Vel de Odio. Vel de Remiſſione iniuriarum.

NOn erit hęres filius ancillæ cũ filio liberæ Ad Gal. 4. A flumine eloquentiæ, & aureo pelago. Pub. Cornelio Scipione: cum ſolido fundamento rationis fuit concluſum: inter omnes uirtutes neceſſarias gubernationi & regimini reipublicæ, & boni communis: maxime eſſe neceſſariam pacem, unionem, & amorem reciprocum. Vnde Lactan. in 5. lib. cap. 8. Quam beatus eſſet quamque aureus humanarum rerum ſtatus, & ſi per totũ orbem manſuetudo: pietas & pax, & innocentia, & æquitas, & temperantia, & fides moraretur. Quæ ſententia uerificatur per Policratem in 6. lib. c. 7. de Italia. infœlix Italia, quæ ciuilibus in ſeipſa ſciſſa diſcordijs, de culmine fortunæ deiecta, pateſcit inſultibus exterarum gẽtium, quibus conſueuerat imperare Romam namque mundi & culmen & dominam ſuorum diſſenſio ciuium reddit ancillantem. Super uerbo Poli. pone quatuor monarchias mundi, quæ ad nihil uenerunt, propter bella, & diſcordias. Prima fuit Chaldeorum, quæ incepit a Nino tempore Abrahæ. Secunda Carthaginenſium, quæ incœpit a Didone. Tertia Romanorum,

Gen.18.Loquar ad dominũ cum sim puluis & cinis. Et Iob cum dixit.17. Putredini dixi pater meus es, mater mea & soror mea uermibus, & Ioan. Bap. dum se uocem appellauit, tamen Mariæ humilitas superauit horũ humilitatẽ, & quorũcũq; aliorũ. Vnde in cãtico suo: Respexit humilitatẽ ancillæ suę. In uerbo ancillę. Quatuor ancillas legimus ex humilitate cecinisse canticũ, inter quas Maria principatũ tenet. Prima fuit Maria soror Moysi, de qua Exo.15. di. Cãtemus domino, gloriose enim magnificatus est. Secũda Anna.1.Reg.2. Exultauit cor meum in domino &c. Tertia Iudith.15. Cãtate domino in cymbalis. Quarta Maria uirgo. Luc.1. Magnificat anima mea dñm. Vnde patet quod mater gratiæ. Vnde Ber. super Can ser. 8. Sileat misericordiam tuã o uirgo beata, si quis te inuocatã in necessitatibus suis, meminerit defuisse. Nos quidẽ serui tui, cęteris in uirtutibus tibi congaudemus, sed in hac potius nobis ipsis, laudamus uirginitatem, miramur humilitatem, sed misericordia tua ipsis miseris sapit dulcius, & crebrius inuocat. Ille. Petrar. O uirgo sine mensura dulcis es, nec te acrem uel amaram uales ostẽdere, & tota dulcis es absque mixtura. Idem. Te inuocantium non sunt in uanum orationes, nam confestim exaudis, antequàm ad te perueniãt. Exempla in lib. do 7. donis. Io. Damas. Græcus, ut Deo liberius uacaret factus est monachus. Qui libentissime laudibus uirginis intendebat & de ea pulchra dicta cõponés manu propria scribebat, cumque ad instantiam quorundam nobilium quos docebat legeret, & post disputationem cũ scholaribus ad littus maris deambularet causa spatiandi, pyratę saracenorum eum rapuerunt, & cuidam saraceno uendiderunt. Cui filium suum dedit literis imbuendum. Inuidens autem ei quem instruxerat, ut ei succederet, ueniens Constãtinopolim, scripsit litteras sub ipsius nomine Soldano Babyloniæ, quod scilicet Imperator Constantinus qui ipsum Damascenum gratum habebat, exercitum Romanorum ad partes remotas erat ducturus, sicq; absque impedimento terram Græciæ posset acquirere. Vnde litteras proiecit in consistorio causa sui, quæ inuẽtæ sunt, & Imperatori exhibitæ, qui attendens modum dictaminis, uocauit Ioan. dicens, non posse ne-

gare; quod illæ litteræ non continerent ftylum, & modum fuũ. Qui hoc fentiens litteras, fe feciffe negauit. Cũque ali qui dicerent eum ut proditoré occidẽdum. Imperator ma num dexteram ei amputauit, qua ĩ Abbatia fufpẽfa, ut per petuo confunderetur, ipfum patriæ proditoré denunciari fecit. Cum autem fexta feria, diu in oratione uigilaffet, & fleuiffet: ei leniter dormienti Virgo apparuit, ipfum confortans: & cum diceret maxime dolere, propter uituperiũ monachorum, & quod non poffet amplius fcribere eius laudẽ: ac miffam celebrare, ut folebat: Virgo manum pendenté ac cepit, ac brachio omni dolore remoto reftituit. Mane facto ftupentibus cunctis: celebrauit. Cumque Imperator quæfiuiffet fi aliquem fuum modum docuiffet? Refpõdit fe filium faraceni docuiffe. Qui captus fuam maliciam confeffus eft.

Dominica. IIII. De Difcordia. Vel de Odio. Vel de Remiffione iniuriarum.

NOn erit hęres filius ancillæ cũ filio liberæ Ad Gal. 4. A flumine eloquentiæ, & aureo pelago. Pub. Cornelio Scipione: cum folido fundamento rationis fuit conclufum: inter omnes uirtutes neceffarias gubernationi & regimini reipublicæ, & boni communis maxime effe neceffariam pacem, unionem, & amorem reciprocum. Vnde Lactan. in 5. lib. cap. 8. Quam beatus effet quamque aureus humanarum rerum ftatus, & fi per totũ orbem man fuetudo: pietas & pax, & innocentia, & æquitas, & temperantia, & fides moraretur. Quæ fententia uerificatur per Policratem in 6. lib. c. 7. de Italia. infœlix Italia, quæ ciuilibus in fcipfa fciffa difcordijs, de culmine fortunæ deiecta, patefcit infultibus exterarum gẽtium, quibus confueuerat imperare Romam namque mundi & culmen & dominam: fuorum diffenfio ciuium reddit ancillantem. Super uerbo Poli. pone quatuor monarchias mundi, quæ ad nihil uenerunt, propter bella, & difcordias. Prima fuit Chaldeorum, quæ incepit a Nino tempore Abrahæ. Secunda Carthaginenfium, quæ incœpit a Didone. Tertia Romanorum,

quæ incępit a Romulo, & Remo. Quarta Græcorum: quę ab Alexandro Magno: quæ propter dissidia, discordias, & simultates, sunt terræ æquate. Vnde est quod maxima pars christianitatis, est in manu Turchi? Certe propter bella. Vbi Cõstantinopolis: Vbi Niger pontus. Vbi Scuteri? Vbi Capha? Vbi Trabesunda? Vbi tota gręcia, simul cum Tracia, & Thesalia? in manu infidelium sunt: propter discordias christianorum. Ideo Christus Luc. 11. Omne regnum &c. & Lactan. in cap. 3. Quicquid enim diuisionem capit, & interitum capiat, necesse est. Quapropter clamat Paulus Philippen. pe. Oro ut charitas uestra magis ac magis abundet. Quare o Paule? quia sine ipsa o. pa. nostra nihil ualēt, ad meritum uitæ æternæ. 11. quæstio. 3. c. Archiepiscopus. Sine concordia spernit Deus cũcta, nec recipit oblationes sacerdotum, ideo partialis, & odiosus, & discordans, non sunt Dei, sed Diaboli. Vnde etiã priuantur hæreditate patris nostri Dei. Vnde Paulus sub uelamento duorum filiorum Abraæ: ancillæ, & liberæ: signat duos populos bonos, & malos dic. Non &c. In quibus uerbis de Discordia, uel de Remissione iniuriarum prædicabimus hodie. Vbi tria consyderanda sunt.

Primum dicitur offensionis.

Secundum dicitur malignationis.

Tertium dicitur inductionis.

Primum dicitur &c. Vtrum Discordia aut odium, sit peccatum mortale? Duæ sunt opiniones: una quod sic: Alia q̄ non. Opinio quæ dicit quod nõ, assumit fundamentum tale. Si odiũ esset mortale, non reperiretur in sanctis uiris, sed in sanctis inuentum est odium. Vt in Dauid qui sanctus erat, in Psal. 118. Iniquos odio habui: & legem tuã dilexi. Actuum 15. cap. Orta est discordia inter Paulum & Barnabam. Igitur non est peccatum. Præterea in Deo reperitur. Sap. 13. Abominabilis est Deo impius & impietas eius. Eccle. 12. Altissimus odio habet peccatores: Igitur non est peccatum mortale, aut ueniale. Secunda opi. dic it q̄d sic. Vnde. Ioan. 1. Can. 3. cap. Qui non diligit manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Responsio ad hanc difficultatem secundum Th. 2. 2. q. 34. ar. 3. Alber. in 3. q.

3.q.35. Quod odium est peccatum mortale. Quæ conclusio probatur tripliciter. Primò ratione. Secundò autoritate. Tertiò figura. Ratione duplici. Primò præceptionis. Secundò contrariationis.

Primò præceptionis. Vna maxima est in Theologia. Omne quod est contra præceptum diuinum, est mortale peccatum: sed odium,& discordia,ac partialitas: est cõtra præceptum diuinũ Igitur &c. Quod sit contra præceptum, patet in utroque testamento. Primò in ueteri. Leuitici 19. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Non quæras ultionem: nec memor eris iniurię ciuium tuorum. Sed diliges amicũ tuum,sicut teipsum. Pręterea Exod.23. Si uideris asinum odientis te,iacere sub onere, nõ pertrãsibis, sed subleuabis cum eo. Glosa interlinearis. Si præceptũ est de animali,plus de homine. Eccl.28. Relinque proximo tuo nocenti te,& tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Secũdo in testamento nouo. Mat.6. Dictũ est antiquis. Diliges amicum tuum,& odio habebis inimicum. Ego autem dico uobis. Diligite inimicos uestros: bene facite his &c. Sup quo Chrysosto. Qualem uis erga te Deum esse: cum delictorum tuorum ueniam poscis: talem te exhibere debes his,qui deliquerunt in te. Ille. Et a Can. de pęnit. dist.5. cap. Falsas. Qui odium in corde gerit: sciat se ueram pęnitentiam, non posse peragere. Secundò ratione &c. Illud quod est charitati contrarium, quæ est uirtutum excellentissima,est mortale,sed odium est charitati contrarium ut ponit Thomas.2.2.q.38.ar.1. Vnde Apostolus. 1. ad Corinth.13. Si linguis hominum loquar & Angelorũ, charitatem autem non habeam: factus sum uelut es sonãs, aut cymbalum tynniens. Et si habuero omnem prophetiam, & nouerim mysteria omnia. Et si habuero omnem fidem: ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum. Et si tradidero corpus meum ita ut ardeã charitatem aũt nõ habuero nihil mihi prodest. Ille. Vnde in huius figuram Gen.4. Caym quia odiũ habuit ad Abel: eius sacrificium fuit reprobatũ. Vnde patet conclusio. Sed quæ sit anima chara dubium. Quæ sunt illa quæ odium generanti

uerant, & pacem turbant? Respon. Egidius, lib. de regimine principum. Et alii Doct. Quod sunt quatuor peccata.

Primum est peccatum superbiæ.

Secundum est peccatum auaritiæ.

Tertium est peccatum luxuriç.

Quartum est peccatum inuidiæ.

Primũ &c. Quod patet triplici lege. Primo Angelorũ. Diuisio ipsorum ortum habuit ex superbia Luciferi. De qua Esa. 14. In cęlum ascendam, s. Trinitatis, & exaltabo solium meũ & ero similis altissimo. Ex hac superbia una pars illorum remansit in cœlo. Deum adorando humiliter. Alia pars in Infernũ fuit deiecta, cum principe tenebrarum. Et hoc propter superbiam, regnum fuit diuisum. Vnde Apocal. Factum est prælium in cęlo, Michael, & Angeli eius pugnabant cum dracone, & Michael præualuit: & proiectus est draco ille, qui uocabatur diabolus. Ille. Vnde quod hodie non est pax: quia quilibet uult dominari. Scđa est lex Iudæorum. In 3. Reg. 12. Dicitur quod Salomone mortuo: Roboã eius filius dixit populo Iudæorũ, qui quærebat alleuiationem, a suo Rege talliarum, ut hodie sunt. Minor digitus meus, grossior ẽ dorso Salomonis. Ipse uos cecidit flagellis, ego uero scorpionibus. O superbia Regis. Vnde dicit Cice. 1. de off. Nihil est laudabilius præclaro uiro; placabilitate, & clemẽtia: ob quam superbiam Regis, diuisum est regnum in duas partes. Sed si q̃ris quis misit Regem in hanc superbiã? Rñ. Quod consiliũ iuuenũ cui adhærebat, relinquens illud senum, cum esset male factum. Vnde Phil. 6. Ethi. Iuuenes non possunt esse prudentes, quia prudẽtia requirit experiẽtiam, quæ multo indiget tpe. Ex hoc Romulus cẽtũ sapientes de populo elegit, qui erãt ueterani, quorum cõsilio respu. regebatur, qui dicebantur senatores, & patres conscripti. Senatores pp sensus, & maturitatis ætatẽ quasi seniores. Patres uero cõscripti, pp affectũ; quia sicut patres erant circa bonam Reipu. Ex hoc Alexander Magnus dum ad aliquod bellum pergebat: nõ eligebat robustos corpore tm̃; sed ueteranos qui cum patre suo Philippo militauerant: & sic sapientia eorum de hostib. triumphabat. Vnde Cic. de sene. Non uirib. aut uelocitate corporis

ris res magnæ aguntur:sed consilio,grauitate,& sententia.
In huius figuram Numeri 11. Dixit dñs Moysi. Congrega
mihi de senioribus Israel 7. uiros, ut sint iudices & magistri
populi,& iudicent populum. Practica, q̃ nunc in consiliis
sunt iuuenes cholerici,fatui,imprudentes. Ex hoc respu.ma
le se habet. Senes sunt habendi in reuerẽtia. C. de ueteri iu
re enu. l. Deo authore. Tanta aũt a nobis antiquitati habi
ta est reuerentia, ut nomina prudentum uirorum taciturnitati
tradere, nullo patiamur modo. Ille. Et Leui. 19. Co
ram cano,capite consurge,& honora personam senis. Et 1.
ad Thimo. 6. Seniorem ne increpaueris: sed obsecra, ut pa-
trem. Sap. 4. Senectus enim uenerabilis est. Quando mo-
ritur senex, plange ó fili. Ad propositum. Roboam ergo
spreuit consilium senum: unde factum est, ut Ieroboã ser-
uus Salomonis regnaret in Hierusalem super decem tri-
bus. Tertia lex Romanorum. Orosius libro 6. de Iulio
Cæsare,qui superbia sua uoluit obtinere Regnum & Impe
rium:unde Senatus ei contradixit. Pompeius uero pro Se
natu,arma suscepit pro Republica:& ex hoc diuisi sunt ad
inuicem. Iulius persecutus est eos,& uictoriam cõtra Pom
peium obtinuit,& factus est Rex Romanorum. Et propter
hoc tota ciuitas stetit per quatuor annos in diuisione. In
quibus annis facta est effusio sanguinis terribilis. Secundũ
peccatum &c. Vnde tot bella? Ab auaritia. Lucanus. Certa
men mouistis opes. & Sen. lib. de quatuor uirtutib. Quie
tissimam uitam agerent homines in terris: si hæc duo uer
ba a natura omnium rerum collerẽtur:meum,& tuum. Ille.
Vnde discordię? Vnde lites in palatio? Aduocati? Procura
tores? Certe ab hac. Probatur duplici lege Iudæorũ,& Ro
manorum. Primo Iudæorum. Gene. 13. De Abraham &
Loth,qui erant amicissimi propter diuitias, & auaritiã di
uisi sunt ab inuicem. O quam bene familiæ in prælentia-
rum se diuidunt:& funditus uadũt. Quia ut dicit Lactan.
1. lib. cap. 3. Quicquid enim capit diuisionem,& interitum
capiat necesse est,& Christus Luc. 11. Omne regnũ in seip-
sum diuisum desolabitur. Secunda lex Romanorum. Titus
Liuius lib. de Origine vrbis. d. Quod nobiles Romani,ex-
pulerunt unam partem a Roma: & ipsi adinuicẽ diuiserũt

agros,

agros,& proprietates expulsorum ab urbe, unde expulsi, tã tam iniquitatem sustinere non ualentes, ad arma sunt concitati ex utraq; parte. Et sic diuisiones, & lites factę sunt in Roma,& uastationes domorũm,& possessionum, & sanguinis effusio:unde multa milia sunt interfecta. Vnde hoc? clama. Ab auaritia. Ex hac procedunt usuræ sacra falsa. Tertiũ p&m est &c. Lact. 3. Nulla uehementior causa, quam unius fœminæ a multis maribus appetitio. Iuuena. Nulla fere cã est,in qua non fœmina litem mouerit. Probatur in duplici lege. Primo Iudæorum. Iudicum 19. de Leuita,qui erat de tribu Beniamin:cum esset in Gabaon cum uxore sua,hospitatus est cum quodam amico suo. Gabonitæ eam cœperũt, quia pulchra:& uiolauerunt,ex quo dolore mortua est. Vir autẽ eius posuit eam super asinum, & in Betel est reuersus: uindictam petens per singulas tribus, unde interfecti sunt quinq; milia. Secundo in lege Græcorũ. Achilles Græcus uisa Polixena tam pulchra in eius amore captus, post multas stultitias ab illa occisus est. Præterea Paris in Græciã ueniens duxit secum Helenam de Græcia in Troiam. Vnde ex hoc tota Græcia commota est contra Troiam, contra quam uenerunt,& sic armatis mille & ductis nauibus Troiam potenter obsederunt. Vnde tot mala in rerũ natura fuci,cerusæ,icantilenæ, nigromantiæ & huiusmodi? Vere ab hac. Vñ quidam. Ve misero iuueni qui stat subiectus amori. Quartum p&m quod pacẽ dissipat est inuidia. Vale. lib. 4. Nulla est tã modesta fœlicitas,quæ malignitatis dentes uitare possit,vnde tot dissensiones in populis,ĩter artifices in omni arte? Ab inuidia. Probaẽ ĩ duplici lege. 1. Iudæorũ 1. Reg. 18. Cũ populus daret laudem Dauid di. Saul percussit mille,& Dauid decẽ millia. Amicitia quæ erat ĩter Dauid,& Saul,uersa est in odiũ, ita quod quærebat eum interficere. Secundo Rom. Vale. li. 5. c. 4. dicit. Quod M. Coriolanus Romanus ex inuidia banditus est apud Volscos,pp q̃d maxima discordia inter eos, & senatum fuit, vnde ex hoc Coriolanus uenit contra Romam cũ exercitu terribili, & cum maximo Romano terrore,sed ex nutu matris,pax fuit facta, O quis enarraret malã q̃ ex hac emergũt, Propter q̃ omnino tollenda est. Secundum dicitur &c. Quatuor sunt

mali-

malignitates huius uitij, odiæ, & discordię.

Prima est naturalis legis contrariatiua.

Secunda est humani cordis obduratiua.

Tertia est credulitatis inductiua.

Prima est &c. Tho. 1. 2. q. 19. Lex naturalis est regula naturalis rationis directiua humanorũ actuum. Obseruator autem huius legis est homo, De quo Phi. 1. Pol. Homo est optimum animalium, segregatus autem a lege, & iustitia, est pessimum. Hæc lex clamat alta uoce. Quod tibi nõ uis fieri, alteri ne facias, & ecõuerso, ut dr̃ di. 1. c. 1. Et dis. 9. Sana. Et 10. q. 1. c. Placuit. Ad propositum. Si esses in odio cum aliquo uelles pacificari. Et si per uiam incederes uelles salutari. Bona uita socie. Velles ꝙ respiceret oculo gratioso, & te alloqueretur. Et tu fac similiter socie. Ab hac lege naturali illustrati pagani. Ius ciuile. ff. de legationib. l. Quæsitam. Cum inter homines cognationem quandam natura contraxerit, consequens est hominem homini insidiari nephas esse. Ad practicã. Sumus omnes in natura conformes: ideo debet esse adinuicem amor: quia ut dicit Phil. 8. Ethi. Similitudo est cã amicitiæ. Sap. 13. c. Oẽ animal diligit sibi simile. Sumus oẽs ab uno patre generati, & matre: Adam & Eua, ab uno patre spirituali. De quo Mat. 6. Pater noster qui es in cęlis. Matt. 23. Vnus est enim pater uester qui in cœlis est. Oẽs autem uos fratres. De hac lege fuere illustrati pagani, qui suis inimicis ueniam dederunt. Vide Vale. in 5. lib. c. 1. Rubrica de clementia Romanorum. Vbi ponit causam quare Romani magnifici sunt appellati: qꝛ proni fuerunt in dando ueniam inimicis suis. O animi generosi qui inter cæteras eorum uirtutes fuere humani. Ad sunt exempla quãplurima. Primo inducit exemplum Pompei, Emuli Regis Armeniæ nomine Triganis: cũ habuisseţ uictoriam ipsius, ipsum reduxit in patriam suã honorifice. Prętereа exẽplum de Lucio Paulo, qui fuit dux Romanorũ: audiens Persarum regem uictum ad se adduci fecit, quẽ s p habuerat infestum, occurrit ei, cum ornamentis decoratus Romani imperii, curuatumq; ad genua, dexterã porrigẽs eleuauit, & in tabernaculũ suum introduxit, & cũ in solio suo secũ sedere fecit d. Sicut ægregiũ est hostẽ coartare,

ita laudabile est īfęlici misereri. Pręterea Aug. epistola ad Marcellinum de Iulio Cæsare refertq; tātæ memorię fuit: quod nihil solebat obliuisci præter iniurias. Et cum semel caput Pōpei emuli sui esset ei præsentatum, amare fleuit. d. Nō placet mihi uindicta: sed uictoria. Si pagani hoc egerunt, plus Christiani. Valerius in 5. humanitatis. Dulcedo barbarorum ingenia penetrat. Et Augu. 1. de ciu. Dei. Proprium Romanorum fuit, parcere subiectis, & debellare superbos. Acceptaque iniuria ignoscere, quàm persequi mallebant. Ille. Vnde patet prima malignitas. Secunda dī &c. Ber. li. de consyderatione ad Eugenium Papam. Cor durū est, quod contritione non scinditur, pietate non emollitur, præcibus non flectitur, minis non cedit, flagellis induratur. Quinque cōditiones sunt cordis duri. Prima conditio. Cōtritione non scinditur, quia tales non dimittunt partes, nō con fitentur, non se communicant, & sic desperati ad infernum uadūt, quia dimittunt filijs malum exemplum, dimittunt arma in domo, & gladios sanguinolentos, lanceas &c. Secunda conditio pietate non emollitur. Tales non habēt pietatem, imo inimico adducūt duplicia. O talis est infernus, malefaciat ei Deus. Talis fuit impietas iudæorum ad Pilatum. Ecce rex inquit uester. Clamauere. Tolle eum, crucifige. Tertia conditio, præcibus non flectitur. Non prędicationibus, non præcepto amicorum possunt flecti. Si tamen promittūt. Nō seruant. Nulla gens infidelior talibus. Nullus confidat de promissione partialium, quamuis ore promittant, in corde habent Diabolum. Eccle. 12. Non credas inimico tuo in æternū. Et prouerbium. De inimico reconciliato non confidas. Asculani omnes iurauerunt per signum crucis nunquā tenere partes. In paucis diebus iuramentum fregerunt. O gens perfida. O diaboli. Quarta conditio. Minis non cedit Dei aut sanctorū. Neminem timet odiosus. Exēplum illius patris, de quo Eusebius de præparatione Euang. qui duos fratres aduicem litigantes, de lacu aquæ, cum non posset eos quietare, totam aquam conduxit cum baculo per desertum, in sui ignominiam. Quinta conditio. Flagellis induratur. Indurantur corda talium, ut nullo pacto uelint remittere. De tali odioso Iob. 41. cap.

Cor

Cor eius indurabitur quasi lapis. In monte Vercellensi. Cũ terra esset turbata partialitatib. mater abscõdit duos filios suos sub uegete, ueniẽs partialis in pſentia matris accepit filios, & unum in aerem proiecit, & ipsum cũ gladio recolligebat, & postea proiecit in murum. Aliũ cœpit, & posuit pedes super eum, & cum gladio per medium scidit, & in faciem matris proiecit. Tertia dicitur &c. Adeo est graue peccatum, quod nulli parcit, non fratri, non amico. Gen. 4. Ex odio Cayn occidit fratrẽ suum. Gen. 37. Filij Iacob, ex odio fratrem suum uendiderunt Hysmaelitis. 3 Deuter. Et fortius, ex odio pharisæorum Christus occisus est. Vere lãcea longini non fuit ita amara, ut cor odiosi. Illa transfodit corpus mortuum Christi. Odium autem hominẽ uiuũ. Non est tanta malignitas in feris, ut est in odioso. Vñ August. 12. de ciuita. Dei. Non enim intra se Leones, aut intra se Dracones, qualia homines intra se bella gerũt. Ille. Animalia post bella ad pastum uadunt. Eccl. 27. Volatilia cœli post conflictum ad sibi similia conueniunt. Sed odiosus nõ. Sed euenit illi ut sicut est durus in dimittendo, ita & Deus in remittendo. In Euãgelio. Sic enim pater uester cęlestis faciet uobis, si non remi. &c. O socie ad capitulũ ueni. Dic pater noster usque ad illud. Dimitte nobis &c. Orationẽ cõtra te facis, non pro te. Vnde Chrys. Si iniuriam non dimittis quæ tibi facta est, non orationem pro te facis, sed maledictionem super te inducis. Quarta est &c. Non est generatio ita fatua sub cœlo, ut sunt partiales. Dicunt. Ioã. Bap. Gibellinum, quia digito ostendit. Ecce agnus Dei. Ioann. Euangelistam Guelphum. Dicũt Ecclesiam Guelpham. Imperatorem Gibellinum, & sic se adinuicem ciuitates se despiciunt & mortales: ex hac fatuitate ciuitates, & castella destruuntur. Vnde Tullius lib. de anni. Quæ domus tam stabilis, quæ ciuitas tam firma, quæ non odijs funditus possit euerti? Ille. Cur desolata est Roma? Certe, ut habet Aug. in pluribus locis de ciui. Dei, propter ciuilia bella. Adsunt ciuitates Italiæ. O Bononia mater studiorum. O Ianua regina maris. O Parma. O Placentia. O Assisium. O Viterbium. O aliæ ciuitates, quæ discordiis, & partialitatibus dedistis locum, ubi est gloria uestra? Plangunt mænia. Pa-

laria ruinata. Vere sententia Salustij uerificatur in Catili na. Concordia paruæ res crescunt, discordia maxime dilabu ntur. Vnde patet secundum. Tertium dicitur &c. Inducimur ad dimissionem huius odii, & iniuriarum. Secundum Doct. quadruplici ratione.

Primo ratione præceptionis.

Secundo ratione fructificationis.

Tertio ratione exemplificationis.

Quarto ratione flagellationis.

Primo rōne &c. Quadruplex lex. Prima diuinalis. Quid dicis o Iesu Ioan. 15. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. & Matth. 18. Petrus ad Iesum dixit. Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei, usque septies? Respondit ei: Non dico tibi usq; septies: sed usque septuagesies septies, idest toties quoties. Secūdo de præcepto legis Canonicalis. Ambro. 11. q. 3. c. Archiepisco pi. Sine concordia spernit Deus cuncta. Si faceret homo omnia bona, ex alia parte odium haberet, nihil agit. Tertio de præcepto legis ciuilis. ff. de off. præsid. l. Congruit. Congruit bono & graui præsidi curare, ut pacata, & qeta sit prouincia quam regit. & C. de uet. iure enuclean. l. Deo authore nostrum gubernante Imperium, quod nobis a cœlesti maiestate traditum est, & bella fęliciter peragimus, & pacem decoramus, & statim reipublicæ sustentamus. Ille. Contra Prætores &c. Quarto præcepto legis Paganalis. Demosthenes in oratione ad Alexandrum. Cum. n. uincamur a diis in omni munere, sola clementia est quæ nobis Deos reddit æquales. In 4. Ethi. Est seruile posse, & uelle uindicare, & obliuisci magnificum. O quam est magnificū. Seneca. Si magnanimus fueris nunquam reputabis tibi iniuriā fieri. Secundo ratione &c. Homo consequitur remissionem peccatorum, & Paradisum. Vnde Thom. 2. 2. q. 25. dicit. Quod plus est meritum diligere inimicum, quā amicum, quia ex maiori charitate procedit. Cum sit contra naturam, & nil gratius potest Deo fieri, quam inimicum diligere. Exemplum Ioan Gilberti, qui educto ense dum insequeretur inimicū, & iam cepisset, & ille flexis genibus per merita passionis Christi orasset ueniam. Venias inquit ad

cru

crucifixum, ut uideam utrum uelit tibi parcam. Cumq; ambo ante figurã lignei crucifixi essent, & Ioan. interrogaret an sibi tale donum gratum esset. Inclinauit se ligneum caput: & ambo ad Deum sunt conuersi. Tertio ratione &c. Triplex exemplum. Primo Paganorum. Cum esset Diogenes miræ opinionis in populo, quidam dixit ei. Multi dicũt mala de te. Respondit. Ne cures. Oportet sapiẽtiam ab insipientibus feriri. O uerbum gratiosum. Secundum exemplũ sanctorum. De Stephano qui dixit. Ecce uideo cœlos apertos. Domine ne statuas illis hoc peccatum. O Lucia, Chaterina martyr. O Agatha, q̃d fecistis de uestris iniuriis? vere Deum ꝓ illis orauimus, ut illis parceret. Et tu O maria, cũ uidebas filium tuum male tractari, latus aperiri: tamen patrem exorabas ut eis parceret. Tertium exemplum est Iesu Christi, qui in tormẽtis positus dixit patri. Lucæ. 23. Pater ignosce illis. Super quo Ber. super Can. ser. 63. Flagellis cæsus, spinis coronatus, clauis confossus, opprobriis saturatus, patibulo affixus Immemor tamen omnium dolorum dixit. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Pater amantissime, pater benignissime. Vbi dicit Hierony super Naum Prophetam, quod hoc uerbum fuit tantæ efficaciæ in auribus Iudæorum, quod circa 5 milia Iudæorũ audito hoc uerbo ad Christum sunt cõuersi. Vnde patet tertia rõ. Quarto ratione &c. Vñ tot flagella, ut caristiæ, bella, infirmitates, & alia quamplurima? Certe quod non est pax: sed odia quæ diuinam iram prouocant. Quod tibi ostendo tali figura, quæ est beati Vicentii. De quodam Rege, qui ciuitatem quãdam ædificauit propriis sumptibus. Vnde misit in ea rusticos, & eos nobilitauit, faciens eos ciues possessiones & alia bona eis tribuens. Petens ab eis pactum, ut omnino non haberent cõtuberniũ cum inimicis suis. Sed infra paucos dies, fecerunt regi sex tradimenta. Primum quia fidem regi fregerunt de omnibus non seruando. Secundum, quia ipsum cum balistis expulerunt extra ciuitatẽ. Tertiũ, quia Ambasiatores regis occiderunt. Quartum quia reginam in dumentis suis nudauerunt, Quintum quia eius filias septem uiolauerunt. Sextum quia filium, qui regnare debebat; diuiserunt in duas partes; & sic regi miserunt.

Vidēs autem rex hoc, turbatus est ualde:& capitaneum misit qui omnes occidit, quod nec gallus, nec gallina ibi cātabat. Notate uerba moralia. Ille rex est Deus pater Apo. 3. Rex regnum,& dominus dominātium. Fecit ciuitatē, id est Ecclesiam,& fidem nostram. In ea posuit nos faciens ciues per baptismum. Sed mali christiani faciunt regi sex tradimenta. Primum quia fidem in baptismo frangunt. Veni ad capitulum o christiane. Sacerdos in ingressu Ecclesiæ dixit. Quid petis? Respondit compater, fidem. Et sacerdos. Quid tibi præstat? Respondet uitam æternam. Et Sacerdos iterum replicat dicens. Abrenuncias Sathanæ? Respondet. Abrenuncio. Practica per omnia peccata. Abrenuncio Superbiæ, Inuidiæ, Iræ. Et nihil facis o homo. Secūdum: quia extra ciuitatem cum blasphemiis eiiciunt ipsum Deum. O quot blasphemiæ, quale castrum, uilla, ciuitas, ubi nō uituperetur nomen Dei? Vnde Pius Papa ad Turchum. Confusa sunt omnia, & turbata, blasphemat̃ Deus, nullus timor, nulla legum reuerentia. Tertium, quia occiderunt ambasiatores, idest prædicatores, qui hodiernis temporibus non audiuntur. sed potius fabulæ cauadēti. Apost. Ad flabulas cōuertentur. Quartum, quia reginam, idest Ecclesiam militātē nudauerūt. O Prælati Ecclesiæ, Quomodo odie stat Ecclesia? Bona pauperum,& religiosorū, & conuentuum, uadunt in equos, in canes. De illo Prælato Cardinali, qui sex mille ducatos expendit omni anno circa canes,& eorum seruitores. O Deus, o graue peccatum. Alia bona in comedendo. O pietas nunc nuda remansit misera,& spoliata, male stant altaria omnia desolata. Quintum, quia filias uiolauerunt, idest dona Spiritussancti, inter quæ præcipuum est timor Dei. de quo Ps. 110. Initium sapientiæ est timor domini. Vnde tot mala? quia nō est inter timor Dei ante oculos hominum. Sextum, quia filium qui regnare debebat diuiserunt in duas partes. O ciues mei audite me. Diuiserunt in partem Guelfam,& partem Gibellinam. O fides catholica, quomodo male tractaris? Ex hac diuisione omnia mala eueniunt. Oseę. 10. Diuisum est cor meum, nunc interibunt. Contra Apost. ad Ephe. 4. Vna fides, unū baptisma, una Ecclesia, unus Deus. Etiam uiuat Placētia. Guelfo Gibellino.

Clamat

Clamat uiuat fides, uiuat Iesus Christus, uiuat paradisus. Ex hac diuisione sequuntur destructiones ciuitatũ, occisio hominum. Vnde Pius Papa responsum habuit a Turcho. Quod non timebat Christianos, quousque regnabat inter eos hoc uerbum, Guelfo, & Gibellino. Et cum dicerent ei sui barones. Illustrissime princeps, tota christianitas se cõtra uos mouet. Respondit uni ex illis. Apprehende fasciculum sagittarum & frange. Probauit; sed minime potuit. Iterum tentauit. sed non potuit. Ipse autẽ eas apprehẽdit unã post aliam, & eas fregit. Sic faciam inquit de Christianis. unum post alium eos frangam: quia non sunt uniti. Practica. Propter discordias ergo ueniunt mala omnia. O tinctores parate atrum colorem. quia cito uenient dies in quibus filius fugiet patrem, filia matrem, amicus amicum, uicinus uicinum. O Italia plange. O Italia time. O Italia caue ne ꝓpter discordias tuas, in te deseuiat ira Dei. Vocauit ipse te multis annis: dotauit amplius beneficiis, misit ad te prædicatores suos, terruit te signis & ꝓdigiis, sensisti terremotus, pestilentias, & sterilitatem grãdem. Comminatus est tibi Deus. Sic. Certe hoc fecit, ut induceret te ad pœnitẽtiã, & tu in dies durior fis in peccatis, & malitia, perseuerando. O Italia decora. O regio diuitiarum plena. Noli cõtemnere Deũ, noli exacerbare maiestatem eius; sed reuertere ad dominum Deum tuum, pœnitẽdo de peccatis, quod si egerimus &c.

Feria II. quartæ hebdomadæ quadragesimæ.
De ludis fortunæ.

AVferte ista hinc. Io. 2. c. Erat prope Pascha Iudæorum, & Iesus ascendit Hierosolymam. In tribus solẽnitatibus in anno, tenebantur conuenire in Hierusalem, uidelicet ĩ Pascha. In Penthec. in festo tabernaculorum, ut dicitur Exod. 22. Ascendit autem Iesus ad festũ Paschæ: & inuenit in templo oues, & boues, & columbas, & mercatores, qui talia in templo uendebant, turbatus Iesus fecit flagellum de funiculis: & omnes eiecit de templo. His autem qui columbas uendebant dixit. Auferte ista hinc: &

noiite &c. Sed quare placabiliter eiecit uendentes colūbas Rñ qđ hoc egit rōne significati, nō rōne columbæ. Spiritus sanctus designatur per columbam, pp tres condōnes quas habet. Prima, quia habet gemitū pro cantu. Sic Spiritusanctus facit pctōrem gemere. Secunda quia sine felle, sic Spiritusanctus. Sap. 12 O quam bonus & suauis est spiritus tuus. Tertia nidificat ī foraminib petræ, sic Spiritusanctus in laterib. Christi spem ponere facit &c. Videntes talia Pharisei indignati dixerunt. Quod signum ostendis nobis. s. qua ptāte hæc facis? Rñdit Iesus. Soluite templū hoc Soluite. i. soluetis. Nō est uerbum inductiuum ad faciendū, cum fuerit simplex malum ex parte Iudæorum: sed est uerbum denunciatiuum, quod erat per ipsos fiēdum. Soluite, i. soluetis. quia in passione Christi fuit anima soluta a corpore. Et in tribus diebus excitabo illud. Non dicit post dies tres, quia Christus non fuit mortuus per tres complete, sed 39 horis. Dixerunt ergo Iudæi. Quadraginta & sex annis ædificatū est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Hoc dicūt Iudæi esse impossibile. Et multo plus derisissent, si resurrectionem sui corporis dixisset aperte, quia difficilius est resuscitare mortuū, quam tale edificare templum. Et Iudæi non loquebantur de templo ędificato a Salomone, quod fuit constructum in septem annis; ut dicitur 3. Reg 6. sed de templo ædificato post captiuitaté Babylonicam. Ille autem dicebat de templo corporis sui. Ac si dicat. Vos quæritis signum de mea potestate. & ego dico uobis quod si corpus meum dissolueritis per mortem, ego illud resuscitabo per meam uirtutem. Vnde multi crediderūt in eum, uidentes signa, & prodigia, quæ &c. Applica. De ludis fortunæ prædicabimus hodie, de quibus sunt 3 uidenda mysteria.

Primum dicitur distinctionis.

Secundum dicitur abominationis.

Tertium dicitur punitionis.

Primum &c. Secundum Th. 4. di. 15. q. ul. ar. 1. Ricard. 4 di. 17. Arch. 2. per Robertum Holcot super Sapien. Albertum 4. di. 16. Duran. 2. sen. Triplex est ludus. Et secundum hanc distinct. potest ludus cognosci, quando peccatum est.

Primus

Primus est proueniens ex magna deuotione.
Secundus est proueniens ex humana recreatione;
Tertius est proueniens ex diabolica suggestione.

Primus &c. De quo in Ps. omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo, in uoce exultationis. Et ille est ludus, quē catholici faciunt in solēnitatibus, ut in repraesentationibus corporis Xp̄i, Ascēsionis, Resurrectionis, &c. Qui ludi possunt fieri sine peccato, ut ponūt Canon. Scd̄m Host. & Innoc. in c. Cum decorem. De uita & honestate clericorum: quia tales repraesentationes si fiant cum deuotione: mouent animos multorum. Ex hoc Ecclesia inuenit usum organorum, & cantum. Ps. 150. Laudate eum in tympano & choro, in cordis &c. Quos August. & Grego. inuenerūt. Ad hunc ludum inducimur exemplo Dauid. De quo 2. Reg. 6. dicitur, quod ludebat coram archa Domini quem uxor Michol uidens per fenestram eum saltantem. Despexit in corde suo, & improperauit ei. Dauid autem respondit. Viuit dominus, quia ludam ante dominum, qui elegit me, & ludā & uilior fiam, plusquā factus sum: & ero humilis in oculis meis. Hoc cessit Dauid in meritum. Michol uero quia eū despexit, percussa est sterilitate. Super quo Grego. dicit. Ego plus stupeo Dauid saltantem, quā pugnātē. Pugnando. n. hostem subdidit. saltando coram dño, hic uilē seipsum fecit. Vnde patet q̄ ludus iste est sanctus & bonus. Scd̄s &c. Qñ quis utitur aliquibus uerbis solatiosis, ob recreationem sui, & aliorum: quod non est pc̄m: ita tamen quod nihil turpe misceatur, & nihil Deo, nec proximo iniuriosum. Talis ludus est laudabilis, & ratio est. Cum enim homo sit occupatus circa terrena, idō indiget aliquali recreatione. Vnde Poeta. Interpone tuis &c. in 1. Polit. Omnis labor indiget requie. Ibidem. Ludus fit propter requiem. In 3. Ethic. Requies & ludus, in uita uidentur esse necessaria. c. 1 offic. Ludo & ioco uti licet, sicut caeteris quietibus. Thom. 2. 2. quaest. 168. Homo enim sicut indiget ex parte corporis recreatione corporali, ut dormitione & cibo, quia est uirtutis finitae, ita ex parte animae, quę habet finitas operationes. Vnde indiget recreationes. Ad hunc ludum inducimur duplici exemplo. Primò sanctorum.

rum. Secundo Paganorum. Primò &c. Ioan. Euange. qui aliquando ludeb . t cum auicula in solatium. Præterea Bern. dixit culpam de nimia pœnitentia. Petrus Martyr fuit deceptus a Diabolo de parcitate uitę, qui ad tantam miseriam uenit aliquando, quod non poterat aperire os. Vnde oportebat illum pascere. Præterea Antonius cum discipulis, per desertum ibat, ob causam recreationis. Quos quidam sagittarius uidens, scandalizatus est. Ille uero hoc perpendens, uocauit ad se: intendere inquiens arcum, & sic retinet. Quod ille faciens, uideretque arcum deficere, relaxauit. Cui Antonius. Quare sic fecisti? Respondit, qa frangeretur. At Anto. Similiter animus hominis frāgeretur, si nunquam a sua intentione relaxaretur. Pręterea de Hiero. qui habebat leonem ad solatiū, & Paphnutius qui habebat quandam catham, cum qua ludebat. Secundo exemplo Paganorum de Themistocle Philosopho, qui quāuis ludere nollet, alios non impediebat. Contra aliquos scrupulosos. Vale. li. 2. c. 3. rub. de iure triumphādi. Triumphanti fiebāt multi ludi solatiosi, ut alii mouerentur. Vñ Th. ubi supra. ar. 4. Laudat Eutropeliam, quæ est conuersio uerborum ad solatium, ut habet Phi. 4. Eth. Ex hoc consuetudo in religionib. inoleuit, ut tpe carnispriuii, & in aduentu, & infra annum: fratres habeant recreationem. His ergo utēdū est: sed parum, & cauere superabundantiam, quia dicit Phil. 9. Ethic. Delectatio est necessaria ad uitam, sicut sal ad cibū. Faciunt duo mala mulieres, quę nimis sale condiūt cibaria. Primum quia dant causam murmurandi uiris. Scđm quia nimis bibunt, & catarrum generat. De isto ludo Zach. Ciuitas replebitur ludentibus, s. hominibus, pueris religiosis: Sed qui sunt hi ludi? Respondeo pro Adolescentibus ludus Pile. pro uiris ludus Schachorum: pro iuuenibus iactus pali, cursus. Pro dominis tēporalibus, Histriones venatoria, canes, equi: pro mulieribus par aut dispar, ꝓ Prelatis Ecclesiæ, Episcopis Cardinalibus, catuli symiæ, quā uis eorum solatia debēt esse potius in scripturis, & libris, quam in huiusmodi. Iuxta illud 2. Macha. 1. Habentes solatio libros sa. ctos in manibus uestris: quia 86. Ignorantia est mater cunctorum errorum: Pro religiosis & præsbyte-

ris,

ris,eſt ludus Schachorum, qui non eſt prohibitus eis,cum ſit induſtriæ non fortunæ:ſi tamen non eſt ſcandalum ſecularium. Vnde patet. Tertius ludus & cæt. & eſt ubi fiunt inhoneſta,& turpes res,quæ ſunt contra Deum, & uitupe ratur nomen Dei. Sed qui ſunt hi ludi? Reſpondeo quod omnis ludus qui innititur fortunæ: ut principaliter ludus taxillorum,chartarum & naiborum: & omnis ludus, qui innitiť fortunæ,& ubi agitur periculũ uitæ,ut haſtiludia, & aliis exercitiis nociuis,qui ludi prohibẽtur ab Eccleſia: & ſunt mortale peccatum. Vnde & ſancti uiri,maxime hos uitarunt. Tob.3.dicitur. Cum ludentibus non me miſcui: neccum his qui ambulant in leuitate Hier.116. In medio ludentium non ſedi. Sed quia luſor nõ credit,triplici ratio ne probatur mortale peccatum. 3.

Primo ratione excommunicationis.

Secundo ratione prohibitionis.

Tertio ratione comminationis.

Primo &c. Sententia eſt Thom.4.diſt.18.q.2.ar.1. Iuſte aliquis excommunicari non poteſt,niſi pro culpa mortali, per quam a charitate diuiſus eſt:quia excommunicatio eſt grauisſima pœnarum. Sed luſores debẽt excommunicari. Quod patet p Cano.diſt.35.ca.Epiſcopus aut laicus aleæ deſeruiens,aut deſinat,aut communione priuetur. O clerici audite quod intelligitur ſecundum gl.quãdo ex cupiditate quis ludit,ut plures faciunt, ſed ob recreationem & mode ſte, ut paruuli faciunt, non credo eſſe mortale: ſed hodie ludunt mala intentione: Ideo grauiter peccant. Secundo ra tione & cæt. Illud quod eſt per legem prohibitum,eſt mor tale:ſed ludus taxillorum & chartarum prohibentur per le gem Canonicam & Ciuilem. Igitur eſt mortale. Vide tu o Legiſta.ff.de alcatoribus per totum.ff.in prohemio, Quis ludos eos appellet, ex quibus crimina oriuntur. Et ad l. Aquiliam.l. Nam ludis. Ludus perniciofus culpa eſt. Et in authẽ.de ſanctisſimis Epiſcopis §.Interdicimus. Clerici ad aleas & taxillos non ludant, nec interſint huiuſmodi ludis. Et quamuis ea loquatur de clericis, tamen & de laicis etiam intelligitur, quia argumentum uacat a contrario ſenſu. Vt etiam diciť.diſt.35. Epiſcopus.capitu. Vnde

patet eius prohibitio. Tertio ratione &c. Quia talibus cõminatur Deus. Luc. 6. Ve uobis. i. lusorib. qui nunc ridetis. Glo. Pro lusoribus intelligitur. Ve autẽ, signat damnationem æternam, quæ non nisi pro mortali datur. Igitur est mortale omnis ludus fortunę. Vnde patet cõclusio. In quibus uerbis dubium quæritur. Vtrum teneantur ad restitutionẽ tales? R̃ndit Tho. 2. 2. q. 32. ar. 6. quod in tribus casibus tenetur quis, quod acquirit per ludum. Primus est cũ acquirit ab his qui non possunt alienare, ut sunt furiosi, mente capti, muti, & minores. 25. annorum, & maxime popilli. Tenetur ergo ad restitutionem tutoribus, & curatoribus, & qui uicisset de seruo; quia quicquid habet est dominorum, & quicquid acquirit dño acquirit. c. Per quas personas nobis acquiritur. l. 1. & ff. de tẽporibus publicis. l. Pecuniam. Secundus casus. Cum acquirit per fraudem puta utendo falsis taxillis, uel alio modo decipiendo. Nam hoc est restituendum ei, qui amisit: uel habenti curam eius, qa furtum est. Tertius casus. Quando quis traxit aliquem ad ludum, uel per uim, aut per importunitatem siue in principio, siue medio ludi cum uelit desinere, & non finit, tenetur ad restitutionem. Sed quibus fiet restitutio, quando uoluntarius cũ uolũtario ludit ex cupiditate, non per fraudẽ? Respõdit Tho. Io. Andr. Petrus de Pal. Io. Cal. super cap. Clerici. Quod sunt pauperib. eroganda, aut ad consiliũ cõfessoris. Vnde patet primum. Secundum dicitur &c. Non est peccatũ ita Deo abhominabile, ut peccatũ ludi. Et uix est dare actum in quo concurrant tot mala, sicut ex ludo: & sicut Deus inuenit. 21. litteras alphabeti, aliæ autem postea sunt supperaditæ ad componendum Bibliam, ubi est omnis sapientia reuelata. Ita Diabolus inuenit Bibliam: scilicet dados, ubi posuit. 21. pũcta tanquã litteras nigras, ubi in usu suo, reperitur oĩs malitia peccati, & quot sunt puncta in datis, tot ab eo scelera procedunt. Ideo uideamus per ordinem peccata, quę ab ipso procedunt.

Prima litera est A. quasi primus punctus, quod est peccatum. i. omissio temporis, quo nihil est pręciosius, quia in 4. Phi. Nihil habemus de tempore nisi nunc. De quo nunc. 2. Corin. 6. Ecce nunc tẽpus acceptabile: ecce nunc dies salutis.

tis. Et Ber. Nihil præciosius tẽpore. Sene. ad Luc. Epistola 1. Ita fac mi lucille, uendica te tibi, & tempus quod adhuc auferebatur, aut surripiebatur, aut excidebat, collige & serua. Omnia mi Lucille aliena sunt, tempus tantum nostrum est. Ita præciosum est, ꝙ damnati darent omnia regna mundi, pro hora temporis. Et quàmuis multis uideatur leue, tamen etiam paganis sapientibus, graue reputatur. Senec. Nulla est maior iactura, quam temporis amissio, quod nõ potest recuperari. Poeta. Tempus perditum &c. Ecc. 4. Fili conserua tempus. Istud amittitur a lusoribus. O quomodo poterunt reddere rationem Deo, qui totam diem & noctẽ aliquando perdunt in ludis?

Secunda litera est B. idest Blasphemia. Cantantur letaniæ in uituperiũ sctõrũ. In nullo exercitio ita sepe blasphematᷣ. Deus magnus, ut in ludo. Vnde Deus cõqueritur Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui: ipsi autẽ spreuerũt me. Et Roma. 2. Nomen meum iugiter blasphematur. Sed Deus particulariter eos punit. Aliqñ oculi taliium ceciderunt super mensam lusorum, ut Rauennæ. Aliquando os uersum est horribiliter. Et de quodam Mantuano, qui deglutiebat bolũ in ore cum digito. Aliquando sunt mortui mala morte.

Tertia litera est C. i. Contumelia. Nã cõtumelias sibi inuicẽ dicũt, gulose, asine, fatue, quod est peccatũ mortale, ut di. Tho. 2. 2. q. 72. ar. 2. Et rõ: quia lædit proximũ suũ in fama contra charitatẽ. Vñ Christus Mat. 6. Qui dixerit fratri suo fatue, qđ ptinet ad contumeliã: reus erit gehẽne, quæ non debetur nisi pro mortali. Igitur est mortale peccatum.

Quarta litera est D. idest Dissipatio substantiæ temporalis, frequenter uidemus hoc contingere, quòd iuuenes emãcipati a parentibus, magnas diuitias expendunt, & ad maximas miserias ueniunt. Lucę 15. Dissipauit substantiam suã uiuendo luxuriose.

Quinta litera est E. idest Ecclesiæ contemptus, quia cum Ecclesiã prohibeat ludum fortunæ: tamen non curant, imo derident, & qui truffat ecclesiam: Deum deridet. Luc. 10. Qui uos spernit me spernit. O lusores. O praui. O peruersi, qui Deum spernitis.

Sexta litera est F. idest Furtum. Nã qui dediti sunt ludo, quando

quando non habent ad ludendum, furātur & patri & aliis. O parentes respicite bene domum, o artifices qui habetis lusores respicite bene: quia opus est. O peccatum graue.

Septima litera est G.i. Gula. Qui enim uiuunt, sicut male acquisierunt pecuniam, ita male expendunt, quia eunt ad tabernas, faciunt conuiuia, expendunt in crapulis, & filii, uxor, & familia non nisi cum mala conscientia comedere possunt.

Octaua litera est H. idest Homicidium. Nam aliquando lusores de uerbis ueniunt ad uerbera. De uerberibus ad uulnera: de uulneribus ad homicidia. O quot occidunt. Sicut de illo qui occisus est pro uno marculo Mantuæ.

Nona litera est I.i. Inuidia fraterna. Nā qui perdit, qñ uidet bursam uacari, & uincētis plenā, inuidet de pecunia. Vnde dolet. Ex hoc quandoq; procurat aliquod malū contra ipsum, dolet, tristatur, clamat.

Decima litera est K. i. Kristia rerū, quæ sequitur in domo: modo deficit panis, modo uinū; modo lectus; modo uestis uxoris. It ad iudæū uxor, conqueritur familia, irascit̄ & maledicit, unde nulla est pax. Esa. 57. Nō est pax impiis dicit dominus. O lusores. O peruersi. O mali.

Vndecima litera est L. idest Laudatio mala, quia se laudat esse bonum lusorem. Vnde de malo se laudat. Contra Prouer. 2. letantur cum male fecerint. & Psalm. 9. Laudatur peccator in desyderiis animæ suæ. Vnde est peccatum mortale.

Duodecima litera est M. i. Mendacium. O quot mendacia dicuntur ibi. contra Dauid. Ps. 40. Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Vnde sunt filii Diaboli: quia Ioā. 8. Mendax est, & pater eius.

Decimatertia litera est N. i. Negligentia. Nam lusores propter hoc: ut habeant maius tempus ad ludendum negligunt diuina, missas, officia, orationes, prædicationes, nisi forte orent, ut Deus faciat eos uincere. sed audiāt Ambro. Nescit diuina iustitia patrocinium prȩstare criminibus, ne gligūt seruare festa &c.

Decimaquarta litera est O. idest Odium, nam odiunt eos qui uincunt eos, & quod peius est Deum, qui non facit

eos

cos uincere. Et in tantum odium prorumpunt aliquando, ut quod non possunt ipsi scelesti homines facere in persona Dei, & sanctorum, faciunt in picturis & imaginibus, ex quibus miraculose aliquando exiuit sanguis, & aliquando tales a Diabolo arripti sunt, & uexati. Odiunt etiam homines se reprehendentes de tanto scelere, odiunt seipsos. O quot sunt reperti qui seipsos occidunt & iuerunt se ad suspendendum.

Decimaquinta litera est P. idest Participatio sceleris. Hoc peccatum a multis participatur. Ab illis qui dant eis pecunias: ab aspicientibus. Ab illis qui dant eis mensam. A facientibus taxillos &c. Roma. 1. Digni sunt morte qui consentiunt facientibus.

Decimasexta litera est Q. idest Quæstio litigiosa. Dũ unus dicit sua pũcta tot fuisse, alius negat, unus dicit unũ, alius oppositum. Quod contra apostolus. Honore inuicẽ præuenientes.

Decimaseptima literæ est R. .i. Rapina. Aliquãdo quasi uiolenter unus trahit alterum ad ludum, uel uolentem abire retinet inuitum, & falsos datos submittit. Tunc est sicut rapina.

Decimaoctaua litera est S. idest Scandalum, quia hoc uitio scadalizantur paruuli, ut cito inclinentur ad tale uitium, cum sit res delicata. Et tu o paterfamilias castiga filium.

Decimanona litera est T. idest Tristitia, quæ tanta est: ut nihil boni sciat agere, nec ire ad diuina.

Vigesima litera est V. i. Vsura. Si quis uult decem pro cẽtum pro mutuo, quod exponit est usura. Sed quid de illo, qui cum decem florenis exponit se ad ludum, & eadem die lucrabitur. 110. florenos, usura est.

Vigesimaprima litera est X i. Christianitatis uituperatio, quia per ludũ uituperatur nomẽ Dei. Cõtra illud Apostoli. Non uituperetur mysterium nostrum. Peto a te o lusor, es ne Christianus? Accepisti baptisimũ? O pater sic. Ego dico quod non, quia ut dicitur extra de preben & dignita. c. Cum secundum Apostolum. Christiani dicantur a Christo. Non es Christianus, sed Iudæus. Ad uos clamo o ciues

qui

qui non corrigitis talia mala. Propter quæ ueniunt famesæ caristię, & alia mala. Patet primũ. Tertium dicitur &c. Duplici pœna punitur hoc uitium Primo temporali. Exo. 32. Quia populus adorauit uitulum aureum ludens coram eo, occidit dominus de eis. 23. milia. Præterea sanctus Vincẽtius dicit, quod quidam p̄didit ludendo, iratus sagittã uersus cęlum misit: quasi uolens Deum percutere, quæ die tertia reuersa est sagitta, & percussit lusorem; super mensam, & mortuus est. Secundò pęna æternali, de qua Cyrillus ad August. Refert de quodam nepote suo, quẽ orbatus parentibus cũ educauit. Hic in iuuentute mortuus est. Apparuit autem patruo suo Cyrillo di. se esse damnatum: clamãs cũ lachrymis. Pro nulla alia re inquit, nisi quia non proposui me abstinere a ludis, ex quibus Deũ uituperaui. Præterea Cęsarius narrat de quodã milite: qui Themo uocabatur: sic erat deditus ludo ut die noctuq; semper luderet. Apparuit ei Dæmon in specie hominis, cũ inuitantis ad ludum. Cum autẽ subderet ei Dęmõ, ut iterũ luderet: quia perdebat: iratus dixit miles. Vere es Diabolus. Respõdit, sic sum & statim suffocauit ipsum, & mortuus est dãnatus. Corpus autem super tegulas, diabolus dissipauit per uiscera. Exẽplum in Vitis patrum De illo qui orauit crucifixũ. Quod peccatum ei displicebat. Respõdit quod ludi: in quo nomẽ Dei blasphematur.

Interpone August. di. Videtur consummata nequitia hominum, qui filium Dei crucifixerunt, sed eorum maior, qui nolunt recte uiuere. Et Iob 21. Tenent tympanum, & gaudent ad sonitum organi, in puncto autem ad inferna descendunt. Corrigant se itaque lusores & reuertantur ad dominum: quia ipse dabit illis gratiam, & tandem gloriam sempiternam.

Feria III. quartæ hebdomadę.
De pœnis Inferni.

IAm die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat. Ioan. 7. secundum Nico. de Ly. Dies festus hic dicitur, totum tempus illius solemnitatis, quæ durabat

rabat per dies septem. Et sic medium huius festi, erat in quarta die. Et tunc Christus ascendit, & docebat, & mirabantur Iudæi dicentes. Quomodo hic literas scit cum non didicerit? Secundum glo. Opinio inter Iudæos fuit, quod Christus esset pauper, & filius esset fabri. Marc. 6. Nõne hic est faber? Matth. 13. Nonne hic est filius fabri? & per consequens credebant isti Iudæi, quod esset eiusdem artis cum patre suo putatiuo Ioseph: q dicitur fuisse faber lignarius, & probabile uidetur quod Christus eandẽ artem exercuit, quia non fuit occupatus in literis, & doctrina, usque ad trigesimum ætatis annum, nec ante fuit intentus studio secundum quod dicitur. Quomodo hic literas scit, nec est uerisimile, quod tanto tempore fuerit ociosus. Magis autem uerisimile est quod fuerit occupatus in arte patris sui putatiui, quàm in alia. Et hoc uidetur per opinionem Iudęorum. Quomodo hic literas &c. Respondit Iesus. Mea doctrina non est mea, quasi dicat. Ista doctrina quæ est mea approbatiue, subiectiue, non est mea per exercitium humanæ acquisitionis, sed eius qui misit me, idest data est mihi a patre, quia filius secundum naturam diuinam, licet habeat eandem scientiam cum patre: tamen habet eam ab ipso. Secundum uero naturam humanam, habet aliam scientiam, scilicet creatam, non tamen habet eam per exercitium acquisitam, sed ab instanti conceptionis infusam. Mea ergo doctrina non est mea &c. Inter istos Iudæos erant tres generationes pessimæ contra Christum aduersantes. Quidã aduersabantur eo quod in sabbato curabat: cum non liceret Iudæo aliquid facere &c. Quibus respondit Christus. Mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato. Nunquid uos non circuncidistis pueros uestros, & animalia soluistis? Multo fortius curare possum corpora hominum in sabbato. Alii indignabãtur, quia quęrebant eum appręhẽdere in persona. Quibus respõdit: Quid me quæritis interficere. Iudæi magnum opprobrium ei intulerunt. Demonium habes, sed patiens fuit ad hoc, in exemplum nostrum. Bias Philosophus. Infęlix namque nimium est, qui ferre nequit infęlicitatem. Periander Philosophus Inter secundas res esto moderatus, inter aduersas prudens.

Alii indignabantur, quia omnino mortem in eum quærebant. Sed Christus expandit in eos clamidem suæ misericordiæ, quia eos cõuertit a sua malitia. Vnde dicitur. Multi de turba crediderunt in eum. Glosa. cœpit eos spiritualiter, qui corporaliter uolebant eum capere, quia sermo Dei est hamus, qui dum capit capitur. Applica. De pœnis inferni hodie erit sermo, quæ sunt quinque.

Prima dicitur, cruciatio æternitatis.

Secunda dicitur, priuatio luminositatis.

Tertia dicitur, afflictio igneitatis.

Quarta dicitur, associatio malignitatis.

Quinta dicitur, priuatio diuinitatis.

Prima dicitur &c. Quæritur dubium. Vtrum pœna inferni sit æterna. Ad hoc duæ sunt opiniones. Prima qđ non, alia quòd sic. Prima probat intentũ suum duplici medio. Primo aut. Deut. 25. Secundum mensuram delicti, sic erit & plagarum modus. Et 16 quæst. cap. Si quis. Secundũ mensuram delicti, imponenda est pœnitentia, & c. de pœnis. l. Ne quis. Vnusquisque pro crimine quo fuerit depræhẽsus modum congrue seueritatis excipiet. Hęc. Ad propositum. Culpa peccatoris in pręsenti seculo tẽporalis fuit, per 10. aut 20 annos ideo puniri debet temporaliter, & finite, ut pœna correspondeat culpæ: & per consequens pœna inferni, non erit æterna sed momentanea, & temporalis. Secundo probatur exẽplo de Traiano Imperatore, qui præcibus Greg. ab inferis fuit liberatus. Et per cõsequens pœna erit temporalis. Opinio Origenis quod omnes saluantur. Secunda opinio dicit quod est infinita. Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Respondeo secundum Tho. in 4. di. 46. quæst. 1. artic. 3. Et Alber. im compen. Theologię lib. 7. Quod pœna infernalis est æterna. Quod probatur triplici ratione.

Primo ratione dignitatis.

Secundo ratione uoluntatis.

Tertio ratione contemptibilitatis.

Conclusio est Phi. in 6. Ethi. quod pœna taxatur secundum grauitatem eius, in quem peccatur. Exempli gratia. Quanto persona est dignior, tanto pęna erit grauior: D: percus-

percusione clerici,& secularis. De Papa, & Cardinali. De priuato ciue,& Principe. Ad propositũ. Quicunque peccat mortaliter, peccat in Deum, qui est bonum infinitũ. Vnde puniri debet pœna infinita: quamuis Iudas peccauit tempo raliter, ut pote actu finito: tamen peccauit in bonum infini tum. Vnde puniri debuit pœna infinita,& æterna: quamuis concubinarius, quãuis usurarius, odiosus, blasphemus,& ta les huiusmodi faciant operationem finitam de se, tamẽ pec cant in bonum infinitum. s. Deum. Vnde merito pęna debẽt puniri infinita. Secundo ratione &c. In hoc differt iustitia humana, a diuina iustitia: quia humana iudicat secundum apparentiam exteriorem: secundum quod extra uidet. sed diuina aliter se habet, quia iudicat secundum quod intus ia cet, quia cor intuetur: Et uoluntas pro facto reputatur. Vn de de pœni. di. 1. cap. Si ciui. §. seq Voluntas pro facto repu tatur.& 14 q. 5. cap. Si qui. &c. Fur autẽ. Et ratio. Quia ho mines uident quæ foris apparẽt. Deus autem intuetur cor, ut dicitur. 1. Reg. 16. Et quia uoluntas peccatoris usurarij, auari, concubinarij,& huiusmodi, quãdiu est in præsenti ui ta: ita se inclinat ad peccatũ, quod semper peccare uellet si posset. Quomodo frater Gabriel? Vnde est ꝙ multi ueniũt ad mortem,& nolunt cõfiteri: restituere male ablata, odia, concubinas dimittere? Vere quia semper peccare uellent,& in malis uiuere, & quia Deus qui corda plusquã opera co gitat, puniet eos æterna pœna, & infinita. Vnde Petrus in 4. dia. Et habetur de pœni. di. 1. c. Voluissent. Petit a Greg. Scire uellem pater, quomodo iustum est ut culpa quæ per-petratur cum fine, puniatur sine fine? Respondet Greg. Hoc recte Petre diceretur, si iustus iudex, non corda hominum, sed facta pensaret. Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt quia cum fine uixerũt. Nam uoluissent utique, si potuissent sine fine uiuere, ut potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quod in peccato semper uiuere cupiunt, qui nunquã desinunt peccare dum uiuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis, pertinet, ut nunquam careant supplicio, qui in hac uita, nunquam uoluerunt carere peccato. Ille. Tertio ratione &c. Peccatores quidem contemnunt bonum infini tum, scilicet paradisum: quem si uoluissent, potuissent eli-

gere,

gere: ad quem erant creati. Sed elegerunt malum æternum despicientes æternum bonum. Ideo iuste illis datur æterna pœna. Aug. 21. li de ciui. Dei. c. 12. Factus est dignus malo æterno, qui in se peremit bonum, quod posset esse æternũ. O fatuitas peccatorum. Audiunt scripturas, audiunt prædicatores eis promittentes bonum paradisi, non curant, derident. Vnde puniri debent æternaliter p tot millia annorũ, quot sunt guttæ maris, omnium fluminum, omnium herbarum, omnium rerum. Apoc. 14. Ascendit fumus tormentorum eorum in secula seculorũ. Respõdeo ad illud Traiani imperatoris sedm Th. in 4. di. 42. ar. 2. Quod quatuor circa hoc fuere opi. Prima quod Traianus fuit ad uitam reuocatus, ubi gratiam, & ueniam cõsecutus est, & saluatus est. Secunda quod anima Traiani non fuit simpliciter absoluta a reatu pœnę. sed eius pœna usque ad diem iudicij fuit suspẽsa, postmodum saluabitur. Tertia opinio. quod Grego. liberauit animam illius non a loco inferni, sed a pœna. Quarta est, & hæc uera, quod anima Traiani fuit liberata a pœna na inferni, & misericordiam cõsecuta est orationibus Grego. Quod factum est non secundum legem communem, sed secundum dispositionem diuinæ sapientiæ. Quæ præuidẽs Greg. oraturum pro Traiano, non damnauit ipsum per sententiam diffinitiuam, sed per sententiam suspensiuam, quod fuit quoddam particulare priuilegiũ. Ideo Hierony. Priuilegia paucorum sunt. Et extra de reg. iur. lib. 6. Ea quæ a lege communi exorbitant, non sunt trahenda in consequentiam. Igitur pœna est æterna, Iob 19. In inferno nulla est &c. Augu. Si scirem patrem meum esse in inferno non plus orarem pro eo: quàm pro Diabolo. Exemplum patris Dominici, qui scholari quomodo saluaretur interroganti dixit. Cogita damnatorum æternitatem. Secunda pęna &c. Quæritur modo. Vtrum Infernus tenebrosus sit? Arguunt quidam quod non. Ratio, quia ibi est ignis materialis, qui de sui natura est lucidus. Igitur &c. respondit Tho. in 4. ubi supra. Ricar. in 4. distin. 16. Alber. lib. 7. comp. Theologiæ. cap. 22. Quod simpliciter locus inferni est tenebrosus, nec est ibi aliqđ lumen, quod uisum delectet. Iuxta illud Matthæ. 22. Mittite eũ in tenebras exteriores. Sed tamẽ diuina

iustitia

Iustitia permittit ibi aliquod lumen esse, per quod dānati uidere possunt se mutuo, unde doleant & tristetur. Vñ Grego.9.mora. Ignis inferni quàmuis ad consolationē nō luceat, tamē ut magis torqueat, ad aliquid lucet. Videbūt se mutuo ĩ supplicio illo. Pater filiū, mater filiā, amicus amicū. Ex qua uisione dolor cābitur. O quam dolenda erit illa hora. Exemplum in lib. de 7. donis, Cum quidam usurarius infirmaretur, compulsus est a patre spirituali restituere, nolens, sic mortuus est. Duo filii remanserunt, unus dānatus est: quia bona patris ex usuris acquisita, noluit restituere. Alius ingressus religionem, Deum rogauit ut demōstraret statum eorum. Concessum est sibi, & uidit ambos in tenebris densis inferni, & patrem sub filio, cum blasphemantem, & filius econuerso patrem. Postea ambos desperatione, Deum omnipotentem maledicentes, quod in tam uili & ignominioso loco cōclusisset. Infernus ergo est locus tenebrosus. Sed queris anima chara. Quare ibi sunt tenebræ? Respondeo quod sol non potest expandere lumē suum, cum infernus sit in centro, ut habent Theologi in 4. dis.44. Sed nota quod quatuor sunt in inferno loca. Purgatorium. Lymbus sanctorum patrū. Locus puerorum. Vltimus damnatorum. O pater chare: dic mihi quæso. Quare magis est sub terra, quā alibi, aut in aqua, aut in mōtibus? Respondent Doc. Th. in 4. di. 42. ar. 2. & di. I. Ric. in 4. di. 42. Qđ est sub terra triplici ratione. Primò ratione elōgationis. Quanto peccator plus in peccatis moratur, plus à Deo se elongat per gratiæ remotionem. In Psal. Longe a peccatoribus salus. Et Prouer. 15. Longe est dominus ab impiis. Plus distat pc̄cōr a Deo, q̄ distet oriēs ab occidēte. ad propositū. Cū ergo sit a Deo elongatus per culpā, cōuenīés est, ut locus ei remotissimus detur, & hic est infernus, remotissimus a paradiso. Secundo rōne dilectionis. Amore carnis peccator peccauit, ut cōplaceret huic misero corpori: q.a ergo amore carnis peccauit, exhibere debet, qđ exhibetur carni mortuæ. Caro mortua datur sepulturæ in terra, igitur & auari, & pc̄cōris anima, recōdi debet sub terra, s. in inferno. Tertio ratione derelictionis. Quia dereliquerūt æternum bonum pp peccatum, & propter uilia: ideo

res nilis datur eis, & terra. August. Nulla est maior stultitia q propter bonum momentaneum perdere bonum æternum. Quod probatur exeplo Macharii, qui caput Pagani reperit in eremo, a quo quæsiuit tria. Primo ubi erat? Rndit q erat damnatus. Secundo qualis pena, maior sua an Christianorum. Dixit Christianis maiorem esse penam, quàm Paganorum: quia Deum nesciunt. Tertio. Si erat magnus ignis inferni. Respondit q tot quãtum cœlum distat a terra. De hac tenebra Iob 10: Dimitte me ut plangam paululũ dolorem meum antequam uadam & non reuertar ad terram tenebrosam &c. Tertia pena &c. Verum ille ignis sit corporeus? Fuit opinio quorundam præcipue Auicennæ q non, & ratio huius est. Cum anima sit incorruptibilis, & immaterialis, ideo non potest pati ab igne corporeo, & materiali, cum sit spiritualis. Ad hoc respondet Tho. in 4. distinc. 44 ar. 2 & Richar. in 4 dist. 44. Quod ignis ille est corporeus, & materialis. In 4. Dia. Ignem gehennæ corporeum esse non ambigo, & quamuis Deus si uellet posset dãnatos punire pœna spirituali tantum: tamen eos cõgrue uult punire pena spirituali, & corporali, quia in anima, & in corpore homo peccauit. Quod ignis præcedit omnem penã huius seculi. Quod probatur duplici ratione secundum Frãciscum de m. yronis in lib. de suffragiis mortuorum. Primo ratione agentis. Quãto agens est uigorosius, tanto & actio est uigorosior. Sed agens Deus est uigorosius, quam sit aliqua creatura. Ignis ille est quodã modo uirtutis infinitæ, inquantum est instrumentum diuinæ iustitiæ. Ideo actio illa quæ fit ab ipso immediate, est uigorosissima. Igr ignis &c. Secundo ratione patientis. Quanto natura patiens est nobilior, tanto & ipsa passio est uigorosior. Cum ergo in inferno animæ patiãtur ab igne corporeo, quæ omnib. corporibus nobiliores sunt. Sequitur quod ex parte patiẽtis, talis passio sit maior omni pœna sensitiua, quam quis possit pati i hoc mũdo. Grandis pœna fuit Bartholomæi, Laurentii, Vincentii &c. Sed omnibus maior dãnatorum. Vnde si possibile esset ut aures poneremus ad infernũ, audiremus diuitem epulonem, & secum omnes auaros: omnes luxuriosos, omnes superbos, omnes principes, iustitiam non ser-

feruantes,clamantes.O grandis pœna. O quam dolens tormentum.Exemplum in uitis Patrum. Quidam diues ordinem Prædicatorum est ingressus. Cum induceretur ad exitum.d.Non poteris sustinere onera ordinis:quia delicatus es Respondit. Ideo quia delicatus sum uolo remanere, & bona agere,ut euadam horribilia Inferni tormēta. Sed dubium quæritur.Qualis pœna maior damnatorum, an Dæmonum?Respondeo quod hominum. Et hoc triplici rōne. Primò ingratitudinis, quia Christus pro hominibus mortuus est:& non pro Dæmonibus.Vnde cum sit maior ingratitudo in homine,quàm in Dæmone: igitur grauior pœna debetur ei.Secundo rōne auersionis. Quia Dæmō pro una tm̄ auersione æternaliter est punitus:de qua surgere nō ualet;homo aūt millies in die,a Deo se auertit, quia tot mala facit.Tertiò rōne compositionis, quia Dæmō nō habet corpus,solum cruciatur in una parte:homo componitur ex anima,& corpore,qui in utroq; cruciatur.Igitur &c. Adde ꝙ sunt aliqui homines in mūdo,peiores aliquib. Dæmonibus in inferno.Exemplum. Filius monachi, qui coxit oua ad lumen lucernę. Inuentus à Prælato reprehensus quare hoc fecisset.R ñ. fui tentatus a Diabolo. Diabolus rñ, Nō est uerum.Nunquam hoc cogitassem. Et de Dæmone qui tentauit Christum,& fuisset ab eo uictus,resistendo. Non tentauit eū amplius usque ad mortem.Homo uero non cessat mala agere.Ideo &c.Quarta pœna &c.Sicut enim ex uisione pulchre creaturæ delectatur uisus.Vnde Dauid.Delectasti me domine in factura tua.Et Dio.4.de diui.nomi. Pulchrum & bonum omnia desiderāt:ita ex uisione alicuius creaturæ turpis,causatur tristitia non est in rerum natura horribilior creatura, quantū ad uisioné diabolicā. Exēplum in chronica ordinis,de quodam fratre, qui ad mortē deductus,uidens Dæmonem,cępit clamare.Maledicta dies in qua religionem intraui. Paulopost apparens ei Maria, dixit. Benedicta dies.Non miremini patres mei de me: quia uidi Dæmonē tā turpē,qđ si ex una pte eēt ignis magnus, ex alia parte Dæmō, potius uolo cremari i ipso,quā Dæmoné uidere Præterea Catherina Senēsis, ꝙ a Deo petiit uidere Dæmonem. Quo sibi concesso dixit sororibus suis

si daretur optio. An ire per fornacem ignis, an dæmonem uidere, potius uolo comburi. Præterea de Maria Virgine quæ noluit Dæmonem uidere in morte. O si Virgo Maria noluit, quid de nobis? De uisione tali dicitur Esa. 22. Vadent & uenient super eum, idest peccatorem, horribiles idest dæmones. Et Hiere. 5. Seruietis diis alienis, qui non dabunt uobis requiem. Nec te moueat dictum Theologorum, q scilicet Dæmones sunt natura pulchri, quia bona naturalia adhuc manent in dæmonibus. Respondeo q verum est. Sed tamen in sui natura non possunt apparere hominibus, immo apparent aut in corporibus assumptis in tali deformitate, & horribilitate, q uidentes cõtristãtur. Vnde dicit Th. in 2. di. 21. Qd Dæmon non potuit assumere aliã formã quàm serpentis, quando Euam seduxit. O qũo Dæmones stant cum damnatis ipsis apparentes in tã horribili uisione. Quinta pœna &c. Quæ pœna excellit omnes mũdi pœnas. Aug. Alienari a regno Dei, carere dulcedine Dei: tam grandis pœna est, ut nulla ei possent quæ nouimus tormenta comparari. Ille. Et Chryso. super Mat. Multi horrent gehennam, ego autem casum illius gloriæ multo pœnam maiorem gehenna esse dico. Ille. Totum studium ergo hominis dét esse in sui salutatione. Vnde sancti cupiebant esse cum Christo, timentes suam perditionem. Practica notabilis. Si homo damnaretur uane esset creatus. Vane ad Dei imaginem factus. Vane in eo tres potentiæ. Memoria, intelligentia, uoluntas. Vane Deus Paradisum fecisset. Vane incarnatus esset. Vane crucem ascendisset. Vane mortuus esset. Vane baptismum, & sacra accepisset. Exemplũ Abbatis Achillis cui dicentibus illis discipulis. Pr̃ dic nobis uerbum salutis. Quibus dixit Plangamus peccata nostra, ne simus de numero reproborum, & priuati diuina uisione. Ille. Quo fine essemus nati. Vnde August. recitat libro de consensu Euangelistarum. Quod Lazarus a morte resuscitatus tria retulit. Primum quòd mors erat terribilis. Secundum quod pœnæ infernales erat horribiles. Tertium quod numerus damnatorum erat quasi infinitus, respectu iustorum. Practica. Quo pergunt Iudæi? Quo infideles? Quo Vsurarij? Quo mali Christiani? Quo concubinarij?

narij? Vere ad infernum. Cæsarius in dialogo suo ponit. Quod quidã ditissimus defunctus est. Et post paucos dies apparuit uxori suę, dicens se damnatum. Et illa. Nũquid profuerunt eleemosynæ meæ, & alia bona opera? Respondit. Non. Quia erãt acta in mortali. Et addidit. Si omnia folia arborum uerterentur in linguas, non possent explicare tormenta damnatorum. Vnde Albertus super Luc. tria notabilia ponit. Primum est quod Dęmones summe gaudẽt de dãnatis: ideo quia Deus nunquam habebit gloriam de illo, qui damnatur, sed omnes labores quos in mundo pertulit in corpore per 33. annos in illo sunt deperditi. Secundum est quia dæmones gaudent, quia de cętero boni Angeli nunquam letitiam habebunt de eo, & omnia bona quæ egit erunt perdita. Tertio quia sunt securi, quod ab eis nunquam auferentur, etiam si esset Maria Virgo. O miseri Dantes in 3. can. infernali. Hinc suspiria, luctus, & profunda miseria, per aera tenebrosa resonabant. Propter quæ ego lachrymari cœpi uariæ linguæ, & horridæ loquelæ, dolentium uerba, iram repræsentantia, uoces sublimes exorbitantes, pariterq; frequens manuum complosio.

Feria IIII. quartę hebdomadę quadrag.
De pęna Purgatorij.

VIdit Iesus hominem cecum a natiuitate. Io. 9. cap. Discipuli ad Iesum dixerunt. Rabi. Quis peccauit hic aut parentes eius ut cecus nasceretur? Respondit Iesus. Neque hic peccauit neque parentes eius, ut cecus nasceretur, sed ut manifestarentur opera Dei in illo. Secundum Ioannem Damascenum. Et Alexãdrum de Ales, in 3. uolumine summæ. Quadruplici ratione permittit Deus hominem calamitari, & mala pati. Prima est, ut uirtus illius aliis notificetur: ut de Iob. Secunda ut non ex recta conscientia cadat per superbiam, ut in Paulo 2. ad Corinthios. 12. Tertia ut alii erudiantur, ut in lazaro, & diuite. Lucæ 16. Quarta propter gloriam Dei, ut in ceco nato. Vnde dicit. Neque hic peccauit, neque parentes eius. Peccare quidem non poterat iste cecus: quia ante natiuitatem

non erat habilis. Vnde ex hoc cecus non est natus. In quo apparet quæstio ridiculosa Apostolorum. Nec mirum: quia adhuc rudes erant, ante receptionem spiritussancti. Cum hoc dixisset expuit in terram, & liniuit oculos eius. Quare potius oculos liniuit? Quia ab illis maximum peccatum procedit. Quintilianus orator. Totius hominis libertas est oculos perdidisse, oculi sunt tota luxuria nostra. Vnde hoc quod lutum fecit? Respondeo quòd homo de limo est creatus. Gen. 2. a. Formauit igitur Deus hominé de limo terre, & inspirauit in faciẽ eius, spiraculũ uitæ. Quia de limo creatus est, de limo sanatus est. Et liniuit inquit oculos eius. Et dixit ei, Vade lauare in natatoria siloe. Glosa. Hoc dixit Christus ut cecus transeundo per ciuitatem, hoc modo luto linitus uideretur a multis, & per consequés miraculum magis diuulgaretur. Sequitur. Abijt ergo & lauit, & uidit, non uirtute luti; non uirtute siloe; quia frequenter homines se ibi lauabant: tamẽ nullus unq̃ fuit sanatus: sed diuina uirtute gestum est. Nota secundũ glosam. Quod miracula sanctorũ differebant a miraculis Christi. Quiá sancti tantũmodo corpora sanabant. Christus auté utrumque. Vnde cecus fuit sanatus utraque cecitate. Eiecerunt autem eum extra ciuitaté. Et cum ipsum inuenisset Iesus dixit ei. Tu credis in filium Dei? Quis est dñe, ut credam ĩ eum? Respódit Iesus. Qui loquitur tecũ ipse est. Et statim credidit, & fidem ore cõfessus est dicés. Credo dñe. Quia ad Roma. 10. Corde enim creditur ad iustitiã: ore aũt confessio fit &c. Et procidés adorauit eũ, Adoratione latriæ, quæ soli Deo conuenit. Vt dicit Th. in 3. sen. di. 9. ar. 2. In quibus uerbis erit sermo de pœna Purgatorij. Vbi sunt tria uidéda.

Primum dicitur punitionis.
Secundum dicitur subleuationis.
Tertium dicitur inductionis.

Primum dicitur &c. Quæritur dubium. Vtrũ pœna qua puniuntur illi, qui sunt in Purgatorio sit maxima pœnarũ? Respondet Tho. in 4. dist. 21. articu. 1. Et Ricar. in 1. 2. dist. 20. ar. 2. Et Alber. in 7. lib. compé. Theolo. ca. 2. Quod sic & minima pœna, excedit omné pœnam huius uitæ. Quæ cõ clusio

clusio probatur triplici medio. Primo ratione. Secundo au toritate. Tertio exemplo.

Primo ratione delicationis.

Secundo ratione igneitatis.

Tertio ratione priuationis.

Primo ratione &c. Conclusio est Phi. in 2. de Anima. Quod creatura quanto est nobilioris naturæ, tanto pœna in eam inflicta, est maior. Exépli gratia. De pena rustici & ciuis. In eodem genere penarum, plus cruciatur ciuis ratione nobilioris naturæ, quàm rusticus: sicut etiá patet de ingenio nobilis naturæ. Vnde Philosophus in 2. de Anima, Molles carne, aptos mente dicimus, duros uero ineptos. Vnde Theo. Dum probant Christi passionem, excessisse passionem omnium martyrum; inter alias rationes hanc addu cunt, ut ponit Tho. 3. par. q. 66. Quia fuit nobilioris naturæ super omnes creaturas. Vnde Dauid Ps. 45. Speciosus forma præ filijs &c. unde dicit Alber. Quòd si Christus nõ fuisset mortuus morte uioléta a Iudeis, iam per multos an nos uixisset, & excessisset ætatem illorum patrum, propter naturam eius bene complexionatam. Tãdem mortuus esset; cum & ipse esset mortalis. Ad propositum anima est nobilior omnibus rebus mundi. Præcedit nobilitatem corporũ celestium. Lunæ: Mercurii: Veneris: Solis, & huiusmodi. Vnde Philosophus. 6. Pol. Aia est nobilior corpore & omni possessione. In. 17. de animalibus. Anima est nobilior omni corpore. Et. § fin. C. de sacrosan. Eccle. Anima cũctis re bus mundi præferẽda est. Quo magis peccator ipsam uitupe ret. Cũ ergo sit nobilior, igitur est magis passibilis. Sequi ut quòd pena in ipsam infl. cta, sit maxima penarum. Cum sit a corpore separata, & i igne posita terribili. Preterea ad idem Thom. in 4. distinctio. 21. Pena quanto uniuersalior est, tanto maior. Sed anima separata a corpore est nuda: ideo tota punitur: cum sit simplex, & in diuisibilis. Vulnera quempiam armatum, minus timebit, quàm si non esset armatus. Præterea ferias illum qui est indutus uestibus, minus sentiet quàm si esset nudus. Sed ferias ipsum nudũ here me erit pena. Ad propositum anima a corpore separata est nuda, & simplex in fornace ignis. Ideo cum tota puniatur,

ideo erit maior pœna. Sic de anima, quæ est in purgatorio. Secundo ratione &c. Conclusio est Thomæ in 4. dist 21. Et Bona. in 4. di. 18. Quod ignis purgatorii est unus met cum igne inferni. Sed in hoc adinuicem differunt. Quia ignis purgatorij non est æternus, quo ad officium, quia non habet ibi in ęternum stare, cum animę purgatorii habeant inde exire, sed bene est æternus quo ad substantiam Ad propositum. Cum ergo ignis inferni sit pœnosus supra omnes pęnas huius mundi. Quia ut dicit Augu. distat a nostro, sicut ignis materialis a picto in pariete. Sequitur quod pęna purgatorii sit maxima pęnarum. Altius dico secundum Thom. in 3. par. quæst. 46. ar. 6. Dolor Christi in passione fuit maximus, & tamen pęna purgatorii est tam dura, quod excedit dolorem passionis Christi. Considera ergo quam pęnam, quem dolorem, quantum tormentum, & incendiū patiuntur illę pauperculæ animæ, quæ sunt incarceratæ & detrusæ ī illo igne purgatorii. In chronica ordinis legitur. Quod quidā frater noster apparuit cuidam amico suo, qui erat aduocatus, a quo fuit interrogatus de pęna purgatorii. Respondit quod si totus mūdus, & omnia uisibilia in eo arderent, non possent ęquiperari pęnæ & ardori purgatorij. Vnde patet secunda ratio. Tertio ratione &c. Cōclusio Phil. est in 2. & 3. Topi. Quod quanto aliquod bonum est magis desideratum, tanto eius absentia est molestior & dirior. Prouer. 13. Spes quæ differtur affligit animam. Sed nullum bonū ita ardentius desideratur ab anima separata a corpore, ut uidere Deum suum, creatorem suum. Igitur absentia eius est maxima pęnarum. Anima in hoc mundo existens cum corpore unita: ieiunat, uigilat, ad Ecclesiā pgit. Et quia affectus animæ intēsior est post hanc uitam, q̄ in præsenti, quia est a corpore proprio separata. Et cum tēpus ad uenit, quo deberet eo frui, cum tardatur a suo desiderio, ex hac tardatione maxime cruciatur. Magnum fuit desiderium reginæ Sabæ faciem Salomonis cernere. Magnum Iacob uidere Ioseph. Magnum Simeonis uidere Christum in templo. Sed maximū animæ uidere regem gloriæ. O lætitia perpetua. O gaudium indeficiens Cum ergo priuetur hoc bono, ideo maxime cruciatur. Vnde August. in libr. de

uera

uera & falsa pœnitentia. Et a Canonistis dist. 25. ca. ulti. Et de pœn. dist. 7. cap. Nullus expectet Qui in aliud seculo fructum distulit conuersionis: prius purgandus est igne purgationis. Hic autem ignis & si non sit æternus: miro tamen modo grauis est. Excellit enim omnem pœnam, quam unquam passus est aliquis in hac uita: Nunquam enim in hac uita tanta est pœna, licet innumerabilia martyres passi sint tormenta: tanta tamen non sustinuerunt supplicia. Ille. O socie intelligis me. Contra eos qui dicunt. O pater detis mihi paucam pœnitentiam. Nō sic quia facies in al a uita. Exemplo Grego. qui ꝑ Traiano orauit. Angelus dixit ei. Duorum tibi optio datur. Aut duobus diebus cruciaberis in purgatorio, aut infirmaberis diu. Secundum tenuit. In epistola dicit. Tot podagris, tantisque doloribus premor, ut uita mea mihi pœna sit. Vnde patet primum. Secundum principale dicitur &c. Thom. in 4. dist. 45. ar. 2. Cum Greg. in 4. dia. A Canonistis. 13. quæst. 2. cap. Animę defunctorum quatuor modis soluuntur. Aut oblationibus sacerdotum: aut præcibus sanctorum, aut charorum eleemosinis, aut ieiunio cognatorum. Primo orationibus subleuantur 2. Macha. 12. Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis soluantur. Et Leui. 14. Orabit pro eo sacerdos & mundabitur. Exemplum pater Grego. 4. Dialogo. De Paschasio Diacono Ecclesię Romanæ. Quia prætulit quendam in Papam ex errore, qui non erat uerus Papa. Episcopus quidam Germanus Capuanus post eius mortem ad balnea iuit, repperit eum ibi in aqua clamantē. O pater adiuua me. Quis es tu? Ego sum Paschasij Diaconi anima &c. Roga pro me. Episcopus autem orans pro eo fuit liberatus. Nota secundum Thomam in. 4. distinctio. 21. Quod locus Purgatorij est duplex. Vnus est secundū legem communem, qui est uicinus inferno, alius est secūdum dispensationem diuinā. Et sic quandoque in diuersis locis aliqui puniuntur, ut in domo propria, in agro, in aquis. Et hoc fit triplici ratione, uel ad instructionē uiuorum, ut bñ agant, uel ad subuentionem mortuorum, ut adiuuent eos ut patet hic de Paschasio, qui in hoc balneo suum habuit Purgatorium. Vnde quando audiuntur uoces in domibus, uel aliis

locis.

locis non credantur spiritus maligni, sed animæ parentum nostrorum. Sed quærit anima chara. Quæ sunt hæ orationes? Respondeo quod est pater noster Aue Maria & Ps. 90. Secundus modus, est elemosinarum largitio. A §, ano. 13. quæst. 2. c. Tempus. Neque negandum est animas defuncto rum pietate suorum uiuentium releuari, cum pro illis elee mosinæ fiunt in Ecclesia. Ille. Et Tob. 4. Eleemosina a mor te libi rat: & facit inuenire uitam æternam. Et Ecclesia canit. Sicut aqua extinguit ignem: ita eleemosina extinguit peccatum, idest pœnam debitam ꝑ peccatis: Et talis purga tio fit in purgatorio. Quando ergo uides pauperē recorda re animam patris, matris, amici, forte adhuc esse in purga torio. Ideo porrige illi panē, & uinum: denarium, uel uesti mentum, ferculum, uel candelam, & similia. Exēplum patet. Cum quidam foderet in monte pro metallo quærendo op pressus est. Vxor eius singulis diebus usq; ad caput anni ex cepta die una detulit panem, uas uini, & candelam. In fine anni, homines fodientes in eodem loco dicentem. O socii plane, inuenere ipsum sanum. Retulit quod eleemosina suę uxoris dabatur sibi per Angelum quotidie cum illa cande la. Vñ patet de eleemosina. Sed nota quod duplex est elee mosina, quæ potest fieri pro defunctis. Prima ut de tuo in speciali pauperibus erogetur. Secunda ut testamenta conditá reddantur. De prima: Tobiæ 4. Ex tuá substantia fac eleemosinam. Secunda de testamentis. Concludit Ioann. Neapolitanus in suo quodlibet. De executione testamento rum: Quod hæredes uel executores testamētorum, qui dif ferunt not abiliter ex. qui legata ad pias causas, ex negligē tia, uel auaritia peccant mortaliter, quod probat pluribus rationibus. Primo ratione damni. Si uideres aliquem i for nace ignis ardentem, & nolles illum liberare dum posses: maxime ipso postulante instāter, utique mortaliter peccares; quia tunc directe ageres contra charitatem proximi: sed tu uides animam patris, & matris tuæ, & amicorum cla mantem, & dicentem, Miseremini &c. Cuius hæres uel exe cutores ardere, & cruciari in igne purgatorii. Extrahe me inquit O fili, & non uis adiuuare. Igitur & cæt. Secundo ratione excommunicationis. Nullus debet excommunica-

ri, nisi pro mortali: tales mandantur excommunicari, ut patet 25. quæst. 2. Qui oblationes defunctorum, aut Ecclesiis negant, aut difficulter reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur. Tertio ratione damnationis. Nullus dānatur nisi pro mortali, nō soluentes legata mortuorum damnantur. Igitur mortaliter peccant. Exemplum super hoc. Quidam miles in bello karoli Magni, cū Mauris pugnaturus: rogauit cognatū suum, ut si in bello moreretur, equum suum uēderet: & pauperibus precium daret. Quo mortuo cū equus esset sibi gratus, dare distulit. Post modicum temporis apparuit sibi di. O cognate mi, propter te fuit in purgatorio usque nunc: quod non fuissem si equū dedisses pro me, & quia nō fecisti, hodie animam tuam Dæmones portabunt ad infernum, quod & factum est. O tenaces, O crudeles, qui differunt soluere bona &c. Tertius modus quo liberātur est in corporis mac ratione, in ieiuniis, orationibus, in uisitationibus Ecclesiarū. Figura. Nee, 1. c. Neemias luxit, & ieiunauit multis dieb. p filiis captiuitatis in Babylonia: & sic liberati fuere. Moraliter. Et lachrimis, & abstinentiis, liberātur animæ illæ. Boni filii & filiæ sæpe affligunt corpora sua, ad subueniendum pauperibus. Modo disciplinando corpus: modo ieiunādo: modo uisitādo Ecclesias. Vn Dominicus dabat sibi omni die tres disciplinas. Vnam pro se, aliam pro mundi peccatoribus: tertiā pro animabus Purgatorii. O pater miræ charitatis, quis talia audiuit? Quartus modus est sacrificium Missę; & plus p sunt defunctis Missæ, quam omnia alia bona: quia offertur ille, qui est uerus Deus & homo: Iesus Christus. Exemplum in chronica ordinis. Frater quidam apparuit cuidam amico suo, eiusdem ordinis post mortem dicens se esse in purgatorio. Frater autē in mane pro eo Missam celebrans in manu hostiam hābēs sic locutus est. Domine Iesu: si rex Soldanus teneret aliquem in carcere, pro suis defectibus. & camerarius eius qui ei seruisset 20. annos ipsum rogaret p eo. Nunquid negaret ei. Non. Ita & tu dona mihi illum. In nocte sequenti post matutinum uidit ipsum ad Paradisum ire, ratione Missæ. Aliud exemplum monachi iusti, qui repertus proprietarius, fuit sepultus in sterquilino, ad uisum

ſum Gre Quia ut dicitur extra de ſta.mona.c. Sup quodã. Monachus qui reperitur proprietarius, in ſterquilinio dēt ſepeliri. Glo. Licet bene moriatur, ad exemplum aliorum. In capite 30. dierum miſſis celebratis, ad cœlum uolauit. Præterea Piſcatores Epiſcopi Theobaldi, cœperunt fruſtū glaciei, loco piſciū. In quo erat anima quædam, quod detulerunt Epiſcopo ſuo, qui erat podagroſus, & poſuit ſub pedibus æſtiuo tpe, ad ſe refrigerandū. Clamauit ille. Ora ꝑ me in miſſis. Quis es tu? R̃ ſi. Sum anima una, q̃ hic pnĩam expleo meam. In capite 30. miſſarū facta eſt libera. Pro qualibet miſſa liberantur plures animæ Quintus modus additur, & eſt Indulgentiarum frequentatio. Quando exprimitur in bulla, quod ualent in purgatorio exiſtentib. In quibus uerbis pono hic tres concluſiones Prima concluſio hæc eſt. Animæ in Purgatorio ſciunt bona quæ faciūt pro eis amici ſui: quatuor modis, ſecundum Aug. in lib. de pœnitencia. Primò per diuinam inſpirationem. Secundo ꝑ Angelorum reuelationem. Tertio per morićtium delationem. Quarto per pęnarum alleuiationem. Secunda concluſio eſt hæc. Suffragia facta pro uno in ſpeciali, proſunt aliis quibus non ſunt facta: ſed plus illi pro quo facta, quam aliis, tamen omnes participant. Exempli gratia. Vnus tenet candelam, licet luceat magiſtro, tamen omnes gaudēt. Tertia concluſio hæc eſt. Suffragia pro illo qui eſt in mortali redeunt illi qui facit. Pſ. Oratio mea &c. Et ſic patet ſecundum principale myſterium. De ſubleuatione. Tertium dicitur &c. Inducitur homo triplici ratione adiuuare animas illas in Purgatorio.

Primò ratione legalitatis.

Secundò ratione debilitatis.

Tertiò ratione pęnalitatis.

Primo rõne &c. Quintuplex eſt lex quæ clamat ut amico ſubueniatur. Prima eſt lex naturæ, de qua Luc. 10. Prout multis faciant uobis homines, & uos facite illis. Si eſſes in camino ignis, uelles inde extrahi. Imo pater, Et tu fac ſimiliter. Anima patris tui eſt in purgatorio &c. Secunda lex eſt ſcripturæ. Tob. 4. Noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. Qui in purgatorio ſunt, uere pauperes poſſunt dici;

dici: quia nudi se iuuare non possunt. Tertia lex est amicitiæ, quę dicit. Prouer. 17. Omni tempore diligit qui amicus est. Ante mortem, in morte, & post mortem, si uere diligis patrem, aut matrem ipsos adiuua &c. Quarta lex est iustitiæ, quæ reddit unicuique quod suum est. Ro. 13. Reddite omnibus debita. Matthæ. 18. Redde quod debes patri, & matri, qui pro te fecerunt tot & tanta. Quinta lex est gratiæ, quæ dicit per Apostolum. Gal. 6. alter alterius onera portate. Sed heu; quia parum fit. Secūdo rōne &c. Quia sunt debiles, nec se iuuare possunt, nec mereri: quia sunt extra statum merendi. Io. 3. Venit nox quando nemo potest operari. Nox hæc, est locus purgatorii: ubi nemo potest se iuuare. Debilitas ista figurata est. Matthæ. 18. De seruo Centurionis, qui grauiter infirmus torquebatur in lectulo: & se mouere non poterat. Per seruum, designatur defunctus, qui torquetur ab igne purgatorii: ubi non potest se iuuare. Tertio ratione &c. Quia pęnis horribilibus torquētur. Si quis posset ire ad purgatorium, profecto audiret uoces clamantes. Audirentur patres & matres di. O filii ingrati, quibus bona nostra dimisimus: subuenite miseriis nostris. Audirent uiri suas uxores clamantes. O uxores iniquæ in quibus confidentiam habentes, bona nostra dimisimus: subuenite nobis miseris. Audirentur alii clamātes. O commissarii. O executores testamentorum, expedite fideliter, quæ uobis commisimus. Miseremini mei saltem uos amici mei. O fili respice oculo mentali, & cogita animam patris tui clamantis. Adiuua me. Recordare quod a me habes esse, a me habes nutrimētum, a me possessiones, a me pecuniam, a me domum. Et mater dicit Recordare fili mi quod lacte te paui, ego tersi immunditias tuas, te portaui in utero meo, cum dolore peperi, mihi sæpe abstuli bolum, ut illum tibi darem, multas afflictiones pro te sustinui. Vide fili mi quia crucior in hac flamma, O fili, O filiæ, quomodo crudeles estis effecti, quot sudores sustinui? Nonne uidetis quomodo crucior. Heu me: quia totus uror: heu me, quia comburor. Ha filiæ meæ, ha amici mei, ha quid facitis? Clamant itaque æstuantes & afflicti inestimabili pęna.

Feria

Feria V. Quartæ Hebdomadæ Quadragesimæ.
De Viduitate.

ET hæc Vidua erat. Luc. 7. Ciuitas Naym est parua secundum Nico. de Lyra. Quæ est in Galilea prope montem Thabor. Defunctus efferebatur ad sepelien dum, filius uiduę. Antiquitus loca sepulturæ erant extra ciuitates, ne ex cadaueribus, inficeretur habitatio ciuitatis. Efferebatur ergo filius unicus matris suæ. Et hæc uidua erat, & turba ciuitatis cum illa, quam cum uidisset miseri cordia motus super eam. Quæritur. Quare non dicitur ta le uerbum super aliis mortuis a Christo resuscitatis, mise ricordia motus. Respondeo secundũ Nico. & Glos. Quòd misericordia motus est quadruplici de causa.

Prima quia mulier. Secunda quia mater.
Tertia quia unicus filius. Quarta quia uidua.

Primò qa &c. unde flebat. Naturaliter enim mulieres, magis compatiuntur quàm uiri: quia habent animum ma gis mollem. Vnde mulier, dicitur quasi mullis aer. Iõ in oĩ genere animalium fœminæ sunt molliores quàm uiri: præ ter ursum & leopardum. Mulier enim est naturaliter fri gida & humida. Iõ est magis passibilis. Vir naturaliter est calidus, & siccus: ideo nec sic de facili compatitur. Iõ de fi lii morte, uel eius aduersitate: mater dolet magis, quàm pater, ex eo quod est magis mollis & magis cõpassibilis. In filii autem honore & sublimitate, pater naturaliter plus gaudet quàm mater. qa magis magnanimus est. Scdo causabatur ei dolor ex eo, quòd mater erat. Naturaliter. n. mater plus diligit filium, quàm pater: ideo plus dolet de eius morte. Quare mater plus filium diligat q̃ pater: tres sunt causæ. Prima quia mater plus laborat quàm pater cir ca filios. tã in portãdo, q̃ in parturiendo, quàm etiam edu cando. Tob. 4. Memor enim esse debes quę & quanta peri cula passa sit propter te in utero suo. Secunda causa: quia illam rem plus diligimus: quàm certitudinaliter nostram esse scimus. Mater autem pro certò scit quòd filii de se generauit: pater autem sic credit: non tamen certus est.

Tertia

Tertia ratio, quia illam rem plus diligimus, in qua scimus plus iuris nos habere. Mater autem habet maius ius in corpore filii quam pater. Quia secundum Phil. Plus est ibi de substantia matris quam patris. Addit Archiepiscopus in prima parte. Tanto amor est maior quanto diuturnior, sed matris ad filium est diuturnior, quàm patris. Nã subito, quã do nascitur incipit eũ nutrire, uigilare, lachrimas audire die noctuq; &c. Tertiò quia unicus filius, si habuisset alios non tantum doluisset de unico filio. Hier. 6. Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum. Quartò quia erat uidua. Viduę sæpe decipiuntur, quia sunt sine uiro. Esa. 1. Defendite uiduam. In quo Euangelio de Viduitate prædicabimus. De qua tria sunt uidenda.

Primum dicitur obseruationis.

Secundum dicitur, commendationis.

Tertium dicitur, regulationis.

Circa primum. Queritur dubium. Vtrum melius sit post primum maritum seruare uiduitatem, quam transire, & celebrare secundas nuptias? Circa hoc fuere duæ opiniones: una quòd sic, alia quod non. Prima dicit ꝙ sic, quia mulier est in periculo infamiæ, & cauere potest, cum sit priuata consortio uiri. Eccl. 4. Ve soli. Et idem: Vnus quomodo calefiet. Idem. Si unus ceciderit ab alio fulcietur. Alia opinio dicit quod non, quia est magis libera ad seruiendum Deo & amare illũ. Quæ conclusio probatur triplici rõne.

Primò ratione castitatis. Secundo ratione charitatis.

Tertio ratione libertatis.

Primo &c. Vna est maxima Theologorum, quòd inter omnia bona mulieris, maximum est honestas corporis. Eccle. 36. Non est condigna ponderatio illius. Prou. 22. Qui diligit cordis mundiciam, diligetur a domino, quam sic requirit Deus a creatura, Lac. 6. cap. 1. Nihil enim sancta, & singularis illa maiestas aliud ab homine desiderat: quam solam innocentiam, quã si quis abstulerit Deo: satis pie religiosęque litabit. Vidua enim tenet gradum mediũ inter uirginitatem, & matrimonium, ut patet in gl. super uerbo Continentes. De summa Trin. & fi cath. Vnde mulier, quæ post mortem primi uiri uult secundam, ostendit signũ incontinentiæ

continentiæ propriæ carnis. Ideo Apostolus de his incōtinentibus uiduis. 1. ad Timo. 5. Viduas deuita. s. luxuriosas, cum enim luxuriatæ fuerint in Christo nubere uolunt. Ió Hierony. 1. contra Ioui. dicit. Fęlix & pudica mulier, nū quam præter semel nubit. Ideo Valer. libr. 2. de Romanis mulieribus dicit. Quod illæ quæ erant contentæ uno matrimonio: corona lauri in signum pudicitiæ coronabātur. Ad hanc seruādam inducuntur uiduæ exemplo turturis, q́ ut dicit Philip. de natu. rerum. Amisso compari suo stat in nido gemendo, non discurrit, & nūquam alteri associatur. Vnde Amb. in exa. Discite mulieres quanta sit gratia uiduitatis, quæ etiam in auibus prædicatur. Sed nota quod non ob hoc damnantur secundæ nuptiæ, aut tertiæ quādo sunt licitæ, quia ut dicit Th. in 4. dist. 42. & Pet. de Palu. Quod post mortem coniugū uiri aut mulieris, tollitur impedimentum primi matrimonii: ita quod si aliquis suscitaretur à mortuis, nō amplius redire posset ad uxorem uiuētem, quia non esset sua, nec ille uir suus, nisi denuo contraherent matrimoniū. Vnde Lazarus resuscitatus nō potuit redire ad pristinam uxorem, nisi iterum firmato matrimonio. Ideo Apostolus. 1. Corin. 7. Si dormierit uir, liberata est mulier a lege uiri, cui uult nubat tantum in domino. Sequitur propositum. Beatior tamen erit si permanserit secū dum consilium meum. s. in uiduitate, quia talis obtinet honorem apud mortales. Ideo Hiero. ad Geruntiam di. Si mulier primum maritum perdiderit: societur. 2. & 3. & si ille dormierit, in quartum quintumq́; procedat, ut nihil desit, quo a meretricibus differat. Omni ratione uiduæ prouidēdum est, ne castitatis excedat primos limites. Quid ergo? dānamus secunda matrimonia? Minime, Sed prima laudamus. Ille. Quod ostendit in eadem epistola p exemplum illius Romani q habuit 20 uxores, & de muliere quæ habuit 22. uiros. Qui ambo copulati in matrimonio, de qb, fuit magna expectatio in populo, quis prior portaretur ad sepulchrum. tandem uicit uir. Et sociando eā ad sepulchrū nominabat omnes incipiens a prima. O Catherina. O Lucia. O Ioanna &c. Vnde patet prima. Secundo ratione &c. Quia mulier signum maioris amoris ostēdit ad primū uirum,

rum,non accipere secũdum. Et rõ Phi. 8 Ethi. Quod perfe-ćta amicitia nõ est nisi ad unum. & Ec. 9 de amico uno, & primo. Ne derelinquas amicum antiquum: nouus. n. non erit similis illi. Cõtra amor primi uiri, excedit oẽs amores aliorum uirorum: ut dulcior & suauior. Ad propositũ. Mulier quæ non accipit uirum secundum; oñ maiorem charitatẽ primo: ad quod inducunt mulieres exemplis Paganorum. de quib. Hiero. contra Iouin. scribit. 1. de Valeria Ro. Cum cogeretur accipere secũdum uirum, mortuo Seruio uiro Respondit se hoc facere nõ posse, quia primus adhuc in mente uiuebat. Et de Marta unica filia Catonis, cũ nollet amplius nubere, & uirum defunctũ lugeret. Interrogata a patre quandiu luctus ille duraret: Rñ. quãdiu uixero. Et Val. 1. 4. dicit de Portia filia Catonis, quę mortuo uiro suo Bruto: carbones accẽsos comedit; ne superuiueret post mortẽ mariti. Et de filia Darii Rodoguna: quæ occidit nutricem suadentem sibi accipere secũdum maritum. & de Arthemisia uxore Mausoli regis Cariæ, quæ tantum amauit maritum mortuum sicut uiuũ. Vnde in signum amoris, fecit tam speciosum ei sepulchrum, ut usq; nũc omnia speciosa sepulchra uocitentur Mausola. Et de Cicerone ponit Hier. q. repudiata Terentia rogatus est ab Hircio, ut sororem suam duceret. Rñ. se non posse. Non possum, inquit, & uxori, & Philosophiæ operam dare. Ideo Hier. Ponit Athlãtam Calydoniam, ut semper uirgo esset, fecisse in syluis, & sybillæ quæ decem fuerunt, teste Varrone, meruisse diuinationem in præmium uirginitatis, cum quo Tho. 3. di. 25. Tertia & c. Inter alia bona hoc unũ est. s. libertas. de iure. ff. de reg. iur. l. Libertas. Ex quib. cau. manu. non poss §. Sed cum libertas. & ff. de fideicom. lib. l. Pax. Nihil gratius patiatur libertate; & per oppositum. Nihil est uilius seruitute. In authen. de nuptiis. §. Si uero. Seruitus morti æquiperatur. Et Cicero de natura Deorum. Miserius seruitute quid possumus excogitare? Et quidam uulgaris. Soror mea secundum rationem dixisti ueritatem. Nil melius, potest inueniri, quam libertate frui. Ad propositum. Vidua hoc bonum habet, quod est libera. Et si uult accipere secundum uirum, exponit se periculo, ut inueniat secundum

non erat habilis. Vnde ex hoc cecus non est natus. In quo apparet quæstio ridiculosa Apostolorum. Nec mirum: quia adhuc rudes erant, ante receptionem spiritus sancti. Cum hoc dixisset expuit in terram, & liniuit oculos eius. Quare potius oculos liniuit? Quia ab illis maximum peccatum procedit. Quintilianus orator. Totius hominis libertas est oculos perdidisse, oculi sunt tota luxuria nostra. Vnde hoc quod lutum fecit? Respondeo quòd homo de limo est creatus. Gen. 2. ca. Formauit igitur Deus hominẽ de limo terre, & inspirauit in faciẽ eius, spiraculũ uitæ. Quia de limo creatus est, de limo sanatus est. Et liniuit inquit oculos eius. Et dixit ei. Vade lauare in natatoria siloe. Glosa. Hoc dixit Christus ut cecus transeundo per ciuitatem, hoc modo luto linitus uideretur a multis, & per consequẽs miraculum magis diuulgaretur. Sequitur. Abijt ergo & lauit, & uidit, non uirtute luti: non uirtute siloe: quia frequenter homines se ibi lauabant: tamẽ nullus unq̃ fuit sanatus: sed diuina uirtute gestum est. Nota secundũ glosam. Quod miracula sanctorũ differebant a miraculis Christi. Quia sancti tantũmodo corpora sanabant. Christus autẽ utrumque. Vnde cecus fuit sanatus utraque cecitate. Eiecerunt autem eum extra ciuitatẽ. Et cum ipsum inuenisset Iesus dixit ei. Tu credis in filium Dei? Quis est dñe, ut credam ĩ eum? Respõdit Iesus. Qui loquitur tecũ ipse est. Et statim credidit, & fidem ore cõfessus est dicẽs. Credo dñe. Quia ad Roma. 10. Corde enim creditur ad iustitiã: ore aũt confessio fit &c. Et procidẽs adorauit eũ, Adoratione latriæ, quæ soli Deo conuenit. Vt dicit Th. in 3. sen. di. 9. ar. 2. In quibus uerbis erit sermo de pœna Purgatorij. Vbi sunt tria uidẽda.

Primum dicitur punitionis.
Secundum dicitur subleuationis.
Tertium dicitur induċtionis.

Primum dicitur &c. Quæritur dubium. Vtrũ pœna qua puniuntur illi, qui sunt in Purgatorio sit maxima pœnarũ? Respondet Tho. in 4. dist. 21. articu. 1. Et Ricar. in 4. 2. dist. 20. ar. 2. Et Alber. in 7. lib. compẽ. Theolo. ca. 2. Quod sic & minima pœna, excedit omnẽ pœnam huius uitæ. Quæ cõ

clusio

clusio probatur triplici medio. Primo ratione. Secundo au toritate. Tertio exemplo.

Primo ratione delicationis.

Secundo ratione igneitatis.

Tertio ratione priuationis.

Primo ratione &c. Conclusio est Phi. in 2. de Anima. Quod creatura quanto est nobilioris naturæ, tanto pœna in eam inflicta, est maior. Exépli gratia. De pena rustici & ciuis. In eodem genere penarum, plus cruciatur ciuis ratione nobilioris naturæ, quàm rusticus: sicut etiá patet de ingenio nobilis naturæ. Vnde Philosophus in 2. de Anima. Molles carne, aptos mente dicimus, duros uero ineptos. Vnde Theo. Dum probant Christi passionem, excessisse passionem omnium martyrum; inter alias rationes hanc adducunt, ut ponit Tho. 3. par. q. 46. Quia fuit nobilioris naturæ super omnes creaturas. Vnde Dauid Ps. 45. Speciosus forma præ filiis &c. unde dicit Alber. Quòd si Christus nõ fuisset mortuus morte uiolẽta a Iudeis, iam per multos annos uixisset, & excessisset ætatem illorum patrum, propter naturam eius bene complexionatam. Tãdem mortuus esset; cum & ipse esset mortalis. Ad propositum anima est nobilior omnibus rebus mundi. Præcedit nobilitatem corporũ celestium. Lune: Mercurii: Veneris: Solis, & huiusmodi. Vnde Philosophus. 6. Pol. Aïa est nobilior corpore & omni possessione. In 17. de animalibus. Anima est nobilior omni corpore. Et. § fin. C. de sacrosan. Eccle. Anima cũctis rebus mundi præferẽda est. Quomodo muis peccator ipsam uitupe ret. Cũ ergo sit nobilior, igitur est magis passibilis. Sequitur quòd pena in ipsam infl. cta, sit maxima penarum. Cum sit a corpore separata, & ĩ igne posita terribili. Preterea ad idem Thom. in 4. distinctio. 21. Pena quanto uniuersalior est, tanto maior. Sed anima separata a corpore est nuda: ideo tota punitur: cum sit simplex, & in inuisibilis. Vulnera quempiam armatum, minus timebit, quàm si non esset armatus. Præterea ferias illum qui est indutus uestibus, minus sentiet quàm si esset nudus. Sed ferias ipsum nudũ heu me erit pena. Ad propositum anima a corpore separata est nuda, & simplex in fornace ignis. Ideo cum tota puniatur,

ideo erit maior pœna: Sic de anima, quæ est in purgatorio. Secundo ratione &c. Conclusio est Thomæ in 4. dist 21. Et Bona. in 4. di 18. Quod ignis purgatorii est unus simul cum igne inferni. Sed in hoc adinuicem differunt. Quia ignis purgatorij non est æternus, quo ad officium, quia non habet ibi in ęternum stare, cum animę purgatorii habeant inde exire, sed bene est æternus quo ad substantiam. Ad propositum. Cum ergo ignis inferni sit pœnosus supra omnes pęnas huius mundi. Quia ut dicit August. distat a nostro, sicut ignis materialis a picto in pariete. Sequitur quod pęna purgatorii sit maxima pęnarum. Altius dico secundum Thom. in 3. par. quæst. 46. ar. 6. Dolor Christi in passione fuit maximus, & tamen pęna purgatorii est tam dura, q̃d excedit dolorem passionis Christi. Considera ergo quam pęnam, quem dolorem, quantum tormentum, & incendiũ patiuntur illę pauperculæ animæ, quæ sunt incarceratæ & detrusæ ĩ illo igne purgatorii. In chronica ordinis legitur. Quod quidã frater noster apparuit cuidam amico suo, qui erat aduocatus, a quo fuit interrogatus de pęna purgatorii. Respondit quod si totus mũdus, & omnia uisibilia in eo arderent, non possent ęquiperari pęnæ & ardori purgatorij. Vnde patet secunda ratio. Tertio ratione &c. Cõclusio Phil. est in 2. & 3. Topi. Quod quanto aliquod bonum est magis desideratum, tanto eius absentia est molestior & durior. Prouer. 13. Spes quæ differtur affligit animam. Sed nullum bonũ ita ardentius desideratur ab anima separata a corpore, ut uidere Deum suum, creatorem suum. Igitur absentia eius est maxima pęnarum. Anima in hoc mundo existens cum corpore unita: ieiunat, uigilat, ad Ecclesiã p̃git. Et quia affectus animæ intẽsior est post hanc uitam, q̃ in præsenti, quia est a corpore proprio separata. Et cum tẽpus aduenit, quo deberet eo frui, cum tardatur a suo desiderio, ex hac tardatione maxime cruciatur. Magnum fuit desiderium reginæ Sabæ faciem Salomonis cernere. Magnum Iacob uidere Ioseph. Magnum Simeonis uidere Christum in templo. Sed maximũ animæ uidere regem gloriæ. O lætitia perpetua. O gaudium indeficiens Cum ergo priuetur hoc bono, ideo maxime cruciatur. Vnde August. in libr. de

uera

uera & falsa pœnitentia. Et a Canonistis dist. 25. ca. ulti. Et de pœn. dist. 7. cap. Nullus expectet Qui in aliud seculi fructum distulit conuersionis: prius purgandus est igne purgationis. Hic autem ignis & si non sit æternus: miro tamen modo grauis est Excellit enim omnem pœnam, quam unquam passus est aliquis in hac uita. Nunquam enim in hac uita tanta est pœna, licet innumerabilia martyres passi sint tormenta: tanta tamen non sustinuerunt supplicia. Ille. O socie intelligis me. Contra eos qui dicunt. O pater detis mihi paucam pœnitentiam. Nõ sic quia facies in al a uita. Exemplo Grego. qui ꝑ Traiano orauit. Angelus dixit ei. Duorum tibi optio datur. Aut duobus diebus cruciaberis in purgatorio, aut infirmaberis diu. Secundum tenuit. In epistola dicit. Tot podagris, tantisque doloribus præmor, ut uita mea mihi pœna sit. Vnde patet primum. Secundum principale dicitur &c. Thom. in 4. dist. 45. ar. 2. Cum Greg. in 4. dia. A Canonistis. 13. quæst. 9. cap. Animę defunctorum quatuor modis soluuntur. Aut oblationibus sacerdotum: aut præcibus sanctorum, aut charorum elecmosinis, aut ieiunio cognatorum. Primo orationibus subleuantur 2. Macha. 12. Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis soluantur. Et Leui. 14. Orabit pro eo sacerdos & mundabitur. Exemplum pater Grego. 4. Dialogo. De Paschasio Diacono Ecclesię Romanæ. Quia prætulit quendam in Papam ex errore, qui non erat uerus Papa. Episcopus quidam Germanus Capuanus post eius mortem ad balnea iuit, repperit eum ibi in aqua clamantẽ. O pater adiuua me. Quis es tu? Ego sum Paschasij Diaconi anima &c. Roga pro me. Episcopus autem orans pro eo fuit liberatus. Nota secundum Thomam in. 4. distinctio. 21. Quod locus Purgatorij est duplex. Vnus est secundũ legem communem, qui est uicinus inferno, alius est secũdm dispensationem diuinã. Et sic quique in diuersis locis aliqui puniuntur, ut in domo propria, in agro, in aquis. Et hoc fit triplici ratione, uel ad instructionẽ uiuorum, ut bñ agant, uel ad subuentionem mortuorum, ut adiuuent eos ut patet hic de Paschasio, qui in hoc balneo suum habuit Purgatorium. Vnde quando audiuntur uoces in domibus, uel aliis

locis

locis non credantur spiritus maligni, sed animæ parentum nostrorum. Sed quærit anima chara. Quæ sunt hæ orationes? Respondeo quod est pater noster, Aue Maria & Ps. 90. Secundus modus, est eleemosinarum largitio. A. S. ano. 13. quæst. 2. c. Tempus. Neque negandum est animas defunctorum pietate suorum uiuentium releuari, cum pro illis eleemosinæ fiunt in Ecclesia. Ille. Et Tob. 4. Eleemosina a morte liberat: & facit inuenire uitam æternam. Et Ecclesia canit. Sicut aqua extinguit ignem: ita eleemosina extinguit peccatum, idest pœnam debitam pro peccatis: Et talis purgatio fit in purgatorio. Quando ergo uides pauperē recordare animam patris, matris, amici, forte adhuc esse in purgatorio. Ideo porrige illi panē, & uinum: denarium, uel uestimentum, ferculum, uel candelam, & similia. Exēplum patet. Cum quidam foderet in monte pro metallo quærendo oppressus est. Vxor eius singulis diebus usque ad caput anni excepta die una detulit panem, uas uini, & candelam. In fine anni, homines fodientes in eodem loco dicentem. O socii plane, inuenere ipsum sanum. Retulit quod eleemosina suę uxoris dabatur sibi per Angelum quotidie cum illa cande la. Vñ patet de eleemosina. Sed nota quod duplex est eleemosina, quæ potest fieri pro defunctis. Prima ut de tuo in speciali pauperibus erogetur. Secunda ut testamenta condita reddantur. De prima Tobiæ 4. Ex tua substantia fac eleemosinam. Secunda de testamentis. Concludit Ioann. Neapolitanus in suo quodlibet. De executione testamentorum. Quod hæredes uel executores testamētorum, qui differūt notabiliter ex. qui legata ad pias causas, ex negligētia, uel auaritia peccant mortaliter, quod probat pluribus rationibus. Primo ratione damni. Si uideres aliquem ī fornace ignis ardentem, & nolles illum liberare dum posses: maxime ipso postulante instāter, utique mortaliter peccares: quia tunc directe ageres contra charitatem proximi: sed tu uides animam patris, & matris tuæ, & amicorum clamantem, & dicentem. Miseremini &c. Cuius hæres uel executores: ardere, & cruciari in igne purgatorii. Extrahe me inquit O fili, & non uis adiuuare. Igitur & cæt. Secundo ratione excommunicationis. Nullus debet excommunica-

ri, nisi pro mortali: tales mandantur excommunicari, ut patet 25. quæst. 2. Qui oblationes defunctorum, aut Ecclesiis negant, aut difficulter reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur. Tertio ratione damnationis. Nullus dãnatur nisi pro mortali, nõ soluentes legata mortuorum damnantur. Igitur mortaliter peccant. Exemplum super hoc. Quidam miles in bello karoli Magni, cũ Mauris pugnaturus: rogauit cognatũ suum, ut si in bello moreretur, equum suum uéderet: & pauperibus precium daret. Quo mortuo cũ equus esset sibi gratus, dare distulit. Post modicum temporis apparuit sibi di. O cognate mi, propter te fuit in purgatorio usque nunc: quod non fuisset si equũ dedisses pro me, & quia nõ fecisti, hodie animam tuam Dæmones portabunt ad infernum, quod & factum est. O tenaces, O crudeles, qui differunt soluere bona &c. Tertius modus quo liberãtur est in corporis macerατione, in ieiuniis, orationibus, in uisitationibus Ecclesiarũ. Figura. Nee, 1. c. Neemias luxit, & ieiunauit multis dieb. p filiis captiuitatis in Babylonia: & sic liberati fuere. Moraliter. Et lachrimis, & abstinentiis, liberãtur animæ illæ. Boni filii & filiæ sæpe affligunt corpora sua, ad subueniendum pauperibus. Modo disciplinando corpus: modo ieiunãdo: modo uisitãdo Ecclesias. Vñ Dominicus dabat sibi omni die tres disciplinas. Vnam pro se, aliam pro mundi peccatoribus: tertiã pro animabus Purgatorii. O pater miræ charitatis, quis talia audiuit? Quartus modus est sacrificium Missę: & plus p sunt defunctis Missæ, quam omnia alia bona: quia offertur ille, qui est uerus Deus & homo: Iesus Christus. Exemplum in chronica ordinis. Frater quidam apparuit cuidam amico suo, eiusdem ordinis post mortem dicens se esse in purgatorio. Frater autẽ in mane pro eo Missam celebrans in manu hostiam habẽs sic locutus est. Domine Iesu: si rex Soldanus teneret aliquem in carcere, pro suis defectibus. & camerarius eius qui ei seruisset 20. annos ipsum rogaret p eo. Nunquid negaret ei. Non. Ita & tu dona mihi illum. In nocte sequenti post matutinum uidit ipsum ad Paradisum ire, ratione Missæ. Aliud exemplum monachi iusti, qui repertus proprietarius, fuit sepultus in sterquilino, ad usum

ſum Gre Quia ut dicitur extra de ſta.mona.c. Sup quodã. Monachus qui reperitur proprietarius, in ſterquilinio dēt ſepeliri. Glo. Licet bene moriatur, ad exemplum aliorum. In capite 30. dierum miſſis celebratis, ad cœlum uolauit. Præterea Piſcatores Epiſcopi Theobaldi, cœperunt fruſtū glaciei, loco piſciū. In quo erat anima quædam, quod detulerunt Epiſcopo ſuo, qui erat podagroſus, & poſuit ſub pedibus æſtiuo tpe, ad ſe refrigerandum. Clamauit ille. Ora ꝑ me in miſſis. Quis es tu? R ſi. Sum anima una, q̃ hic pnīam expleo meam. In capite 30. miſſarū facta eſt libera. Pro qualibet miſſa liberantur plures animæ Quintus modus additur, & eſt Indulgentiarum frequentatio. Quando exprimitur in bulla, quod ualent in purgatorio exiſtentib. In quibus uerbis pono hic tres concluſiones. Prima concluſio hæc eſt. Animæ in Purgatorio ſciunt bona quæ faciūt pro eis amici ſui: quatuor modis, ſecundum Aug. in lib. de pœnitentia. Primo per diuinam inſpirationem. Secundo ꝑ Angelorum reuelationem. Tertio per moriētium delationem. Quarto per pęnarum alleuiationem. Secunda concluſio eſt hæc. Suffragia facta pro uno in ſpeciali, proſunt aliis quibus non ſunt facta: ſed plus illi pro quo facta, quam aliis, tamen omnes participant. Exempli gratia. Vnus tenet candelam, licet luceat magiſtro, tamen omnes gaudēt. Tertia concluſio hæc eſt. Suffragia pro illo qui eſt in mortali redeunt illi qui facit. Pſ. Oratio mea &c. Et ſic patet ſecundum principale myſterium. De ſubleuatione. Tertium dicitur &c. Inducitur homo triplici ratione adiuuare animas illas in Purgatorio.

Primò ratione legalitatis.

Secundò ratione debilitatis.

Tertiò ratione pęnalitatis.

Primo rōne &c. Quintuplex eſt lex quæ clamat ut amico ſubueniatur. Prima eſt lex naturæ, de qua Luc. 10. Prout multis faciant uobis homines, & uos facite illis. Si eſſes in camino ignis, uelles inde extrahi. Imo pater, Et tu fac ſimiliter. Anima patris tui eſt in purgatorio &c. Secunda lex eſt ſcripturæ. Tob. 4. Noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. Qui in purgatorio ſunt, uere pauperes poſſunt dici;

dici: quia nudi se iuuare non possunt. Tertia lex est amicitiæ, quę dicit. Prouer. 17. Omni tempore diligit qui amicus est. Ante mortem, in morte, & post mortem, si uere diligis patrem, aut matrem ipsos adiuua &c. Quarta lex est iustitiæ, quæ reddit unicuique quod suum est. Ro. 13. Reddite omnibus debita. Matthæ. 18. Redde quod debes patri, & matri, qui pro te fecerunt tot & tanta. Quinta lex est gratiæ, quæ dicit per Apostolum. Gal. 6. alter alterius onera portate. Sed heu; quia parum fit. Secūdo rōne &c. Quia sunt debiles, nec se iuuare possunt, nec mereri: quia sunt extra statum merendi. Io. 3. Venit nox quando nemo potest operari. Nox hæc, est locus purgatorii: ubi nemo potest se iuuare. Debilitas ista figurata est, Matthæ. 18. De seruo Centurionis, qui grauiter infirmus torquebatur in lectulo: & se mouere non poterat. Per seruum, designatur defunctus, qui torquetur ab igne purgatorii: ubi non potest se iuuare. Tertio ratione &c. Quia pęnis horribilibus torquētur. Si quis posset ire ad purgatorium, profecto audiret uoces clamantes. Audirentur patres & matrçs di. O filii ingrati, quibus bona nostra dimisimus: subuenite miseriis nostris. Audirent uiri suas uxores clamantes. O uxores iniquæ in quibus confidentiam habentes, bona nostra dimisimus: subuenite nobis miseris. Audirentur alii clamātes. O commissarii. O executores testamentorum, expedite fideliter, quæ uobis commisimus. Miseremini mei saltem uos amici mei. O fili respice oculo mentali, & cogita animam patris tui clamantis. Adiuua me. Recordare quod a me habes esse, a me habes nutrimētum, a me possessiones, a me pecuniam, a me domum. Et mater dicit Recordare fili mi quod lacte te paui, ego tersi immunditias tuas, te portaui in utero meo, cum dolore peperi, mihi sæpe abstuli bolum, ut illum tibi darem, multas afflictiones pro te sustinui. Vide fili mi quia crucior in hac flamma, O fili, O filiæ, quomodo crudeles estis effecti, quot sudores sustinui? Nonne uidetis quomodo crucior. Heu me: quia totus uror: heu me, quia comburor. Ha filiæ meæ, ha amici mei, ha quid facitis? Clamant itaque æstuantes & afflicti in estimabili pęna.

Feria

Feria V. Quartæ Hebdomadæ Quadragesimæ.
De Viduitate.

ET hæc Vidua erat. Luc. 7. Ciuitas Naym est parua secundum Nico. de Lyra. Quæ est in Galilea prope montem Thabor. Defunctus efferebatur ad sepeliendum, filius uiduę. Antiquitus loca sepulturæ erant extra ciuitates, ne ex cadaueribus, inficeretur habitatio ciuitatis. Efferebatur ergo filius unicus matris suæ. Et hæc uidua erat, & turba ciuitatis cum illa, quam cum uidisset misericordia motus super eam. Quæritur. Quare non dicitur ta le uerbum super aliis mortuis a Christo resuscitatis, misericordia motus. Respondeo secundũ Nico. & Glos. Quòd misericordia motus est quadruplici de causa.

Prima quia mulier. Secunda quia mater.
Tertia quia unicus filius. Quarta quia uidua.

Primò qa &c. unde flebat. Naturaliter enim mulieres, magis compatiuntur quàm uiri: quia habent animum magis mollem. Vnde mulier, dicitur quasi mollis aer. Iõ in oĩ genere animalium fœminæ sunt molliores quàm uiri: præter ursum & leopardum. Mulier enim est naturaliter frigida & humida. Iõ est magis passibilis. Vir naturaliter est calidus, & siccus: ideo nec sic de facili compatitur. Iõ de filii morte, uel eius aduersitate: mater dolet magis, quàm pater, ex eo quod est magis mollis & magis cõpassibilis. In filii autem honore & sublimitate, pater naturaliter plus gaudet quàm mater. qa magis magnanimus est. Scdo causabatur ei dolor ex eo, quod mater erat. Naturaliter. n. mater plus diligit filium, quàm pater: ideo plus dolet de eius morte. Quare mater plus filium diligat q̃ pater, tres sunt causæ. Prima quia mater plus laborat quàm pater circa filios. tã in portãdo, q̃ in parturiendo, quàm etiam educando. Tob. 4. Memor enim esse debes quę & quanta pericula passa sit propter te in utero suo. Secunda causa: quia illam rem plus diligimus: quàm certitudinaliter nostram esse scimus. Mater autem pro certo scit quòd filiũ de se generauit: pater autem sic credit: non tamen certus est.

Tertia

Tertia ratio, quia illam rem plus diligimus, in qua scimus plus iuris nos habere. Mater autem habet maius ius in corpore filii quam pater. Quia secundum Phil. Plus est ibi de substantia matris quam patris. Addit Archiepiscopus in prima parte. Tanto amor est maior quanto diuturnior, sed matris ad filium est diuturnior, quàm patris. Nã subito, quã do nascitur incipit eũ nutrire, uigilare, lachrimas audi, re die noctuque &c. Tertiò quia unicus filius, si habuisset alios non tantum doluisset de unico filio. Hier 6 Luctum unigeniti fac tibi planctum amarum. Quartò quia erat uidua. Viduę sępe decipiuntur, quia sunt sine uiro. Esa. 1. Defendite uiduam. In quo Euangelio de Viduitate prędicabimus. De qua tria sunt uidenda.

Primum dicitur obseruationis.

Secundum dicitur, commendationis.

Tertium dicitur, regulationis.

Circa primum. Quęritur dubium. Vtrum melius sit post primum maritum seruare uiduitatem, quam transire, & celebrare secundas nuptias? Circa hoc fuere duæ opiniones: una quòd sic: alia quod non. Prima dicit quòd sic, quia mulier est in periculo infamiæ, & cauere potest, cum sit priuata consortio uiri. Eccl. 4. Ve soli. Et idem: Vnus quomodo calefiet. Idem. Si unus ceciderit ab alio fulcietur. Alia opinio dicit quod non, quia est magis libera ad seruiendum Deo & amare illũ. Quæ conclusio probatur triplici rõne.

Primò ratione castitatis. Secundo ratione charitatis.

Tertio ratione libertatis.

Primo &c. Vna est maxima Theologorum, quòd inter omnia bona mulieris, maximum est honestas corporis. Eccle. 36. Non est condigna ponderatio illius. Prou. 22. Qui diligit cordis mundiciam, diligetur a domino, quam sic requirit Deus a creatura, Lac. 6. cap. 1. Nihil enim sancta, & singularis illa maiestas aliud ab homine desiderat: quam solam innocentiam, quã si quis abstulerit Deo: satis pie religiose que litabit. Vidua enim tenet gradum mediũ inter uirginitatem, & matrimonium, ut patet in gl. super uerbo Continentes. De summa Trin. & fi cath. Vnde mulier, quæ post mortem primi uiri uult secundum, ostendit signũ incontinentiæ

continentiæ propriæ carnis. Ideo Apostolus de his incōtinentibus uiduis. 1. ad Timo. 5. Viduas deuita. s. luxuriosas, cum enim luxuriatæ fuerint in Christo nubere uolunt. Iō Hierony. 1. contra Ioui. dicit. Fœlix & pudica mulier, nūquam præter semel nubit. Ideo Valer. lib. 2. de Romanis mulieribus dicit. Quod illæ quæ erant contentæ uno matrimonio: corona lauri in signum pudicitiæ coronabātur. Ad hanc seruādam inducuntur uiduæ exemplo turturis, q̄ ut dicit Philip. de natu. rerum. Amisso compari suo stat in nido gemendo, non discurrit, & nūquam alteri associatur. Vnde Amb. in exa. Discite mulieres quanta sit gratia uiduitatis, quæ etiam in auibus prædicatur. Sed nota quod non ob hoc damnantur secundæ nuptiæ, aut tertiæ quādo sunt licitæ, quia ut dicit Th. in 4. dist. 42. & Pet. de Palu. Quod post mortem coniugū uiri aut mulieris, tollitur impedimentum primi matrimonii: ita quod si aliquis suscitaretur à mortuis, nō amplius redire posset ad uxorem uiuentem, quia non esset sua, nec ille uir suus, nisi denuo contraherent matrimoniū. Vnde Lazarus resuscitatus nō potuit redire ad pristinam uxorem, nisi iterum firmato matrimonio. Ideo Apostolus. 1. Corin. 7. Si dormierit uir, liberata est mulier a lege uiri, cui uult nubat tantum in domino. Sequitur propositum. Beatior tamen erit si permanserit secūdum consilium meum. s. in uiduitate, quia talis obtinet honorem apud mortales. Ideo Hiero. ad Geruntiam di. Si mulier primum maritum perdiderit: societur. 2. & 3. & si ille dormierit, in quartum quintum q; procedat, ut nihil desit, quo a meretricibus differat. Omni ratione uiduæ prouidēdum est, ne castitatis excedat primos limites. Quid ergo? dānamus secunda matrimonia? Minime, Sed prima laudamus. Ille. Quod ostendit in eadem epistola p exemplum illius Romani q habuit 20 uxores, & de muliere quæ habuit 22. uiros. Qui ambo copulati in matrimonio, de qb. fuit magna expectatio in populo, quis prior portaretur ad sepulchrum. tandem uicit uir. Et iocando cā ad sepulchrū nominabat omnes incipiens a prima. O Catherina. O Lucia. O Ioanna &c. Vnde patet prima. Secūdo ratione &c. Quia mulier signum maioris amoris ostēdit ad primū uirum,

rum, non accipere secũdum. Et rõ Phi. 8 Ethi. Quod perfe-
cta amicitia nõ est nisi ad unum. & Ec. 9 dr̃ de amico uno,
& primo. Ne derelinquas amicum antiquum: nouus. n. non
erit similis illi. Cõter amor primi uiri, excedit oẽs amo-
res aliorum uirorum: et dulcior & suauior. Ad propositũ.
Mulier quæ non accipit uirum secundum, oñ hic maiorem
charitatẽ primo: ad quod inducũt mulieres exemplis Pa-
ganorum. de quib. Hiero. contra Iouin. scribit. 1. de Valeria
Ro. Cum cogeretur accipere secũdum uirum, mortuo Ser-
uio uiro Respõndit se hoc facere nõ posse: quia primus ad-
huc in mente uiuebat. Et de Marta unica filia Catonis, cũ
nollet amplius nubere, & uirum defunctũ flere. Interroga-
ta a patre quandiu luctus ille duraret. R ñ. quãdiu uixero.
Et Val. 1 4. dicit de Portia filia Catonis, quę mortuo uiro
suo Bruto: carbones accẽsos comedit, ne superuiueret post
mortẽ mariti. Et de filia Darii Rodoguna: quæ occidit nu-
tricem suadentem sibi accipere secũdũm maritum. & de Ar-
themisia uxore Mausoli regis Cariæ, quæ tantum amauit
maritum mortuum sicut uiuũ. Vnde in signum amoris, fe-
cit tam speciosum ei sepulchrum, ut usq; nũc omnia specio-
sa sepulchra uocitentur Mausolea. Et de Cicerone ponit
Hier. q. repudiata Terentia rogatus est ab Hircio, ut soro-
rem suam duceret. R ñ. se non posse. Non possum, inquit, &
uxori, & Philosophiæ operam dare. Ideo Hier. Ponit Athlã
tam Calydoniam, ut semper uirgo esset, fecisse in sylus, & de
sybilla quæ decem fuerunt, teste Varrone, meruisse diuina
tionem in præmium virginitatis, cum quo Tho. 3. di. 25.
Tertia & c. Inter alia bona hoc unũ est. s. libertas. de iure.
ff. de reg. iur. l. Libertas. insti. Ex quib. cau. manu. non pos. §.
Sed cum libertas. & ff. de fideicom. lib. l. Pax. Nihil gratius
patiatur libertate; & per oppositum. Nihil est uilius seruitu
te. In authen. de nuptiis. §. Si uero. Seruitus morti æquipe
ratur. Et Cicero de natura Deorum. Miser us seruitute;
quid possumus excogitare? Et quidam uulgaris. Soror
mea secundum rationem dixisti ueritatem. Nil melius, po
test inueniri, quam libertate frui. Ad propositum. Vidua
hoc bonum habet, quod est libera. Et si uult accipere se-
cundum uirum, xponit se periculo, ut inueniat secundum

extraneum,morosum,& fatuũ. Vnde Hiero. ponit supra de quadam Romana Ania. Cũ rogaretur a propinquo ut secũdo nuberet. Respondit se nõ facturam, quia bonum habuit, & si secundum acciperet. Aut bonus esset, aut malus. Si bonus semper timeret amittere. Si malus semper esset in dolore, quæ primum bonũ habuisset. Et uere sic est Ad hoc facit exemplum eiusdẽ Gieronymi, & uiduis cõsilium. De sancta Melania, quæ dum fleret uirũ mortuum, nũciata est ei mors duorũ filiorũ. Ad Iesu prouoluta pedes, quasi ipm teneret arrisit dicẽs. Expeditius inqt tibi seruitura sum dñe, quia tanto me onere liberasti. Ad quod facit exẽplum Didonis uiduæ, q̃ fuit filia Beli filij fęnicis regis fęniciæ. Existens puella pulcherrima, fuit data in sponsam Sicheo Mortuo patre qui erat sacerdos Herculis. Hic Sicheus existẽs dicissimus, fuit præ auaritia occisus, a suo cognato Pigmaleone. Et ablato furtim thesauro, & nesciens aduersum casum interuentum marito Sicheo, quęrens cum omni diligẽtia, illum inuenit: quæ cũ maximo populo se posuit in naui, & deuenit in Aphricam, ubi applicata, & existẽs requisita cũ patrioti, deberet in illa parte habitare annuit. Et ita uenit i hoc fœdere emere posset tantum terrenũ quãtum ipsa posset circumire cum uno corio Taurino. Quod minutissime, incidens circumdedit cum ipso grandem quãtitatem terreni. In illo ergo ædificauit urbẽ, quam a charta denominauit Cartaginem, & sua arte dicta est Birsa. Dcũ ergo Chartaginem ędificasset, & ipsa regnans in habitu uiduali, secũdum paterna leges. Iarbas rex Massiliensiũ, destinauit sibi suos proceres petẽs p uxore, additis minis belli, nisi annueret, ubi multum ipsam reginam distringebant, debere exequi uoluntatem Iarbæ, saltem pro salute nouæ urbis. Dido ppter suũ dilectũ maritũ, erat disposita potius oẽ supplicium pati, quàm accipere maritum. O fides, uiduæ, ubi cępit tempus ad respondendũ, in quo ipsa disponens omnẽ rem, quæ utilis esset urbi. Tandem construxit unam grandẽ pirã, super quã dum uenisset tempus respondendi, ipsa fecit poni cineres Sichei sui mariti, & suã uestẽ, & suũ ensem. Postea saliendo super illã uoluit se suis ciuibus Carthaginensibus, dicẽdo. Optimi ciues, ut uultis ad uirum meũ uado.

Et dando sibi de cultello in suo pectore, supra cineres mariti cecidit mortua in terra. Et hoc modo conseruauit suam uidualem pudicitiam. Vñ cõsulo uiduis, per has rõnes, ut in uiduitate permaneant. Patet primũ Secundũ dicitur cõmendationis. Commẽdabilis redditur status triplici rõne.

Primo rõne uisitationis. Secũdo ratione acceptationis. Tertiò ratione præceptionis.

Primo &c. Quia Deus uisitauit illas sepe gratiosissime ex amore spirituali, quod patet exemplis scripturæ. Primo de Iudith. c. 8. Quæ habitaculũ fecit ĩ domo sua, post mortem uiri, in quo Deum orabat. Vbi sciendum est. Cum Nabuchdonosor rex Assyriorũ expugnasset regem Arphazath, creuit sibi animus, & deliberauit subiugare ĩperio suo totũ orbem. Quapropter accersito Holoferne Duce suæ gentis bellicæ, pręcepit ire ad bellũ, nec parceret alicui regno aut urbi. Vbi cepta Cilicia, & Mesopotamia, incussoque grandi terrore mentibus populorum, in modum quòd quisq; se faciebat illi subiectum. Audiẽtes hoc filij Israel fecerũt grãdem pręparationem in plano, & montibus. Hec audiẽs Holofernes ualde iratus dixit. Nullum Deum esse fortiorẽ in mundo Nabuchdonosor. Vñ præcepit seruis suis, ducerẽt eũ in Betuliam urbem Israel. Audiens populus urbis, cũ lachrymis cœpit orare Deũ. Holofernes interim ordinauit expugnare Betuliã. Erat Betuliæ uidua dicta Iudith, uxor quõdam Manasse, quæ dixit populo ut oraret. Hæc lauit se odoriferis aquis, uestiuitque pannis gaudij, de terra exit, captaque est a custodibus Assyriorum. Petita est quæ esset. Respondit se Hebræam, fugereque ruinam terræ, & ob hoc uelle alloqui Holofernem, ut eum doceret uiam, qua ciuitas caperet. Visa illa, philocaptus est de illa, inuitauitq; se cũ manere. At illa. Non possum, ne peccẽ, oraui, quod ipsi in liceret sibi ire in cameram suam ad eius libitũ. Quod factũ est. Quarto diẽ sui aduẽtus, fecit Holofernes splẽdidã cenã, iussitq; uni Eunucho, ingeniaretur, ut Iudith dormiret secum in nocte. Iudith finxit quòd sic. Sed cũ aduenisset nox, Holofernes fuit ebrius dormientum Iudith ipsi dormienti caput præcidit, sicque aufugit, & sic liberauit populũ Dei. Hoc priuilegium uiduæ non coniugatæ fuit. Præterea Luc.

2.de Anna prophetissa leg t,q usque ad annos.84. uenit, quæ uixerat cũ uiro suo annis septem, i uirginitate sua. Et hæc non discedebat de templo ieiunij, & orationibus seruiens Deo. Huic Iesus paruulus præbuit se uidendũ. Nõ immerito,q cũ uiduæ sint priuatæ uisitatione uiri,uisitant a Deo. Sed in mente mea cogito. Vnde hoc q Deus sic uni uiduæ simplici filiũ suũ,ostendere uoluit? Ad quod Dñicus Tolosanus,dt. Qd diuinæ uisiones,fiũt simplicib. uiris,ut Natiuitas Christi pastoribus.Sic & huic uiduę. Vñ ii Christus hodie uidẽs uiduã flẽtẽ misericordia motus est.Quod de aliis mortuis nõ dic t Prętcrea,& propheta.Helias missus est ad uiduã in Sareptã Sydoniorum, ut eã nutriret cũ filio,tempore famis.Vnde patet &c.Secundo rõne &c.Accepta enim bona illorũ qtũlibet minima,ut patet Luc.21 de uidua,q duo minuta obtulit i Gazophilatio. De qua Hiero.ad Iulium, Paupercula uidua, q duo æra misit in gazophilatio,cũctos in oblatione munerũ dicitur superasse.Pręterea accepta orationes earũ Exo.22. Si clamauerũt ad me exaudiã clamorẽ earũ Super quo Glo.dicit Quod quatuor sunt peccata,quę clamãt ad Deum,Primũ est Homicidii.Ge.4.Vox sanguinis fratris tui,clamat ad me de terra. Interpone exẽplũ.s.Vicẽtii,qui dũ prædicaret in Marchia, suæ prædicationi intereat quidã,qui fratrem suũ occiderat, quẽ in domo sub uegete sepelierat,Sanctus Dei prędicãs, spiritu prophetico repletus, huic minatus est dicens,quòd Deus suum peccatum aliquãdo aperiret.Deum quodã die fratricida ille,emisset caput uitellinum,referretque domũ caput cruorẽ emittebat,cadebatque in terrã.In itinere, obuium habuit Barisellũ,uidensq; cruorẽ cadentem illũ interrogat,quid hoc esset?ille pondit ille.Caput esse uitelli edẽdũ Ostende inquit.Dũ palliũ leuasset,nõ caput uitelli,sed fratris occisi apparuit, Captus ductus est ad torturã,unde cõfessus est peccatum.Vnde postea a iustitia occisus est.Secundum est,detinẽtium mercedẽ laboratorũ.Iac.2.Merces operatorũ,quæ fraudata est a uobis clamat,& clamor eorũ in aures domini sabaoth introiuit,Vnde o mercator,solue debitum statim laboratori.Prouer.3. Ne dicas amico tuo uade,& reuertere,cras enim dabo tibi, cũ statim possis da

re.Et

rè. Et Deus Leu. 19 Nõ permanebit apud te opus mercena rij tui usque mane. Tertium est peccatum Sodomitarum: Gen. 18. Clamor sodomorũ multiplicatus est nimis. Quod uitiũ reprobatur per omnes leges Primo diuinali. Le. 22. cano. 24. q. 3. c. Hoc ipsum § seq. 3. Ciui. ut patet. C. de extraordi. crimini. l. Qui puero. Quartũ est oppresio Viduarũ. Exo. 22. Viduæ nõ nocebitis & pupillo, si leseritis eos, uociferabunt ad me, & ego exaudiam eos. Eccle. 25. Lacrimæ uiduæ ad maxillam descendũt, & a maxilla, ascẽdũt usque ad cœlũ. Tertio ratione &c. Omnibus dedit Deus præceptum. Regibus, aduocatis, procuratoribus ut super causas Viduarum intẽdãt, neque eas opprimãt. Clama. O pretorè huius ciuitatis O aduocati huius terræ, ad uos clamo. Esa. 1. Quærite iudicium, subuenite oppresso, defendite Viduã: quia Iaco. 1. Religio munda, & immaculata apud Deum, & patrem hæc est: Visitare pupillos, & Viduas in tribulatione eorum. Exẽplum Iob. 29. Cor uiduæ cõsolatus sum. & Hiere 22. Viduam nolite contristari. Quod sancti fecerunt, ut Siluester Papa. Grego. Ambrosi. Qui nomina uiduarum in scriptis uolebãt, & eis alimoniam mittebant, sed ue mũdo, quia hodie uexantur, spoliantur, rapiuntur in bona illarũ: Et quod deterius est, ultra damnum rerũ, tollitur eis fama: Taceo alias molestias quæ eis fiunt. O persecutores Viduarũ. O lupi rapaces. O crudeles aduocati, uerificatur de uobis illa sentẽtia Esa. 1. Principes tui infideles, socii furum. Quod contra Deut. 25. Maledictus qui peruertit iudicũ Viduæ, & dicet omnis populus Amen. Prædica in uerbo male dictus. Ab angelis, Ab archangelis. Dic pomnes status. Vn de patet &c.

Tertiũ &c. Tres sunt regulæ quas Viduæ seruare debẽt.

Prima dicitur mortificationis.

Secunda dicitur conuersationis.

Tertia dicitur deuotionis.

Prima dicitur &c. Debent esse mortificatę. In habitu. In orationibus. In ieiunijs. Philippen. 1. Mortificate mẽbra uestra. Vbi nota secũdum Aug. quod tria sũt genera Viduarũ. Primũ quod intẽdit epulis, & delitijs, quę sunt malæ 1. Timo. 5. Vidua q̃ in delitijs uiuit, mortua est. O quot sunt

quæ macerant se: & sub habitu nigro, habent magnā uanā gloriā. Secūdum genus est, quæ intendunt curæ domus, & filiis educādis, & hæ bonæ sunt. De qbus Apostolus ubi supra. Si qua vidua filios: aut nepotes hēt, discat primum, domū suā regere hoc.n.acceptū est Deo. Tertiū genus est q̄ die noctuq; intēdit cōtēplationib. & hæ sunt optime. Apostolus ubi supra. Viduas honora, quæ uere uiduæ sunt. Exēplo Virginis uiduæ, quę loca filii uisitabat. De qua Hiero. Si scire uolumus quid Dei genitrix, post Christi resurrectionē, anteq̄ cœlos ascēderet agebat. Sine dubio loca Natiuitatis, Passionis, Sepulturę, Resurrectionis, Ascensionis frequēter uisitabat, & in eis lachrimas fundebat, & oris sui sanctissimi, oscula imprimebat. Ille. Secunda regula &c. Debent namque uitare conuersationem hominū, non solū secularium, sed Religiosorum, ac quorumcunq; marīū. Et hoc rōne periculi. Hiero. dist. 32.c. Hospitiolū tuū aut raro, aut nunquām mulierū pedes terāt, quia non pōt cū dño toto corde habitare, qui mulierū accessibus copulatur. Et Ber. Cum mulieribus habitare, & de mulieribus nō cogitare, plus est q̄ mortuū suscitare. Et sanctus Benedictus nec cum sorore loqui uolebat, & Aug. nec filia fratrū uolebat in domo. Ad qd̄ facit exēplū Leo Papæ. Cum enim manus eius quædā mulier ex deuotione esset osculata, uenit sibi magna tentatio. Propter qd̄ Spiritusancto dictante manū abscidit, sed uirgo postmodū restituit. Præterea in chronica ordinis. Reprehendēs Magister Iordanus quendam nouitiū, quia tetigerat manus mulieris. Respondit ille. O p̄r est bona mulier. at ille, Terra bona est, & aqua bona, tamē ex utroq; se contingente fit lutum. Viduæ ergo debent cauere conuersationes hominū. Vñ Apostolus circa hanc cōuersationē, docet Viduas tria capitula. Primū est, ut sint in oratione deuotę. Apostolus ubi supra. Quæ autem uere uidua est speret in Deū, & stet in orationibus. Secundū est, ut non sint ociosæ. Tertiū est, ut nō sint uerbosæ. Quæ uerbositas & si sit reprehensibilis in uiris, præcipue in mulierib. maxime Viduis, quia priuatæ propriis uiris, debent parū loqui. In 1. Pol. Silentiū mulieri præstat ornamentū. Vnde Alber. libr. 4. compen. c. 3. Laudat Virginem quod solum

quinque

quinque uicibus locuta sit. Sed heu, quia plures nō cessant circumire loca hincinde. Et cito post mortē uiri:anno nō completo alium quærunt. Facetia de illa uidua quæ mortuo uiro,uidebatur desperare. Vocatus ego ad ipsam cōsolandam iui. Cum ei dicerē, non turbemini, quia dabimus alium pulchriorē. Illa subridens, totum lamentū a se abiecit. Tertia regula &c. Debēt esse deuotæ. Deū timentes, cœlū cupientes. Et merito quia sponsum carnalē amiserunt, quo amisso debēt quærere cœlestem. Ideo Apost. ubi supra. Quæ uere uidua est, speret in Deum. Practica. Speret in Deum, quia immortalis, quia nō fantasticus, quia pulcher, quia diues, quia sapiens, quia fortis. In quo sunt omnes thesauri absconditi, & speculum sine macula. Candidus & rubicundus, & præ filiis hominum speciosus.

Feria VI. quartę hebdomadę quadrag. De amore coniugali. Vel de Laudibus Mulierum.

ERat quidam languens Lazarus a Bethania de castello Mariæ, & Marthe sororum eius. Ioan. 11. Cū quadam uice prædicaret Christus Hierosolymis, & inter cætera diceret. Ego & pater unum sumus. Iudæi ipsum cum discipulis uoluerunt lapidare, sed ipse de manib. eorū euadens, abiit trās Iordanē longe a Bethaniam per dietā. Cum autem ibi esset, uidelicet in deserto Ephrem, ut dicit glo. Interim Lazarus infirmatur. Miserunt sorores, uitam fratris desyderātes, ad eū dicentes. Domine: ecce quē amas infirmatur. Quare non dicunt. Veni. respondet Augus. Sufficit amanti, nunciare necessitatem amici. Iesus autē dixit eis. Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut filius glorificetur per eam. Diligebat autē Iesus Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum. Hoc dicitur ad ostendendum, ꝙ non oportuit, ꝗ Maria, & Martha irēt ad Christum personaliter: sicut Regulus. De quo Io. 4. Quia Christus erat familiaris Lazaro & sororibus eius, & ibi frequenter hospitabatur. Vnde mā sit Christus ibi duobus diebus. Quod factum, secundum Augustinum, est donec Lazarus expiraret, sepultus iaceret, & sic miraculū clarius appa-

reret. Quarta autem die dixit discipulis suis. Eamus in iudæam iterum. Dicunt ei discipuli, timêtes in iudæam reuerti. Rabi nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc? quasi dicant, nec nobis securum est? Respondit Iesus, eos scilicet assecurando. Nonne 12. horæ sunt diei? q d. Si tunc habebant uoluntatē lapidandi, modo non facient, quia mutato tempore, potest uoluntas mutari. Talis modus loquendi est apud oēs. Vel sic: Nōne 12. horæ &c. Horæ sequūtur diem, non dies horas. Et uos estis horæ, iō debetis diē sequi. Sequitur. Lazarus amicus noster dormit. Quare mortem uocat dormitionem? Rñdet glos. Quia sicut est facile dormiētē, suscitari cito a somno, sic Christo a somno mortis. Sed uado ut a somno excitē eū, quia facilius ē Christo suscitare mortuū, q̃ alteri suscitare dormiētē. Dicūt discipuli. Si dormit saluus est, quasi dicāt Ex quo dormit signū est suæ curationis. Vnde nō est necesse quod tu uadas illuc. Putabant dictū Christi de dormitione materiali. Tunc exprimit mortem ipsius Lazari dicens. Lazarus mortuus est, & gaudeo, non de eius morte absolute, sed ꝓpter uos, ut uidentes eius suscitationem, in fide cōfirmemini. Audiēs Tho. uerba Christi: dixit sociis suis. Eamus nos, & moriamur cum illo. Gl. Verbum fuit amoris. Inuenit Lazarum in monumento quatuor dies habentem. Occurrit ei Martha. Domine si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. Glos. Apparet quod credebat ipsum posse præseruare fratrem suum a morte: tamē imperfecte credebat, quia uidetur innuere, quod non posset tantum absens, quantum pñs, sed & nunc scio quia quæcunque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Respōdit Christus. Resurget frater tuus, sed illa intellexit, hoc de futura resurrectione. Vñ subdit. Scio q resurget in resurrectione ī nouissimo die. Rñdet Iesus. Ego sum resurrectio & uita. Qui credit in me et si mortuus fuerit uiuet, & omnis qui uiuit, & credit in me, nō morietur in æternum. Credis hoc? Rñdit. Vtique dñe, quia per uerbum Christi fuit instructa plenius de fide, q̃ ante. Abiit cito, & uocauit sororē suā, & eā ad Christū adduxit. Illa autem ad pedes procidens dixit uerba similia Marthę. Dñe si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Dixit ei: Vbi posuistis

dum, fuit uerbum pie compassionis. Lachrimatus est Iesus. Rô: quia ipsum de tuto statu reducebat ad præsentem miseriam. Exclamauit. d. Lazare ueni foras, quare clamauit nomine proprio? Rñdit Tho. Altius clamauit ut refrenaret ora gentilium, fabulãtia in tumolis latitare animas defunctorum. Quare alta uoce dixit; Lazare ueni foras? quasi ad uocaret de lõginquo. In hoc Euangelio erit sermo? de Laudibus Fęminarum. Vbi tria uidebimus.

Primum dicitur cordialis dilectionis.

Secundum dicitur humanalis correctionis.

Tertium dicitur honeste instructionis.

Primum dicitur &c. Conclusio est meorum Iurista. ff. de arb. l. Si unus, & C. de uete. iur. enu. l. 2. Quod pp proprietatem, & hoc meum, & tuum uenerunt discordiæ & litigia. Vnde Sen. li. de qu. tuor uirtutibus. Quietissimã uitã agerent homines in terris, si hæc duo uerba a natura omnium rerum tollerentur: Meum, & Tuum. Propter hæc inuentę sunt leges. Iura ciuilia. Aduocati, Procuratores, Rectores, Notarii, Officiales. Ex hoc uerbo meum, & tuum, ueniunt lites, discordiæ, rixæ. Ex hoc meum, & tuum cõmittunt omnia mala. Vnde Luca in 3. Certamen mouistis t pes. Quot sunt mortui? Filius nõ respicit patrem, amicus amicum. Et propter hanc causam, antiqui Philosophi, singulariter Socrates, ut ponit Philosophus 2. Pol. Et Plato in Politica sua, & plures alii, ut habetur 12. q. 1. cap. Dilectissimus, Vt lites, & discordiæ & omnia mala tollerentur, & omnia in pace uiuerent, uoluerũt oia esse communia. Possesiones, campi, aurum, argentũ, & omnia. Et quia pręcipue lites, & discordiæ maximæ excitantur pp mulieres. Vnde Lactan. in 3. Nulla uehementior discordiarũ est causa, q̃ unius fœminæ a multis maribus appetitio. Et Iuuena. Nulla fere cã est, in qua non fœmina litem, mouerit. Et Orige. Homelia Chananeæ. Mulier caput peccati, arma Diaboli, expulsio Paradisi, mater delicti, corruptio legis antiquæ. Et Eccle. 25. A muliere sumpsit initium omnis perditio. Vnde & Plato prout Lactan. 3. & Laertius in uita sua ponunt, de quatuor agebat gratias naturæ. Primô, quia nõ erat Barbarus, sed Græcus. Scdo, quia non erat bestia, sed hõ rõnalis.

Tertio: quia Athenienfis, non Thebanus, & quod natus tẽpore Socratis. Quarto, quia nõ erat mulier: sed hõ masculus. In scđo de generatione. Mulier ẽ mas occasionatus. Et ideo ut tales lites amouerentur, uoluerunt mulieres esse cões. Cuius opinionis fuit Nicolaus, unus de septẽ diaconibus. Vt ponitur 24. q. 4. c. Quidam. Quẽ errorẽ prius posuit Plato secundum Tho. 3. contra Gẽt. Vnde tales negauerunt matrimonium, & coniugium. Contra quã opinionẽ instant Doct. triplici medio, ostendẽtes hoc eẽ incõuenientẽs.

Primo ratione.

Secundo authoritate.

Tertio exemplo.

Primò ratione duplici. Prima honoris. Secũda dilectionis. Prima &c. Filii tenẽtur honorare parentes. Exo. 21. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Et 21. Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Ephe. 6. Filii obedite parentibus. & C. de patria potesta. l. Congruentius. & ff. de ius inuocando. l. Genera. Quæ est ratio? Propter esse quod ab ipsis habent. Quod quidem esse, tam grande bonum est, ut sit fundamentum omnium aliorum bonorum. Nam qui non habet esse, nullum aliud bonum habere potest. Non diuitias, non gloriã, non famam, nõ scientiam, non uirtutes, non gratiam, non uitam æternam. Ipsum etiam esse ab omnibus est desideratum. Vnde Arist. 2. Animę. Omnia appetunt esse, & illius causa agunt, quęcunque agunt, secundũ naturam. Propter hoc bonum a parẽtibus habitum. lib. de Hebdomadibus. Boetius dicit. Omnium bonorũ, ipsum esse bonum est. Ideo Aristo. 9. Ethi. Diis & parentibus & magistris, non potest reddi æquiualẽs. Defer o fili mi, patri & matri grandem amorem, & reuerentiam, quia habuisti ab eis digniorem rem huius mundi. Ad propositũ ergo si omnia essent cõia, maxime mulieres, & nullum esset matrimonium, parentes non discernerentur ab aliis, filius non cognosceret patrem, nec filia matrem. Et econtra existentibus omnibus communibus, & deficiente ista cognitione: ꝑ consequens deficeret honor, & reuerẽtia. Quia ut dicit Philosophus 3. Animæ. Voluntas nõ fertur nisi in bonũ præcognitum, & in 6. Ethic. Omnis doctrina est de pręcognitis.

& August. 10. de Trin Firm. ssime nouimus, amari nisi no. ti non posse. Ideo non omnia debent esse cōia, sed quisq; habere sua propria. Secundo ratione &c. Naturaliter parē tes diligunt proprios filios. Vnde Philo. 8 Ethi. Generantis ad genitum, naturaliter est amicitia. In 6. Polit. Amicitia est secundum naturam generantis ad genitum. Et de hoc est lex ciuilis. l. fi. C. de curat. Furiosi. Nullus est amor qui uincat amorem parentum. Ex hoc pater hac atq; illac discurrit, ut filium foueat. Non timet æstum, nec calorem, nec aliquod periculum. Ad propositum. Si non esset matrimonium, sed omnia essent communia, eadem ratione, & parentes non cognoscerent filios. Et deficiente hac cognitione parentes non nutrirent filios, non nutriri deficerēt, & per consequens mundus deficeret. Vnde apparet opinionem illorum non esse bonam, & non posse stare. Quapropter uenerabilis Beda super illud Ioan. 2. Nuptiæ factæ sunt &c. Detestans eos etiam ipse qui detrahebant matrimonio dicit. Porro Tatiani, & Martionis, cæterorumque qui nuptiis detrahūt perfidia, quā sic damnabilis insinuat, Si enim thoro immaculato, & nuptiis celebratis, debita castitate culpa inesset, nequaquā dominus ad has uenire, nequaquam eas signorum suorum initiis consecrare uoluisset. Ille. Hoc sanctum matrimonium fuit institutum ab omnipotenti Deo in Paradiso terrestri. Gen. 3. Quādo clamauit. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Nō erat opus o Deus dicere hoc, quia hæc ciuitas tibi obediēs fuisset. Mundus est plenus spuriis, & Christus hoc ratifi ans. Matth. 19. Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Dixit uxori: non uxoribus. O concubinarie. Cui non sufficit una mulier. In quibus uerbis notatur strictissima coniunctio amoris, inter uirū & uxorem. Vnde Apost. Ephe. 5 Viri diligite uxores uestras. Ad quem amorem inducimur triplici medio.

Primo exemplo sanctorum. Secundo paganorum.
Tertio figura.

Primò &c. Gene. 3. de Abraham, qui tantum dilexit Saram uxorem suam, ut ipsam uocaret sororem, non uxorem. Dic inquit quæso quod soror mea sis. Quādo ibat ad Pharaonem.

rationem. Preterea Gen. 30. de Iacob qui tantum amauit Rachel, ut pro ea sustineret frigus & tribulationes. Vnde dicebat de se. In die non urebar estu, & in nocte gelu. Sed uidebantur ei dies pauci prae amoris magnitudine, nō alia rōne o Iacob, nisi quia illam diligebas. Secundo exemplo Paganorum. Refert Vale. li. 3. c. 6. de amore coniugali. de Tiberio Gracco qui duobus anguibus apprehensis. s. masculo & fęmina, certificatus per aruspicem, q͡ dimisso masculo uxor suā cito moreretur, dimissa foemina ipse moreretur, statim foeminā dimitti iussit: tūsq; in cōspectu suo seipsum interitu serpentis occidi. Praeterea de Mitridate qui uxorē Hipsicrateam tantum amauit, q͡ non poterat pati priuari praesentia sua, nec per horam. Vnde ex hoc ipsum insequebatur tonsis capillis in bellis induta habitu uirili, & uirū fugientē ab inimicis, in armis sequebatur eū per loca deserta: Praeterea de Marco Antonio erga Cleopatrā, qui filare uisus est cum ea. Preterea de Cn. Planco, qui uidens uxorē mortuam, rediens de bello, prae lachrimis in funere defecit. Praeterea de illo, qui uxorem in ferculo uidit mortuam dum esset in praelio, intelligens uero hoc, reuersus est domum, & cineres extumulari fecit, & cineres illos omni ferculo imponebat. Vnde ipse simul cū filio, oēs comederūt. Praeterea de M. Planco, qui uidens uxorem mortuam, ui amoris aperuit sibi cor ungulis. Praeterea de Egeria uxore Numae Pompilii. De qua Ouid. 15. Metamor. Ipsa mortua non ualens sustinere tantum dolorem, syluam abiit, ibi lachrymans uitam suam uiduatā. Si ergo Romani hoc fecerūt, & Pagani, quare non magis christiani? Tertio. Figura de anulo, qui datur uxori in signum amoris, habet quatuor conditiones.

- Prima est aureus.
- Secunda est rotundus.
- Tertia in quarto digito.
- Quarta quod sit tantum unus.

Prima est &c. Quia sicut aurum excellit omnia metalla: ita amor uiri debet excedere omnes amores, respectu uxoris. Vnde Tho. 2. 2. q. 26. dicit. Quod plus reuerentiae debetur patri: sed maior amor uxori. Secunda q͡ sit &c. In signū

q nunquam debet habere finem, nisi per mortem, postquã semel coniuncti sunt. Tertia q sit &c. Quia est ibi quædã uena, quæ procedit a corde in signũ fidei, ut dicitur 30. q. 6 cap. Fœminæ. Quarta q unus, ut ostẽdatur amoris singularitas, quia in omnibus uult homo societatem. Sene. Nullus eligeret esse solus. Tull. Natura nihil solitarium amat. In 6. Et hic. Homo solitarius, aut Deus est, aut bestia. In omnibus ergo amicitiam uult homo, nisi in amore uxoris? Noli me tangere, nisi forte sit aliquis infamis. Diligite ergo uxores uestras. Sed forte dicis. Cum uera amicitia fundetur in bono utili, delectabili, & honesto, ut habet Tho. 2.2.q.22. Et Tullius de Amicitia. Et Philosoph. 8 Ethic. Cuius utilitatis est uxor in domo? Respondeo quòd ab ipsa sunt infinita bona. Ecc. 36. Qui possidet bonam mulierem, inchoat bonam possessionem. Bona possessio dat sustentamentum homini. In eod. 25. Beatus qui habitat cum muliere sensata. In eodem. Mulieris bonæ beatus uir. Eccl 7. Noli discedere a muliere sensata, gratia uerecundiæ illius super aurum, non est aliquod ornamentum in domo, quod ei merito possit comparari. Non aurum, non argentum. Illa est, quæ patrem, & matrem, parentesq; omnes relinquit, & intrat domum tuam sub moribus tuis, quæ es bestialis. Hæc est, quæ frumentum ordinat, pannos lauat, lacerata restaurat, columna est uiri & filiorũ. Quis ordinat bonum? quis filios? Vere mulier. Si plãgis, plangit, & ipsa, si infirmaris & ipsa. Cibum non capit, somni oblita, quiescere nescit. O quot sunt qui ab uxoribus sustẽtãtur. Ideo Eccl. 35. Vbi non est mulier gemiscit æger. In huius figuram Gene. 2. dixit dominus. Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi. Dubiũ quæritur. Quis plus amat? Respõsio quod mulier, quia mulier est dulcior corde, quam homo. Secundum dicitur &c. Cum mansuetudine debet corrigi, non cum tyrannide, nec cum asperitate, seu austeritate, non cũ amaritudine, sed dulcedine 23. q. quæst. ult c. ult. Maritus debet habere uxorẽ in dilectione, & debita disciplina. Et Philosophus lib. Icon. Vir non debet fœminæ iniuriari, nec fœmina iniurietur sibi. In huius figuram, ut dicit Magister in 4. distinct. 18. Mulier

Her non est formata de capite uiti ne uideretur domina. Vnde Asculanus. Familia mihi displicet in qua gallina canente, gallus tacet. Vnde Prouer. 31. Per tria mouetur terra: & quartum quod non posset sustineri. Per seruum cum regnauerit. Per stultum, cum saturatus fuerit. Per ancillã, cum fuerit hæres dominæ suę. Et per odiosam mulierem: cum in matrimonio fuerit assumpta. Ille. Quatuor sunt quæ expellunt hominem de domo Fumus, Ignis, Aqua, & mala mulier. Præterea non est facta de pedibus, ne uideretur ancilla esse. Sed de costa ut esset socia uiri, & solatium. C. de crimine expilatæ hæreditatis. Vxor est socia uiri. & si quãdo errat: q1 omnes sumus defectuosi: iuxta illud Iac. 3. In multis offendimus omnes. Debet corrigi cum mansuetudine & benigne: non cum confusione, uel uerecundia: aut publice contemptibiliter arguẽda. Vnde Varro in satyra, quę Menippea inscribitur dicit. Quod uitium cõiugis aut tollendum, aut ferendum est Qui tollit uitium, commodiorem coniugem præstat, qui fert semel, efficit meliorem. Vñ ponit Aulus Gellius lib. 1. Noctium atticarũ. Quod cum Euripides interrogaret Socratẽ: cur Xantipem uxorẽ suam litigiosam: & quæ nunquam cessabat bruntulare per domum, non fineret? Respõdit, cum talem domi perpetior, assuesco & exercitor, ut cæterarum quęque petulantiam & iniuriam facilius feram. Sed nota secundum Albertum super Lucam. Tres sunt species mulierũ. Quædam sunt suspectæ. Quædam mediæ. Quædam sunt probatæ. Primo &c. Istæ sunt arcẽdæ & disciplinãdæ. Quia ut dicitur Ecc. 25. Si non ambulauerit ad manum tuam, confundet te in conspectu inimicorum tuorum. Ideo sunt corrigendæ. Et hoc tripliciter. Primo bonis uerbis. Eccle. 18. Corripe amicum tuum, & da locum timori altissimi. & August. in regula. Corripite inquietos: cõsolamini pusillanimes. Secũdo minis. Dauid Ps. 4. Irascimini & nolite &c. Tertio uerberib. Prouerbiorum 11. Cor durum in baculo percutite. Prouer. 13. Qui parcit uirgæ, odit filium suum. Quia uirtus stat in uerbis, herbis, & lapidibus. Adde quartum frater, baculus. Secũdo quædam sunt mediæ, & quia ut dicitur dist. 33. ca: Habuisse. In rebus ambiguis absolutum nõ debet esse iudicium.

cium.

cium.debet probare mulierem lento passu. Tertio quæda sunt &c. De his dicit Socrates. Pudica mulier custodia nō indiget. In uerbo custodia. Applica contra uiros, qui omnem libertatem tollunt uxoribus. Non mireris, si furantur: eas absoluo. Noli eas cedere baculo. quia non possum: quia Papa hanc authoritatem non cōcessit: istæ ergo sunt relinquendæ in libertate sua: & cum omni humilitate corrigendæ si errant. Vnde Bernar. ad Raymun Vxorem bonam potius risu quā baculo castigabis Col. 3. Viri diligite uxores uestras, & nolite esse amari ut scilicet tractetis sicut ancillas. Nō immerito. Quia ut dicitur Ecclesiastici. 26. Mulier fortis oblectat uirum suum. Quapropter apud Romanos merito arguitur austeritas quatuor uirorū. De quibus dixit Vale. lib. 6. ca. 3 qui seuere se habuerūt ad uxores suas, eas male tractando. Primus fuit. Q. Antistius, qui uidens uxorem suam loquentem cū meretricula quadam Libertina, secrete eam repudiauit. Male se habuit. Secundus. P. Sēpronius qui coniugem repudiauit: quia iuerat ad theatrū, ad spectandū ludos, absque sui licentia. Male egit. Tertius fuit Sulpitius Gelidus, qui uxoré repudiauit: quia iuerat capite discooperto. Hoc erat præceptum Romanorum. Forte melius, quia uelum expandūt: ut illæ quæ oculo clauso eunt: & plus circūspectant quam aliæ duobus. Quartus fuit Gn. Metellus: qui uidēs uxorem rubeam, reuertens de platea: dubitauit auxisse uinarium cantharum. Quia erat præceptum Romanorum: ne mulieres uinum biberent. O quam bonum esset nunc: quia nimis garrulant. Vocauit eā dicens. Exufla mihi in aurem. Dedit ei canstrum uini. Ex hoc ipsam iugulauit Male se habuit in hoc. Practica. O quanti hodie qui arguunt uxores cum malis uerbis di. Nepharia proditrix æbriosa. Si ex proditrix, & tu proditor: si meretrix, & tu adulter: fœmina dignitatem habent a maritis. ff. de sena. l. Fœminæ. Fœminæ dignitatē a uirorum dignitatibus sortiūtur. Iniuria facta uxori est mariti. Matth. 10. Qui uos spernit, me spernit. in authen: de Cōsulibus §. Si uero. Col. 4. Vxores namque coruscant radiis maritorū. Sunt ut canes in domo. Non sic o uiri: sed cum mansuetudine uxores uestras corrigite. Ad quod duplici exēplo indu-

cuntur uiri. Primo de Iob 1. Qui amissa omni substantia a dęmone uerberatus ridebat a muliere. Benedic Deo & morere. Rndit benigne. Quasi una de stultis mulieribus locutá es. Nōn dicit simpliciter stulta: sed conditionaliter. Secundo Tob. 3. Qui dum esset ad parietem, quiescens post sepelitionem mortuorum: hirundo stercus in oculos fecit. Factus est cęcus. Mulier eum ridebat. Respondit ille. Vana facta est spes tua. O mulieres uultis documentum quo eritis in pace cum maritis uestris? Facite illud cōsilium, illius uetulæ quod dedit iuuenculæ. Vis stare cū marito in pace? Audi, uide, & tace. Viri propter multas occupationes sæpe clamāt uxor taceat. 1. Pol. Silentium mulieri præstat ornamentum. Eccle. 36. Audi, tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Et si loquitur morose, dulciter. Prou. 10. Sermo mollis frangit iram. Inducuntur ad hoc exemplo Virginis: quæ quinquies locuta est, ut Alb. 4. Com. c. 3. Primo in Nazareth. Ecce ancilla domini fi. &c. Secundo in téplo. Fili quid, &c. Tertio in nuptiis. Vinum non &c. Quarto quando salutauit Elisabeth. Quinto quando dixit. Magnificat anima mea dominum, &c. Duę sunt regulæ uiri ad uxorem. Prima eam amet. secunda eā pascat & foueat. Alię regulæ uxoris. Prima ipsum honoret. Secunda res domus curet. Patet secundum. Tertium &c. vt ipsam instruat bonis moribus, cum sit datus ei in magistrum, & caput uxori suæ. Ephe. 5. Mulieres sint subiectę uiris suis, sicut domino; qm̄ uir caput est mulieris. Super quo Nicol. de Lyra. Sunt imperfectiores uiris, & quo ad sexum: quia est mas occasionatus, & quo ad intellectum: quia deficiunt in discretione. Debet ergo uir eam docere. Alexander Magnus uolens uxorari: quæsiuit consilium super hoc quid agere deberet. Cui respondit Aristo. suus præceptor: dans quatuor documenta necessaria omni uolenti uxorari. Primum est. O Alexander bene cogites super eam: quia si uis equum emere, prius illum uides si habet lapaladina; si oculos gibbos, si bonam cropam. Plus de uxore. Secundum documentum. Debes cogitare si habet parentes bonos aut malos. Si bonos cape illam: quia ut dicit Philosophus 1. Icon. Impossibile est, quod filii sint mali communiter, quando parentes

sunt

sunt boni Si mali non capias, quia idẽ Philo. Impossibile est negligentibus dominis seruos esse solicitos, aut habet vnum bonũ & alium malum. Aut pater, aut mater. Si pater est bonus, & mater mala: magis timendum est. Quia filij plus capiunt a matre, quam a patre. O quot uidemus mala pp matres, quæ sunt meretrices. Si pater est malus, & m̄r bona: potes eam capere, quia filia plus matri, quã patri assimilatur. Tertium documentum, ut ducat iuuenem magis, quam uetulam. Non sine rõne. In lib. Icono. Philosophus. Oportet, inquit, uirum puellam ducere in uxorem, ut doceat bonos mores. O socie bonos mores, non turpia. Tob. 9. De semetipsos antequam ingrederetur ad Saram di. Surge Sara: & deprecemur Deum hodie & cras: & post cras: quia his tribus noctibus Deo iungimur. Tertia aũt nocte transacta in nostro erimus coniugio. Ille, O quale hoc matrimonium. Quartum est &c. Ad uirtutes. Quidã quærunt diuitias. Contra Petrarcha. lib. de remedijs fortuitorum. Nihil est importunius uxore multũ dotata. Nihil sibi illicitum arbitratur: dominam se putat non sociam. Vnde dos ingreditur, inde libertas &c. Vnde seruãda est regula Theophrasti. Melius est ducere pauperẽ pacificam, quã diuitem litigiosam. Vnde Sap. Prouerb. 21: Melius est sedere in angulo domus, quod cũ muliere litigiosa, in domo conuiuii. Ex hoc Licurgus posuit legem suis Atheniensib. ut puellæ indotatæ nuberent, & uxores eligerentur non pecuniæ. Et hoc sapienter, qa nõ uxor nubit uiro, sed auaritia est uxor. Aliqui quærũt pulchritudinem. Dion. 4. Pulchrũ & bonũ omnia desiderant, & hoc est malum. Ille it quærendo brigam, quærendo pulchram. Vnde Theoph. Difficile custodiri qđ plures amãt. Quare o Theophraste? Quia pulchra cito adamãtur. Istæ sunt quæ semper uolunt stare ad fenestram. Super ostia, aptando capillos &c. O insane. Sunt alii, qui dicunt & quærunt bonos mores; & hoc est sanctum, & melius. Prou. 12. Mulier diligẽs, corona est uiro suo. Quæ mundum ornauere. Quod patet quadruplic. testimonio.

Primò mulierum ueteris testamenti.

Secundò mulierum noui testamenti.

Tertiò mulierum pagancrum.

Quarto mulierum sanctarum.

Primo &c. Eua, Sara, Rebecca, Rachel, Susanna, Hester, Axa, & aliarum sanctarum. Secundo &c. Domina Lothilda Regina Francorum, quæ prædicatione sua uirū Clodoneū conuerterit ad fidem Christi cum omni regno suo. Domina Galla Regina Vngariæ, quæ uirum Stephanum cū omni regno suo conuertit. Domina Theodolinda Regina Longobardorum, quæ ædificauit Ecclesiam sancti Io. Monziæ: cōuertit totum regnum suum. Monica Augu. Magdalena totā Massiliam. Sancta Cecilia Valerium. Sancta Theodora Sisinnium. Domina Blanca, quæ conuentus plures reformauit. Verificatur sententia Apostolica 1. Cor. 8. Sanctificatus ē uir &c. Tertio &c. Domina amata Regina Latinorū, & Mater Latini Regis Italiæ, quæ inuenit literas. 20. usque ad 20 cum mundus fuerit per 2000. annorum fine, sed hæc inuenit, ut dicit Isid. 1. Eth. Domina Isides quæ fuit tempore Abrahę inuenit literas hæbreas & ægyptias. Pręterea domina Semiramis, quæ inuenit usum Bracharum, cum mundus fuerit sine eis usque ad Noe. Præterea domina Dido, quæ bellum tenuit contra Romanos, quæ construxit Carthaginem. Quarto &c. Caput harum Maria Virgo, quæ Christum genuit &c. Mulieres fuerunt firmiores in fide. Vnde Christus primo apparuit eis post resurrectionē, quā Apostolis.

Sabbato V. quadrag. Quod Virgo Maria est speciosissima super omnes Mulieres.

Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Io. 8. Recitat exēplum Vincentius histo. Quod quidam miles fuit habens castrum, qui omnes transeuntes per uiam sine misericordia spoliabat. Aue Maria. Quidam uero Monachus trāsiens fuit, quem prædictus miles spoliari præcepit. Vir sanctus prædones rogauit, ut se ad dominum suum conducerent: quia secreta habebat secum conferenda, quo cōducto. Vocetis inquit omnes de familia uestra. Cūque uenissent quidam in mediū, qui erat camerarius, ō: ulis reuersus hinc in-

de

de circuibat. Adiuro te inquit d:cas mihi quare huc veneris?Respõdit ego sum Dēmõ & 13 annis cum milite mansi:quia princeps noster me huc misit, ut die qua hic salutationem sineret occiderem: miles autem hæc audiens expauit,& ad monachi pedes prouolutus, uitam emēdauit.Igitur Mariam salutemus.Aue gratia &c. Ego sum lux mūdi: qui sequit̄ me nõ ambulat in tenebris. Quadam die dixit Christus Iudæis,Ego sum lux mundi.Secundum Alber. super Lucam.Tria luminaria contulit Deus mundo.De quibus Gen.1. Fecit Deus duo luminaria magna. Luminare maius,i Sol.Et luminare minus,idest luna. Et stellas.Spiritualiter Maius luminare est Christus. De quo Ecclesia: Sol iustitiæ Christus Deus noster.Et dicitur maius lumē. quia super omnes lucet perfectione uitæ.Matthæ.7.Nemo bonus nisi solus Deus.1.Reg.1.Non est sanctus nisi dominus.Secundum lumen dicitur Maria.de quo Bernard.sup Can.Tolle corpus solare quod illuminat mundum.& ubi dies?Tolle Mariam maris stellam,& quid nisi umbra mortis,& tenebræ relinquuntur.Ille.Tertium lumen sunt sancti,qui nos illuminauerunt bonis exemplis,quos inuocare debemus in nostris aduersitatibus.Iob 5.Voca si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. Ego sum inquit lux mundi.Dixerūt Pharisei:Tu de te ipso testimonium peribes.Testi.tu non est ve. Quia Prouer.16.Laudet te alienus.& 2.Cor.10. Non enim qui seipsum commēdat ille probatus est.sed &c.Respondit Christus.Et si testimonium perhibeo de me: testimonium meum uerum est: quia scriptum est in lege uestra.Deutē.19.Duorum hominum testimonium uerum est:Secundum Glos.Christus habuit testimonium a quatuor.Primo a Patre.Matth.17.Hic est filius meus dilectus.&c. Secundo a Spiritu Sancto in specie columbæ.in Iordane.Tertio de ipso in propria persona.Quarto a Dauid.Dixit dominus domino meo, scilicet pr̄ domino meo.i.Christo.Sede a dextris meis.Alibi.Dominus dixit ad me,filius meus es tu,ego hodie genui te.Sequitur.Testimonium meum uerū est.Hęc locutus est Iesus in Gazophilatio, idest in loco ubi ponebātur pecuniæ pro templi constructione. De Maria prædicaturus, scilicet de

eius speciositate: assumpsi uerba in p[er]sona Mariæ. Ego sum lux mundi. Vbi tria uidebimus in præsenti.

1 Primum dicitur oppositionis.

2 Secundum dicitur declarationis.

3 Tertium dicitur responsionis.

Primum dicitur &c. Vtrum Maria fuit speciosior omnibus creaturis? Arguũt quidam quod non. Quod probant tribus medijs. Primum est tale. Vna res tãto est pulchrior, quãto est miraculosa, quia miraculum, naturam præcedit. Exemplum de uino in nuptijs, quod fuit mirabile, quia mi raculose productum. Eua est miraculose producta, Virgo Maria naturaliter: igitur Eua erit pulchrior, igitur non Maria. Secundum est tale. Pulchritudo mulieris est magna occasio mali. Ecclesiast. 9. Propter speciem mulieris, multi perierunt. Et Hieron. Gladius igneus est species mulieris, quia .s. est causa mali. Eccle. 9. Auerte faciem tuam a muliere compta, idest ornata. Exemplum illius patris qui dixit. Melius est uidere Demonem, quam ornatam mulierem. Virgo Maria debuit omnibus esse causa saluandi: & causa boni, & non mali, ac occasio pereundi. Igitur non debuit esse pulchra, sed nigra. Tertium est tale. Virgo Maria fuit humilis, igitur debuit habere omnes causas humilitatis, sed pulchritudo est causa superbię, & inanis gloriæ. Iuxta illud. Fastus inest pulchris. Exemplum Reginæ Vasti. Hester 1. Quæ superba erat, propter suam pulchritudinem. Vnde Philosophus 10. Poli. Melius est dicere mulieri, modicam, uel mediocrẽ esse, quam magnam. Maria fuit humilis: igitur non debuit esse pulchra, ne esset causa inanis gloriæ. Alia opinio dicit q[uod] fuit pulchrior omnibus creaturis. Ego sum lux mundi: dicit hodie, & Can. 4. cap. Quam pulchra es amica mea, scilicet quo ad corpus. Quam pulchra es, quo ad animam, oculi tui columbarum. Igitur patet &c. Ad hanc difficultatem respondeo secũdũ Archiepiscopum in 4. par. sum. Et Alber. super missus est. c. 45. Et Voraginem in Mariali. Et Alex. super Luc. Quod super omnes fuit pulchrior. Quæ conclusio probatur tripliciter: Primo ratione. Secundo authoritate. Tertio figura. Prima ratio est tantum de corpore.

Primo rõne cõpositionis. Secũdò ratione expulsionis. Tertiò ratione exclamationis.

Primò ratione &c. Corpus uiuum tanto est pulchrius, & nobilius, quanto continebit in se nobiliorem animam, ex hoc corpus humanũ, est pulchrius omnib. corporib. brutorum. pp unionem ad animam rationalem. Igitur corporis pulchritudo, augetur ad nobilitatem animę, ad quã ordinatur, ut suum perfectibile: sed anima Virginis fuit nobilissima super oẽs animas, post animam filii, igitur & corpus eius fuit nobilissimum, & pulcherrimum, super omnia corpora post corpus filii. Corpus .n. filii, quia erat unitũ Deitati. Ideo fuit perfectissimum in pulchritudine. Iõ corpus immediate ordinatum ad ipsum, erat secũdo loco pulcherrimum. Sed illud fuit corpus matris. Vnde assumebatur id, quod uniebatur diuinitati, propter quod sequitur, quod fuit pulcherrimum corpus Marię super omnia corpora. Ego sum lux mundi Quod Io. declarauit Apoca. 12. Signũ magnum apparuit in cęlo. Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona 12. stellarum. Mulier hæc est Maria, Sole pulchrior: Luna, idest Ecclesia sub eius dominio. Corona. 12. stellarum sunt 12. priuilegia, quæ habuit. Ego sum lux mundi. Ad poliendum eam uidebimus 6. affaytamenta, quibus mulier solet puliri, ut sic dicere possimus. Ego sum lux mundi.

Primum dicitur ornamentum uestis.
Secundum dicitur ornamentum capitis.
Tertium dicitur ornamentum pectoris.
Quartum dicitur ornamentum cinguli.
Quintum dicitur ornamentum manus.
Sextum dicitur ornamentum pedum.

Primum dicitur &c. Dum mulier affert in capite sertũ, aut uelum subtile, cum crudelis compositis, & hmõi. Istud ornamentum habuit Virgo. s. charitatem Dei, & proximi. Primo, quia ut dicit Alexander super Luc. Nulla creatura Christo excepto, impleuit ita illud præceptum. Matth. 23. Diliges dominum Deum tuum, ut Maria Virgo. Vnde de seipsa dicit Can. 16. Nunciate dilecto meo, quia amore langueo. Idem. Introduxit me rex in cellam suã uinariã ne

& ordinauit in me charitatem Idē. Vulnerata sum charitate Et Ecclesia. Vidistis eam plenā charitate & dilectione. Secundò proximi. Quia tempore passionis, quãuis sui dolores essent intensi, uidendo filium affligi, tamē uolebat filium mori pro humani generis salute, & ut dicit Archiepiscopus. Si alius modus non fuisset: ipsamet filium propriũ occidisset, quia nō minor erat charitas sua, quàm Abrahæ, qui filiũ suũ erat paratus &c. Secũdum est &c. Quæ cooperit totam personã de ueluto, de scarlato. Maria Virgo hoc ornamentũ habuit, s. perseuerantiam. De qua Hiero. ad furiam. Non enim quæruntur a Christianis initia, sed fines. Paulus male incepit, sed bene finiuit. Idem ad Iulianum eremitã. Cœpisse multorũ est, ad calcem peruenisse paucorum. Fuit perseuerans, ut dicere posset illud Eccl. 23. Vsq; ad futurum seculum non &c. & Iob 27. Donec deficiã, non recedam ab innocentia mea. Tertium dicitur &c. ut pectorale prætiosum in pectore. Maria habuit hoc ornamentum. Quod intelligitur fides, quæ est necessaria, de qua ad Hebræos 11. Sine fide impossibile est &c. Et Cicero 1. de officiis. Fundamentum autem iustitiæ est fides. Hanc autem habuit Maria plenissime. Quia passionis tēpore, totus mũdus fidem perdidit, ista excepta, quæ ipsam sustentauit. O felix Maria. O sancta &c. Quartum dicitur &c. uidelicet el chauo chore, el centurino, ut mulieres quę tot appendunt, ut uideantur meraschalchi. Maria hoc habuit. Quod intelligitur. Iustitia. Quę clamat unicuique reddere quod suum est. Maria omnes sensus mortificauit. Apostolus ad Colos. 3. c. Mortificate membra uestra, quæ sunt super terram. Visum a lasciua consyderatione. Auditum, a nociua auditione, tactum a remissa operatione. Olfactum a uana odoris requisitione, gustum a uerborum incōsyderatione. Ecce quomodo &c. Quintum dicitur &c. Anulos, chirothecas in manibus. Maria habuit hoc ornamentum, s. spem de Deo. De qua Ps. In te domine speraui &c. Et idem, Mihi adhærere Deo bonum est, ponere in domino &c. Sextũ ornamentum &c. Vt sunt planulæ in pedibus. De Venetis quæ ut uideantur magnæ &c. Maria habuit hoc ornamentum. In pede sinistro planulã habuit, uidelicet uitam actiuam,

tam, quia ut dicit Hiero. ad Cromatium, & Heliodorum, Hanc regulam Virgo seruabat, ut a mane usque ad tertiam orationi insisteret. A tertia usque ad nonam, in textrino opere se occuparet. Iterum a nona ab oratione non recedebat, quousque illi Angelus appareret. De cuius manu escam accipere solebat. In dextro contemplatiuam, ut uacaret diuinis, & orationibus. Vnde Lu. 10. Maria optimam partem elegit, &c. Ego sum lux mundi. Patet prima. Secundo ratione &c. Illa creatura in qua nullum est peccatum, & in qua sunt omnes uirtutes, tam Cardinales quàm theologicæ, illa est pulchrior, omnibus creaturis. Sed in Maria erant huiusmodi. Igitur &c. Prouerb. ult. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu autem supergressa es uniuersas. Supergressa omnes. Primo in ea fuit Charitas. Secūdo Fides. Luc. 1. Beata quæ credidisti. Tertio Spes. In te domine speraui. Quarto Iustitia. Esa. 11. Erit iustitia cingulum lumborum eius. Quinto Fortitudo, supportando patiēter. Eccl. 24 usque ad futurum &c. Sexto in ea fuit Prudentia. Lu. 1. Cogitabat qualis esset &c. Septimo fuit in ea Tēperantia, quia parum locuta est. In primo Politicorum. Silentium mulieri, præstat maximum ornamentum. Secundum Albertum in 4. lib. compe. Theol cap. 3. Quinq; uicibus locuta est. Et merito illius uerbi miraculum semper secutum est. Primo Nazareth. Lucæ 1. Ecce ancilla domini. In ancilla sunt quatuor. Primo quod sit prompta. Virgo sic. In uerbo. Ecce. Secundo quod sit obediens. Virgo sic. In uerbo. Fiat mihi. Tertio quòd sit humilis. Virgo sic. In uerbo. Ancilla domini. Secutum est miraculum, quia filius de cœlo &c. Secundo in templo. Luc. 2. c. Fili quid fecisti nobis sic? Secutum est miraculū, quia Christus ei obediens fuit. Erat, inquit, subditus illis. Tertio in nuptiis. Vinū non habent. Miraculū secutū est, quia de aqua &c. Quarto qñ salutauit Helisabeth. Luc. 1. Magnificat anima mea dñm. Secutū est miraculū. Exultauit, inquit spiritus meus. Vbi dicit Franciscus de Mayronis in quodam sermone. Quod Virgo quàm primum illa mirifica uerba. Ecce ancilla domini, & suum consensum uerbo firmauit, tunc inuenta

Vita

uenta est excessisse merita,& perfectiones, & bona tã natu ralia,q accidentalia omnium creaturarũ, ppter eminentiã quatuor uirtutũ,quæ exprimuntur in uerbo. Ancilla. Prima fuit Obedientia: Secunda Humilitas. Tertia Fides,per quã captiuauit omnem intellectum in obsequium Dei. Quarta fuit Charitas dum protulit uerbum suum. Omne cor suũ, omne esse, omne posse obtulit uolũtarie Deo omnipotẽti. Vnde patet secunda ratio. Tertio ratione &c. Quia omnis natio eam dicit pulchrã,& sanctam. Nã dicitur de officio quæstoris.l.1. Illi opinioni standum est, quæ plurimorum testimonio probatur. Et Philosophus lib.de somno & uigilia, q ab omnibus, uel pluribus dicitur, fidẽ habet q ita sit.& 7.Eth. Fama quam omnes famant, uel exclamant, nõ potest esse ĩ toto falsa. Et dist.96.c.extra. & de officio, & potestate delegã.c. Prudẽtia. Integrum est iudiciũ, quod plurimorum sententijs approbatur. Ad propositũ. Omnis natio Mariam ueneratur,& collaudat. Vñ ipsa dicit. Canta. Quia respexit humilitatẽ ancillę suę,ecce enim ex hoc &c. Vnde laudatur a 6. generationib'. Primo a Saracenis, & Turchis, qui ipsam adorant in templis suis, ac turificãt, & nomen eius in tanta reuerentia: q blasphemãtes eã, graui pœna puniuntur. Fatentur enim Christum de uirgine natũ, cœlũ uiuũ ascendisse, sed non mortuũ fuisse. Et demum ĩ fine mundi mundum iudicaturum, ut patet in Alcorano. & ipse Mochometus in eodem di. Dixerũt Angeli ad Mariã. Deus elegit,& purificauit te,& præelegit te sũ p omnes mulieres mundi. Ille. Secũdo a Paganis laudatur. Verg.in 4. Egloga. Iam redit, & uirgo, redeunt saturnia regna. Iam noua progenies, cœlo demittit alto. Et quamuis Hierony. dicat Verg. hoc nõ intẽdisse dicere de Virgine,& ego dico quod hoc possibile fuit. Et ratio, quia si Cayphas ppheta- uit de mundi salute, per mortem unius. s. Christi, tamen hoc non intelligens ita Vergi. de Christo & matre eius bene dixerit, ut dicit August. Præterea ex Grecis fuerunt. Sibylle, ut Lactan. põnit earum uerba ĩ græco postea in latino, laudant hæ Mariam. Tertio ab hæreticis. Et si in multis errant, ut ab Ecclesia diuisi, tamen Mariam uenerantur?

Illis exceptis qui dicunt habuisse alios filios ex Ioseph. in residuis eam commendant. Quarto ab Ecclesia, quæ omni sabbato officium celebrat, & statuit singulis diebus pulsari campanas de sero, de mane, de meridie. Ex hoc honoratur in salutatione angelica O secularis, dic Aue Maria. Quinto ab omnibus sanctis. Quid clamant omnes scripturæ? Quid Doctores? Quid Apostoli? Quid Euangelistæ? Quid oés sancti? Vere bonitas & uirtus Mariæ. Ego sum lux mũdi. Sexto a malis laudatur. Numeri. 24. Balaam qui fuit idolatra, in spiritu prophetiæ, de Maria dicit. Orietur stella ex Iacob. Quæ est hæc stella? Vere Maria, quia sicut stella illuminat noctem, ita Maria illuminat mundum præsentem, tenebrosum peccatis. Et hoc quidem triplici lumine. Primo lumine miraculorum. O sancta Maria de Loreto, & de carauagio Quot miracula? Secundo lumine exemplorum, quia fuit exemplum omnium uirtutum. Tertiò lumine subsidiorum, quia adiuuat omnes nos. Vnde Petrarcha in laudem matris. Qui cupit saluari, in Mariã conuertat oculos, & illi corde humili genuflectat, nõ derelinquit ad eius aux: lium, recurrentes bono ab lotissimo coronã impetrat a filio benigno, cœlorum rege. Ego sum lux mundi, & sic patet secundum mysterium. Tertio dicitur &c. Ad primum respõdeo, q scilicet miraculũ naturam præcedit sed Eua &c. Dico q in naturalibus hoc est uerũ, sed ĩ spiritualibus nõ habet locũ, quia Maria ratione maternitatis, fuit pulchrior, cũ animã habuerit nobiliorem, & sic patet primum. Ad secundum, ne. s. esset scandalum aliorum. Respondet Alb. Quòd pulchritudo in suo gñe est bona, sed nihil est adeo bonũ, quin ex eo possit malus scandalizari. Vnde iudei scãdalizabãtur ĩ ipso Christo de ipsius doctrina. Scis inquiunt Apostoli: quia Pharisei audito hoc uerbo scãdalizati sũt. Nõ debuit. Maria prætermittere pulchritudinẽ suam, propter scandalum pasliuũ, quod sequi poterat. Vñ patet responsio ad secundum. Et hoc modo talis fit responsio ad tertium. Sed quæris modo. Vtrum fuit nigra aut alba? Respõdit Alber. super missus est. c. 45. Quod nõ nigra simpliciter neque rubea, neque alba quia isti colores dant quandam imperfectionẽ in persona. Vnde dici solet. Deus

me protegat a Lombardo ruffo, Alemano nigro, Hispano albo, Flāmineo cuiusuis pili. Fuit Maria mixta coloribus, participans de omnibus, quia illa facies est pulchra, quæ de omnibus coloribus participat. Vnde dicunt autores medicinæ, quod ille color qui est cōpositus ex rubeo, & albo, est optimus cum cōmixtione tertij coloris, s. nigri, & hunc in quit Albe. concedimus in Mariam fuisse. Fuit nigra aliquātulum. Et hoc triplici ratione. Primo ratione complexionis, quia iudæi tendunt in brunedinem quandam, & ipsa fuit Iudæa. Secundo testificationis, quia Lucas qui tres fecit imagines. Vna Romæ, Alia Loreti, Alia Bononiæ, sunt brunæ. Tertio assimilationis: Filius matri communiter assimilatur, & econuerso, sed Christi facies fuit bruna igitur, &c. de qua nigredine vulgaris. O Sole pulchrior. O plena Luna. O mater Dei. O maris stella. O formosa quanquam tu sis fusca. Et Can. Nigra sum sed formosa. Et Diony. Dū Mariam uidit di. Si de tuo filio non esset mihi reuelatum, facile crederem, non esse alium Deum præter te. Ego sum lux mundi. Iudith. cap. 11. Non est talis mulier in aspectu & pulchritudine & sensu uerborum. Exemplum. In uita Basilij legitur quod Iulianus apostata cum iret pugnare cōtra Persas, ueniens Cæsaream Capadociæ, petiit pro exercitu suo panem a Beato Basilio: qui episcopatū tenebat in ciuitate illa. Qui cum offerret ei panem ordeaceum qualem habebat, iurauit quando rediret faceret eum & suos comedere, & ciuitatem destruere. Cunque suadente Basilio, populus iuisset ad quandam Ecclesiam Virginis, in uicino monte sitam, ibique; fuisset populus tribus diebus, & noctibus in oratione; in hora tertia noctis, uidit Basilius mulierem speciosam, de cœlo descendentem in regio apparatu, puellis circundata, sedens in throno Mercurio occiso pro fide, præcepit militi, ut se uindicaret de Iuliano, qui acceptis armis, & omnibus quæ ibi erant, in abbatia Basilij, in qua erat corpus, Iulianum est aggressus in prelio, & ipsum occidit, qui in papilione moriens clamabat. Vicisti me galilææ sanguinem proiiciens in aera.

Dominica de Passione. De Blasphemia.

VOs autem inhonorastis me. Ioan.8. Cùm mirabili intelligentia, eleganti, & peregrino conceptu conclusꝫrunt Doctores sancti N. Donū linguæ fuisse communicatum homini principaliter, ut cū ea debeat laudare cum uiuis preconiis, & indefessis commendationibus, diuinā bonitatem sui factoris. Vnde Lact. li. de ira Dei ad Dona. Ostēdam autem cur Deus fecerit ipsum hominem. Sicut.n. mundum machinatus est propter hominem, ita ipsum propter se, tanquam diuini tēpli antistitē spectatoréq; rerum cœlestium. Ideo solus sermonē accepit, & linguam cogitationis interpretem, ut enarrare possit maiestatem dñi sui. Nota in uerbo solus sermonem. In 1. Pol. Nullum animal habet sermonem, nisi homo, & hoc totum, vt Deū suum laudet. Sed hoc non facit scelestus; & ingratus blasphemator, qui inferiorem; se facit omnibus creaturis, quæ secundum modum suum laudant creatorem. Augu st. in sermone ad hæremitas. Ad nutum domini, sol non deuiat a uia sua, non Luna, non stellæ. Campi decorantur floribus, crispatur sylua in nemore, cytharizat auicula; insensibilia obediunt Deo: solus homo uolūtati Dei resistit. Ille. Quia ipse cum blasphemat, ei maledicit. Quod hodie Iudæi fecerunt. Applica Euangelium hodiernum. De blasphemia erit sermo, ubi tria sunt uidenda.

Primū dr, diffinitionis. Secundum dr abhominationis. Tertium dicitur punitionis.

Primum dicitur &c. Doctores Ecclesiæ diffiniunt oēs Blasphemiam di. Blasphemia est attribuere Deo, qđ Deo non cōuenit, uel negare Deo quod Deo cōuenit, uel attribuere creaturę, quod conuenit Creatori. Ille. Quam materiam tangit Tho. 2.2.q.13.ar.1. In 4.di.14. In primo mō peccabāt quidā hæretici de quib. 24.q 3.c. Quidā autem hæretici, qui dicebant Deum esse corporeum, & habere humana membra, contra quos Io.4. Deus spiritus est. In hac specie peccant illi, qui dicunt Deū esse partialem, & parte sanum, quia attribuunt ei quod ei non conuenit, quia non

est partialis. Act. 10. In ueritate comperi, quia non est acceptor personarũ Deus. Ad Ro. 2. Non est acceptatio personarum apud Dñ, & extra de præben. & digni. c. Venerabilis. Secundò negare ei quod ei conuenit. In hac specie peccabant quidam heretici, qui dicebant Deũ non habere curam de hoc mundo, sed Diabolũ, ut fuerunt Manichei, de quibus ubi supra, ponebant duo principia. Bonum, s. Deũ, qui uolebant esse dominum cœlorum. Malum s. Diabolum quem uolebant esse Deum mundi. Contra quos Io. 1. Omnia per ipsum facta sunt &c. in specie hac peccant qui dicunt. Deus non potest facere hoc uel illud. Contra Ps. Omnia quæcunq; uoluit fecit. Tertio attribuere creaturæ, qđ conuenit creatori, utputa facere miracula. In hac peccabãt Iudęi, de quibus Luc. 11. Qui dicebant de Christo. In Beelzebub principe Dęmoniorum eiicit Dæmonia. In hoc peccato peccant pessimi incantatores, qui putant facere sanationem uulnerum, suis superstitionibus, cũ soli Deo côueniat. Vnde Ps. Qui facit mirabilia magna solus, & a Can. 26. q. 6. c. Episcopi. A diabolo tenentur captiui, qui derelicto creatore, diaboli auxilia quærunt. Quod pctm̃ est grauissimũ inter alia. Quod probatur in p̄senti triplici rõne.

Primo ratione inclinationis.

Secundo ratione durationis.

Tertio ratione superationis.

Primo ratione &c. Vna maxima est in Theologia. Illud peccatũ dicitur minus graue, quod maiorẽ habet inclinationem ad illud committendum. Et maius graue quod habet minorem inclinationem, ad illud committendũ. Exempli gratia. In eodem genere peccati: minus peccat iuuenis q̃ senex in peccato luxuriæ, quia plus inclinatur ad illud, cũ sic calidior. Vnde Phil. 3. Topicorum. Iuuenes magis q̃ senes, molestantur concupiscentiis. Super quo Auerroys. Complexio iuuenum est calida, & humida. Senũ aũt sicca & frigida. Vnde grauius peccãt. Cic. 1. de of. Cũ omni ætati luxuria turpis sit, senibus tamen fœdissima est. Vnde Dan. 13. de senibus Israel: qui Susannam uoluerũt uiolare. Instigante Spiritusancto, fuerunt condemnati. Adultera uero, quia iuuenis. Ioan. 8. fuit defensa a Christo. Vade & amplius

plius noli peccare. Ad propositum. Omne peccatum habet aliquod motiuũ, ad illud committendum. Excepto peccato blasphemiæ. Quid mouet gulosum ad gulã? Certe gula, uitium sancti Blasii. Quid luxuriosum ad luxuriam? mulier & delectatio. Quid usurarium ad usuras? Congregatio temporalium. O blasphemator, quis ad blasphemiã te inuitat? Responde quod nihil, imo inclinaris ad ipsum laudandũ, & ad magnificandum, quia ut dicit lex, Sed si ff. de petitione hæredi. § consuluit. Benefaciẽti benefacere debemus. Ille est qui pro nobis est incarnatus, crucifixus, mortuus, tamen uituperãtur mẽbra nobilissima quibus nos redemit. Corpus uidelicet & sanguinem. Vnde bene conqueritur Esa. 1. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerũt me, cognouit bos possessorẽ suũ, & asinus præsepe domini sui, populus autẽ meus, me non cognouit, Israel me non intellexit. Ille qui poterat te facere lapidem, lignum, tamen ad sui imaginem fecit. Vnde patet q; maius est peccatũ ratione &c. Secundo rõ &c. Conclusio est Tho. in 2.2. q 186. ar. 10. Quod peccatum tãto est grauius, quãto est durabilius, ut et patet de uirtutibus. Charitas est maxima omniũ uirtutum, quia est durabilior aliis cũ in patria omnes aliæ deficiant. Ad propositum nostrũ. Quanto plus hõ perseuerat in peccatis, tãto plus grauatur cõscientia. O pater nolo cõfiteri hoc anno, aut per 14. annos homo permanet in peccatis, cui malum facis? Vere tibi, quãto plus moraris in miseria. Extra de consuetudine. c. tanta. Tanto inquit grauiora sunt peccata, quãto diutius infœlicem animam detinent alligatam. Et in c. si. & 24. q. 1. Pudenda consuetudo mali, nõ minuit peccatũ, sed auget Ideo Ecclesia pcipit extra de pę. & remis. c. Omnis utriusq; sexus, & oẽs in paschate se pñtent patri spirituali per confessionẽ, ut nullus habeat cãm in peccatis perseuerare, & se abscondere a cõfessione. O pbyteri: O curati: aperite oculos uestros super gregẽ. Vnde Archieps de Florẽtia in morte flebat, quia timebat de ouibus suis. Redeamus ad nostrũ propositum, cãm ergo pctm blasphemię duret in pñti, & perseueret in futuro, quod nõ faciunt alia peccata. Igitur rone durationis est peccatũ grauissimum. Audi Joan. in Apo. 16. Blasphemauerunt Deum

cœli

cęli præ doloribus,& uulneribus suis. ubi dicit Tho. 2.2.q. 13.ar.4. Quod sicut in beatis post iudiciũ erit laus uocalis in paradiso;iuxta illud. Exultationes Dei in faucibus eorũ: ita in damnatis erit blasphemia uocalis. O blasphemator Dei & sanctorũ. Illum deum. Illum Christum. Illam uirginem. Illum sanctũ, quem in præsenti blasphemas, sic facies in inferno. Et sicut Ecclesia in præsenti inuitat sanctos ad cantandum in letanijs Sancte Petre ora &c. ita erit in inferno. Tertia ratio &c. Glo. super illo uerbo Esa. 18. Ad populum terribilem. Omne peccatum, Blasphemiæ comparatũ, leuius est. Iterũ. Nihil est horribilius Blasphemia, quæ os suum ponit in cœlum. Quantum sit graue hoc peccatũ colligi potest ex ratione: q superat quatuor grauissima peccata, ut ponunt omnes Theologi cum rationibus euidentissimis.

- Primum est peccatum Paganorum.
- Secundum est peccatum Homicidarum.
- Tertium est peccatum Hereticorum.
- Quartum est peccatum Iudeorum.

Primum est &c. ut dicit Tho. 2.2. q. 13. Infidelis ea dicit de Deo,& loquitur quæ licet sint falsa, tamen credit uera. Turchus negat Christum,& eius matrem. Quare hoc? quia sic credit. Iudeus negat Christum Matrem, Apostolos. Quare hoc? quia sic credit. Christianus blasphemat, & loquitur de Deo,& sanctis; quæ scit omnino non esse uera. Clamat Deum traditorem, Virginem putanam. Tu facis illis ficum in oculis, Scis non esse uerum. ideo &c. Secundum peccatum &c. Superat peccatum Homicidarum. Ratio: quia & si alij peccatores Deo contumeliam inferant, est præter uolũtatem eorũ. Homicida uellet si posset inimicum occidere. & Deum nõ offendere. Sed blasphemus in cõtemptũ Deũ blasphemat, uolẽs se uindicare de Deo directe, & pricipaliter. Venetijs quidã gladio imaginem cruxifixi percussit, & sanguis exiuit. Vnde usque nũc ampulla sanguinis Christi, in Ascensione ostenditur: & hoc superat peccatum &c. Tertium est peccatum Hereticorũ. Hereticus credit esse uera quæ dicit Blasphemus aũt cõtra cõscientiam de Deo dicit, quæ scit non esse dicenda. O lingua feralis. Quartũ peccatum

tum

tum &c. Aug. super Matth. 26. Magis peccant blasphemantes Deum triumphantem in cœlis, quàm qui crucifixerunt eum ambulantem in terris. Et est ratio triplex secundum Alexan. in secunda parte sum. Thom. in 4. Et in tertia parte q 46. Primò ratione cognitionis: Iudæi non cognouerunt ipsum esse Deum. 1. ad Cor. 2. Si cognouissent, nunq̃ dominum gloriæ crucifixissent, quamuis non excusentur a toto. Act. 3. Scio fratres quod per ignorantiam fecistis. Sed qui Deum blasphemant sciunt ipsum esse Deum, unde grauius peccant. Secundò ratione promissionis, quia Iudæi non promiserunt fidem in Baptismo. Abrenuntio Sathanæ, sicut Christianus qui promisit seruare diuina mandata, dimittere usuras, & huiusmodi. Iudæus autem hanc nō fecit. Vnde grauius peccat Christianus quam ille. Tertio rōne maioris status. Quanto persona est nobilioris conditionis, tanto peccatum est grauius in ea factum, ut dicit l. præsbyteri. C. de Epis. & Clericis. Et Iuue. lib. 3. satyra 8. Omne animi uitium tanto cōspectius in se crimen habet, quanto qui peccat maior habetur. Sed status Christi regnantis in cœlis, dignior est regnantis in terra. Illi uituperabant mortalem in præsenti. Blasphemus autem immortalem in cœlo. Præterea Iudæi obturant aures suas ne audiant blasphemantes. glo. super illud Actuum 7. Continuerunt aures suas. di. Ne audiant Blasphemiam. Vnde patet triplici ratione, quod peccatum Blasphemiæ est grauissimum. Secūdum dicitur &c. Vna maxima est in Theo. Quod inter alia peccata, hoc peccatum maximè est abominabile Deo. Quod probatur triplici medio. Primò ratione. Secundò authoritate. Tertiò exemplo.

Primò ratione contrariationis.

Secundò ratione assimilationis.

Primò ratione &c. Blasphemia est contraria tribus. Primo Naturæ. Secundò Scripturæ. Tertiò Creaturæ. Primò Naturæ, quæ dictat benefactorem suum esse cognoscēdum. Canis cognoscit Patronum suum, cum ei festiuum facit, cum cauda, cum capite. Præterea aues cœli suo modo, quanto magis homo Deo suo. Vnde Phil. 4. Ethi. Beneficiatus tenetur repēdere uices suo benefactori. Et Sen. lib. de beneficiis.

ingratus est qui non reddit. Idem. Ingratissimus omnium, qui oblitus est, sed homo peior animalibus efficitur, cũ lingua si ei collata ad ipsum laudandum. Eccle. 51. Dedit mihi dominus linguam in ipsa laudabo eum, sed cũ illa uituperatur. Ad Rom. 2. Nomen meum iugiter blasphematur. Vere sic est Secundo contrariatur scripturæ, quæ nos hortatur ad Deum laudandũ, ut in Psal. 33. Căta omnino. Benedicam dominũ in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Sap. 10 Cõfitebor tibi domine rex, & collaudabo te, Deum saluatorem meum. Thob. 3. Omni tempore benedic Deũ. Ad Rom. 12. Benedicite, & nolite maledicere. Vnde patet de scripturis. Tertio blasphemia cõtrariatur Creaturæ. Omnis creatura laudat Deum: Ecclesia in matutinis, cătat hymnum trium puerorum. Benedicite domino, omnia opera domini, &c. Dicitq; usque in finem. Et alibi. Laudate dominum de cœlis: laudate eum in excelsis. Et amplius ciues mei. Dauid inuitat tres creaturas ignobiles, ad ipsum laudandũ dicens. Laudate dominum dracones, & omnes abyssi: serpentes, & uolucres pennatæ. O blasphematores, quid ad hoc dicitis? quid respõdetis? Secũdo ratione assimilationis. Assimilantur blasphematores damnatis, & per nullum peccatum ita potest cognosci perfecte, q̃ homo sit damnatus, sicut p peccatũ blasphemiæ, quia ut dicitur. Ad loquelam cognoscitur homo, de qua prima est. Matt. 26. De Petro dicitur Galileus es, nam & loquela tua manifestũ te facit, & Iudicum 12. de Effrateo qui dum dicere deberet. Sebolet, aiebat Thebolet. Ita i proposito de homines. Vis cognoscere o homo, de qua prouincia es. Respice ad loquelã, si Deum laudas & sanctos, aut si eos uituperas. Deus enim tres puincias fecit & in qualibet istarũ propriũ linguagiũ posuit. s. prouintiam cœlestem, terrestem, & infernalẽ. Linguagiũ prouinciæ cœlestis est uerba pacis & ædificationis habere, hoc est Deũ benedicere, & laudare. Psal. Beati qui habitant in domo tua domine &c. Linguagium prouinciæ terrestis est, de terrenis tractare. Ioh. 3. Qui de terra est, de terra loquitur. Linguagium prouinciæ infernalis, est Deo maledicere & blasphemare. Vñ dicitur de damnatis: Esa. 8. Cũ esurierit irascetur, & maledicet regi suo. Cognoscitur

quis de qua ꝓuincia sit. Qui igitur loquitur uerba pacis,& edificationis,& laudis Dei: signũ est, quod ille spectat ad prouinciã cœli. Qui loquitur uerba terrena,& mundana, signũ est, quod spectat ad prouinciã mũdi. Qui loquitur uerba mendacii,maledictionis,& detractionis, signũ est, quod pertinet ad ꝓuinciã inferni: quia illud est ꝓpriũ linguagiũ Diaboli. Exéplũ de illo Romano qui tres habuit filios ab uxore sua, Communiter mulieres sunt i his peccatis carnalibus,& postea se excusant. O pater nolebã. Sed riualdus me decepit,& mihi uim intulit. Ciuis auté iste ꝑcussit uxoré uerberibus iuxta illud. Cor durũ cum baculo frangitur. Extra dixit ei mulier. Eya. De trib. filiis, unũ tm̃ habes legitimum, cum quæreret, quem. Noluit indicare, moriens testamentum fecit: dimittebat bona sua heredi ultimo. post morté pater iussus est sagittari a filijs suis, uno excepto q noluit patré sagittare. Ad qué iudex. Iste est uerus filius, quia patrem sagittare noluit. Ad propositum. Quando homo blasphemat sagittat Deum, nó est uerus filius Dei sed spurius,& filius Diaboli: sed dubiũ quæritur. Vtrum liceat maledicere creaturis irrõnabilibus: ut terrę, arboribus, animalibus, lapidibus, pluuiæ, uétis, soli, lunæ, ac similibus? Videt̃ ꝙ sic: quia habet 2. regum. Audita Dauid morte Saulis & Ionatæ maledixit montibus Gelboę. Præterea Christus, ut habetur Matth. 21. maledixit ficulneæ, in qua non inuenit nisi folia. Præterea quia Iob, ut dicitur eiusdem, tertio maledixit diei suo,& dicebat. Pereat dies i qua natus sum, & nox in qua dictum est cóceptus est homo, dies illa uertatur i tenebras. Respõdet Tho. 2. 2. q. 65. Quòd benedictio, & maledictio proprie põt pertinere ad illam rem, cui põt bonũ, aut malum contingere. s. rationali creaturę. Ipsis ergo irrationabilibus dicitur contingere bonum, aut malũ in ordine ad creaturã rationalem propter quam sunt. Ordinẽtur autem creaturæ irrationales ad hominem, tripliciter. Primo per modum subuentionis, inquãtum ex eis subuenitur humanæ necessitati,& hoc mõ à Deo Gen. 3. post peccatum primorum parẽtum, maledicta est terra, ut. s. p eius sterilitaté homo puniretur. Et Deut. 28. Deus dixit. Si audire nolueris uocé, dñi Dei tui, ut facias, & custodias eia

mādata eius,& cerimonias,quas ego præcipio tibi hodie, uenient super te omnes maledictiones istę,& apprehēdēt te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro,maledictū horreum tuum,& maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fructus uentris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum. Secundo ordinantur creaturæ irrationabiles ad hominem,p modum significatiōis. Et sic Christus maledixit ficulneæ in significationē synagogæ Iudaicæ gentis,quia non habebat nisi folia,scilicet uerba legis,sine fructu,& propterea merito debebat arescere & auferri ab ea regnum Dei, quod significatum fuit in ficulnea a Christo maledicta. Tertio ordinantur creaturæ irrationabiles ad ipsum hominem,per modum continentis, aut temporis,aut loci. Et sic Iob maledixit diei in qua natus erat,propter culpam originalem, quam nascendo contraxerat,ita quod maledictio illa, non arguit in eo aliquā impatientiam, sed tātum arguit & explicat,quod in die in qua natus est,& conceptus.cōtraxit culpam originalē,quę radix est omnium passionū,quas patimur in hac uita. Dauid insuper maledixit montibus Gelboæ,ad explicandā cędem quæ in eis facta fuerat, propterea dicebat cum fletu & lachrimis.Montes Gelboę, nec ros,nec pluuia ueniet sup uos,in quibus ceciderūt inclyti Israel,Saul & Ionatas amabiles,& decori, aqlis ueloci ores,leonibus fortiores. Filiæ Israel supra Saul flete,& ego doleo sup te frater mi Ionata quare non est trahendum in consequentiā, ut nusquisq; p libito suo:facturis irrationabilius maledicat.Et si qs esset q malediceret rebus irrationabilibus, inquātum sunt creaturæ quasi in contemptum Dei,quod homines faciūt,peccaret peccato blasphemiæ, quod peccatū quantum graue sit, & per consequens puniendum,audi tertium mysterium.

Tertium dicitur &c.Omnis lex clamat circa punitionē blasphemantium,quæ quintuplex est.

Prima est Diuinalis.

Secunda est Ecclesiasticalis.

Tertia est Municipalis.

Quarta est Ciuilis.

Quinta est Paganalis.

Prima

Prima est Diuinalis. Leui. 24. Quòd cum filius mulieris blasphemasset nomē domini, a populo lapidatus est: Vt dicitur ibi. Educ blasphemū extra castra, ut lapidet eū oīs populus. Et qui blasphemauerit nomen dñi, morte moriatur. Sennacherib rex Assyriorum, obsidens Hierusalē, eleuans se in superbiam: blasphemauit nomē domini, in sequēti nocte Angelus percussit de suis. 185. milia hominum: & ipse præ pauore fugiēs, a ꝓpriis filiis occisus est. Et Iudith 15: Holofernes dum uituperaret nomen domini dicens, alium Deum non esse præter Nabuchodonosor a Iudith muliere occisus est. Ecce prima lex. Secunda lex extra de maledictis c. Statuimus. Et Greg. 9. dist. Quòd qui nomen domini, & Virginis blasphemauerit: publice debet puniri, uidelicet p 7 hebdomadas: & in qualibet hebdomada in feria 6. in pane & aqua ieiunet, & dominicis diebus, ante fores Ecclesiæ tempore missarum, sine palio & calciamentis stet, & ad collum corrigiam habeat. O confessores date talibus pœnitentiam arctam, in pane & aqua sine misericordia, quia merentur. Tertia lex &c. Non est ciuitas christianorum bene regulata, quæ non habeat cōstitutiones contra blasphemos: sed nunc nō seruantur leges, & statuta, si malum dicitur de dño tēporali punitur acriter. Dux Galeaz Cremonæ, fecit quendā suspēdere, quia solum de se murmurauit, Dominus Mantuanus similiter. Sed Deus blasphematur, & nō est qui puniat. Exemplum notabile Siracusæ: Cū quidā uanta crudelissime nomen domini blasphemaret, cadens in mari, nō est uisus amplius. Ad dies paucos repertus est i littore, totum corpus integrum inuentum est, lingua excepta, quæ forte deportata fuit ī infernum, ut ibi puniretur, quia Sap. 11. Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur. Quarta lex &c. In autētico ut nō luxurienf, cōtra naturam, col. 5. Blasphemus ultimo supplicio debet puniri. Suppliciū dicit gl. allegans, ff. de pœnis. l. ult. Interpretatur solam mortem. s. de capitatione debent puniri: sine remissione, quia ut dicit Hierony. Non est crudelitas, pro Deo pietas. Et Boe. 4. de conso. Punire malos iustū est, sed ipsos euadere impunitos, iniustum. &. l. Ita uulneratus. ff. ad l. Aquiliam? Delicta nō debent remanere īpunita. Et quare frater Gabriel? Quia ut

dicit.C.de furtis.l.Si quis Impunitas delicti, inuitat homines ad malignā.ium.O domini temporales.O pretores.O officiales Ciuitatum, ad uos clamo, qui iustitiam nō facitis sup tales, imo ꝙ peius est in domibus talium tenētur lusores, scholæ fraudum, ubi dicuntur tot mala. Non sunt immunes ab hoc uitio Principes, Barones, Rustici, Agricolæ, Artifices: quod dictū horribile est: non Religiosi, non sacerdotes, non mulieres, non pueri. Vnde Pius Papa, Confusa sunt omnia, & turbata, blasphematur Deus, nullus timor, nulla legum reuerentia. O ingratissimi peccatores. O furētes animi. O uenenosa & amarissima lingua. O denique ꝑditissimi homines, & quid male faciūt uobis sancti? in quo nocuerūt uobis? an non assidue pro uestra salute intercedūt ad dominū? Nōne, & uirgo illa pijssima mater gratiæ, fons misericordię, pro uobis indefessa est aduocata? Quid ergo blasphematis illam, & aliquos sanctos? O uere mala consuetudo qua hoīes Christiani iniuriātur Deo, & sanctis eius. In hac soli Christiani diuersi sunt, quoniam non est aliqua natio, neque Iudæorum, neque Gentilium, & Paganorum, in qua tot sint blasphemiæ & maledictiones sicut i. populo Christiano. Quinta lex &c. Apud infideles & saracenos, qui blasphemāt Christū, & ejus matrē, punitur grauiter inter duos asseres, & sic uiuus occiditur. Ob quam causam parū sentiūtur ibi blasphemiæ, & maledictiones. Sāctus Ludouicus rex Frāciæ: talibus linguā ꝑscindebat. O Christiani principes, si hoc agunt infideles; plus christiani, quia super omnia peccata Deus habet pro malo hoc uitium. Mantuæ dum quidam lusores uituperarēt nomen Christi & matris, ceciderunt oculi eorum super mēsam. Præterea Greg. dicit li. 4. dialo. Romæ puer quinque annorum dum blasphemaret nomen domini, in brachijs parentum, demon ipsum rapuit; nec plus uisus est: credatis mihi. N. Qđ mittit Deus pestes, bella, penurias, flagella, propter hoc peccatum. Conqueritur ipse Deus. Esa. 1. Ve gēti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis, blasphemauerunt Deum Israel, ab alienati sunt retrorsum. O Italia tāto uitio deprauata. O populi tāto scelere deturpati. Timeo ne desæuiat contra uos furor Dei, corrigat ergo unusquisque

quisque

quisque seipsum,& refrenet linguã suam, & omnes pariter laudemus,& benedicamus Deum,qui benedictus est,& laudabilis per infinita secula seculorum.Amen.

Feria II. Dominicæ de Passione. De honore Parentum.

MIserunt Principes,& Pharisei ministros,ut apprehẽderent Iesum.Ioã 7. Videntes Pharisei miracula Christi,secundum Nicolaum de Lyra, ut Lazari suscitationem,& filii uiduæ, ceci illuminationẽ, panum multiplicationẽ,& alia bona opera, inuidia moti sunt,nõ tamen sunt ausi ire personaliter ad capiendum eũ, timore turbarum;sed miserunt ministros, ut ipsum apprehẽderẽt. Secũdum Tho.in cathena Aurea,quadrupliciter Iudæi conati sunt Christũ cõprehendere. Aliqñ in sermone. Matth. Abeuntes Pharisei cõsilium fecerunt, ut caperet Iesum in sermone. Aliquãdo in opere suo. Mat. 3. Erat homo habẽs aridam manum,& obseruabãt eũ, si in sabbato curaret, ut accusarent eum aliquãdo in iudicio. Io. 8. Adducũt ei mulierẽ in adulterio deprehensam. Aliqñ in persona, ut hic: Sed Christus contra hoc, quod uolebant eum capere in psona,ostendit maximam potentiam, quia eum nõ apprehẽderunt:unde dixit eis. Modicũ tempus,adhuc uobiscũ sum. q.d. Quid me festinatis interficere? Parum tempus adhuc expectate,& quæ uultis facere,estis facturi,sed nõ mõ:quia nolo. Quæretis me,& non inuenietis. Secũdũ Chris. Quærerunt Iudęi Christum. Quæretis, inquit me. Qñ scilicet eorum ciuitas Hierusalẽ fuit capta a Tyto & Vespasiano, probabile est tunc eos meminisse Christi, & miraculorum eius,ut eius scilicet præsentiam quærerent. Vnde dixit eis. Et nõ inuenietis,scilicet faciendo miracula. Sequitur Vbi sum ego uos non potestis uenire, glos. idest in potestate mea est me occultare,& uos ibi nõ potestis uenire,ad quęrendum me. Dixerunt ergo Iudæi adinuicem. Quo hic iturus est,quia non inueniemus eum? Nunquid, iturus est in dispersionem gentium,& docturus gentes? gloss. Verum quidem dixerunt: sed ignoranter dixerunt, quia Chri-

stus per almos Apostolos suos docuit gentes, & Paganos; & ad fidem conuertit. Vnde Thom. in postil. super Ioã. In totum mundum, & omnibus locis, Euangelii notitia facta est per Apostolos. In nouissimo autem die magno festiuitatis. In nouissimo. i. in octauo die, quia peractis septẽ diebus festiuitatis tabernaculorum, in octauo erat cœtus festiuus, & dicebatur illa dies sanctissima in lege, in illo ergo die magno, & solemni stabat Iesus & clamabat prædicãdo uerbum Dei, & dicendo: Si quis sitit ueniat ad me & bibat gloss. 1. Si quis desiderat doctrinam uitæ, ueniat ad me per fidem formatam, & bibat aquam sapientiæ salutaris. Ex turba autem multi crediderũt in eum, & nemo misit super eũ manus, quia nihil poterat facere, nisi inquantum ipse uolebat. Applica. De honore Parentum erit hodie sermo. Vbi 3 uidebimus in præsenti.

Primum dicitur obligationis.

Secundum dicitur punitionis.

Tertium dicitur inductionis.

Primum dr̃ &c. Cõclusio est Theologorũ, præcipue. Th. 2.2.q.64.ad tertium. & q. 102. arti. 2. Et Holcoth super sapientiam. Quòd quadruplici de cã, aut ratione, aliquis est honorandus, & reuerẽdus, ut uidebimus, inter q̃ est pater.

Primò ratione uirtutis.

Secundò ratione dignitatis.

Tertiò ratione antiquitatis.

Quartò ratione utilitatis.

Primò ratione &c. In 3. Eth. Honor est exhibitio reuerẽtiæ, in testimonium uirtutis. In eodem. Virtuti perfectæ non fit condignus honor. In 4. Ethic. Solus bonus secundũ uirtutẽ est honorandus. Vnde Romani colebant uirtutẽ, & honorẽ pro diis suis. Secũdo rõne &c. Vt principes, & prælati honorentur a suis subditis, ẽt si essẽt mali. Nõ q̃dem rõne malitiæ suę, sed rõne officii & dignitatis in qua sunt. Apost. Pet. 1. Pet. 3. Deũ timete: regẽ honorificate. ad Ro. 13. Nõ est p̃tãs nisi a Deo, & q resistit p̃tãti, ordinationi dei resistit. Tertiò rõne &c. Vt senes, propter senium sunt honorandi. Leuit. 16. Coram cano capite consurge, & honora personam senis. & 1. ad Thi. 5. Seniorem ne increpaueris,

sed obsecrà ut patrem. Sapientiæ.4. Senectus sem pueneras bilis est. C. de ue. iur. enucle. l. Deo authore. Tanta autem a nobis antiquitati habita est reuerentia, ut nomina prudẽtum uirorũ, taciturnitati tradere nullo patiamur modo. Quartò ratione &c. Et in hoc pater carnalis est honorandus. Matt. 15. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quia plura dant filio beneficia; inter quæ beneficia, tria sunt potissima, secundum Tho. 4. dist. 42. & Philosophus. 8. Ethi. Primũ est esse. Scdm est nutrimentũ. Tertiũ est disciplina. Primum beneficiũ est esse. Quod bonum qui nõ habet, nullum aliud bonum potest habere, non diuitias, nõ honores, non famam, non scientiam, non uirtutem, non gloriam, non uitam ęternam. Quod bonum ab omnibus est desiderabile. In 2. de Anima. Omnia appetunt esse, & illius causa agunt, quicquid agunt. In eodem. Vnumquodq; enim desiderat tueri proprium esse. Commentator Auerrois. Omne ens naturaliter desyderat permanentiam sempiternã. Iob. 1. Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua. Istud autem bonum habemus a parentibus. Hieronymus. Honorandi sunt parentes, quia sunt nobis primo causa nascendi. Eccle si. 8. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. Memento quia non nisi per illos natus non fuisses. Et Tob. 4. Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus uitæ eius. Hoc bñficio motus est Coriolanus Romanus consul. De quo Vale. lib. 5. cap. 4. Cum esset factus exul a Romanis, ad Volscos se contulit, cũ quibus gratiose uiuens, ab eis dux est factus contra Romanos, & post multas ciuitates adeptas, se approximauit Romæ ꝑ mille passus. Mittuntur illi oratores a Senatu pro pace fiẽda, eos non audiuit. Insuper & sacerdotes cum insignibus ornati, sed non audiuntur. Tandem mater, mitis, Vetruria nomine, cum ad castra ueniret, uidens eam filius clamare cœpit. O mater uicisti iram meam, scio quid uis, unde pax facta fuit, amore solum matris. Recordatus fuit Coriolanus beneficium quod matri debebat. Si pagani hoc fecerunt plus nos Christiani. Secundum beneficium dicitur. &c. Quia sunt educari ab infantia sua grandes, & grossi, cum non sit in natura creatura, quæ ita nascitur inepta

ad se adiuuandum, ut homo, parentes autē filiū nutriunt. Ex hoc tenetur filius patrem & matrem sustentare, ex hoc beneficio. Ecc. 3. Fili suscipe senectam patris tui, & nō con trifles eū in uita illius. Et in 7. Redde illius sicut illi tibi; Ob cuius causam uolunt Theologi præcipuæ Tho. 2. 2. q. 189. ar. 6. Quod si filius in seculo positus, habet parentes, qui sine eo non possunt se sustentare, non potest eos relin quere, nec ingredi religionē, quia ageret contra præceptū de honore parentum. Vnde tenetur alere parentes. Vnde o fili suscipe senectam laboriosam, & onerosam, recordans infantię tuæ quando flebas, turbabas domum, inquietabas dormitantes, fatigabas matrem, fœdebas pannos, sicut.n. pater te tolerauit, & mater, & tu eos tolera in senectute. Vnde Phil. 9. Ethi. Diis parētibus, & magistris, nō pōt red di æquiualens, & ff. Si quid in fraudem patroni. l. 1. Pietas patris non est spernenda. Ad hanc pietatē inducitur filius duplici exemplo. Primo Paganorum. Secūdo animalium. Primo paganorum. Valer lib. 5 cap. 4. Sub rubrica de pie tate erga parētes, de filia Romana. Quæ uidēs matrē mor ti adiudicatā, ut famæ moreretur, incarcere per dies pluri mos fingēs se uisitationis causa ad eam accedere uelle, im petrato aditu a custode carceris, alimenta non ualens ei portare, lacte proprio pauit eam, quod dū iudici innotuis set, matri donauit uitam, admirās filiæ pietatem. Præterea de cane, qui portabat panem in nemore ad sanctū Rochū. Preterea de rege Cyro, qui habuit in uisione, quòd filius fi liæ suæ corona capitis arripiebat, undē ex hoc filiā tradi dit nuptui cuidam sotulari, præcipiens, ut si puerū haberet ipsum occideret, q̄ non fecit, sed in sylua posuit, & canicu la pastoris ipsum reperiens lactauit. Præterea Romulus & Remus, a lupa sunt nutriti. Si animalia hoc egere, quanto plus homo capax rationis? Tertium beneficium &c. Quia instruuntur a parentibus in his quæ sunt Dei, ut sciant se signare, mensam benedicere. Ex hoc beneficio tenentur pa rentes diligere. Ad Ephe 6. Filii obedite parētibus uestris in domino. Hoc enim iustū est. Sed dum loquor admirari non desino. Vnde est tanta inobedientia filiorum erga pa rentes? Cur blasphemant sanctos, sunt inhonesti, latrones

&

& huiusmodi? Reperio hoc totum, quia non corriguntur de excessibus suis. Eccl. 7. Filii tibi sunt erudi illos, & incurua illos a pueritia illorum. Filiæ tibi sunt, serua corpus illarum & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Vbi Tho. Super 4. Ethico. Pueri sunt docendi in quatuor. Primo ne dicant turpia. Quia apostolus. Corrumpunt bonos mores, colloquia mala. Secundo ne audiant inhonesta, in 7. Pol. Iuuenes sunt custodiendi, ut nec dicant, nec audiãt malum, uel turpe aliquod, quia ex dicere, & audire aliqd turpe, de facili fit facere aliquod turpe. Tertio ne faciãt inhonesta. Tul. de offi. Maxime autem hæc ætas, a libidinib. arcenda est. Quarto ne habeant mala cõsortia, quia 28. q. 1. c. Sæpe malorum consortia, ét bonos corrumpunt. Exemplum patet de Lucretio Ro. De quo Boet. li. de doctr. scholariũ meminit. Qui a patre absq; disciplina fuit nutritus, aleis, & meretricibus sua consumpsit. A patre autẽ pluries redemptus a carceribus, cũ ad furcã duceretur, querula uoce a patre osculum petiit, cui nasum secuit morsu acutissimo. Si me inquit o pater correxisses, ad furcam non irem. O patres. O matres. O parentes, commendo uobis filios uestros. Instruite illos corrigite, ne uos maledicendi rationẽ habeant &c. patet primum.

Secundum dicitur &c. Quadruplex est lex, quæ clamat parentum honorem.

Prima est Diuinalis.
Secunda est Canonicalis.
Tertia est Ciuilis.
Quarta est Paganalis.

Prima est Diuinalis. Exod. 21. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Contra facientibus, dicitur in eodẽ. Qui maledixerit patri, aut matri morte moriatur. Deuterono. 27. Maledictus qui non honorat patrem suum, & matrem suam, & dicet omnis populus. Amen. Ethic. 28. Qui subtrahit aliquid a patre suo, & matre, & dicit, hoc non est peccatum, particeps homicidii est. Vnde dominus per Ezech. 22. Iudica ciuitatem sanguinum, & ostende eis omnes abominationes suas. Patrem & matrem contumeliis affecerunt, ideo dedit eos in opprobrium gentibus, & irrisionem

fionem uniuersi populi.Super quo Glo. Quatuor peccata mortalia fuerunt cā euersionis, & destructionis Hierusalem. Primum fuit peccatum Auaritiæ. Secundum Simonię sacerdotum. Tertium Christi passio. Quartum inobedientia parentū.O quot filii proterui, patres,& matres nō honorant.Secunda lex &c. dist. 30 c. Si qui filii parentes maxime fideles deserucrunt, & debitum honorē eis nō red diderunt,& hoc ipsum in eis non uenerentur,quod fideles sunt.Anathema sint. Ille,idest excommunicentur,& eis tollatur Ecclesiæ ingressus,ut infames, & ribaldi ab Ecclesia pe si.In quibus uerbis merito dubium quæritur. Quē plus tenetur filius diligenter, patrem an matrem, aut sustētare, dū sunt in pari necessitate?S:n Ponit hunc casum in li.De clamationū,sed non solutis Quidā pater fuit qui a Pyratis fuit captus in mari,ad filium mittit pro auxilio habendo, sed matre cœca domi manens,nec habens aliud auxiliū, q̄. filii.Præcepit ei,ut secum maneat, ac ei seruiat.Si patrem adiuuat,matrem dimittit. Respondent iuristæ. inst.de pa. potest.in Gl Quod potius tenetur adiuuare patrē,quā matrem,quia plus habet a patre,quam a matre. Exēplum sume.Plus tenetur illi qui dat palatium totum, quam dimidium,pater dat filio formam in generatione;mater dat materiam,& forma plus est,quam materia.Credo quod si mulieres interfuissent quando hæc lex facta fuit: clamassent.

3\. Tertia lex &c.In authē. Vt cum de appellatione cognoscetur.§ Aliud quoque capitulum.§.cognoscitur § eas.colla. 8.Et affirmatur in gl.extra de iureiuran. c. Quintaualllis. ubi assignātur quatuordecim casus, in quibus filius potest priuari iure paterno. Pro nunc solum quatuor uidebimus. Primus si patrem uerberauit.In 7.Eth.Philosophus ponit de quodam, qui patrem traxit ad certos gradus scalæ, & hoc idem euenit post mortē,qui dum a filio traheretur dixit.Noli facere o fili quia patrem meum ultra eum non traxi.Secundus si uerbis contumeliosis ipsum irritauit. Eccl. 3.Ne glorieris in contumelia patris tui. Non enim est tibi honor sed confusio.Exemplum illius filii, qui post mortē patri apparuit di O pater crucior in lingua,quia te uituperaui,ait uerificetur illud.Per quæ quis peccat, p hæc & torquetur

quetur. Exemplum in 7. Eth. cum reprehéderetur quidam quod patrem uerberasset. Respódit, & ipse patrem uerberauit suum. Et filium puerum ostendens di. Et hic cũ uir erit uerberabit me. Tertius casus si patrē infamauit. Prouerb. 25. Audi patrem tuum qui genuit te: & ne contemnas eũ cum senuerit mater tua. Exemplũ illius scholaris, qui Bononiæ patrem a longe uidens, dixit sociis, esse famulum patris. Pater dedit ei suam maledictionem. O maledictio patris quã terribilis es. Intra tres dies mortuus est. Quartus casus, si patrem positũ in carcere non uisitauit, & ipsum nõ consolatus est. In his casibus lex ciuilis ponit hos casus. Ecce quomodo filii sũt puniẽdi. Quarta lex est paganalis, quæ ponit filiũ in sacco de corio: & in profundo maris demergit. O beatæ leges si nunc ista seruarentur. O filii parẽtes amate, a quibus tantum amamini. Ad hoc propositum uideamus exemplum pulchrũ. 2. Reg. 8. de Dauid. Cum. n. Absalon eius filius, tentasset expellere patrem de Regno, & pater contra eum mouisset bellum, cum remansisset Dauid in porta ciuitatis, quia erat senex, præcepit Ioab, & Abisai, quibus erat commissa causa belli di. Seruate mihi puerum Absalon, ita quod egressus est populus contra Absalonem, & suos in campum. Et factum est pręliũ, & debellata est gens Absalonis ab exercitu Dauid. Accidit autem, ut Absalon occurreret seruis Dauid sedens super mulum. Cumque ingressus fuisset mulus, subter condensam quercũ, adhæsit caput eius quercui, & ille p capillos suspẽsus. Ioab tres lanceas accepit, & fixit eas in corde eius. Cũ nũcius occurreret Dauid, q sedebat inter duas portas, & diceret, filius tuus Absalon mortuus est. O Dauid piissime. O pater amantissime. Non cogitauit Absalonis rebellionẽ: non dixit. Volebat filius meus accipere mihi regnum, ideo interfectus est, sed ascendit in cameram di. Fili mi Absalõ, Absalon fili mi. Quis mihi tribuat, ut pro te moriar, Absalon fili mi? O amor patris ad filium. Si quando pater irascitur filio, non tamen malum uult de filio, imo dolet, tristatur de eo, quia ut dicit Philosophus 7. Ethi. Generãtis ad genitum, naturaliter est amicitia. Vnde homo capax rõnis, pſem & mſem diligat pro posse suo. Honora pſem &c.

Tertium

Tertium dicitur &c. Inducimur ad hunc honorem parentum triplici ratione.

Primò ratione exemplificationis,

Secundò ratione præmiationis.

Tertiò ratione punitionis.

Primò ratione &c. De Christo, qui honorauit parentes patrem, & matrem Primo patrem. Ioan. 8. Ego honorifico patrem meum. De Ioseph; Et matrem. Lu. 2. Erat subditus illis, s. Ioseph & matri. De matre ipsam honorauit. Primo in uita. Secundo in morte suipsius. Tertio post mortem. Quarto in morte illius. Primo in uita sua, quia semper ei obediens fuit. Secundo in morte suipsius, quia tradidit obliuioni omnes dolores suæ passionis, matrem uero commendauit Ioanni. Fili Ecce mater tua. Cantat omnino, Mulier ecce filius. Nō dixit mater, quia mortua cecidisset. Tertio post mortē, quia prius apparuit illi suscitatus, quā alicui, post sui mortem Quarto in morte matris, quia ad eius exequias cum oībus choris cœlestibus affuit. Et post ea fecit eam tantum honorari in Ecclesia, ita ut plures uideantur deuotiores, ac magis feruentiores ad matrē, quā ad filium. Quod creditur ideo hoc fieri, ut perspicue ostē datur quantum sibi placeat, quod filii honorificent parentes. Secundo ratione &c. Quia tales præmiantur triplici bono. Primum est, uitæ prolixitas. Secundum est, bonorum temporalium multiplicitas. Tertium est filiorum fœcunditas. Primum est uitæ &c. Exo. 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longæuus super terram. Ratio est Tho. 2.2.q.122. Qui enim inquit est gratus beneficio, meretur secundum quandam congruentiam, ut sibi beneficium conseruetur, propter ingratitudinem autem, meretur aliquis beneficium perdere. Beneficium autē uitæ corporalis post Deum, a parentibus habemus, & ideo ille qui honorat parentes, quasi beneficio gratus, meretur uitę conseruationē. Qui autem non honorat parentes tanquam ingratus. meretur uita priuari. Ille. Exemplo patet. Gen. 11. de Sem filio Noe, quia honorauit patrem, quod non fecit Cham, dicit fuisse Melchisedech Rex Salem, quem cōstat diu uixisse. s. plusquam sexcentos annos, quod fuit ex reuerentia, sed econuerso

uerſo breuem uitam fecerunt. Exẽplo patet. Quod Valẽtiæ cõtigit de quodã, qui ad furcã ducebatur, & morte ſibi iniu ſta data, propter immutationem tormẽtorum confeſſus eſt aliqua, quæ nunquam fecit. Cum ad furcas duceretur, in lo co, ubi nunquam commiſit aliquod crimen; aut ſuſpẽſus ali q's, clamare cœpit. Iniuſte morior hac uice; ſed iuſte ex pec cato matris, dum hãc percuterẽ, dixit mihi; utinam poſſis ſuſpendi. Quod factũ eſt. Eccl. 3. Maledictio matris eradi cat fundamenta. Secundum bonum &c. Tales multiplicant bonis tẽporibus, Gen. 27. De Iacob, qui patri fuit obediẽs; meruit benedictionẽ patris ſui. Ecc 3. Benedictio patris fir mat domos. Tertium bonum &c. Tales habent pulchram fa miliam. Eccl. 3. Qui honorificat patrẽ, iucundabitur in fi liis. in Pſ. 127. Filii tui ſicut no. &c. Tertio ratione &c. Gen. 9. de tribus filiis Noe, Cam fuit maledictus: quia ſeruus fi. Cham patrem irriſit, & ſemen ſuum, in ſeruitutem per petuam damnauit.

Feria III. Hebdomadæ de paſſionis De Violatione diei feſti.

AMbulabat Ieſus in Galileã. Nõ enim uolebat in Iu dæam ambulare; quia iudæi quærebant eum interfi cere. Io. 7. Secundum glo. interlinearem, quamuis Chriſtus Ieſus, poſſet inter Iudæos eſſe, ſine nocumento: ta men noluit ſe præſentare ante tempus debitum ſuæ paſſio nis; oſtendendo ſe uerum hominem, & ſuam uerã humani tatem. Secundum Nic. de Ly. Abſentatio Chriſti, fuit tripli ci de cauſa. Primo ratione ſui; quia nolebat adhuc a iudæis occidi: ex eo quod nõdum tempus erat ſuæ paſſionis, ab ip ſo electum, Vnde bene dixit eis. Tempus autem meum nõ dum aduenit. Secundo ratione noſtri: ut nobis exẽplum da ret cedere iræ, & turbationi. Matthæ. 10. Si uos perſecuti fuerint &c. Tertio ratione iudæorum. Vanũ erat in iudæã ambulare; & inimicos ad odium incitare; cum non eſſent ha biles ad audiendum. Eccleſia. 3. Vbi non eſt auditus: non ef fundas ſermonem. Erat autem in proximo, dies feſtus iu dæorum Scenophegia. Scenophegia, ideſt feſtum taberna culorum. Dicitur autem a ſcenos, quod eſt umbracu lum,

lum,& phagin quod eſt comedere;quia ſeptem diebus comedebant Iudæi in umbraculis. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Glo. Non erant filii Mariæ, contra errorem hæretici Eluidii qui dixit Christum habuiſſe fratres carnales; ſed dicũtur hic fratres de cognatione ſua. Hi ex miraculis Christi uolebant reportare gloriã humanam. Vnde dicunt ei. Tranſi hinc,& uade in Iudæam, idest Hieruſalẽ, ut diſcipuli tui uideant opera tua. Et quia ſuggerebant malum ei, ſcilicet gloriam humanam; quia quærebãt nominari ratione Christi, ideo recuſauit di. Tempus meum nondum aduenit, idest tempus manifeſtandi gloriam meam; quia in paſſione ſua fuit confuſus in omnibus. Et dicit Ambro. Quod ſine fœmoralibus fuit in cruce poſitus, ad maiorem ſui confuſionem. Sed uirgo Maria uelum proiecit in aere, quo fuit coopertus. Tempus ergo meum adhuc non uenit: quòd erit poſt reſurrectionem meam. Tempus autẽ ueſtrum ſemper eſt paratum. Glo. Tempus mũdanę glorię quam quæritis, ſemper eſt paratum. Vos aſcendite ad diem feſtum hunc; ego autem non aſcendam, ſcilicet eo modo quo uultis, ut laudem, & fauorem habeam, & requiram; aſcendit autem occulte,& murmur erat in populo. Quidam dicebant, quia bonus eſt; approbãtes eius doctrinam,& miracula. Alii autem non; ſed ſeducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de eo; ſcilicet in bonum: propter metum Iudæorum. Glo. Iudæorum, ideſt de tribu Iuda; quia quamuis omnes de populo nominarẽtur Iudæi; tamen ſpeciali modo nominabantur illi de tribu Iuda. Et hi grauius mouebantur cõtra Christum, eo quod in ſcripturis, Chriſtus erat promiſſus de tribu eorum. Iſti autem reputabant iſtum Galileũ & ab eis extraneũ. Applica. De uiolatione diei feſti loquemur. Vbi tria contemplabimur.

Primum dicitur modificationis.

Secundum dicitur inductionis.

Tertium dicitur punitionis.

Primum dicitur &c. Secũdum doct. Tribus modis uiolatur feſtum.

Primo, quia non cauetur criminibus.

Secundo, quia non inhæretur ſpiritualibus.

Tertio,

Tertio, quia non abstinetur a manualibus.

Primo autem, quia &c. Pro declaratione materiæ nostræ. No. secundum Thom. in 2.2. quæst. 122. ar. 5. Quod homini interdum est necessaria recreatio corporalis; propter multa sibi occurrentia; & illi tẽpus deputatur ad hoc; ut cibatio, dormitio, requies, & huiusmodi. Vnde Philosophus. 4. Ethi. Requies & ludus in uia, uidentur esse necessaria. In 10. Ethi. Ludere per tempus; rationem uirtutis uidetur habere. In 8. Poli. Omnis arbor requie indiget. In eodẽ Ludus fit propter requiem. Cato sic di. Interpone tuis, interdum gaudia curis. Ad propositũ: Sicut necessaria est requies corpori; ita animæ inuẽra est requies spiritualis, & recreatio; qua mens hominis reficitur in Deum. Et hoc est, ut homo abstineat se a peccatis, maxime dieb. festiuis; quia peccata plus habẽt impedire mentem ad Deum uacandũ; quam opera manualia. Vñ Exod. 20. Opus seruile nõ facietis in eo; opus seruile est opus peccati; quia seruũ facit Dæmonis. Iuxta illud Io. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Vnde peccans uiolat festum. In quibus uerbis, dubium quæritur. Quis magis uiolat festum & agit contra præceptum de sanctificatione Sabbati. An qui agit opus manuale; an qui peccat in die festo? Respõdet Thom. 2.2. quæst. 120 ar. 4. Quod qui peccat. Ratio est, quia opus manuale, aliqualiter poterit esse licitũ de se, & per se. Iuxta illud Gene. 3. In sudore uultus tui uesceris &c. & Psal. 127. Labores manuum tuarum; quia manducabis. & 2. Thim. 3. Si quis non uult operari, non manducet; sed peccare nunquam est licitum. Vnde est minoris culpæ laborare, quam peccare, & per consequens plus uiolat festum. Vnde talis ut dicit Nic. de Lyra super Exo. c. 20. Non solum agit contra præceptum, sed etiam contra duo. Exempli gratia. Aliquis facit furtum die dominico, non solum agit cõtra præceptum de sanctificatione sabbati, sed etiam contra illud. Non furtum facies. Præterea accedis ad uxorem proximi tui, non solum agis contra preceptum de sanctificatione sabbati, sed etiam contra illud. Non mœchaberis. O miseranda cæcitas christianorum; quia plura peccata faciũt, & grauiora diebus festiuis, quam per totam hebdomadam,

quando

quando deberent laborare pro anima, & Deo uacare: quod non faciunt. Quidam accedũt ad meretrices: & ibi bona expendunt; cum deberent ire pro familia. Prouer. 15. Qui nutrit scortum perdet substãtiam. Quidam in uanitatibus, ut mulieres; quæ ad perdonantias eunt, cum superornatu & capite eleũato. De quibus Hiere. 4. Eleuatæ sunt filiæ syon, & ambulauerunt extento collo. Exẽplum illius patris, qui uidens Pelagiam ante conuersionem; cum multa solicitudine se ornantem fleuit, dicens. Vtinam tanta solicitudine ornarem me quo ad animam, sicut illa quo ad corpus. Incipiũt in sero præparare unguenta. Quidam uadunt ad tabernas. & expendunt pro uita sua, quod poni deberet in familia. De quibus Apostо. ad Phil. 3. Quorum Deus uenter est: & gloria in confusione eorũ, qui terrena sapiunt. Verus Dei cultor, cum de mane surgit, primo cogitat de Deo. Iuxta illud Matt. 7. Primum quærite regnum Dei. Gulosus autem cogitat, quid comedere debeat: & quid magis delectet. Ecclesia sua est coquina. Altare mensa, acoliti sunt seruitores mensæ. Quidam corizant: nec respiciunt festiuitates Apostolorum, aut aliorum sanctorum. Vbi dicunt uerba ociosa & fiunt tactus inhonesti. Quidam ludũt ad chartas & taxillos, quod est mortale peccatum: & ita festum uiolatur. Quod conqueritur dominus Esa. 1. Solemnitates uestras odiuit aĩa mea: facta sunt mihi molesta. Amos 5. Odiui, & proiecit festiuitates vestras: qa scilicet nõ facitis mihi eas. Rident Dęmones super nostras festiuitates. Treno. 3. Viderũt eam hostes, & deriserunt sabbata uestra. Exemplum Dęmonis, qui in missa noua existens, de duobus ridebat. Primum quia quasi nullus audiuit de Epistola, & Euangelio. Secundum quia festa cum peccatis pluribus agebant. Viderunt eã &c. Extra de usuris. c. Omnes dies dominicos a uespera in uesperam cũ omni ueneratione decernimus obseruari: & ab omni illicito opere abstinere: & mercatũ in eis minime fiat. Secundus modus &c. Exod. 20. Memẽto ut diem sabbati sanctifices. Secundum Thom. 2. 2. quæst. ubi supra. In lege domini illa dicũtur sanctificari: quæ cultui diuino mancipantur. Vnde de conse. dist. c. Ieiunia Die dominico nihil aliud agendum, nisi Deo uacandum; & quod dicitur

de

de Dominica, idem dicendum de alijs festis, ab Ecclesia institutis ex praecepto custodiendis, ut dicitur de conse. d. 4. c. Pronunciandum ut festum Penthe. Natiuitatis domini, Apostolorum, & aliorum sanctorũ. Sed quę sunt in quibus oportet hominem uacare? Respõdeo. Quòd in quinq; principaliter, ut ponit Archiepiscopus.

Primo contritioni. Secundo meditationi.
Tertio orationi. Quarto auditioni.
Quinto eleemosynae.

Primo peccatores cõtritioni. Meditari peccata, quae egit homo intra hebdomadam: & de eis dolere. Vnde Leuit. 16. Sabbatum requietionis est, affligere animas uestras, scilicet per contritionem ut exponit. Orig. In huius figuram dicitur. Iob. 1. Quod cum transissent dies, scilicet hebdomadae, sanctificabat eos, scilicet filios suos, exponit Alber. Quòd omni sabbato admonebat filios suos de excessibus, quos fecerũt intra hebdomadã, & sic adducebat eos ad peccatorum contritionem. Secundo medi. &c. Cogitando bona, quae tribuit tibi altissimus: qa incarnatus: quia mortuus: quia fecit te ad imaginem suã. In huius figura Leuit. 11. Animal quod non ruminabit erit immundum. Non ruminare: est non memorare, & meditari diuina beneficia homini collata. Inducimur a Christo & eius matre. Luc. 2. Cũ Iesus esset duodecim annorum, ibat in Hierusalem ad tẽplum cum alijs, Ad quid o Maria recreationis causa? Non uere, sed ut uacarem diuinis. Vnde dicitur. Maria autem conseruabat omnia haec, conferens in corde suo: sed pauci hoc agunt. Vnde Apostolus 1. Corin. 14. In Ecclesia uolo. 5. uerba, sensu meo loqui ut & alios instruam. Quid credendum scilicet. 12. Articulos fidei. Quid faciẽdũ scilicet. 10. Praecepta. Quid timẽdum. s. Inferni supplicia. Quid cauendum. s. 7. uitia. Quid appetendum scilicet Paradisi gaudia. Tertio orationi. Iob. 5. Voca si est qui tibi respondeat. Vade mane ad Ecclesiam, ora. 1. Corin. 6. Vacetis orationi, & Greg. in reg: stro. Die Dominico a labore terreno cessandum est, atque orationibus insistendum. Quarto auditioni missae & diuinorum. De missa, quia praeceptum est. De conse. dist. 1. c. Missas. De uesperis. De praedicatione O ci-

nitas quæ non uadis ad sermones. Non mireris, si tot peccatis inuolutas es, quia ignoras legē Dei tui. Sed hæc ignorantia non te excusat, ut habent Canonistæ. Ignorantia iuris non excusat. s. quando homo ex defectu suo ignorat. In prædicatione declarantur, ad quæ homo obligatur. Quinto Eleemosynæ pauperū. s. illa die præcipue. In huius figuram Leuiti. 12. Quòd duo agni offerebantur die sabbati, aliis autem diebus unum tantum, in holocaustum pro peccato. Et Tob. 2. dicitur. Quod præparato prandio in die festo, mittebat filium ad inuitandum pauperes pro cōuiuio. Et sāctus Ludouicus Rex Frāciæ, uolebat omnia nomina pauperū i scriptis, & ita fac similiter. Mitte aliquid pauperibus omni festo de prandio tuo. Tertius modus, quia non abstinetur a manualibus. Exo. 20. Opus seruile nō facietis in eo, quod intelligitur cessatio operū manualium. & Leuiti. 23. Septimo die nō facietis opus omne. In quibus uerbis merito quæritur dubium. Vtrum peccent mortaliter, non seruantes festa, & laborantes? Respondeo ꝙ laborantes triplici ratione excusantur.

Primo ratione necessitatis.
Secundo ratione pietatis.
Tertio ratione modicitatis.

Primo ratione &c. Cum quis habet segetes in agro, aut fœna in pratis, aut uuas in uineis, & imminet periculū grādinum, uel inimicorum, Et cum est ignis in fornace, & cum Beccarij præparāt carnes in sabbato, nec uēdere possunt ne marceat, licet eis uendere. Et cum Barbitōsor in minuēdo sanguinem, & de molendinis. In huius figurā Apostoli excusabantur a peccato. qui colligebāt spicas, & fricabāt die sabbati, propter necessitatem famis, quam patiebantur, Et Christus Ioan. 8. ī sabbato dixit. Tolle grabatum tuum, & ambula. Et Mach. 1. Mach. 2. non, uiolauerunt sabbatum pugnātes die sabbati pro sui defensione. Secūdo ratione &c. Vt cū fit opus in Ecclesiis, in hospitalibus, & aliis operibus pietatis, quia ut dicitur distin. 76. cap. Vtinam. In operibus misericordiæ dierum distinctio non est habenda Tertio ratione &c. Quādo scilicet opus modicum est, & parū, Quia secundum T[illegible] l[illegible]gos, quod mod[illegible] ratio ap[illegible]

di:

dit ut nihil Sed quis explicet quātus est abusus christiano rum,circa sanctificationem sabbati, & festorum? Quidam mercata faciunt,quidam emunt,quidam cum^{e}quis lucrantur.Practica contra Barbitonsores,caligarios, & omnes artes.Exemplū de illo,qui nō celebratis festis,deferretur ad Ecclesiam,dum cantarentur letaniae.Sancta Petrae.Sanctae Paulae.Omnes sancti aures clauserunt. Vnde patet primū. Secūdum dicitur &c. Inducimur ad sanctificationem festorum,triplici ratione,ut habent doctores nostri.

Primo ratione priuilegij.

Secundo ratione exempli.

Tertio ratione scripturali.

Primo exēpli,quia ut dicitur distin.75. Dies dominica est plena priuilegiis.Inter alia sunt.8. Primū quia fuit primus omnium dierum, cū in eo mundus initium habuit.Secundū priuilegium,erit ultimus dies praesentis seculi. Tertiū,quia in eo omnes Angeli sunt a Deo creati,& boni in coelo glorificati,& mali expulsi.Quartum,quia ea die praecepta sunt data filiis Israel. Quintū,quia eadem die incarnatus est Christus. Sextū quia descēdit ad lymbum patrū, & animas de lymbo extraxit.Septimū, q̄a erit resurrectio mortuorum,& iudiciū uniuersale.Octauum, quia Spiritus sanctus missus est in igneis linguis. Vñ patet prima ratio priuilegij.Secundo ratione &c.Quia plura sunt exempla, inter alia tria sunt.Primum est Paganorum.Secundum Iudaeorum.Tertium Saracenorum.Primum est &c. Varro in ultimo uolumine rerum diuinarum recitat,quòd Romani prima die Ianuarij celebrabant festum Iani, quia fuit quidam, qui regnauit in partibus illis, ubi nunc est Roma, a quo Iano,mons Ianiculus dictus est.In mense Februarij agebāt festum foelicitatis.In Martio agebant festum martis qui fuit Deus bellorū. In aprili agebant festum Fortunae, quam dicebant deam. In Maio agebāt festū deae flore,quia dicebant habere potestatem super flores, cum i mense illo flores adsint.Secūdum est exemplum Iudaeorum, obseruāt mirabiliter festū, cū nō liceat eis facere aliq̄d die sabbati, imo nec incidere panem,aut ignem accendere.Tertiū exēplum est Saracenorum.Saraceni maxima, cum reuerentia

celebrant festa. Et defectuosi super hoc inter duos assere astringuntur. Tertiò ratione &c. Numeri. 15. Quidam inuentus colligere ligna die sabbati ad iussum Moysi, fuit lapidatus, unde ex hoc clamat Deus per scripturas. Leui. 19. Sabbata mea custodite, ego Deus uester. Deutero. 5. Obserua diem sabbati, ut sanctifices eum. Exod. 16. In die 7. Sabbatum domini est. Hiere. 17. Sanctificate diem sabbati. In quibus uerbis: duo dubia sunt uidenda. Primum est quando incipit festum, an in sero, an in media nocte. O quãdoq; Respondeo q a uespera in uesperam. i. in sero. Eugenius Papa declarauit, q usque ad duas horas noctis laborari possit, ut Barbitonsores, Apothecarij. Contra eos quiusq; ad mediam noctem laborant, quod est peccatum mortale. Secundum dubium, quare superaddita sunt festa sanctorũ, ultra diem dominicum. Respondeo quòd triplici ratione. Primò confutationis, ut confunderetur error eorũ, qui dixerunt ante diem iudicii animas sanctorum non ascẽdere in cœlum, qui fuit error Græcorum, ut di. Tho. Sup Ioan. Ad ostendendum q tales mentiuntur: Ecclesia statuit sanctorum suffragia in eorum solẽnitatibus implorari, prædicans eos in cœlo regnare cum Christo. Ecclesia canit. Gaudent in cœlis animæ sanctorũ. Secundo ratione gratificationis. Sen. li. de beneficiis. Beneficiorum memoria senescere non debet, & debito gratitudinis debemus commemorare beneficia nobis collata, ut sunt beneficia Natiuitatis, Passionis, Ascensionis, & in solennitatibus uirginis. Alia sanctorum festa celebrare debemus, quia sunt aduocati nostri. Tertio ratione imitationis, ut in sanctorum solennitatibus illorum gesta recolentes, conemur quantum possumus eos imitari. Vbi nota, quòd festa sanctorum patrum ueteris testamenti, habent conuenientiam cum nostris, nostra succedunt suis. Festo Paschæ Iudæorum, succedit festũ Resurrectionis Christi. Festo Penth. in quo fuit data lex, succedit festum Penth. in quo fuit data lex Spiritussancti. Festo Neomeniæ succedit festum Virginis Mariæ, festo turbarum, festa Apostolorum, festo expiationis, festa martyrum & confessorum, festo tabernaculorum, festum consecrat o..s Ecclesię. Vnde patet secundum.

Ter-

Tertium dicitur &c. Tales non bene celebrantes festa, puniuntur triplici modo.

Primo in temporalibus.

Secundo in corpore.

Tertio in anima.

Primo &c. Quia ex hoc non ditantur. Quia quicquid lucrantur in temporalibus hoc perdunt, quia habent plura infortunia. Spoliantur, a raptoribus, captiuantur, equi eorum leduntur, uel moriuntur, uel domus eorum comburuntur, & alia infortunia eis accidunt, unde depauperantur. O quot sunt qui uadunt ad miseriam, quod Deus permittit propter hoc malum. Secundo puniuntur &c. quia tales infirmantur per unum mensem uel annum, aut crura frangunt, aut febricitantur, & alia mala, unde oportet eos festiuare cum non deberent, quia ante laborauerunt, cum festiuare debuissent, quia inquit Salo. Per q̃ quis peccat, per hæc & torquetur. Et sic tantum amittunt in uno mense, quantum lucrati sunt per annum. Tertio punitur &c. quia quoties soluunt, toties peccant mortaliter, & animã occidunt. Exo. 31. Qui polluerit sabbatum, morte s. spirituali morietur. unde tales peccant in Trinitatem. Primò in patrem, cuius potentia creauit mundum. Secundam in filium, cuius sapientia redemit mundum. Tertio in Spiritum. s. qui tali die in mundum est missus. Et per consequens sunt ingrati creatori, redemptori, & consolatori. & per oppositum. Illi qui festiuant habent prosperitatẽ corporis, & animæ, & eis augentur a Deo miraculose bona tẽporalia, & prosperitates. Exemplum patet de duobus sutoribus, quorum unus habuit plures filios, qui semper festiuabat dies dominicos, & diuina audiebat, alius autem nõ. Petiuit autem iste, qui pauper efficiebatur. Cur diues es? Ego autem de die in diem pauperior fio? Respondit sutor ille. Die crastina mecum uenies. Duxit ad Ecclesiam ut diuina audiret, missam, uesperas &c. sic fecit dominica sequẽti. Respondit ille. Cur hoc agis? Nunquid scio uiam Ecclesiæ. Et dixit iste. Sic oportet facere, celebrare festa, postponere omnes curas. Et primum quærere regnum Dei, & tũc homo ditabitur. Unde patet &c.

Feria IIII. Dominicæ de Passione. De triumpho famæ. Vel de infamia.

FActa sunt Encenia Hierosolymis, & hyems erat. Io. 2. secundum doctores Encenia erat festum dedicationis templi. Et dicitur Encenia enceniorum in plurali numero: quia hoc festum pluries agebatur. Tho. 2. super Ioã. Encenia græce, latine dicitur innouatio. Secũdum Hier. Tres fuerunt dedicationes templi. Prima fuit a Salomone in autumno de mense Septẽbris. Secunda facta est a recedẽtibus de captiuitate Babylonica, de mense Martij. Tertia fuit a Iuda Machabeo, qui templum prophanatum a gẽtibus mũdauit, de mense Decẽbris, de qua hic fit mentio. Christus autem ad hoc festum ascendit, & ambulabat in porticu Salomonis. Iudæi uero circundederunt eũ dicentes. Quousq; animã nostrã tollis? si tu es Christus dic nobis palã. Volebant ipsum adulari. Quibus dixit. Loquor uobis & nõ creditis mihi. Opera quæ ego facio, in nomine patris mei. gl. Vt mortuos suscitare, infirmos curare. Testimonium perhibent de me, uidelicet q̃ sim filius Dei, & homo. Ex hoc q̃a aliqua opera fecit pertinẽtia ad eius humanitatẽ. Vnde dixit. Ego & pater unũ sumus, acceperunt autẽ lapides, ut lapidarent eũ, quasi arbitrantes male dicere se esse æqualem Deo. Quibus Christus dixit. Multa bona opera ostẽdi uobis ex patre meo, ꝓp quod eorum opus me lapidatis? q. d. Nullus pro bono opere debet lapidari, & uos me uultis lapidare. Qui dixerunt de bono opere non lapidamus te. sed de blasphemia. Resp. Christus. Nonne scriptum est in lege uestra. Quia ego dixi dij estis? Quasi dicat, non me debetis lapidare, si me deum uocaui, quia scriptura uocat deos homines sanctos. Vnde in exodo dr̃, Diis non detrahes. Et in Ps. Ego dixi dij estis & filij excelsi oẽs, & Sixtus pythagoricus. Libertatẽ arbitrij permissit omnibus Deus, ut pure & sine peccato uiuẽtes, similes fiant deo. Vir castus & sine peccato potestatem accepit a Deo esse filius dei. in 7. ethicorum, Homines dicuntur dii propter uirtutis excellẽtiã, in 1. Poli. Homo perfectus per sapiẽtiam nihil aliud est q̃

Deus in humano corpore conspiratus. Multoplus ego uocari possum Deus, quem pater sanctificauit. Applica de infamia hodie erit sermo, de qua tria sunt uidenda.

Primum dicitur diuersificationis.

Secundum dicitur assimilationis.

Tertium dicitur punitionis.

Primum &c. Triplex, est infamia qua quis potest infamare aliquem secundum doctores.

Prima diuinalis. Secunda personalis.

Tertia proximalis.

Prima &c. qua Deus infamatur, secundum Alex. 2. par. in tractatu de diuisione peccati, Infamia diuinalis est quando hō attribuit diuinæ bonitati id quod sibi nō conuenit: ut qñ dicitur. Ad corpus Christi. Ad sanguinem, cū sit spiritus. Ioan. 4. Deus spiritus est, si spiritus, ideo non habet corpus. Et ideo patre sano, cum sit iustus. Actum. 10. In ueritate comperi qm̄ non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet eum & operatur iustitiā acceptus est illi. Rom. 2. Non est acceptio personarum apud Deum, & a Cano. 22. q. 4. cap. sicut, extra de præbendis & dignitatibus c. uenerabilis. lib. 6. Præterea quando negatur ei quod ei conuenit: ut quando dicitur. Deus non potest facere hoc uel illud. Cū sit omnipotens & possit omnia. Verg. 6. Enei. O pater, o hominum diuumq; æterna potestas: Regnator: cœlum & terras qui numine torques. Psa. Omnia quæcūq; &c. Hoc genus blasphemiæ est maximum peccatorū. Ratio est, quia cum sit homini collatum donum linguæ super oīa animalia ut deum laudet. Eccle. 51. Dedit mihi dominus linguam in ipsa laudabo eum. In. 1. Polit. Nullam animalium habet sermonē nisi homo. Et Lacta. de illa solus hō sermonem accepit ac linguam cogitationis interpretē, ut enarrare possit iustitiam domini sui. Ideo præ ceteris tenetur laudare ipsum deum. Cum autē illū cum ea uituperet, ipsum dilaniat ac lacerat, & faciet se inferiorem omnibus creaturis quæ factorem suum laudant pro modo suo, ideo maxime peccat in hac infamia. De hac infamia ipse cōqueritur Ro. 2. Nomen meum iugiter blasphematur, & Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autē spreuerunt me. Secun-

da infamia & est quando persona semet infamat, quod fit quãdo ostẽdit & narrat peccata sua alteri, & de eis lętatur, Tu es in societate uirorum & mulierum laudas te de malo. De pteritis factis in iuuentute. De adulterio, de furto, annescis. In tali loco fecimus sic: & cũ muliere. Furati sumus gallinas aucas. De talibus. Prouerb. 2. Lætantur cum male fecerunt & exultant in rebus pessimis. Et talia audiẽtes uicini tui, & proximi scandalizãtur de te, quẽ ante habebant pro bono, uel pro non tam malo. Quod est peccatum grauissimũ, ex eo: quia nihil est dignius bona fama. Non est maior thesaurus in mundo, quam bonum nomẽ. Quod probatur tripliciter. Primo authoritate, q̃ est quadruplex in præsentiarum. Primo diuinali. Eccl. 51. Curam habe de bono nomine. Prou. 21. Melius est nomen bonũ, quam diuitiæ multæ. Ecclesi. 7. Melius est nomen bonum quam preciosa unguenta. Et Apost. de se. 1. Corin. 9. Expedit mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis euacuet. Secundo Cã. 11. q. 4. c. Non sunt audiendi. Qui famã suam negligit, crudelis est. Pone uitam o ciuis pro conseruatione famæ. Et ego ut frater, ponerem omnia pro ipsa tuenda, quia nihil melius nihil dulcius reperiri potest. Tertio ciuili. C. de his qui potentiorum nomine. l. 1. pdigus dicitur qui famam pro nihilo habet, o hõ uilis & nullius ualoris de fama non curas. Quarto Paganali. In 8. Eth. & 6. Omnes honores appetunt, dempta meretrice, quæ alij prostrat. Excepta illa misera, quæ cum digito ostẽditur p uiam. O mediolanũ quomodo stas? o pater morior famæ. Sed audi Phil. 4. Eth. Melius est mori, quam facere contra bonum uirtutis, omnes honores appetunt: Excepto usurario publico, qui honorem non æstimat. Vnde Tho. 2. 2. q. 73. Inter res temporales fama uidetur esse preciolior. Alexander 2. par. sum. Fama est preciosissima omnium rerum. Mesue in Grabadin. Melius est nomen præclarum cũctis diuitiis. Practica, Fama est corona pontificum, regum, dominorum, pauperum, mulierum, uirginum, religiosorum. O pater inquit. Egenus sum, pauper: non es pauper quando habes bonum nomen in populo, nec dari potest melius uxori quam honor. Ad quam amplexandam indu-

cimus

cimur, tripliciter.

Primo exemplo Paganorum.

Secundo Sanctorum.

Tertio exemplo Christi.

Primo Paganorum. De Hyppograeca quae cum circũ lit tus spatiaretur rapta a pyratis nauique introducta. Cum uellent eam uiolare, appropriãs puppi, se in mare praecipitauit, quam consentiret, ac si famam suã perderet. De Lucretia speculũ, norma Romanae pudicitiae, cui cũ diceret ei Collatinus, salue mi Lucretia. Minime inq̃t. Quid enim salutis potest esse mulieri amissa pudicitia? Vnde dũ esset uiolata a Tarquinio noluit diu post suam maculatã famã superuiuere. Vnde in cõspectu Collatini mariti sui pugione se fodit. Hoc facto protestans famã, quã uitam sibi chariorem. Praeterea de Virginibus illis, quae insequebãtur ab inimicis, in flumen se proiecerũt, ne famã honestatis amitterent. Vnde Petrar. in Trium. Famae. uidi nobilẽ comitiuã aduuatam sub unius magnae reginae uexillo, quam omnes amant, reuerentur, & metuunt. Secũdo exemplo Sanctorũ. de Machario. Cum quidam diceret iners asinae, infamis, in omnibus patiens fuit: sed cum diceret foetidae haereticę? Rñdit. Mentiris. Cum quidam miraretur impatientiã: rñdit, Haec solum uertitur in meam infamiam. De Xpo qui in omnibus patiens: Daemoniũ habes. A seruo percussus. Sed non potuit pati qñ daemon ipsum tentauit, haec omnia tibi dabo &c. Quia hoc pertinebat ad infamiam patris dicẽs. Vade Sathana &c. Tertio similitudine. De Salomone q a scriptura laudatur de pluribus. Eccle. 2. Magnificaui opera mea, &c. De auro, de argento, de sapientia. Sed cum peccatum egisset, dixit. Inclinasti foemora tua mulierib. & dedisti maculam in gloria tua. Ad ostendendum quod nihil egit: & quod fama est praeciosissima omnium rerum. Vnde, cum studio debet seruari, quod non facit qui se laudat de malo. Vnde tria peccata committit. Primum est gloriatio mali. contra Psal. Quid gloriaris in malitia? Secundum est infamatio sui. Ecclesiast. 41. Curam habe &c. Tertium scãdalum proximi. Matthae. 18. Qui scandalizauerit unum scilicet per malum dictum: expedit, ut &c.

Tertia

Tertia proximalis. Quod fit secundum Scotum. in 3. di- stin. 16. Thom. & Alber.

Primo uerum manifestando.
Secundo falsum imponendo:
Tertio malum recitando.
Quarto uerum fatendo.
Quinto uero negando.
Sexto scriptura componendo.

Primo &c. Quando quis peccatum alterius quod est se cretũ licet uerum sit, narrat nescienti. Exempli gratia. Tu scis aliquẽ fecisse rem turpẽ cũ tali muliere, sed res est oc- culta, & nemo scit nisi tu & ipsi; ipsos infamas. O talis tu ne scis. Talis fecit sic: Tu infamas ipsos & mortaliter peccas. Quia agit cõtra duo præcepta. Primò contra diuinũ. Secũ do contra naturalẽ. Primo contra &c. Matt. 16. Si peccaue rit in te frater tuus corripe eum inter &c. Eccl. 9. Corripe proximum tuum & da locum timori altissimi. Tu nihil fa cies. Secundò contra &c. quod clamat, Quod tibi non uis fieri ne aliis facias, ut dſ. dſ. 1. c. 1. & dist. 9. c. placuit. Cali- xtus Papa di. 1. c. Põderet unusquisq; sermones suos & qđ sibi nõ uult loqui, alteri non loquatur. Ille. Nolles ꝙ proxĩ mus tuus infamaret te in occulto, & tu fac similiter. Mat. 7. quæcunque uultis ut faciãt uobis homines, & uos facite il lis. Vnde casus in iure de illo qui missam celebrat corã ex- communicato. Aut est sibi notorius & non populo, sic dẽc missam prosequi, ne ipsum infamet. Ex hoc Christus Iudã cõmmunicauit in cœna in mortali, quia nõ erat notus Apo stolis ne ipsum scãdalizaret. Vbi sunt tales modo. Imo &c. Secundo falsum &c. Qñ quis ex odio qđ habet alicui im- ponit ei crimen quod nõ solũ nõ fecit, sed nec unquã cogi- tauit, quia ut dicit Philosophus. 2. Ret. Amor & odium & proprium commodum sepe faciunt hominem iudicium nõ cognoscere, quod prohibetur a lege. C. de modo multarũ. uult C. de pœnis. l. sancimus. Nõ debet aggrauari quẽ cul- pa nõ aggrauat. Sed o quot uirgines reputantur incontinẽ tes? quot uiduæ sanctæ inhonestę? Quot penitẽtes, hypocri tæ, quot amatores iustitiæ tyranni. Quot boni mali reputã tur. In hac infamia fuit Susanna, de qua Dan. 13. qa cõsen-

tire

tire noluit libidinosis senibus, adiudicata est morti. Praete rea de sancta Marina, quę 18. annis stetit in monasterio uil rorum incognita sub habitu monachi; imputata fuit, quod quandam impregnasset, cum tamen esset mulier. O quot in ueniuntur hodie infamati contra iustitiam. Vnde quaedam nobilis domina infamata contra uerum d. Scit Deus si sum uirgo. Tertio malum &c. sicut quādo quis audiuit malum de aliquo, quod possit uerti in infamiam. Tu uadis in Apotheca, & ibi malum illud refers quod audisti. Et quāuis nō sis author huius mali, tamen mortaliter peccas; quia illud notificas nescientibus. Hoc peccatum maxime regnat inter mulieres, quae discurrunt hac & illac; nō possunt silere: qa sunt de ossibus. Vir de terra. Pone quatuor mulieres ab una parte. Decem uiros ab alia, plus garrulabunt. Quarto uerū &c. Quando scit aliquē iuste infamatum, cum ei falsum imponitur, & potest eum liberare, & tacet; peccat mortaliter; & causa est illius infamiae. Vnde dist. 86. Error cui nō resistitur approbatur, & ueritas cum minime defensatur opprimitur. & Eccl. 4. Libera eum si potes, qui iniuriam patitur. Et homo potius debet mori p defensione ueritatis. Ecc. 4. Pro iustitia agonizare pro aīa tua. Et extra de regulis iuris. lib. 6. Aug. De ueritate scandalum nasci potius pmittitur, quā ueritas relinquatur. Hoc fuit pcm militum Pilati. Matth. 26. Qui uidentes Christum surrexisse, pecunia corrupti, tacuerunt ueritatem. Et tu o ciuis, quando scis aliquem contra iustitiam infamatum, adiuua ipsum. Quinto &c. Sicut quando quis facit bonum opus, dare eleemosynam, ire ad Ecclesiam; facere alia bona. Tu dicis. Iste nō facit hoc bona intentione, nec bono animo; sed uanagloria. Est Dei deceptor, un magna sancti. Hoc fuit peccatum Pharisaeorum. Io. 9. Dicebant de Christo, quando caecū illuminauit. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Sexto scriptura &c. Quando quis facit scripturam, & boletinum, In quo ponit mala proximi sui, & ponit sup Apothecas & portas, aut in uia, ut possit ab omnib. legi; & uocatur libellus famosus, aut diffamatorius. Hi puniuntur a lege ciuilis tam ille qui fecit, quam ille qui inuenit; & non corrūpit, uel alicui reuelat. C. de libello famoso. L. Vnica. In foro ue

ro pœnitentiali non possunt absolui, nisi famam restituat, ut habetur 5. q. 1. c. Quidã. Et dist. 46. Accusatores. O quot uadunt ad infernum, quia infamant. sed nunquã restituũt. Vnde patet primum. Secundum &c. Infamator assimilatur sex generibus personarum, propter suas malas cõditiones.

Primo Homicidæ. Secundo Serpenti.
Tertio Scorpioni. Quarto Lupo.
Quinto Porco. Sexto Inferno.

Primo &c. Ille dicitur homicida, qui interimit hominẽ: ita infamator dicitur homicida animæ. s. in fama. Vnde de pœ. dist. 1. Homicidiorum. Qui occidit, & qui detrahit, pariter homicida est. Ille corporis, iste animæ. Vnde scriptũ est, Qui odit fratrẽ suũ hom. &c. Et omnis qui detrahit fratri suo, homicida est. Glos. super c. Homicidiorũ. Detractores dicuntur homicidę, quia quantum in eis est, priuant animam uita, quæ est melior pars hominis, dum negãs uirtutes quibus ipsa uiuit, in uerbo uita uiuit. Corpus uiuit cibo anima uirtutibus, & ff. de manumissis. l. Iusta causa. Infamia ęquiparatur morti. Qui ergo infamat proximũ suũ, ipsum occidit in fama, qa mortuus, ideo nullius operationis. Exemplum illius patris cui d ctũ fuit. O latro. O adulter. O concubinarie. O homicida. Verum est inquit: quia infamaui fratrẽ meum. Secundo &c. Qui in silentio mordet. Eccl. 10. Si mordeat in silẽtio serpens, nihil eo minus hẽt, q̃ quę occulte detrahit De serpente Prouer. 3. Salo. dicit de se, quòd tria fuerunt ei difficilia ad cognoscẽdum, & quartum penitus ignorauit. Primũ. Via Aquilæ. Secundũ. Via nauis in medio maris, utrum bene eat. Tertium, uia pueri in adoloscẽtia, utrum bene, uel male aget. Ari. 1. Perhi. De futuris contingentibus nõn est determinata ueritas. Quartum uia colubri. Sed quare de colubro? Respondeo, quia in incessu suo uidetur sumere unam uiam, & ad alteram uadit. Ita ribaldus infamator incipit bene loqui de eo, quem uult infamare, caue tibi socie. Cõtra Tales Prou. 10. Simulator ore decipit amicum suũ. Ideo obserua illud quod solet dici. Custodi me deus ab eo in quem confido, ipsum applaudit cum uerbis dulcibus, sed tandem ipsum mordet. Simulator &c. Non est officiũ boni uiri applaudere, quod fe-

cerunt

cerunt Pharisei, cũ dicerẽt Christo, Magister scimus, quia uerax &c. Chry. Magistrũ nominãt, quẽ perdere uolebant. Hoc peccatum regnat his temporibus. Hie. Nihil est quod tã facile corrũpat mentes hominũ, sicut adulatio. Tales nõ sunt ueri amici. Unde Phil. 4. Eth. Qui fingit se amicũ eẽ, & nõ est: peior est eo, qui facit monetã falsã. Glo. in l. odi. C. de here. Falsus denarius nõ est denarius. Tertio &c. Quũ retro in cauda portat & dat uenenũ, ita infamator ostẽdit in facie q̃ intus non habet. Hiere. 9. In ore suo pacem cum amico loquitur, occulte autem ponit ei insidias. Hier. ad Ansel. de fictis amicis. Osculabantur quidam mihi manus, & ore uipereo detrahebant. Dolebant labiis, corde gaudebant. Exẽplũ Iudae: Io. 18. Aue rabbi. Et osculatus est eũ, & tamen prodebat eum. O Iuda. O quot comedunt in eadem mensa. O quot salutant te: intus uero pleni sunt dolo. Sen. Multorum odio sub occulto latet, omnia tamen pãdẽtur. Quarto &c. sicut uorator lacerat carnes animaliũ, ita infamator, lacerat famã proximi sui. Hiere. 19. Unusquisq; carnem proximi sui uorabit. Facetia de duobus fratrib. cõuentualibus, qui in balneis simul cõfitebantur: dico inquit unus meam culpam, q̃ ordinem tuũ infamaui. Respõdit ille. Idẽ facimus de uobis. Greg. Qui aliena detractione pascitur, proculdubio alienis carnib. uescit. Et sic unusquisq; it ad infernum tu malũ de me. Ego de te. O mala res. Quinto &c. Qui in uiridario nõ pascit flores, nec inter eas se ponit se in sterquilinio. Facetia de Porco. Semel oĩa animalia conuiuium fecerunt, sed deficiebat Porcus miserũt ouẽ ambasciatricẽ ad eũ uocandum, ut & ipse ueniret. Respondit. Est ne lutum ibi. Dixit quod nõ, unde noluit ire, sic infamator est porcus, qui nõ loquitur de florib. uirtutũ proximi, sed de aliquo defectu, & suos obliuioni tradit. Contra Apostolus. 1. Thim. 4. Attende tibi. Cãta. Cice. in Tus. Proprium stultitię est, aliorum uitia cernere: suorum obliuisci. Sen. Aliena uitia ante nos habemus, a tergo nostra. lege super tuum librum, & bene stude in eo & sine meum. Sexto &c. In ore inferni solũ mali sunt, imo est peior inferno, qui solum malos capit. Sed in ore infamatoris non solum mali, sed etiam boni. Communiter sermo talium

est.

eſt de Religioſis, de præsbyteris. Contra tales. Sap. 1. A detractione parcitæ linguæ. In uitis patrũ legitur quod diſcipuli Abbatis Antonij cũ uiſitaſſent abbatem Paph. dixerũt ei: Pater dic nobis uerbum ſalutis. Reſpondit eis. Melius eſt comedere carnes i 40. & diebus prohibitis, quã comedere famã proximi. Practica. Quidã carnes non comedunt. Quidã ſuper ſacones dormiunt. Quidam ciliciũ portãt: ſed nihil melius, q̃ famam fratris ſeruare. Ex hoc Aug. in menſa habuit hos uerſus. Quiſquis amat dictis, abſentum rodere uitam. Hanc menſam indignam nouerit eſſe ſibi. Hi ſunt qui ſtant ſuper Apothecas: ſuper uias uituperãtes, ſindicantes, infamantes hunc & illum. O lingua peruerſa quę paradiſum conturbaret. Tales illi ſunt dentes ſerpentini, quos Cadmus rex ſeminauit; ut ponit Ouid. li. 2. Metam. Ex quibus ſtatim nati ſunt milites armati, qui inuicem cõtra ſe inſurgentes; ſe peremerunt, quia ex infamiis, & morſibus detrahentium, brigam ſeminãtur inter homines. Vnde mors ſæpe ſequitur. Noli ſic facere frater mi &c. Circa qđ not. Alber. Deum formaſſe linguam, cum triplici cõditione. Prima conditio: quia fecit unã in quodlibet, nõ plures: fecit duas aures, duos oculos, duos pedes & manus, & liguã tantum unam. In quo innuitur quod homo habet loqui parce & temperate. Ideo Sap. & Prouerb. 10. dicit. In multiloquio non deerit peccatum: qui autem moderatur labia ſua, prudens eſt. Sen. ad Luc. Tardiloquum te eſſe iubeo. Idem lib. de Moribus. In hoc enim incumbe: ut libentius audias, quam loquaris. Eccle. 21. Tacitus & ſenſatus honorabitur. Secunda &c. Quia fecit Deus rubicundam. Ad inſinuandum, quod loqui debeat cum charitate. Tertia, &c. Quia fecit eam mollem ductilem, & uolubilem. Ad oſtẽdendum quod homo non debet eſſe pertinax in ſententiis male prolatis. Vnde Aug. 22. q. 4. ca. Magnæ ſapientiæ eſt: hominem reuocare, quod male locutus eſt. Et ſicut lingua eſt mollis: ita & locutio debet eſſe blãda, & affabilis. Vnde Cic. 1. off. dicit. Difficile dictum eſt quantopere concilies animos comitas, affabilitaſque ſermonis. Quarta collocauit in ore, ubi ſunt labia, & dentes, quibus clauditur: tanq̃ duplici muro refrenetur, ne reuelet ſecreta, & omnia dicat,

cat,quæ non sunt dicenda. Vbi est saliua, ad innuendum, quod sermo debet esse sale conditus,& quisquis ponderet sermones suos:ut dicitur l.di.pōderet. Dubitat modo Scotus. Quis plus tenetur ad restitutionem, qui habet rem alterius, an famam? Respondet quod famam; cum tamen non possit absolui,qui habet rem alterius nisi restituat; ut dicitur ad Augus.14.q.6.Si res.Non dimittitur peccatum, &c. multo plus famam. Et hoc duplici ratione ait Sco.Primo: quia est preciosior. Secundo,quia quis amissa substantia, potest laborare.Sed qui famā perdidit, nemo illum uult: sed quærit anima chara,quæ iniuste infamata, Quid faciā modo? Tu dixisti &c. Quia qui negligit famam suam est crudelis,debeo me uindicare de hoc? Respondet dominus Alber.Quod si contingat perdas bonā famam linguis detrahentium,patienter ferendum est.Quare o alberte?quia est magni meriti,& potius est ad commendationem,quam ad uituperium,quod ostendit tali exemplo. Nō est derogatio,sed cōmendatio lucis,si eam fugiant & odiant uespertiliones. Ad propositum.Sancti uiri sunt lux,quia habent lucidam conscientiam & famam.Iuxta illud Apostoli. Omnes uos estis filii lucis,& filii Dei. Peccatores sunt tanquā uespertiliones, qui diligunt opera tenebrarum, & odiunt opera uirtutum.Non est dero[illegible] o uiris lucidis, si infamātur ab hominibus iniquis. Id[illegible] [illegible]ene.in li. de remediis fortuitorum. Male loquuntur de te homines,sed mali. Mouerer,si de me Marius,si Cato,si Lelius sapiens, si alter Cato,si duo Scipiones ista loquerentur.Nunc malis displicere,laudari est. Non potest ullam authoritatem habere sententia:ubi qui damnatus est male de te loquitur, male de te loquuntur homines.Mouerer si iudicio hoc facerēt, nūc morbo faciunt,male loquuntur homines.Bene nesciunt lo qui,faciunt nō quod mereor,sed quod solent. Quibusdam enim canibus sic innatum est,ut non pro ueritate, sed pro consuetudine latrēt.O sententia aurea. O sententia digna memoria. Practica hic.Quod non est officium boni uiri dicere mala de socio.O pater est bonus.Non est uerum,quia non diceret malum. Da hoc documentum populo quod ne mini iniuriam faciat:quia ut dicit Sen. Qui offēdit scribit

in puluere;sed qui offenditur;scribitur in marmore.Vnde Apostolus.Nemini dantes ullam offensionem.Tertium dicitur &c.Duplex punitio.Vna temporalis,alia spiritualis. Prima temporalis.In pluribus locis scripturæ.Numeri 21. Quia Maria soror Moysi & Aaron murmurauerat, ac eos famabat, pcussa est lepra.Præterea Numer.14.A 20.annis supra nemo intrauit terrã promissionis ex d.c.milibus nisi Iosue & Caleph:& omnes in deserto mortui sunt.Numeri. 21.Quia populus murmurauit contra Moysen & contra Deum.Non est aqua,deest panis anima nostra nauseat &c. Misit in eis serpentes.Prætereа seruus fuit sub Pharaone. sub Rege Eglon in Babylonia . Præterea Dathan & Abyron a terra absorpti sunt . Nume.16.Ecce prima pœna . Secunda est spiritualis in anima: quia tales sunt damnati.
Quod patet authoritate.Exemplo.Authoritate.Glo. sup illud.Prouer.24.Cũ detractoribus ne commisceaeris . Hoc uitio periclitatur totum genus humanum. Exẽplo in uitis Patrum.Interrogauit Macharius Diabolum. Quale peccatum est ducens populos ad infernum?Respondit. Peccatũ infamiæ:quia facile infamant,& nũquam restituunt: quod uere dixit.In confessione. Pater inquit peccator dico meã culpam:quia fuit iratus,sputaui i ecclesia:sed de detractione nihil dicit, quod est p[illegible]atũ grauissimum summe Deo displicẽs.Præterea Lu.15 [illegible]ues Epulo torquebatur maxime in lingua.Tripliciter peccarat in lingua .Primo pauperem irridendo.Petrus Rauen.Lingua magis ardet qua pauperi insultauit.Secundo nimis uoluptuose edendo.Tertio inter conuiuas ad detractiones eam laxãdo.Ideo tam acriter puniebatur.In libro de transitu Hierõ.Eusebius refert de Syluano Episcopo Nazareno. Quod cum esset mire sanctitatis in populo,Diabolus inuidens ei assumpsit formam & imaginem.Episcopi;& iuit ad quandam mulierem in nocte apud eius lectum.Illa clamans succurrite. Ad eius uocem uenerunt populi uicini ciuitatis.In forma Episcopi uiderunt Diabolum sub tecto,& fugit.Facto mane factum famatur ipsi Episcopo.Ille admirans patiẽter sustinet. Vnde per annum integrum fuit, quod nemo ad eum ibat ex uituperio . Tandem sanctus Dei cum oraret quæstus est ualde

contra

contra Deum,& beatum Hiero.cui erat deuotus. O domi ne tu bene scis ꝙ ego non egi, & tu o pater Hieron. quare me non iuuas?apparuit ei Hieron.di.Fili age pęnitentiam, quia sine ea nemo coronatur. Sic factum est ut proberis. Sed scias quòd infamia est grauissimum peccatum, & pœna grandis est super eos qui infamant. Sed hæc infamia non est facta ab homine, sed a diabolo qui non potest puniri noua pęna:sed tantum actuali Sed qui talia agunt acerbe punientur a diuina iustitia. Prętęrea in gestis Anglorũ ponit Beda de quodam uiro qui duos grifones magnos habebat a dextris,& sinistris, qui ipsum cruciabãt in lingua. Quia p quæ quis peccat, &c. Præterea filius apparuit post mortem patri. O pater crucior in lingua,quia proximum meum semper diffamaui.

Feria V. post dominicam de Passione. De conuersione Magdalenę.

Remittuntur ei peccata multa,quoniam dilexit multum. Luc. 7. Ab optimis & excellentibus Philosophis naturalibus:cum solido,& firmo fundaméto rationis fuit cõclusum,inter omnes creaturas singulariter, rationalis creatura dotata ratione, capax intellectu cum summa auiditate & appetitu, desyderare illam rem, quæ sit pulchra & bona.Dio.4. cap. de di. no. Pulchrum & bonum omnia desyderant.& primo Eth. Bonum est quod omnia appetunt,quia ut scribitur in 3.Ethico. & in 3.de Anima. Bonum est obiectum uoluntatis. Et quanto bonum est maius: tanto plus est appetibile.Deus est summum bonum.Plato in Timeo.Deus est summum bonum super omnem substantiam,omnemque naturam.Et 12. Meta. Deus est nobilissimus omnium entium,& nihil eo nobilius. De quo Marc. 10. Nemo bonus nisi solus Deus.i.essentialiter. Cum ergo fuerit summum bonum: Magdalena ipsum elegit,a quo meruit remissionem omnium peccatorum. Euangelium narrat per ordinem. De qua tria occurrunt mysteria declaranda.

Primum dicitur offensionis.

Secundum dicitur satisfactionis.

Tertium dicitur præmiationis.

Primum dicitur &c. Quæritur dubium. Vtrum Magdalena, de qua hodie fit mentio in Euangelio sit illa peccatrix quæ fuit soror Lazari, & Marthæ? Circa hoc triplex fuit opinio. Vna dicit q non, & ratio huius est, quia causa principalis, propter quam communiter mulieres faciunt illicita, & talia de corpore proprio, est propter paupertatem. Prouer. 28. Propter inopiam multi perierunt. Isocrates in exhortationibus. cap. 2. Honora præsentem substantiã, propter duo, tum ut magnum malum prohibeas, tum ut amico ærumnoso suffrageris. In 1. Eth. Impossibile est indigentem operari bona. in 4. Eth. Omnis indigentia mala. In 2. Politi. Impossibile est indigenté bene principari, & studio uacare. In 4. Pol. qui uiles sunt, & egeni, nesciunt principari. Vnde cum interrogantur tales miseræ, quare talia agũt? Dicunt. Propter paupertatem. O quot stant ad lupanaria. O quot furantur propter paupertatem. Ad propositũ. Magdalena nõ fuit pauper, imo ditissima, cum esset domina castelli Magdali, a quo dicta est Magdalena: igitur nõ fuit illa soror Lazari. Secunda opinio fuit Origenis quod fuit illa, sed non meretrix, & peccatrix corpore, sed solum mente, ut plures puellæ reperiuntur in domibus parentũ, quæ sunt uirgines corpore, mente autem non. Tertia opinio est Grego. & Amb. & Augu. ut ponit Thom. super Io. 12. c. Quod illa fuit meretrix mente & corpore, & soror Lazari. Et hæc uerior opinio. De qua dominus Alber. sup Lu. Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius quod est beata Virgo: quæ preest diei, in exemplum innocentię, & luminare minus, quod est Maria Magdalena. quæ præest nocti. i. peccatoribus, in exemplum pęnitentiæ. Ille. & Glos. super Matthæ. 21. Amen dico uobis, quia publicani, & meretrices, pcedent uos in regno cęlorum. Publicani ut Matthæus. Meretrices, ut Magdalena. Hiero. in Prologo Oleæ. Hæc est illa mulier meretrix & adultera, de qua loquitur dominus ad Iudæos di. Meretrices, & publicani præcedent uos in regno cęlorũ. Præterea hoc idem Ecclesia Romana, in offi

cio

cio confitetur. Maria soror Lazari, quę tot commisit crimi na: ab ipsa fauce tartari, redit ad uitæ limina. Ad ppositū. Si peteres modo, quæ fuerunt causæ quod Magdalena peccauit? Respondet pater Aug. in li. de 10. chordis Quod fuerunt quatuor, quæ induxerunt eam, & alias mulieres.

Prima est Pulchritudo.

Secunda eius Libertas.

Tertia eius Facultas.

Quarta eius Inuerecundia.

Prima eius &c. Quæ est causa multorum malorum. Magdalena uidi. A iber. super omnes mulieres oriētales speciosa, & pulchra corpore; naturali pulchritudine: & cū ista naturali addebatur artificialis. Quæ est ista o mulieres? Affaitamentum capitis; oppositio capillorum bellectum in facie, quæ artificiosæ, ad speculum stare per horam, uerte huc, pone illic. Ad cingulum cultellum, ab alia acuarium. Viderentur marescalchi, si haberēt forpices. Ista autē pulchritudo est causa mali, quia ut dicitur per Theophrastum Philosophum. Mulier pulchra cito adamatur, & difficile est custodire, quam multi amant. Et Diony. 4. de diuinis no. Pulchrū & bonum, omnia desiderant. Et Dauid in ps. Delectasti me domine in factura tua. Vnde Cleopatra a Marco Antonio, Polixena: Deidamia, Briseida ab Achille, Helena a Paride, Deianira ab Hercule, Phillis a Demophoonte, Tysbe a Pyramo, Medea a Iasone ad amate sūt. De hac pulchritudine dicit Salomon. Prouerb. 11. Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra, & fatua. Sicut enim sus habens circulum aureum, in lutum immittit, sic mulier habens pulchritudinem; in uoluptatem se immergit. Sed quando mulier est pulchra, & sapiens non est periculum, quia sapienter se conseruat: similiter, quando est turpis & fatua, non est periculum. quia nemo eam solicitat sed quando est pulchra & fatua, tūc est periculum nam quia est pulchra, solicitatur a multis. Quia uero est fatua, custodire se nescit. De tali pulchritudine dicitur. Prouer. 22. Fallax gratia, & uana est pulchritudo. Secundum quæritur Dubiū. Quare plus naturaliter quærit mulier pulchri quam uir: Respondeo, quod nō est persona, quæ non quærat honorem. in 6. Ethic. Omnes ho

nores appetunt. in 4. Eth. Maximum bonorum exteriorum est honor. & Cice. in q. Tusc. Omnes accendũtur in studia: gloriam &c. Vnde omnibus placet honor. Ad propositum. Mulier non potest habere honorẽ in dando consilia. Quia ut dicit Phil. 1. Poli. Consilium mulieris est inualidũ. Nõ in gubernatione domus. In 1. Pol. A muliere male regitur ciuitas. Non componendo pacem. In 8. de animalibus. Fœminæ sunt litigiosæ. Non in fortitudine uirium, q̃a debilis est. In 18. de animali. Fęminæ sunt debilioris naturæ maribus, quia sunt frigidiores. Vnde in 18. de animali. Fęmina est mas occasionatus. i. imperfectus, & Sen. li. de beneficiis. Videamus ne mittamus munera superuacua, ut fęminæ arma, quia scilicet non est fortis, rustico libros. Ad propositum: Mulier ergo sibi quærit honorẽ in aliquo, sed nõ potest habere in supradictis. Igĩ sibi quærit in pulchritudine; affaitando se excessiuis ornamentis, propter qđ sæpe uiri eunt ad hospitale. Sed iste uanus ornatus, acriter rep̃hendítur a doctoribus, quia est peccatum. Vnde Hieron. ad Furiã. Ornatus iste non domini uelamen est, sed Antichristi. Omnia ista sunt perdita in muliere. Facetia de Imperatore, q mãdauit diẽ sui natalis celebrari. Quidã rusticus fuit, qui in agro inuẽtus est laborare. Ductus ad Imperatorem indicauit ei, quia sex denarios oportebat eũ quotidiẽ lucrari, duos soluere. s. patri dare, duos accommodare. s. filiis, duos consumere pro familia, duos p̃dere. s. uxori. Magdalena ergo peccauit. quia ista pulchritudo fuit sibi cã, & iste ornatus. Secunda causa fuit libertas, Poeta. Non bene pro toto libertas uenditur auro. Et ff. de fideicommissis libertа. l. Pax. Nihil gratius præstatur libertate. Et inſ. quib: de cau. Manumit. Non pos. Inestimabilis res est libertas. O quot cadunt in peccata propter hanc, quia priuatæ sunt cõsortio uirorum. In huius figuram dixit Gene. 3. Deus. Sub uiri eris potestate, quasi dicat non in tua libertate. Vnde cõsulendum est mulieribus, ut uiros accipiant. Meretrices peccant, quia pergũt quocunque uolunt. Maria fuit libera sine consortio uiri: Marthæ, Lazari: ideo peccauit. Tertia causa &c. Abundantia rerum temporalium, est causa multorum malorum. Vnde Tho. in 1. q. 3. artic. 3. Abundantia

diuitiarum est superbiendi occasio. Et Deuter. 29. Incrassa-tus est dilectus meus & recalcitrauit. Dereliquit Deum factorem suum. Ezech. 33. Hæc fuit iniquitas sororis tuæ Sodomæ, saturitas panis, & abundantia, & ocium. Sodoma dicitur soror Hierusalem, & Bern. Ociositas est mater nugarum, & Nouerca uirtutum. Eccl. 33. Multam malitiam docuit occiositas Cato. Nam diuturna quies uitiis alimenta ministrat. Maria uacabat in otio, in croceis stabat, unde ex hoc peccauit. Quarta causa inuerecundia. Verecūdia maxime conuenit mulieribus, sed aliquæ sunt sine ipsa: Vnde cadunt in malis. Vnde scriptura. Ire. 3. Frons meretricis facta es mihi: noluisti erubescere. Vnde o Madgalena dic mihi, quis te conduxit ad peccata? Certe tua pulchritudo, tua libertas, tua occiositas. Et sic patet primum.

Secundum dicitur, quia offenderat ideo satisfacere uoluit, quia ut dicit Apostolus Rom. 6. Sicut exhibuistis mēbra uestra seruire iniquitati, ad iniquitatem, ita nunc exhibete seruire Deo, in sanctificatione. Vnde Gre. de ea in Homel. Cogitāti mihi de Mariæ pœnitētia, magis libet flere, quàm aliquid dicere, cuius .n. uel saxeum pectus illæ huius peccatricis lachrimæ ad exēplū pœnitendi non emolliant? Considerauit namque quid fecit, & noluit moderari quid faceret. Super conuiuantes ingressa est, non iussa uenit inter epulas, lachrimas obtulit, & quot in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad numerū criminum, numerum uirtutū, ut totū seruiret Deo in pœnitentia, quicquid ex se Deum contempserat in culpa. Ille. Primo offendit per oculos, a quibus fiūt tot mala. Sen. Oculi nostri sunt tota luxuria nostra. Hierem. 3. Oculus meus deprędatus est animam meam. Hiere. 6. Mors ascendit per fenestras. Vnde Dauid quia peccauit aspiciēs ad fenestram Bersabeæ. 2. Regum 11. clamabat: Auerte oculos &c. Gen. 35. Dina filia Iacob quia iuerat ad uidendum personas extra ciuitatem: fuit capta in amorem. Ideo quædam monialis sibi eruit oculos, & amanti se misit; unde malæ cogitationes. Maria peccauit per oculos, per illos uoluit satisfacere, quia lachrimas obtulit. Euangelista. Lachrimis cœpit &c. Tres differentias lachrimarum produxit, ut po-

dit Iacobus de Voragine.

Primo lachrymas compunctionis.

Secundo lachrymas compassionis.

Tertio lachrymas amoris.

Primo produ.&c. Peccata amarissime fleuit. Vbi dicit Egesippus, quod post suam conuersionem nunquam uoluit uidere faciem hominis, fixis oculis: sed flebat. Mat. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi &c. Fuerunt tantę efficaciæ, quod impetrauit ueniam peccatorum suorum. Vnde dixit, Remittuntur ei peccata, &c. Secundo produxit lachrymas compassionis, quas fudit in morte Lazari fratris sui. Fuerunt tantę efficaciæ, quod Christum adduxerunt ad fletum, & Lazarum suscitari fecerunt. Ioann. 11. Videns Iesus Mariam plorantem, lachrymatus est, & ipsum suscitauit. Tertio produxit lachrymas amoris, quas fudit ex absentia corporis Christi, dum non inuenerat in sepulchro. Ioann. 20. Maria stabat ad monumentum foris plorans. Canta in cantu Euangelistæ. Fuerunt tantæ efficaciæ, quod meruit uidere Iesum in forma ortulani: & Angelicam uisionem. Glo. interlinearis. Maria dilexit tripliciter. Primo in uita, quia ei ministrabat. Marc. 15. Erant mulieres, inter quas erat Maria Magdalena, quæ sequebatur eum, & ministrabat ei. Secundo in morte: Ioann. 19. Stabat iuxta crucem Iesu mater eius, & Maria Magdalenæ. Tertio post mortem. Ioann. 20. Maria stabat ad monumentum foris plorans. Secundo offendit per aures, audiendo uana. Ecclesiast. 18. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Malum est audire impudica, inhonesta: Maria audiuit inhonesta, sed satisfacere uoluit, quia aures suas occupauit in auditione diuini uerbi: Luc. 10. Audiebat uerbum illius, De Paradiso, de Angelis &c. Tertio per capillos, eos uane componendo, faciē do crudellos, cornua: Putant non esse peccatum mulieres in capillis. Exemplum libr. de septem donis. Quædam comitissa, cum esset multum liberalis ad pauperes, sed multū uana in ornatu capillorum, Post mortem apparuit cuidam familiari mulieri sibi, dicens se esse damnatam propter ornatū capillorum capitis. Vnde uidit mulier illa caput habere plenum serpentibus, mordentibus ipsum loco capillorum, in

 pœnam

pœnam illius uanitatis. De his loquitur dominus. Esa. 3. Eleuatæ sunt filiæ Syon, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum. Vere extento collo, quia uanæglo-riosæ extendunt collum ut grues. Mirum quod non timeant deferre capillos mortuos, cum naturaliter sint timidæ. Maria de ipsis satisfecit, & capillis capitis sui tergebat: quia cum capillis suis lauit pedes Iesu Christi. Quartò offendit ore, & hoc osculando impudica, & os amatoris. Maria autem pedes Iesu osculabatur. Et de hoc osculo. Cant. primo. Osculetur me osculo oris sui. Vnde aderuidem depingitur ad pedes Iesu cum lachrymis, quos osculabatur. ...

Quintò per balsamum, & per unguenta. O uanæ mulieres. Contra tales: Psal. Facies ... Dæmonum ... sed tales puniuntur. ... Omnes ... redigentur ad ollam. Satisfecit, quia unxit pedes Iesu: & unguento ungebat. O pretiosum unguentum, deuotionis & contritionis. Sexto per totum corpus in peccata inuolucra ... satisfecit per asperam pœnitentiam, per annos 30. in spelunca. Quia ut dicit Chrysost. super Matth. Qualis præcessit offensio, talis debet sequi reconciliatio. Fuit superba, satisfecit per humilitatem. Fuit dissoluta, effecta est honesta. Et tu ô anima peccatrix, exemplum sume a Magdalena. Vade ad pedes Iesu cum Magdalena plange, clama: O domine mi, habe de me peccatrice misericordiam. Vnde Ecclesia: Aegra currit ad medicum uas ferens aromaticum, & morbo multiplici, uerbo curatur medici. Câta; Vnde Iesus Pharisæo. Vides hanc mulierem. Hęc est, quæ offendit, oculis, manibus, toto corpore satisfecit. Exemplum de ea. Cum quadam uice, postquam dedit se peccatis: uolens eã Christus conuertere, ea dormiente talem habuit uisionem. Vidit enim quandam mulierem quandam pulchram, habentem filium in manibus, quæ ante eam stans dicebat: O Maria, uis filium meum habere in sponsum? Respondit illa, uolo. Cui illa. Nunquam habebis eum, nisi relinquas peccata. Euigilans, amore accensa, ad Christum cucurrit. Sed audiens eum in templo prædicantem, lachrymis plena, conuersa est. Vnde patet secundum. Tertium dicitur & c. ...

Cótulit ei Christus quinq; priuilegia, merito suis bonis operibus.
Primo fecit eam secretariam.
Secundo fecit eam familiarem.
Tertio fecit eam suam medicam.
Quarto fecit eam suam thesaurariam.
Quinto fecit eam suam ambasciatricem.

Primo &c. Quia ut dicitur Rom.5.ca. Vbi abúdauit delictum &c. Paulus factus uas electionis. Publicanus Euangelista. Petrus princeps Apostolorũ, Magdalena secretaria: Lu.7. Legitur quod Maria sedebat secus pedes Domini, & audiebat uerbũ. Non legitur quod ibi aliquis fuerit, nisi ipsa cum ipso. Et ei dicebat secretum suæ Passionis, & futura circa secretum suæ Resurrectionis, & de alia uita, in signũ amicitiæ, quia ut dicitur Prouer.25. Causam tuam cũ amico pertracta. Sen. Omnia cum amico delibera. Tho. in posti. super Io. Verũ signum amicitiæ est, quòd amicus amico suo cordis secreta reuelet. Secũdo fecit eã &c. Videlicet matris sociã. Quę licet esset purior, & tamen in sociã ei dedit, in signum amoris. Non Mariam Cleophæ, nõ Salomæ, sed Magdalenæ. Tertiò fecit &c. Magnum est esse medicum Imperatoris, aut regis, sed fortius Iesu Xpi. O Magdalena: quę Christum unxisti manibus propriis. Quarto fecit eam &c. Magdalena Christo dedit pannũ in cruce. Et Christus ei dedit sanguinẽ, quẽ colligebat ad pedes crucis, & in ampulla posuit, quæ Marsiliæ habetur. Quinto fecit &c. qa fecit Apostolorum Apostolam. Ecclesia canit. O mundi lãpas, & Margarita præfulgida, quæ resurrectionem Christi nunciãdo, Apostolorũ Apostola fieri meruisti. Practica in uerbo. O mũdi &c. O speculũ pœnitentię. O spes miserorũ peccatorum. Apostoli fuerunt missi prædicare. Magdalena autem prædicare prædicatoribus. Præterea fidẽ maiorẽ habuit omnib. Apostolis, qa citius credidit. Apostoli post resurrectionem Christum uiderunt, cum Christo comederũt. Maria nõ habuit ista, tamen credidit, uñ ex priuilegio, prima uidit Christum resurgẽtem, unde habuit priuilegiũ omnium sanctorum. Primo Apostolorum, quia prædicauit, q̃uis sit mulieribus ꝓhibitũ prædicare, tamẽ ex quodã priui-

 legio

legio particulari ei cōcessum est. Secundo Patriarcharum, in benignitate, quia de facultatibus suis Christo contulit, & Apostolis omnibus. Tertio Prophetarū, quia Christi ad uentum pronunciauit in Galileam. Quarto Martyrū, quia corpus suum Martyrizauit. Quinto cum Ioanne Baptista, qui lauit corpus Christi in Iordane. Hęc auté caput. pedes, immo osculum dedit. Praeterea priuilegium Cōfessorum, quia fidem Christi cōfessa est: Et ob hoc tantum a Christo dilecta é, a quo ĩ illo cœlesti, & fęlici regno cœlorū meruit exaltari. Ad quod & nos pducat Iesus suus spōsus qui &c.

Feria VI. Dominicæ de Passione.

De Iracundia.

COllegerunt Pontifices, & Parisei concilium, & dicebant. Quid facimus: quia iste homo multa signa facit? Ioan. 11. capit. Secundum Thom. in Cathe. Tépore quo Iudea facta fuit tributaria Romanis, Pōtifices Romanĩ statuerūt, ut nullus diceretur rex, nisi ille, qué Romani ordinassent: Iudæi ergo uidentes magnum cōcursum populi erga Iesū, dubitauere Scribæ ne Romani uenirét, & eos de Gierusalem eiicerent, unde maiores id est Pontifices, qui erant maioris autoritatis, & magis literati, & Pharisei, qui præ alijs uidebantur religiosi, collegerunt concilium aduersum Iesum, inuidia moti, cum audissent Lazarum suscitasse. Quid facimus &c. Secundum Cano. 2. q. 2. cap. Episcopus. §. Si ergo iniuste. Senténtia erit iniusta, & concilium, triplici de causa. Prima ex animo: cum Iudex, non ex zelo iustitiæ, sed ex odii liuore dat sententiam. Secunda ex causa. Cum quis condemnatur pro causa, quæ nō est uera, pro furto scilicet quòd non commisit. Tertia ex ordine, quia scilicet non seruatur ordo iudiciarius. Causas has seruauerūt isti, ideo male. Secundum Egidium lib. de regimine principum. In omni bono consilio. Tria sunt seruanda, Primum est maturitas, unde Iudex in proferendo sententiam sedet. Iuxta Philoso. 8. Phy. Sedendo, & quiescendo fit anima sapiens. Secundo cum pace, & non perturbatione. Exod. 23. Innocentem & iustum non occides.

des. Tertium est sapientia Prouer.8.Ego sapientia in cōsi lijs habito. Quod non fecerunt hodie in suo cōcilio.Quid faciemus?si dimittimus eum sic,uenient Romani.s.in tanta fortitudine, quod non poterimus resistere,& tollēt locum nostrum.i.ciuitatem,& templum,& gentem, captiuantem populum.Glos.Passio timoris, subuertebat eis iudiciū rationis. Vnus autem ex eis Cayphas nomine.Cū esset pontifex āni illius dixit. Vos nescitis quicq;nec cogitatis.q.d.Bonum commune magis est eligendum, quàm bonum particulare. Si enim dimittatur homo iste:bonū totius populi dissipabitur,secundum eorum estimationē.Et sic cōcludit quod sit ad mortem condemnandus,etiam si non inueniatur causa mortis,unde dicit. Expedit uobis, ut unus hō moriatur, etiā si eēt bonus & iustus;Pro populo.i. pro cōseruatione populi.Et nō tota gens pereat.Vnde patet aperte quod passio inuidiæ contra Christum,& passio timoris perdendi gentē &locum,subuertebat in eo iudiciū rationis.Hoc autem a semetipso non di.sed cum eēsat pon.&c.Glo. Ipso ignorāte protulit propheticū uerbum,nō ratione sui meriti, sed dignitatis officij. Amb.Veritas a quocūq; &c. Nec mirū si in ore Iudæi fuit uerbū propheticum a spirituſancto positū, quia ut dicitur Nume.22.Asina Balaam dixit domino suo; Cur iterū me tertio cedis?Ab eo die,& cōsilio,cogitauerūt eū occidere.Iesus fugit in Effrem ciuitatē paruā. Vnde ibi Abagarus rex misit epistolā ut ad se ueniret Christus autē faciei figurā in sudario misit. Vt dicitur, in 3.di.9.q.1.a Th. Sequitur.Et ibi mo.cū di.i. usque ad tempus propinquū suæ passionis. Applica.de Iracūdia tria se offerunt in præsenti.

Primum dicitur diffinitionis

Secundum dicitur diuersificationis.

Tertium dicitur punitionis.

Primum &c.Th.2.2.q.18.ar.3.Ira est appetitus uindictæ. O pater ait iracūdus:Ille mihi nocuit,nō quiescā donec faciā uindictā,dicam,agā. Ira est appetitus uindictæ.& Albe. in 3.lib.Con.c.17.Ira est motus animæ concitatus, ad pœnam inferenda. Et Lact.in lib.de ira ad Donatū. Ira est cupiditas ulciscendæ iniuriæ.Sed pro maiori declaratione notandum est,secundum supradictos Docto. Quòd duplex est species

species iracũdiæ, ut etiam ponit Tho. super epistolas Pauli ad Ephe. 4. Quod duplex est ira. Vna est, quæ est secũdũ iudiciũ rationis, quæ proprie dicitur zelus. Alia quæ excedit ipsam rationem, quæ proprie dicitur passio. Primo modo talis ira non est peccatum, imo necessaria: quia ordinat hominem ad Deum, in corrigendo peccata, & defectus. Vnde Hiero. Qui irascitur cum causa, non est reus. Nam si ira nõ fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia stant, nec crimina conspiciuntur. Et Amb. lib. de off. Vbi culpa est, irascimini: quia ut dicit Philosophus in 4. Ethic. Non irasci, in quibus oportet, insipientis est. Et Hiero. Qui non irascitur, aut Deus aut lapis est. Et Dauid in Psal. 4. Irascimini, & nolite peccare. Ad hanc inducitur homo triplici exemplo. Primo scripturali. 1. Mach. 2. Cum Rex Antiochiæ misisset nunciũ Mathathiæ sancto uiro, ut idolis sacrificaret. Iratus sanctus Dei, occidit nuncium, & iudæum pariter; qui corã eo sacrificabat. Et 3. Reg. 19. Helias sãctus Dei occidit quadringentos prophetas falsos in torrẽte Cison, qui idolatram faciebant populum. Exod. 11. Cũ dominus populo præcepisset, quod nullus de manna reponeret usque mane; ipsi autem auidi ut lupi, quibusdam reseruatis, cum scaturirẽt uermibus. Moyses iratus propter diuini præcepti contemptum, eos occidit. Exo. 32. Cum populus luderet circa uitulum aureum: iratus Moyses proiecit tabulas, & cõfregit, & ex eis qui fuerunt culpa occidit 20000. Præterea Nume. 21. Dixit Dominus Moysi. Tolle omnes principes, & suspẽde patibulis contra solem; quia locuti erant contra dominum. Ecce primum exemplum scripturale. Secundum exemplum est doctrinale. Io. Bap. qui acriter redarguit Herodẽ, propter uxorem fratris sui Philippi, quam tenebat in uxorem. Præterea Ambro. iratus contra Theodosium; quia sanguinem fudit, apud Thessalonicam: quia occidere fecit septem millia hominum, non permisit eum ingredi in templum, ipsum excommunicatum reputans. Et de beato Stephano, qui zelo repletus dixit Iudæis. Vos semper Spiritui sancto restitistis. Et de B Dominico, qui Sacristã usque ad sanguinem uerberauit; quia receperat sudariũ a muliere sine lui; mirantib. fratrib. dixit, nõ est crudelitas: sed pietas,

prò Deo punire crimina.& C.de fur.l.Si quis: & l.Ita uulneratus.ff.ad l.Aqui Delicta non debent remanere impunita:quæ punitio non fit,nisi per iram.Ideo Lact.li.de ira ad Donatum.Necesse est bono ac iusto, displicere quæ praua sunt,& cui malum displicet,mouetur ad irã,cum id fieri uidet.Ille.Ideo Christus. Io. 2.Ira per motus uidens templũ prophanari mercantiis,& negociationibus,funiculũ fecit, & oẽs cum ira eiecit de tẽplo di.Scriptũ est.n.Domus mea: domus orõnis &c.Auferte ista hinc.Vbi nõ. secũdum Tho. in post.super Io.Quod Christus in iniuria propria fuit patiens semper,in exẽplum nostrũ,ut Io. 8. Dæmonium habes.Resp.benigne Ego Dæmonium non habeo. Et quãdo percussus alapa fuit.Matt.26. Cur me cedis?sed impatiens fuit in iniuriam patris sui,& se turbauit dicẽs.Auferte ista hinc.& Mat.4. Qñ Dæmon dixit. Hæc omnia tibi dabo, si cadẽs adoraueris me;quia hoc cedebat in uituperiũ patris. Ideo Hie. Iniuriã meã patienter tuli:iniuriam patris mei, patienter ferre nõ potui. Vnde patet secundum exemplum. Tertio exẽplo paganali.De Bruto Romano,de quo Va.li. 5.c.8.de seueritate parentum aduersus liberos.Cum audiret duos filios suos, uelle introducere in Romam dominationem Tarquinij superbi a se expulsam:fecit filios uirgis ferreis acriter cedi. Et uos O patres, O matres corrigite filios uestros.Irascimini & nolite &c.Prouer.13.Qui parcit uirgæ odit filium,qui autem diligit illum instanter erudit. Et Phil.6. Pol. Bonum est quod parentes corrigant filios ociosos.Et uos officiales.O ꝑtores.Irascimini cõtra mala; quia bonitas,& pietas in hoc est mala.Vnde d. l. c. Si quis Diaconus. Quæ est ista bonitas,iustitiæ inimica, palpare criminosos,& eorum crimina dimittere impunita.Ille.Ad uos clamo quibus incũbit irasci.In huius figuram. Esa.22. dñs dixit Esa.Vade,& ingredere in tabernaculo ad summũ tẽpli prępositum,& dic ei. Qui tu hic?aut quid si quis hic? Morte morieris.i.cur quæris principatum, si non uis mala reprehendere.Eccl.7. Noli quærere fieri iudex,nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates.Vnde 1.Reg.23. Quia Hely sac rdos non correxit filios suos, dominus eos occidit, & ipse mala morte mortuus est, quãuis aliter esset bonus.

&

& 2.Reg.15.Quia Dauid nõ correxit Ammon, qui ftuprarat fororem fuã Thamar, ipfe Ammon occifus fuit in cõuiuio ab Abfalon. Et Dauid percuffus fuit pefte in populo. Vnde patet prima fpecies iræ. Secunda fpecies eft, quę excedit ratione hominis, quę dicitur paffio. Et ifta eft mortalis. De qua Prou.97. Ira nõ habet mifericordiam. De hac ad fecundum. Secundum dicitur &c. Tho. vbi fupra. Arc.2.2. par. fum. Phi.3. Ethi. Tres funt diuerfitates iracundorum.

Quidam funt acuti. Quidam funt amari.
Quidam funt difficiles.

Quidam &c. Ifti funt qui de facili ad omnia & minima irafcuntur, crifpant nafum. Et uocantur tales cholerici. Bona cholera: fed periculofa. Hãc habẽt præcipue mulieres q̃ de facili irafcũtur. Ecc.25. Non eft ira fuper irã mulieris. f. acuta & facilis. Vbi Phi.8. de Animalib. qđ mulier eft maioris inuidię, & facilioris iræ, quam uir. Cõditiones huius iræ, & talium non funt bonæ. Et hõ debet habere ftudium circa hoc: ut talem iram refrenet: quia ut habet Phi.1. Eth. Impoffibile eft indignantẽ operari bona. in 1. Elen. Homines irati minus confiderare poffunt. & 11. q.3. c. Illa. Commotionis tpe iuftum putat oẽ quod fecerit. Cato. Ira impedit animum ne poffit cernere uerum. Exemplis patet. Primo de Alex. Magno. Cum quidam milles fibi chariffimus, laudaret patrem eius Philippum, fuiffe probum in armis quam ipfe, ira fuccenfus, ipfum occidit manibus propriis, de quo poftea doluit; intantum quod feipfum occidere uoluit. O quot blafphemiæ, o quot homicidia prouenerunt ex hac ira. Vnde cohibenda eft. In Pfal.36. Define ab ira, & derelinque furorem. Et Lactan. in lib. de ira. In homine cohibenda eft ira, ne ad aliquem maximum profiliat furorem. Ab hac fe temperarunt Pagani. De Platone legitur cum quendam fuum difcipulum uerberaret de crimine. Aduertẽs quod ira incipiebat ei dominari, uocauit unum de difcipulis, cui commifit criminis punitionem: uolens fubmittere rationi paffionem, & iram. In quib. uerbis quærit anima chara dubiũ. Verum in fapientem cadat ira? Duæ fuere opi. circa hoc. Vna Stoicorum quod non: quia fapiẽs nulla ptubatione mouetur: fed femper firmũ hẽt animũ.

In

In 2.Ethi. In sapientem nõ cadit ira. Alia est Peripatheticorum,& est uerior,quod.s.sapiens ad iram & perturbationem mouetur,ut di.Hiero.Si sapiens irascitur,mouetur cũ moderatione, nec cito emittit iaculum de malis, & dat locũ iræ:quia inquit Philosophus.2.Rhe.Tẽpus quietat irã. Vnde Ambr.dedit documentum hoc Theodosio Imperat. ut quando se iratum sentiebat.23.literas alphabeti diceret morose,donec ira cessaret.Optimum documentum. Quarto quidam sunt amari,& isti sunt quiã iram tenent,& cum difficultate remittunt.O male natura,tenẽt loquelam, nec parcunt,nisi mille persuasionibus persuasi. Cõtra dominus Leuitic.19. Non eris memor iniuriæ ciuium tuorum,quod est signum magnanimitatis. Sen.lib.de 4.uirtutibus. Si magnanimus fueris, nunquàm iudicabis tibi fieri iniuriam. Super quo Girardus odonis,super.4.Ethi.ponit tres conditiones hominis mansueti,& pacifici,& magnanimi. Prima: quod passione non ducitur. Secunda; quod est iniuriæ & offensę remissiuus. Tertia, quod non est uindicatiuus,quia ut di.Philos.4.Eth.Est seruile posse:& uelle uindicare,& obliuisci magnificum. Hanc magnificentiam habuerunt Romani;de quib.Val.li.4.rub.de moderatione.M. Bibulus duos habuit filios,quos milites Egypti occiderunt. Vnde regina Cleopatra misit huic hos homicidas simul, & carnificem, ut de illis se uindicaret. Vir autem prudens coegit irã suã moderationi cedere,unde illius pepercit,& in pace ad propria remisit. Præterea hanc mansuetudinẽ habuit Dauid, quem Saul persecutus semper fuit. Patet.1.Reg.17. Cũ mulieres canerent in tympanis in laudem Dauid. Saul percussit mille,& Dauid.10.millia. Iratus Saul dixit. Quid.n.superest nisi solum regnum? Et tunc non rectis oculis aspiciebat eum,ubi lancea tentauit eum configere cum pariete. Tamen Dauid post plures persecutiones potuit eum interficere in spelunca, quia Abisai uoluit eum lancea interficere, sed Dauid dixit ei. Ne interficias eum. Quis enim extẽdet manum suam in Christum Domini,& innocens erit? Abstulit hastam Dauid quæ erat ad caput eius,& scyphum aquæ. Vnde patet &c. Tertio quidam sunt difficiles, qui nunquã remittunt iniurias; qui furiosi uocantur, & potius animales

Nota.

les quàm rationales. Contra quos Apost. ad Ephese. 4. Sol non occidat super iracundiam uestram, Gl. sol. i. ira nõ permaneat in uobis, licet quandoque fit. Vbi nota secundum Alber. super Luc. Quòd tres sunt hominum generationes. Quidam sunt qui reddunt bona pro bonis. Et hoc est quodam naturale. Matth 26. Si diligitis eos, qui uos diligunt, quam mercedem habebitis apud patrem? Nonne publicani hoc faciũt? Quidam reddũt mala pro malis, quod est prohibitum: qui hoc Deus sibi reseruat. Ad Ro. 12. Mihi uindictam & ego retribuam, quidam bona pro malis, quod fecit Christus, & sancti in præsenti uita. Vnde fugienda est ira si recte homines, & amici Dei uolumus esse, & dici. Vnde Lactan. in 1. lib. c. 9. Animum uincere: iram cohibere, fortissimi est. Et Se. in Epistolis. Nam uicisse extraneas nationes bellatorum; uirtus est populorum. Vincere autem uitia, & peccata, uirtus est morũ. Ille. Vnde relinquenda est iracundia. Tertium dicitur &c. Hester. 6. Legitur quod duo fuerũt curiales apud regem Assuerum, uidelicet Aman, & Mardocheus. Videns autem Aman q̃ Mardocheus erat dilectus a rege, ira succensus procurauit apud regem, ut super lignũ ipsum suspenderet. Parata aũt furca inspirante Spiritusancto cor regis immutatum est. In ipso ligno præparato Mardocheo, positus est Aman. Ecce quõ punita fuit ira Aman a Deo. Præterea. 3. Reg. 21. Cum rex Achab uellet uineam Naboth, nec habere eam posset, posuit se ad lectum ex dolore. Vxor eius ira succensa. s. Iezabel contra Naboth fecit ipsum interfici. Sed ultio diuina secuta est cõtra hanc irã: quia canes linxerunt sanguinem Iezabel in loco ubi Naboth fuit interfectus. Ecce quõ punit, diuina prouidentia hoc peccatum. Vnde Prou. 19. Qui impatiẽs est sustinebit damnum. s. temporale. In quibus uerbis quærit anima chara dubium: Quale est remedium contra hoc peccatum? Respondeo secundum Doc. q̃ Tria sunt remedia principalia.

Primum est silentii obseruatio.

Secundum est dominicæ passionis consyderatio.

Tertium est uitæ æternæ acquisitio.

Primum est &c. Parum loqui. Prouerb. 13. Cum defecerint ligna. i. uerba, extinguetur ignis. Responsio mollis frã

git iram, sermo durus suscitat furorē. Et Greg. Gloriosius est iram tacendo fugere, quam respondendo superare. Parū ergo loqui debet homo, & quando loquitur cum maturitate. Vnde Socrates habebat in sigillo suo scriptum. Amicus hominis est sapientia eius, uidelicet tacere; quia in multiloquio non deerit peccatum. Exemplum de Abbate Isaac, qui a fratribus interrogatus. Quare Dæmones non timeret? Respondit. Ex quo factus sum monachus: statui apud me, ut iracundia extra guttur meum non prodeat. Quod facio, quia parum loquor. Et si loquor semper cum māsuetudine. Præterea de Bernar. legitur ēt, quod appropinquāte morte sua, cū requireretur a fratribus ut doceret eos documentum dixit eis. Alieno sensui, magis quam meo credidi, nullum scandalum facere uolui. Læsus uindictam non expetij, neque iram tuli. Secundum dicitur. Dominicæ passionis consideratio. Io. 14. Exemplum dedi uobis, ut quemadmodum ego feci &c. O quantum fuit iniuriatus. Ioan. 8. Dæmonium habes. A seruo percussus. Matth. 25. Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo. In cruce positus orauit patrem. Pater ignosce illis. In huius figuram. Num. 21. Filij Israel respicientes serpentem in palo sanabantur a morsibus serpentum ignitorum. Vnus de serpentibus ignitis est irā, a qua quis sanatur si diligenter quanta Christus in cruce pro eo passus est cogitet. Vnde Grego. Si passio Christi ad memoriam reducitur, nihil est quod non æquo animo toleretur. Tertium dicitur &c. Vnde Prou. 3. Mansuetis dabit gratiam dominus. Eccle. 1. Beneplacitum est ei mansuetudo. In Psal. 149. Exaltabit mansuetos in salutem. Matth. 5. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Nota in uerbo hoc: mites. Quadruplex generatio possidet mundum. Prima est Fatuorum, qui totum mundū faciunt suum, sunt domini sine tristitia. Secunda Duplicionum, qui uadunt complacendum per uiam Placentiæ, officium infamatorum est hoc. Tertia sunt Hypocritæ, qui mūdum deludunt, totus mundus istorum est: Si quis uult esse amicus huius mundi, uadat cum collo torto. Iste mundus uult decipi, & si quis eum non decipit, eius non est amicus. Quarta mansuetorum, qui habent conuersationem benignam.

nignam. Vnde Psal. Mansueti autem hereditabunt terram, Moyses secundum Diony. propter mansuetudinem fuit dignus apparitione diuina, Quod si tu quoque egeris sinendo iram promereberis hic, &c.

Sabbato in Ramis Palmarum. De salutatione Mariæ, quæ est per Aue. Quomodo inducimur.

SAlutate Mariam quæ plus omnibus laborauit. Ad Roma. 16. Exemplum Vincentii hystorialis de Theophilo, qui pauperibus, uice de minus fuit cuiusdam Episcopi, qui ab ipso Episcopo fuit depositus officio suo. Desperatus super hoc Dæmoné inuocauit, & matrem cum filio negauit, & ei chirographum sanguine proprio fecit, ac sigillatū dæmoni tradidit. In crastinū Theophilus in gratiam Episcopi recipitur dæmonis procuratione, & suo officio restituitur. In se reuersus post paucos dies, ad Virginé confugit. In nocte sequēti apparuit ei Virgo Maria ipsum redarguens. Ad præceptum eius Dæmoni renunciauit, atq; matri & filio est reconciliatus. Dæmon autem coactus est dare chartam Theophilo, & coram omni populo retulit quod acciderat. Et cunctis admirantibus, & uirginem laudantibus, post triduum in pace quieuit. Vnde ipsam salutemus. Aue Maria. Salutate Mariam &c. Humanus sensus deficit: lingua hæret palato, omnis hominum sermo minuitur, dum mens mea venit in considerationé uirginitatis, & excellentiæ ipsius Mariæ. Quapropter merito ipsa altis ꝑconiis debet coli. Secundum sententiam Iacobi de Voragine in Mariali. Ecclesia sancta salutat Virginé in officio diuino, in diuersis modis. Primo salutat loco & uice triū ꝑsonarum, scilicet Trinitatis dicens. Aue gratia plena. Quę salutatio fuit facta per Angelum. Secundo Ecclesia Virginé salutat, uice & loco omnium Angelorū: cum dicit tempore paschali. Regina cęli. Quæ fuit facta ab Angelo, Christo resuscitato. Tertio Ecclesia salutat ipsam uice & loco omnium sanctorum, quæ sunt in patria omni sabbato in missa dicit. Salue sancta parés. Quarto Ecclesia eā salutat omni die in cópletorio, loco & uice omnium peccatorū,

qui sunt in mundo. di. Salue Regina misericordiæ. Ideo as sumpsi uerba. Salutate Mariam &c. In quibus uerbis uidebimus hanc conclusionem. Quòd Maria est salutáda a nobis: Ad quod inducimur tripliciratione.

Primo ratione resultationis.

Secundo ratione inuentionis.

Tertio ratione cooperationis.

Primo &c. Naturale hoc requirit quod una persona salutata resaldtet. Bona uita. Saluus sis hodie, saluus sis hodie, & per annem. Ad Rom. 16. Salutate inuicem in osculo pacis. Alibi. Honore inuicem præuenientes. Ad propositũ. Si nos Mariam salutamus, ipsa resalutat nos. Saluete filii &c. Sed pro maiori notitia. Nota secundum Thom. super Aue Mariæ. Quòd in testamento ueteri Angelica natura erat tantæ dignitatis, quod a natura humana adorabatur. Et magnum erat priuilegium naturæ humanę si hoc agere posset. Vnde ad laudem Abrahæ scribitur Gen. 22. Quod Angelos recepit hospitio, & exhibuit eis reuerentiam, & quod tres uidit, & unum adorauit. Vnde natura humana in toto subiiciebatur naturæ angelicæ. Hæc autẽ subiectio erat propter hoc, quia natura Angelica erat maior natura humana, quo ad tria.

Primo quo ad dignitatem.

Secundo quo ad familiaritatem.

Tertio quo ad plenitudinem.

Primo quo ad &c. Quia Angelus est naturæ spiritualis: Iuxta illud Psal. qui facis Angelos &c. Et Phil. 12. Met. appellat Angelos substantias separatas. Homo autem est naturæ corruptibilis. Vnde Dauid. Ego sum uermis &c. Et Abraam d. Loquar ad dominum, cum sim puluis & cinis. Indecens ergo erat, ut spiritualis creatura exhiberet reuetiam corruptibili. Scd'o quo ad familiaritatẽ. Angelus erat Deo familiaris, ut pote Deo assistens. Dan. 7. Milia miliũ assistebãt ei: & decies centena milia ministrabãt ei. Homo autem erat quasi extraneus, & elongatus ab eo p peccatũ. Vnde Psal. Elongaui fugiens. Tertio quo ad plenitudinẽ. Angeli.n. participant ipsum lumen diuinum in summa plenitudine, ideo semper cum lumine apparent. Homines autem

tem & si aliquid participat de ipso lumine:parum tamē & in obscuritate quadā, quia ergo his tribus natura Angelica excedebat naturam humanam, adeo adorabatur ab ipso homine. Sed postquā in ultima ætate gratiæ inuēta est una mulier:quæ Angelos excedebat in his tribus. Et quo ad diuinitatem, quia mater Dei, ex qua maternitate contrahebatur affinitas infinita, qua melior fieri non potuit, ut habet Tho.1.par.q.30.ar.6.& in 1.sen.di.44.ar.3.& Bona.in 1.di.40.& Dam.in 3. Et quo ad familiaritatem, quia cum ipsa est tota Trinitas. Lu.2. Dominus tecum. Et quo ad plenitudinem, quia plena gratia. Aue inquit, gratia plena. Iō missus est Angelus, qui ipsam honoraret. Aue inq̄t gratia plena q.d. Exhibeo reuerentiam tibi, quia sine uę. Aue inquit. Quod uerbum plurimum placet Mariæ. Vnde Henricus de Hassia in summa Theologiæ dit. Quod tale gaudiū habet quando dicitur Aue: quale habuit quādo fuit ab Angelo salutata. Vnde Bern. Cœlum ridet, Angelus gaudet, mundus exultat, infernus contremiscit, Dæmones fugiunt: dum dico Aue Maria. Ille. Exemplum Viduæ Elisabeth, quæ retulit suo confessori, quod nocte quadam cum in suo lecto quiesceret, uenit Maria ad ipsam, quā assidue salutabat per uerbum Aue. Et dixit sibi. Dormis ne filia? Cui dixit. Non domina mi: sed cupio informari, cur ad me peccatricem uenisti? Respondit Virgo. Veni ut doceam te & omnes meos fideles, ut non desistant a salutatione Angelica, eo q̄d gaudium maximum mihi pręstant. Et sicut inestabile gaudium habui, quando Angelus mihi nunciauit filij mei incarnationem, sic nunc cum eadem uerba a peccatorib. replicantur. Vnde quidam uulgaris. Qui cupit saluari in Mariam conuertat oculos. Deinde illi corde humili genu flectat. Vnde patet prima ratio. Secundo ratione &c. Conclusio est Canonistarum. 14.q.6.cap. Si quid & c. Multi. Quicquid inuenisti & nō reddidisti rapuisti. & ff. de furtis. l. Fallus. & ff. de iniuriis. l. Conditio. ff. de cōditione indebiti. l. Rerum. ff. Rerum amotarū. Ad propositū. Ex peccato Adæ mundus gratiam perdidit. Ad Rom. 5. Per unum hominē peccatum in hunc mundum intrauit. Quæ gratia fuit quæsita per omnes ætates. In prima ætatę per oblationem sacri-

ficiorum in Abel. In secunda ætate per immolationem animalium in Noe. In tertia ętate per decimas Abraham. In quarta ætate, per circuncisionem tempore Moysi. Sed nullus illam inuenire poterat: Maria sola excepta. Non Sara, non Rebecca, non Iudith &c. Quid dicis o Gabriel? Lu. 2. c. Inuenisti gratiam apud Deum, quam gratiam? Inquit Ber. Dei & hominum pacem, mortis destructioné, uitæ reparationem. Ille, Et Nic. de Ly. Inuenisti gratiam, non solũ pro te, sed pro humano genere. Hæc est enim quæ totius mũdi reparationem obtinuit: saluté hominum impetrauit. Ille, Ad propositum inuenit quidem grãm. Et res inuenta dét restitui, & sic necessario conclude: q Maria cogitur pctõré adiuuare, cum de nostro habeat, & gratiã pctõri restituat. Aliter dicemus. O Maria te esse furti notãdã. Vñ Ignatius in episto. de Maria. Impossibile est aliquem peccatorem. O uirgo saluari: nisi per tuum auxilium & fauoré. Et Casfianus. Tota salus humani generis cõsistit in plenitudine gratiæ Mariæ. Et Anselmus. Sicut impossibile est, quod illi a quibus Virgo Maria oculos suæ misericordiæ auertit, saluentur. Ita necessarium est, quod hi ad quos conuertit oculos, pro eis aduocans, iustificentur. Ille. Exemplum Mulieris Romanæ, quæ filiam peperit, quam docuit Aue Maria, omni die dicere. Dedita autem ornatui: una die Dæmõ apparuit post choreas di. Veni mecum inquit. Quis es tu? Dæmon ait, qui te ad infernum deducere uolo pro tuis demeritis. Cumque illam traheret ui, clamare cępit. Aue Maria: Replicans illa uerba sæpissime. Respondit Dęmon. Maledicta sit illa mulier, quæ te hanc orationem docuit, si non dixisses iudicio Dei te certe ad infernũ duxisset. O Christiane ipsam saluta Figura. 3. Regũ. 2. de Bersabea, cui dixit filius eius, postquam in throno in dextera collocauit. Pete a me quod uis, & dabo tibi, neque enim fas est, ut auertã facié meam a te. Moraliter. Iste est filius Dei: qui postquam matrem suam collocauit secum in throno regio, ei concedit quicquid uult, pro suis deuotis, eam salutantibus. O quomodo esset mũdus nisi essent Mariæ supplicationes, q filium cogunt. Vnde quidam uulgaris. Piam te mõstra mihi. O quam es formosa: nam tantam habeo delectationé in

 223

tuis laudibus:ideo ante tuum natum intercede pro me. Vn de patet secunda ratio. Tertio ratione &c.Inducimur eam salutare,quia fidem sustentauit. Vnde Alb.Sup missus est. c.185.di. Quod priuilegium passionis Christi fuit cõmunicatum Mariæ in passiones filii, quæ sola fuit, quæ fidẽ crucifixi Dei & hominis habuit, & sicut totus mundus oblig.ẽ Deo Christo per passionem, ita Mariæ per fidei sustentationem. Vnde signanter dicitur Io.19.Cãta.Stabat iuxta crucẽ Iesu mater eius:sed quid agebat?Quid o Maria faciebas ibi?Dic per charitatem,dic mihi quid? Resp. Alb.dicẽdo quod tria.Primò stabat doloribus plena. Secundo fide leuata.Tertio amore succensa.Primo doloribus,quia omnes dolores partus, quos aliæ mulieres in partu sustinent, & omnes dolores mortis, a quibus Virgo fuit immunis, fuerunt ei reseruati tempore passionis filii sui,qui dolores fuerunt intensi triplici ratione.

Ratione sui. Ratione filij. Ratione supplicii.

Primo rõne sui,quia erat mater, & hoc quinque modis. Primo mater.Secundo tota mater.Tertio unici filii mater. Quarto,quia præsens mater. Quinto impotens mater. Primo mater, ideo dolor causabatur. Plus enim mater dolet de filio:quia plus laborauit.O quantum dilexit filium suũ.De quo Can.4.Nunciate dilecto meo, quia amore langueo. Secundo,quia erat tota mater. Quando enim dolor diuiditur in multis, minor inuenitur in singulis. Si enim aliqua mulier filii amittat dolorem, cũ suo patre diuidit. Ideo talis dolor ex tali diuisione minuitur. Virgo enim cum nullo homine, aut patre: dolorem suum condiuidere poterat,quia nullus pater ibi erat, quia totũ corpus Christi assumptum est ex Maria. Et patrẽ ibi nõ habebat, pater carnalis,quia erat putatiuus.Vnde intensius amabat. Tertio quia erat unici filii mater,si aliqua mulier filiũ perdit, si alios habet,recipit consolationem,quia alios hẽt.Maria aũt nullũ aliũ habebat,nec hẽe sperabat,unde doluit. Quarto quia pñs erat mater, qñ mater ante oculos uidet filium suum occidi, dolet. Maria autẽ uidebat filium suum occidi,& male tractari,ideo doluit sup omnes mulieres.Quinto quia erat impotens mater ad eum iuuandum.Magna cõ-

 solatio

solatio est mater, quando filium suum potest in morte amplexari & osculari. Maria autem in nullo poterat eum adiuuare. Audiebat ipsum sitire potum non poterat porrigere. Videbat eũ in cruce flentem, non poterat consolari. Videbat ipsum uulneribus plenum, uulnera nõ poterat attingere. Unde erat doloribus plena, super oẽs. Secundo dolor causabatur rõne filii, quia erat bonus. Mater multũ dolet quã pdit filiũ bonum, sapientem & in omnibus obedienté. Maria autem perdebat filium sanctum, bonum, unde dolebat super omnes, ratione illius bonitatis. Tertio rõne supplicii; uidebat eum pati pœnam ignominiosam. Sap. 2. ca. Morte turpissima condemnemus eum. Deut. 18. Maledictus hõ, q pendet in ligno. Præterea dicit Dominicus Tholosanus: q martyr fuit, & eius martyriũ superat martyriũ aliorũ martyrũ, triplici rõne. Prima quia fuit martyriũ amoris, aliorũ autem fidei. Secunda quia alij sunt percussi in corpore, ista autem in corde. Tertia quia alii post Christum, ista autem cum Christo, & in Christo, & eodẽ ictu quo Christus. Unde tota lachrymosa stabat ad crucẽ. Io. 19 Stabat iuxta crucẽ Iesu mater eius. Ubi eras o Maria? Ad crucem. Secundo fide leuata, quia fidem sustentabat, a qua oẽs Apostoli fuerunt prostrati. Secundũ Alber. Apostoli a tribus in passione ceciderunt, in quibus Maria stetit. Primo a fide a qua Maria non cecidit, quia Spiritussanctus eam firmauit. Vñ figuratur per stellam maris, quæ cæteris cadẽtibus, nũquã deficit. Secũdo a gratia. Ipsa nõ cecidit ut Apostoli, sed firmat permãsit. Tertio a societate Christi, quia omnes fugerunt. Maria autem cruci semper fuit coniuncta. Cãta iterũ, Stabat iuxta crucem Iesu mater eius. Et hoc dicit Leonardus de Utino sermone de Annũtiatione Virginis, quod nisi tempore passionis Christi permãsisset fides in Maria, mũdus tunc finisset. Tertio stabat amore succensa quia & ipsa pati uolebat cum filio pro salute mũdi. Unde Ber. Optabat ipsa sanguinẽ suum addere, & cum filio sacrificiũ uespertinum celebrare. Quod etiam patet per Amb. O amor Virginis huius. Vñ ipsam salutare debemus, Salutate Mariã &c.

Exemplum. Quidam magnus peccator fuit, qui ex consuetudine uolens ire ad peccandum, ueniens ad altare ante imaginem

ginę Virginis, stans eam salutauit Angelica uoce. Aue Maria. Cum semel faceret, uidit imaginē Virginis cum puero in sinu in cruce uulneratū, & cruētatum totum, sanguinē que in gremio matris effundētē, sicut fuderat in cruce. Quo uiso obstupefactus dixit. O mater misericordiæ, qs hoc fecit? Et uirgo respondit. Tu & ceteri peccatores, q amplius crucifigitis filium meū, quàm Iudęi. Et peccator ille ad Virginē dicebat. O mater misericordiæ intercede pro me. Et illa. Vos peccatores uocatis me matrem misericordię qui tamen non cessatis facere me matrem miseriæ esse, & tristitię Et ille. O mater non dicatis sic, sed memēto te esse aduocatam peccatorum, & intercedere pro me. Et mater ad filiū. O piissime fili mi miserere, huic peccatori. Respondit. Cū sim tuus filius tibi negare non possum aliquid. Vnde peccatori ueniam dedit. Salutare Mariam &c.

Dominica in Ramis palmarum De Misericordia Diuina.

ECce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinā Matth. 21. Si collectis omnibus sensibus ad mētem, & cum oculo intellectus perspicaciter consyderemus rationalē creaturam capacē rationis, dotatam intellectu, quantū sit intimus pręcordialis & uiscerat⁹ amor illius supremi Dei erga infœlicem, & disgratiatam naturā humanam, dubium non est, q miserrimus peccator prostratus ad pedes crucis indulgentiam, & ueniam peteret suorū criminum. Vnde Bern. Super Can. sermo. 22. Omnino propter mansuetudinē, quæ de te prædicatur, O bone Iesu, curremus post te audientes, quod nō spernas pauperem, peccatorem non horreas. Tu non horruisti confitentem latronē. Nō lachrymantem peccatricem, nō supplicantē Chananeā, nō deprehensam in adulterio, nō sedentem in theoloneo, non supplicantem Publicanum, non negantem discipulū, non persecutorem discipulorū, nō ipsos crucifixeres tuos. Ille. Et quantum hac misericordia fuerit, p aliquod tēpus. solū in cœlo Psal. Domine in cœlo misericordia tua. Dein, de super Iudęos. Psa. Notus in Iudæa Deus. Deinde i utero,

Virginis. Psal. Suscepimus Deus misericordiam tuā in me dio tēpli tui:tamen ultimate diffūdit se in toto orbe Psal. Misericordia domini plena est terra. Hierony. ad Paulā. Secura est o mi Basilla, cōfidimus probantes uerā esse quæ dicimus, nunq̄ est sera conuersio. Vox hæc primum ī latrone dedicata est. Amen dico. &c. & Petrar. in 6. trium. Diui. Sed diuinā gratia nunq̄ tarda fuit: quia in eam confido. Ei ūt ad huc i me altæ & singulares operationes. Et ideo sancta mater Ecclesia auida, & sitibūda salutis suorum filiorū propo suit Euangelium hodiernum, in quo inter cetera documenta, in eo contenta: maxime facit mentionem de immēsitate misericordia diuinæ Ecce inq̄t &c. De qua uolētes & nos hodie sermonem facere, ut animemus miserrimū peccatorem scire eā amplecti. De ea tria uidebimus in præsentiarū.

Primum dicitur opinionis. Secūdum dī declarationis. Tertium dicitur confirmationis.

Primum dicitur &c. Vtrum in Deo sit misericordia. Due sūt opiniones. Vna dicit quod nō. Alia quod sic. Prima q̄ non, probat tripliciter. Primum est tale. Secūdum Damascenū. 2. sentēt. Misericordia est tristitia de alienis malis. Exēpli gratia. de illo qui compatitur infirmo. Tristitia est passio, passio non est in Deo, igitur nec misericordia. Secundum est tale. Ad officiū ueri misericordia, pertinet omnes saluare, nō dānare: sed si in Deo est misericordia, debet omnes saluare, sed non facit. Matth. 22. Multi sunt uocati, &c. Esa. 1. Multiplicasti gentem, sed non magnificasti letitiā. Ciccus Ascul. lib. 4. c. 3. Multi sūt uocati, pauci electi ad cōsequendas tantas uirtutes; ad contemplandam diuinā præsentiā. Igitur ī eo nō est misericordia. Tertiū est tale. Si est misericors debet omnes saluare: & omne peccatū remittere. Sed datur aliquod peccatum, quod non remittitur Matthe. 2. Qui dixerit uerbum in Spiritum sanctum non dimittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Igitur nō est misericordia ī eo. Alia opinio q̄ sic. Miserere mei domine &c. Respondeo ad hanc difficultatem secundum Docto. Th. 1. par. q. 21. ar. 3. in 4. dist. 20. ar. 1. Io. Sco. in 4. di 25. Ricar. in eadem dist. Quòd in Deo est misericordia, Quæ cōclusio probatur triplici medio. Primo rōne. Secūdo autoritate.

tate. Tertio figura. Primo ratione triplici.

Prima est ex naturali proprietate.

Secunda ex generali potestate.

Tertia ex experimentali necessitate.

Prima &c. Cõclusio est Diony. 4. de Diui. no. Et Phi. 1. Eth. Bonum est suiipsius diffusiuum & communicatiuum. Exempli gratia de sole illuminare, cũ sit lucidus, de igne calefacere, & quanto est maius bonum, tanto plus se communicat. Ad propositũ. Deus est summa bonitas. Plato in Timeo. Deus est summum bonum supra omnem substantiã omnemque naturam. Bonitas cuius nõ est accidentalis, sed essentialis quia non potest abesse a Deo summo. Matt. 10. Nemo bonus nisi solus Deus. Ad Ro. 3. Est autem Deus uerax. Omnis autem homo mendax. 1. Reg. 2. Non est sanctus ut est dominus. Eccl. Tu solus sanctus, nos autem boni participatiue. Cũ ergo sit essentialiter summe bonus, iõ est summe bonus, & per consequens communicatiuus: ubi supra. Bonũ est suiipsius diffusiuum. Hanc autem communicationem bonitatis, ostendit, non solum quando mundum creauit ex nihilo: non solum quando hominẽ ad sui imaginem fecit: uerũ etiã in præsentiarũ in supportatione peccatorũ: qa sedm rigorẽ iustitię meretur peccator, statim puniri post peccatum. Meretur peccator quod statim terra operiat ipsum & uiuũ degluttat. Meretur q̃ qñ dormitũ pergit, cadat domus, & occidat cõcubinã cũ adultero. Præterea pctõr merect deduci de esse ad nõ esse. Hæc est sentẽtia Canonistarum. 15. q. 1. c. Si quis. Secũdum quantitatem delicti imponenda est pœnitẽtia. Et a iuristis. C. de pœ. l. Nequis. Vnusquisque pro crimine quo fuerit deprehensus, modum congrue seueritatis capiat. Peccatum est infinitum, & meretur pœnitẽtiam infinitã, & hæc est annihilatio, tamen supportat pijssimus Deus usque in finẽ. Esa 30. Expectat nos Deus, ut misereatur nostri. Non per decem annos, aut uiginti, sed usque ad mortem dummodo conuertatur. Vbi dicũt doct. Qđ Deus in punitione est tardus & inuite punit, & coacte facit iustitiam. Esa. 1. Heu consolabor de hostibus meis. Gl. More pij patris, licet inimicos. eos Deus plãgit. Velox aũt est in mia. & sicut ille, q. facit aliquid inuito, tae

de

de operatur, ut patet de filio quem mittis ad scholam, tarde uadit, sed si mittis ad spatiandum saltat gaudet ridet. Et ita Deus piissimus est tardus in puniendo. Valę. 1. lib. Lento enim gradu diuina pcedit ira tarditatéq; supplicij grauitate compensat. Ita in miserando est auidus. De tarditate iustitiæ, & uelocitate misericordiæ, figuratur in utroque testamento. Primo de iustitiæ tarditate. Gen. 3. Adam postq̃ comedit de pomo, apparuit ei dominus clamans: Adã ubi es? Et audiuit, inquit scriptura, uocẽ Dei deambulantis in Paradiso. Deãbulabat pedetẽtim quasi inuite puniẽs. Qđ patet, quia cũ peccauerit hora sexta, distulit punire usque ad horam nonam. De uelocitate misericordiæ, Luc. 15. De filio prodigo. Vbi dicit Euangelista: Et accurrẽs cecidit su per collum eius. In signum quod in misericordia est uelox. Et sicut igni ppriũ est calefacere, soli illuminare, ita Deo misereri, & si non esset misericors, non esset Deus. Grego. Deus cui proprium est misereri semper & parcere. Secunda ratio dicitur &c. Quãto enim quis est magnanimior tanto est promptior, ad indulgentiam. Ambro. in Exameron. Procul est magnanimis cupiditas ultionis. Quod patet exemplis. Primo de Animalibus. Inter animalia, & ea q̃ sunt nobilia, ad indulgendum, sunt magis prona, & ecõuerso. Vñ Leo a Catulo prouocatus, non se uindicat propter suã magnanimitatem, & catuli utilitatem, sed si catulus morderet catulũ, statim mutuis morsibus se lacerant, qa sunt animalia uilia. Similiter uidemus qđ homines magnanimi sunt ad indulgẽtiam faciles. Exẽplum Iulij Cęsaris, qui nihil solebat obliuisci pter iniurias. Et de regibus Israel dicit. 3. Regũ. 20. Reges domus Israel clemẽtes sunt. Ideo Sen. lib. de 4. uirtutibus. Si magnanimus fueris, nũq̃ dices tibi iniuriam fieri. 4. Eth. Est seruile posse & uelle uindicare, & obliuisci magnificũ. Sed p oppositum, quia est uilioris animi, ideo plus se uindicat. In. 8. de Animalibus. Mulier lites diligit. Eccl. 25. Non est ira super iram mulieris, se uindicãt in omnibus. Facetia de Præsbytero Florentino, qui cũ cantaret letanias, cum fuit ad illud. A fulgure & tẽpestate &c. statim subintulit. A furore mulierũ, libera nos domine. Ad propositũ: Deus igitur cum sit omnipotẽs, & nos uiles uer

miculi,

miculis iniurias nostras paruipendit, & si eas recognoscimus, statim remittit. Et hoc totum propter suam magnanimitatem & nostram utilitatem. & in hoc sensu loquitur Ecclesia Deus qui omnipotentiam tuam parcêdo maxime, & miserando manifestas, & Sapien. 11. Misereris omnium domine, quoniam omnia potes. Glos. q. d. quia tu habes potẽtiã uniuersalem, ideo habes misericordiam generalem dissimulãs peccata hominũ. O quot peccata. O quot blasphemiæ. O quot luxuriæ. O quot usuræ. O quot odia. & tamẽ effectus est cecus, & surdus propter nos, dissimulãs peccata nostra: Quid dicis O Ber. sup Can. ser. 89? Quam benigna est, & suauis tua misericordia, ego peccabã, & tu dissimulabas, nõ continebam me a sceleribus, & tu abstinebas a uerberibus. Tertia ratio &c. Medicus scire potest molestiã morbi. Primo per suam Theoricam, ut legêdo autores Galenũ, Hypocratem, Auicennam, Mesue, Serapionem, Simonẽ Ianuensem Et tunc aliqualiter est misericors infirmo. Secundo per practicam exercitatiuam longam, tunc plus est misericors. quia audiuit clamores eorum. Tertio p experientiã quando in propria persona infirmitates plurimas est expertus. Vnde bonum est eis infirmari, ne sint proni dãdo panẽ & aquam coctam, & tunc maxime est misericors. Ad propositũ. Quis est iste medicus. Vere ille, De quo Aug. Magnus de cœlo uenit medicus. Añ Incarnatione nostras sciebat infirmitates, & spirituales & corporales, per suam æternam sapientiam, quasi per quandam theoricam, ideo tantum erat benignus, & sed non multũ, imo potius rigidus, crudelis, tenax, quia post peccatum statim dabat pœnitẽtiã: Dauid in psal. Deus ultionum dominus. Damnauit luciferum. Adã & Euã expulit de paradiso. Nabuchdonosor cũ suo exercitu, occidit. 85. millia; pauperẽ die sabbati ligna colligentẽ iussit lapidari. In populo Dauid pestẽ immisit p tres dies, Sed post incarnationem, iste medicus sciuit per quãdam practicam, & exercitationẽ longam. quia. 33. annis pertransiuit benefaciendo, & sanando infirmos, unde fuit magis pius & misericors. Ex hoc pdicabat, miracula faciebat, sed tertio intellexit melius nostras miserias, quando crucem ascẽdit quia ibi expertus est. Vnde Apostolus ad Heb. 4. Non enim

habemus

habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatib. nostris. Quare habitas in cruce o Iesu, cum corona in capite, cum clauibus ad pedes, & manus, certe ut misericordiam tuam nobis ostendas, & quia matres naturaliter sunt plus dulciores erga filios, quam patres, ut probat Philosophus 8. de Animalib. Ideo amorem suum magis uoluit assimilari amori materno, quam paterno. Esa. 45. Sicut mulier non pôt obliuisci infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui. sic & ego tui non obliuiscar. Ecce in manibus meis descripsi te. Ille. Ad formandum instrm o notaries tria sunt necessaria. Calamus, atramentũ, charta, calamus. Fuerũt claui, quibus in ligno fuit suspẽsus. Atramentũ fuit uerus sanguis: a quinq; partibus corporis. Charta fuerunt eius manus. Et quid scripsisti o Iesu Ezech. 18? In quacunque die ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Practica de omnibus peccatis. Homicidii, luxuriæ, odij. Non recordabor. Grande peccatum fuit Dauid, Magdalenæ, Petri, latronis: tamẽ omnia remisit benigne. Vnde Dantes li. 2. c. 3. Purgatorii. Nullum est peccatum in se tã graue; ut quicunque uoluerit pœnitere non absoluatur, ut intret ad te domine Deus. Ita. n. es mansuetus, & pius; qđ tua clementia peccatori succurris, dummodo se uelit recognoscere. Respon. ad argm̃. Ad primum respondet Tho. 1. par. q. ubi supra. Quod de misericordia Diuina est loqui dupliciter: aut quo ad effectum: aut quo ad passionis affectum. Si primo modo, sic est misericordia in Deo. Si secundo modo, non est misericordia in Deo: cum sit quædam tristitia. Exemplum sume. Vides hominem nudum morientẽ frigore: doles in mente. Iste dolor dicitur affectus misericordiæ, quæ est quædã tristitia de alienis malis, quæ Deo non conuenit. Cum autem ipsum induis, opera per quæ releuatur a miseria, dicuntur effectus misericordiæ. Iste effectus, qui est repellere miseriam ab homine, dicitur effectus misericordiæ, qui est in Deo. Vult. n. repellere a nobis miseriam peccati. Vnde patet responsio ad primum argm̃. Ad secundum quia plures damnantur. Respon. Tho. in 1. dist. 46. ar. 1. Scotus in 4. dis. 16. Quod Deus quantum est in se, uult omnes saluos fieri, ut Apost. 1. ad Ti. 2. Si tamen non sal-

saluatur, hoc non est ex parte Dei, sed hominis. Probo exemplis. Primo de medico, qui uult infirmum sanare, sed non sanatur, si male se gubernat. Secundo de cibo, qui hēt prabere nutrimentum: sed non in illo, qui non comederit. Tertio de luce, quæ cameram non intrat; quia tenetur clausa. In 2. de Anima. Actus actiuorum, sunt in patiente bene, disposito. Ad tertium respondet Th. 2.2. q. 14. ar. 3. Peccatū in Spiritussanctum dicitur irremissibile, i. difficulter, non ex parte dei. Gl. Omnipotenti medico, nullus languor incurabilis occurrit, sed ex parte peccantis, quia hoc peccatum quod est ex malitia, humilitatem deprecandi subire non potest. Secundo probatur Aut. Et hoc quidem quadrupliciter.

Primo Diuinali. Secundo Canonicali.
Tertio Ciuili. Quarto Poetali.

Primo Diuinali. Deuter. 4. Dixit Moyses ad populū. Reuerte ad dominum, & audies uocem eius; quia misericors est dominus Deus tuus. Exo. 22. Si clamauerit ad me exaudiam: quia misericors sum. Ioel. 2. Conuertimini ad dominum Deum uestrum, quia benignus & misericors est. Eccl. 2. Pius & misericors est, & remittit peccata in die tribulationis. In Psal. 32. Misericordia domini plena est terra. In Psalm. 84. Ostende nobis domine misericordiam tuam. In Psal. 130. Apud dominum misericordia. In nouo testamento. Matth. 6. Estote misericordes, sicut pater uester misericors est. Matth. 12. Misericordiam uolo, & non sacrificium. Et Luc. 1. Et misericordia eius, a progenie in progenies timentibus eum. Canta. Mar. 9. Misereor super turbā. Super quo Albe. Triplex est turba. Prima cœlestialis, s. in sanctis, in quibus est misericordia. Tho. in 4. dis. 46. Sancti præmiātur in patria ex Dei misericordia. Iuxta illud ad Titum 3. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos; sed secundū misericordiam suam, saluos nos fecit. Secunda est turba mundialis. In psal. Misericordia domini plena est terra, Oriēs, Occidens, Meridies. Omnia sunt plena misericordia. Vnde Thom. in 4. ubi supra. Tanta est misericordia diuina, quod minus dat de malis, quam peccator mereatur. O terra N. Quot peccata sunt in te, tamen supportat te. Vnde Psalm.

uide

Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates &c. Tertia est infernalis. In ipso inferno est misericordia diuina: quia damnati, ut dicit Petrus de Palude in 4. dis. 46. Bonau. in eadem dis. Merentur annihilari: s. de esse reduci ad non esse. Cum hoc non faciat, ideo relucet in eis misericordia diuina. Treno. 3. Misericordiæ domini, quia non sumus consumpti. Abacuc 3. Cum iratus fueris, s. impios condemnando, misericordiæ recordaberis, s. aliquid de pœna relaxando, quod damnatus punitur citra condignum. Præterea est in Purgatorio. Eccl. 51. Liberasti me a pressura flammæ, quæ circumdedit me. Præterea est in lymbo paruulorum. Thom. 4. dist. 45. art. 2. Pro peccato originali secundum rigorem iustitiæ non solum pro pœna debetur carentia diuinæ uisionis, sed etiam ipsius annihilatio. Præterea fuit in lymbo sanctorum patrum: quia ex illo fuerunt liberati. Secundo Canonicali. De pœn. dist. 1. cap. Quia diuinitatis natura clemens est, & pia: magisque ad indulgentiam prona, quam ad uindictam. Et de pœn. dist. 1. cap. Multiplex. Misericordiæ domini nec mensuras ponere possumus, nec tempora diffinire. Amb. 22. q. per. cap. Vnusquisque. Nouit Deus mutare sententiam, si tu noueris mutare delictum. Et dist. 30. cap. Diaco. Moderatio Dei ac pietas solum nostrum reditum quærit, ac nos cupit sua longanimitate saluari. Et 26. q. 6. c. Si presbyter. Latro unius momenti pœnitentia, meruit esse in Paradiso, in hora ultimæ confessionis. Tertio ciuili. C. de nup. l. Imperialis. Nam ita credimus Dei beneuolentiam, & circa genus humanum nimiam clementiam, quãtum nostræ naturæ possibile est imitari. Qui quotidianis hominum peccatis, semper ignoscere dignatur, & pœnitentiam nostram suscipere, & ad meliorem eã statum reducere. Et C. de ueteri iure enucle. l. Tanta. Tanta est circa nos diuinæ humanitatis prouidentia: ut semper æternis liberalitatibus nos sustentare dignetur. Ille. Inst. de Libertinis. §. Libertinorum. Nostra pietas omnia augere, & meliorem statum reuocare desiderat, quanto magis Monarchæ illi summo Deo; hoc erit proprium a quo est quicquid boni in cœlo, & in terra apparet? Quarto Poetali. Quintilianus in duodecima. inst. oratoria.

Nunquam

Nunquam enim tempus ullum recto uolūtati serum. Sene. in Tragędiis Numq̃uam sera est ad bonos mores via. Dantes lib. 2. cap. 3. purgato. Horrēda fuere peccata mea, sed infinita bonitas tam excelsa habet brachia, quod amplexatur quicquid ad illum conuertitur. Tertio probatur figura. Luc. 16. Legitur de pastore, qui centum oues habuit, amissa centesima dimisit 99. ad quærendum centesimam, cui tria amoris signa ostendit. Primum: quia nō misit aliquem, sed ipse in propria persona iuit. Secundum, quia fecit longum iter. Tertiò quia labores plures sustinuit. Moraliter pastor iste est, de quo Ioan. 10. Ego sum pastor bonus. Secundum Albertum. Quinque solet portare pastor. Primo capellum contra solem, uentum, & aquam. Christus habuit capellum coronam, contra pluuiam, & calorem tribulationum, cuius desideratio refrigerat nos. Grego. Si pastor Christi &c. Secundo sclauinam. Et Christus habuit carnem, quæ fuit sua sclauina. Quæ fuit de triplici colore. Primo alba p puritatem. Apoc. 19. Vidi & ecce equus albus. Secundo rubea per sanguinem. Vnde Angeli admirantes dixerunt ei illud Esa. 44? Quare rubrum est indumentum tuum. O Iesu a quanto tempore citra factus est nobilis? Tertio nigra per mortem. Esa. 45. Cuius liuore &c. Tertio habet baculum contra lupos, & Christus contra Dęmones crucem. Esa. 30. A uoce domini pauebit assur, uirga scilicet crucis percussus. Quarto habet scarsellam, ubi tenet sua preciosa. Et Christus animam habuit, in qua fuit thesaurus gratiæ & gloriæ nostræ. Ioan. 1. Vidimus gloriam eius &c. Quinto habet canem cōtra latrones, & lupos. Et Christus prędicatores, qui clamant contra uitia, & peccata. Ad propositū. Iste pastor habuit centum oues. s. 99. idest Angelos, & Animam, quæ est centesima. Dimisit Angelos, & uoluit quærere ouem perditam, cui tria signa amoris ostēdit. Primum, qa uenit in propria persona, non misit Angelum. Secundum uenit de cœlo in terra, faciens longum iter. Tertiò portauit labores plurimos, quia crucem ascēdit. Ad Phil. p. 2. Factus est obediens &c. Esa. 45. Peccata nostra ip se portauit in corpore suo. Et omnia signa inamorati ostendit, quæ sunt 7. Primum de flore in Byreto. Christus coronam. Secundum de

de indumentis, Christus habuit uestem albam. Tertiū associatus cum amicis, Christus latrones. Quartum in latua tēpore carni spriuii: Christus non fuit cognitus a Maria. Quintum est deferre poma in manibus, Christus clauos. Sextum sudarium in spatulis, Christus crucem. Septimum facit nocturnas cautiones fieri. Quando reddam tibi promissum &c. Christus in cruce. Ioā. 19. Canta. Sitio. O christiane, sitio salutem tuam; ut dimitias cōcubinam, usuras, odia, furta. O benignitas ingens. O mansuetudo. Dicit. n. Alber super Lucam. Quod triplex est mansuetudo. Prima est natura. Vnde dicit Philosophus. Secūda est gratia, quæ est quædam uirtus infusa. Tertia quædam est longa experiētia; Christus autem dicitur mansuetus a natura Diuina, & humana. Primo a Diuina; quia Deus naturaliter est mansuetus. Psalm. Tu autem suauis es &c. Secundo a natura humana, quia de mansueto patre, s. Dauid natus est. Vnde eo Ps. Memento domine Dauid &c. Secundo fuit mansuetus a gratia; quia Spiritussanctus totum eum fecit mā suetum; Tertio mansuetus a longa experientia; quia expertus est nostras miserias per longa tempora. Vnde patet secundū. Tertium dicitur. Confirmatur eius misericordia triplici signo, in quibus relucet eius Diuinitas.

Primum dicitur supportatio.

Secundum dicitur uocatio.

Tertium dicitur oblatio.

Primū dicitur &c. Supportat Deus peccatores, qui post peccata deberent puniri. An forte putamus, quia sibi peccata non displicent? Aut quia iniustus? aut quia ignorat illa? Absit ut dicamus de Deo hoc. Cur autem dissimulat, nisi quia languet amore? 2. Petri 3. Deus patienter agit, nolens aliquos perire; sed oēs ad pœnitentiam reuerti. O clementia Diuina. Secūdum dicitur &c. Vocat nos ad ipsum, ut nostri misereatur. Quid sunt sacræ scripturæ? Quid sanctorum exempla? Quid præcepta legis? Omnia æquidem ista sunt clamores ad aures peccatorum, fortiter sonantes. & ultimate auditur uox Christi in cruce. Sitio. Bern. Ascendit in altum crucis; ut ab omnibus uideretur, uoce magna clamauit ut omnib. audiretur, clamori lachrymas addidit, ut

homo

homo ei compateretur. Ille. Tertium signum &c. Pro salute peccatorum obtulit Deus filium suum, qui incarnatus, mortuus est pro nobis, Apocali. 1. Dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Offert de capite suo spinis coronato, de facie pia alapis dure percussa, de manib. & pedibus clauis in cruce confixis. De toto corpore ad columnã crudeliter flagellato, & de latere suo lancea aperto, & uulnerato. Dicit enim in cruce. O mea anima te cupio saluare. Qui Dauid: Achab: Latronẽ: Puplicanum: Petrũ: Centurionem: Longinum saluauit? O amplissima misericordia Dei. O largissima Charitas summi creatoris, quæ tãta est, ut si daretur homo uiatur secum ferẽs peccata omnia, quę Diaboli commiserunt, & omnes homines qui in iudicio damnabuntur: imo quot sunt in cęlo stellæ, & in mari aquæ guttæ, in nemore frondes, & in pratis lilia, & de illis pęnitentiam faceret ac humili mente, Deum exoraret pro uenia, semper audiretur benigne. O peccator negligens. O peccator obduratissime: disrũpe uincula colligatiõis. Agnosce blandientẽ tibi dominum, qui toties quoties reuerteris, paratus est tibi indulgentiam dilargiri.

Feria II. Hebdomadæ Sanctæ. De Inuidia.

SCiebat enim Pilatus quòd pp inuidiam tradidissent Eum. Mat. 25. Tota diligentia studium & uigilantia, quã debet habere bonus prædicator, & pater spiritualis erga filios suos spirituales, ista potissima est ut pctõrem conuertat, & extra uitia ducat, ut saluetur in æterna uita. Esa. 48. Annuncia populo meo scelera eorum. Idem 40. ca. Super montẽ excelsum ascende tu qui euangelizas Syon. Exalta in fortitudine uocẽ tuã, qui Euãgelizas Hierusalẽ. Exalta noli timere. Et 1. Tim. 4. Argue, increpa, obsecra in omni patiẽtia, & doctrina. Inter omnia peccata mortalia, maxime est peccatum inuidiæ, quod habet animã dominio diaboli submittere. Vnde Tho. in quodlibet. 7. q. 7. Pctm̃ inuidiæ est uitium Diabolicum, & hominũ damnatorũ. Primo Diabolicũ, quia Dęmõ est inuidus. Sap. 10. Inuidia Diaboli mors introiuit in mũdum. Tertio hominũ dãnato ũ:

quia damnatus uellet omnes damnari. Hæc est illa fera pes sima, quæ totũ mundũ destruit, quę principatũ in omnibus ponit, quę inter religiosos ac dominos temporales, lites di scordiasq; disseminat. Vnde Dãtes in 4. Purgatorij introdu xit quẽdã seipsum accusantẽ de hac Inuidia. Sanguis meus ita fuit in uita infectus: ut si hominem iucundum uidissem: statim me uidisses in liuidum colorem mutatum. Et hac Iu dæi & scribæ moti, Christũ morti tradiderũt. Sciebat enim &c. De qua & nos tria in præsẽtiarum uidebimus ad propó situm nostrum.

Primo Quiditatem. Secundo Malignitatem. Tertio Inductionem.

Primo &c. S. Th 2.2.q.39. per totum. Et in q. de malo. q. 10.a.1. Et Arist. 2. Top. Et Io. Dam. in 2. sen. diffiniunt inui diam sic. Inuidia est dolor alienæ fęlicitatis. Exẽpli gratiã. De artifice qui alteri inuidet: & huiusmodi. Pro maiori de claratione no. secundum Tho. 2.2.q.126. artic. 2. Alexan der in 2. uol. sum. Quòd dolor & tristitia de alienis bonis, potest contingere tribus modis. Primò ex timore proprio: inquantum quis dolet de bono alterius, quia ex eo timetur nocumentũ sibi, uel alijs iniuste. Talis tristitia qui est effe ctus timoris, nõ est peccatum. Vnde Greg. 22. Moral. Eueni re plerunq; solet, ut non amissa charitate, & inimici nos rui na letificet, & rursus eius gloriæ, sine inuidia, culpa contri stet: cum & ruente eo quosdam benè erigi credimus, & illo proficiẽte, plerosque iniuste opprimi formidamus. Ille. Vn de Exod. 56. Maria soror Moysi, uidens Pharaonem submer sum in mari, cum filiabus Israel cecinerunt domino di. Cã temus domino, gloriose enim, &c. quia populum captiuũ tenebat. Et 1. Macha. 2. Matathias uidens regem Antio chum uelle transferre ritum Iudæorum ad ritum gentiliũ: doluit de eius prosperitate: pp malum sibi & populo immĩ nẽs. Præterea. 1. Reg. 18. Gloriabatur Dauid de morte Phi listinorũ, qui mala faciebant populo Israel. Et Iudith. 9. Po pulus Israel letatus est in morte Holofernis, unde uerificat̃ illud quod dr̃ in psal. 57. Letabitur iustus cũ uiderit uindĩ ctam. Et quo ad hoc letandum est in morte Turchi: & dolẽ dum est de eius prosperitate: quia est cõtra Ecclesiam. Et de

peccato.

peccatoribus dolendum est. Vnde Dauid. ps. 9. Conuertātur peccatores &c. Alibi, psal. 68. Deleãtur de libro uiuen. Prę terea de illo qui tecum litigat, te infamat immerito. Quando ergo uides peccatoré aliquę diutiè, q in bonis, ꝓsperarī dolere potes sine peccato, q̃a imminere pōt malū, & tibi, & populo, ut usurarius, & concubinarius, incātator. Secundo pōt q̃s tristari de bonis proximi. nō inquantum proximus habet hoc uel illud bonū, sed quia deficit sibi, & hic ꝓprie dr̃ zelus secūdū Phil. 2. Ethi. Aut emulatio. Et si emulatio ista est circa bona honesta, talis est laudabilis. Vñ Apostolus primo Corin. 4. Emulamini spiritualia, & 2. Co. 2. Emulor enim uos Dei emulatione. Glosa. 1. Inuideo quibusdā ex uobis, sed inuidia quæ est secundū Deū. Considerabat. n. Apostolus in aliquibus esse aliquas perfectiones, & côditiones: q̃ forte nō ita erant in Apostolos, licet simpliciter esset illis ꝑfectior, ut d. Nicolaus, & illis emulábatur cupiés proficere. Isto modo hæc inuidia est bona, imo necessaria. De qua Hiero. ad Athletam de institutione filię. Habeat socias cum quibus addiscat, quibus inuideat, quarū laudibus mordeatur. Practica in uerbo socias. Quia sicut bona societas est causa bonorum multorum, ita mala omniū malorū. Vnde 28. q. 1. Sepe malorū consortia etiam bonos corrūpunt. Habeat socias, cum quibus non dicat uerba ociosa. Quia ut dicit Apostolus. 1. Cori. 16. Corrumpunt bonos mores, colloquia mala. Habeat socias, cū quibus stet in domo sua, nō eat ad choreas. Hierem. Non credam uiro dicenti mihi se il lesum euasisse, ab huiusmodi spectaculis. Tertio modo tristatur de bonis alienis, inquantum ipse excedit ipsum in bonis dolet, cruciatur. Hæc ꝓprie dicitur Inuidia, quia dolet Inuidus, de quibus gaudere debet, scilicet de bono ꝓximi. Amicus gaudet de bonis amici sui. In. 9. Ethi. Amicus se debet habere amicum suum, sicut ad seipsum. Quia ut habêt Theologi, Inter omnia bona exteriora, maximum bonum est amicitia, Quia ut dicit Phi. 8. Eth. Nullus eligeret uiuere sine amicis, etiam habês reliqua bona. Idē. Homo solitarius, aut Deus est, aut bestia. Inuidus autem est inimicus huius amicitiæ, quia neminem uult esse beatum diuitiis, nisi ipse. Non uult societatem. Contra dicitur Matth. 22.

Diliges proximum tuum sicut teipsum. O inuide nota qđ dicit. Sicut teipsum, hoc uult Dei charitas. Ió Apostolus Rom.14. Non in contentione & emulatione, scilicet inuidiæ conuersamini. Et 1. Cor. 13. Charitas non emulatur. i. non inuidet, sed gaudet de bonis proximi, ad Gala. 6. Non efficiamur inanis glorię cupidi, inuicem inuidentes. Talis inuidia est peccatum mortale, quia est proximo inimica, cũ sit contra charitatem. Tales communiter sunt periculosi in sua cõuersatione, & proditores. Vnde Prouer. 22. Ne comedas cum homine inuido, & ne desideres cibos illius. Comede, & bibe dicet tibi: & mens eius non est tecum. O quot sunt mortui morte uiolenta. O quot toxicati. Sed dubiũ quæritur. Vtrum homò possit esse sine inuidia? Respondeo quòd non. Sed si uis esse sine illa, esto iners & uilis, quia sola miseria caret inuidia. Congratulor quãdo persequor, quia est signum uirtutis. Vnde patet. Secũdum dicitur &c. Tres sunt malignitates huius malæ bestiæ, Inuidiæ.

Prima est Deo contrariatiua.

Secunda est Diabolo assimilatiua.

Tertia est nemini parcitiua.

Prima est &c. Vide Diony. 4. de diui. no. Quòd bonũ est sui ipsius diffusiuum, ut patet de sole. Ad propositum. Deus est summa bonitas. Plato in Timeo. Deus est summum bonum, supra oẽm substantiam, omnemq; naturã. Et Phil. 12. Metha. Deum dicimus sempiternum & optimum Hanc bonitatem ostendit assidue in creatione totius uniuersi. Nõ est inuidus. Plato in timeo. Ab optimo Deo omnis inuidia relegata est. i. exclusa. 1. Me. Deus. n. nõ inuidet. In 2. Met. Diuinum ens non inuidet. Ad propositum. Inuidus aũt nõ est sic, quia non est cõicatiuus, sed sibiipsi uult omnia, & q̃ alii non participent secum, unde est contra Deum in hoc, uult Deus illum esse diuitem, honoratum, famosum, sapiẽtem. Inuidus in omnib. tristatur. Ideo Socrates Phi. Vtinã inuidi in omnibus ciuitatibus duos oculos, & duas aures haberent, ut de omnium fœlicitate torquerentur. Tot sunt inuidorum tormenta, quot fęlicitatũ gaudia. Ad hoc propositũ refert Aulus Gellius Phil. Quod Democritus Philosophus oculos sibi ſeruit, & assignantur tres causæ. Prima

quia

quia uisus ipsum impediebat a studio litterarum. Secunda quia mulieres sine concupiscentia uidere nõ poterat. Unde legitur de isto. Cum Paris duxisset Helenam in uxorẽ, cum esset inuitatus iste, uelamen ponebat sup oculos suos ne ipsam uideret, & in dedecus laberetur, ad nostrã cõfusionẽ. Tertia causa quæ est principalis, quia cum esset inclinatus ad inuidiam homines fęlices sine dolore uidere nõ poterat, ita inuidus non uidet &c. Figuratur Inuidus p Hely: qui uidere non poterat lumen lucernæ. 1. Reg. 3. Secunda malignitas &c. Inuidus Diabolo assimilat. Sap. 2. Inuidia Diaboli mors intrauit in mundum. Duo sunt peccata dæmonis, Superbia & inuidia. Imitantur eũ: inuidiosi qa Dæmõ uidens hominẽ creatum, ad possidendũ beatitudinem, de qua eiectus est, inuidens huic bono, & inuidia motus est ut illũ tentaret, ut sic priuetur bono tali. Hoc autẽ facit quotidie inter homines: dum, tẽtat assidue, inuidiã suggerendo, & conatur dissipare charitatem fraternam. Ideo Ioã. Papa 16. q. 2. c. Visis dolet enim satis & erubescit, charitatem quam in cęlo nesciuit conseruare, homines cõstantes ex lutea materia, tenere in terra. Vñ dicũt Doc. Quòd tanta est Dæmonis inuidia, quòd quamuis ex tentationib. quibus nos infestat augeatur ei pęna inferni accidẽtalis, tamen potius illã eligit nos tentando, quàm illa carere non tẽtãdo. Ita inuidus est qui potius uult aliquo bono carere cum aliis, quàm ipsum habere cõiter cum aliis. Vnde in uitis patrum legitur. Dęmõ interrogatus, si posset ad gloriã redire, quid facere uellet? Respondit. Potius uellem cũ una anima ad infernum descendere, quàm in cęlum redire. Tã inuidus sum, q non possum operari bonũ. In chronica Archiepiscopi legitur. Quòd in curia cuiusdam domini erãt duo. Vnus inuidus, alius auarus. Dic quomodo inuidus petiit sibi oculum unum erui, ut socio duo reuererẽtur. O quãti sunt de istis, qui potius uolunt uno incommodo affici, ut socius duobus. Vnde dicũt Doctores, quod inuidia est grauius peccatum q̃ Auaritia. Ratio, quia auarus & si nõ uult dare bona sua, tamen si alius dat de bonis non curat. Inuidus autem non uult, & dolet q alius habeat. Vnde Hiero. ad Asellam. O inuidia primum mordax sui. Idẽ ad Deme-

triadem uirginem. Oro, quid inuido delectationis pstat inuidia? Et Ascula. li. 2. Inuidia quæ mundum relinquit, & furatur uirtutem intellectus, & cecum hominem cõsumit, & urit. Aestuat aĩam, & perimit cor. In omni peccato quædã pcipitur uoluptas, ex inuidia, non aliud q̃ tristitia. Tertia malignitas &c. Hec est illa bestia q̃ nemini parcit, oẽs offendit. Vñ Val. li. 4. Nulla est. n. tã modesta fœlicitas, q̃ malignitatis dẽtes uitare possit. Et Sen. ad Paulinũ. Inimica est spãlienis profectib. Inuidia. Hier. in Epitaphio sanctę Paulæ. Sẽper uirtutes persequitur Inuidia. Etenim oẽs sancti emulos habuere. In Paradiso quoq; serpens fuit, cuius inuidia mors introiuit in orbẽ terrarũ. Ipse quoq; dominus Iesus Xp̃s zelo Iudæorũ crucifixus est. Ille. Vnde reperio: qđ offendit quinq; genera personarũ. Primo offendit Propinquos. Gen. 4. Caym ex inuidia Abel occidit. Præterea Gene. 37. Ioseph fuit uenditus Hismaelitis. 30. argenteis. Secũdo offendit Sãctos uiros. Dan. 3. Babylonij uidentes quod tres iuuenes hæbrei, Ananias, Azarias, Misael, erant in curia regis Nabuchodonosor, inuidentes eis, instigarũt regẽ ad statuam faciendam, ut eam nõ adorantes mitterentur in fornacẽ ignis. Quod & factum est. Sed Deo ptegente eos, illesi euasere. Præterea Gre. in lib. 2. Dia. Cũ Benedicti fama uolaret in populo: quidã præsbyter Florentinus nomĩne manens prope habitaculum sancti uiri, in ortum prope conuẽtum conduxit 7. nudas iuuenculas, ut fama sancti uiri denigraretur. Sanctus Dei a loco illo discessit, & locus ille corruit, & ipsum præsbyterum occidit. Præterea in 4. Dia. 3. c. Recitat de duobus germanis seruiẽtibus in eremo Euticio, & Florẽtio. Euticius uir literatus assumptus est in Abbatem cuiusdam Abbatiæ. Florentius solus remãsit, q rogauit Deum ut daret sibi aliquam societatem, qui ei ursum misit, quem uidens seruus Dei alacriter suscepit: cui curam cõmisit de ouibus suis; ut in mane duceret ad pascua, in sero rediret: quod & faciebat. Inuidẽtes antem discipuli Euticij; ursum occiderunt. Qui omnes intra paucos dies, morbo elephantino occisi sunt. Tertio offendit Philoso. Arist. combussit lib. Platonis sui magistri, ut ipse solus titulum scientiæ haberet. Hęretici impugnauerunt Orige.

 contra

contra multas ueritates,ut ponit Haymo,cum dicat Isid.6 li.Eth. Quod sex milia uolumina legit i scholis Orig.a se edita.Quarto offendit docto.Quidam impugnant Th.dicẽtes in multis errasse,& grossum doct.dñt.Contra tales Inn. Papa.Huius doct.sapientia præ cæteris, excepta canonicas proprietatem habet uerborum,modum dicendorum;ueritatem sniarũ, ita q nunq̃ qui eum tenuit inueniatur a tramite ueritatis deuiasse,& qui eum impugnauit,semper fuit de ueritate suspectus.Ille.Præterea Gre. Papa ęmulos habuit qui uolebant eius opera comburere. Sed Petrus restitit uidisse se sæpius inquiens columbam,auri eius loquenté,suggerentéq;scribendo.Quinto offendit hoies,pbi. Antipa pr Herodis,inuidiatus fuit, qa magna gesfit in bellis pro Romano Imp. accusatus est apud Imperatoré ab ęmulis suis, centum uiginti quatuor uicibus se defendit. Tandem corã Senatu una uice,extraxit indumenta propria, eis ostédens uulnera.di. Ego amplius nolo me excusare. Ecce q̃ feci p uobis & bono Reip.Præterea ut dicit Titus Liuius de Catone Censorino,qui quadraginta quatuor uicibus accusatus fuit apud Senatũ ex inuidia,tñ per se,se defendebat. Vide Val.rub.de Ingratitudine.Scipio maior Aphricanus:ex inuidia suorum æmulorum coactus est sibi eligere exilium in Apulia.Præterea Scipio Aemilianus,miserrime i carcere consumptus est.O inuidia.Præterea Scipio minor, qui Carthaginem deleuit,ex inuidia in nocte inuẽtus est mortuus,quia occisus fuit ab æmulis suis inuidis.Praterea M. Coriolanus romanus,ex inuidia bãditus est apud Volscos. Præterea Furius Camillus,pp ingratitudiné liberatæ patriæ,exul factus ẽ. Et Socrates Philosophus sapiẽtissimus, iudicatus est carceri ex inuidia,& ibi mortuus apud Athenienses.Vnde secũdum Doct. Tria sunt quę Roman destruxere.Primum Superbia.Secũdum Discorda.Tertium Inuidia,per quam unus persequebatur alium.Ex hac procedũt infamiæ,homicidia.O quot sunt occisi,plures mortui sunt ex hac,quam ex gladio.Vnde patere potest ex dictis:qualiter uirtuosis,& sanctis,quietem & pacem nõ sint hẽe.O uirtutum æmula.O pestis crudelissima.Hæc est quæ ingredit per monasteria,per conuentus, intrat p plateas, p prædicatores,

catores per artifices,per omnes.Et sic patet secundum.Tertium dicitur inductionis.Inducimur triplici ratione,siue remedio,non habere inuidiam.

Primum dicitur fraternitas naturalis.

Secundum dicitur consideratio creaturalis.

Tertium dicitur damnatio perpetualis.

Primum dicitur &c. Quia omnes sumus ab uno patre & matre generati.Matt.6.Pater noster.&c.& 23, Vnus est .n. pater uester,qui ĩ cęlis est,oẽs aũt uos fratres.Vñ nõ debet esse adinuicẽ inuidia.Vñ ff.de legationibus.l.Quæsito. Cũ inter homines cognationem quãdã natura contraxerit, cõsequens est,hominem homine nocere nefas esse. Secũdum dicitur &c.Omnis creatura communicat seipsum,nec est inuidiosa.Nihil est in natura inuidiosum excepto isami inuidioso. Sol radios suos emittit.Luna lumẽ suũ Stellæ. Præterea,si membrum unũ est infirmum aliud ei seruit.1.Cor. 12.Si quid patitur unũ mẽbrum, cõpatiuntur ei omnia mẽbra.Caput est Christus,mẽbra sumus nos. Tertium dicitur &c.1.Reg.18.Cũ Dauid interfecisset Goliad, & Philisteos debellasset,puellæ cecinerunt.Saul percussit mille. Dauid decẽ &c.Saul inuidia motus, persecutus est Dauid usq; ad mortem.Vnde Dæmon Saul arripuit.Vñ damnatus est Aug.super Ioan.Sola dilectio discernit inter filios Dei,& filios Diaboli.Dimitte ergo illã,quod gẽtiles,& pagani egere.Vt de Eschine Pilosopho, quæ considerans amorem fraternalem,uoluit commendare orationem Demosthenis, sicut suam.Quod si egerimus &c.

Feria III. in Ramispalmarum. De missæ significationibus.

SAcrificate sacrificiũ iustitiæ,& sperate in domino. ps. 4.Conclusio est Philosophi.2. Meta.Quod homines huius mũdi uolẽtes scire ueritatem alicuius rei & intelligere,tribus modis cupiũt scire.Primo ratione.Nõ credũt quidam nisi ratione eis probetur. Exẽplum de Arist. Cum esset ad mortem uenerunt ad eum discipuli eius,& tulerunt libros sacræ scripturæ. Magister in tuis libris ꝓbasti mundum

mūdum esse æternum.in 11.Meta. motus cœli est æternus. in 8.Phi.Mundus est æternus.In primo cœli.Cœlum est ingenitum, & tamen in isto libro Hebreorū oppositum repe ritur.In principio.i.in tépore creauit &c.Quibus respōdit Philosophus.Cuius autoris est iste liber?Dicunt,Moysi.Et ille.Quamuis proponat mūdum esse creatum iste autor,tamen nō debeo credere, quia scriptura sacra rationibus nō subiicitur.Vnde nō proponit rationē. Quidam alij nō credunt,nisi eis dicatur aliquod exemplum,sicut Christus turbis loquens, ꝓponebat eis parabolas & exépla, ut plenius caperent uerba sua: quidam non credunt nisi adducatur eis testimonium alicuius autoris,uel autoritas.Ad propositū. Ecclesia istis diebus facit aliqua īsolita, & mētibus nostris miranda,quod in aliis diebus non facit. Vñ nō possunt bene intelligi nisi declarentur,quia in mysteriis sunt acta.Vnde Dauid Annūciate hoc.i.declarate in uniuersa terra. Quæ.s. fiūt his diebus.Vñ uolés hodie pdicare de missa,& mysteriis quæ fiunt.Assumpsi uerbū Dauid Sacrificate &c. Et licet non omnes parati esse possint sumere sacramētum, nō tamē priuantur eius suauissimo fructu,cum deuote assistunt De qua Missa tria uidebimus.

Primum dicitur Declarationis.

Secundum dicitur Conditionis.

Tertium dicitur Regulationis.

Primum dicitur &c.secundum Magistrum in.4.di.13.& Ric.in eadē:missa habuit initiū a Christo Iesu in die Iouis sancto,quādo in cœna panem & uinum trāsmutauit in corpus & sanguiné,ut dicitur Matth.26.& 1.Corin.11.Hoc est corpus meū. Et hic calix &c. Vnde pane cōsecrato & uino, fuit principium,mediū & finis Missæ.Postmodū Christo in cęlo assumpto, beatus Petrus, suam primā missam celebrauit Anthiochiæ.Et huic missę Christi,adiunxit orationem dominicalem.s.Pater noster,cum forma consecrationis.Ad modicum uero temporis. B.Iacobus Episcopus Hierosolymitanus plura adiunxit post.B.Petrum,& post hunc B.Basilius qui primus Episcopus fuit Post.B.Iac.ut patet cōse. di. 1.c.Iacobus.In processu uero temporis summi Pontifices plura addiderunt, intantum quod nihil deest Missæ.

Quæ

Quid autem significent illa quæ ibi fiunt per ordinẽ uidea mus. Sacerdos Christũ significat, psal. 109. Tu es sacerdos in eternum &c. Qui ponit sibi 6. indumenta. Primo amictũ in capite, & significat coronam spineam, de qua fuit in die parasceues coronatus. Secundo albam camisiam, & significat illam, qua ab Herode fuit indutus. Tertio cingulum, & significat funem, qua fuit ligatus ad columnã. Quarto manipulum in leua, & significat patiẽtiam, quã habuit in præsenti uita. Quinto stolam, & significat obedientiam quam habuit propter nos. Ad Phi. 2. Factus est obediẽs usque &c. Sexto casulam, quæ alijs uestimẽtis superponitur, significat charitatẽ, quę omnes alias uirtutes excellit, de qua Petrus in can. Charitas operit multitudinem peccatorum. Ad altare accedit ipsum osculando, quia Christus ad nos ueniens osculum pacis nobis obtulit. Can. 1. Osculetur me osculo oris sui: stat in parte dextera: quia Christus primo uenit ad Iudęos. iuxta illud. Notus in Iudęa Deus. Incipit. Introitũ. Et significat aduentum Christi in carne, quẽ sancti affectabant. Esa. 6. Emitte agnũ domine &c. Et quia in eius aduẽtu aperta est uenia misericordiæ, ideo post introitũ subditur Kyriel. Quod fecit Gre. Pa. Sed nota quod est triplex lingua in missa. Primo Hebraica. s. Osanna Sabaoth. Amẽ. Secundo græca kyrieel. Christeel. qđ est Deus. Tertio latina, quod est residuũ. Vnde Kyrieel. interpretatur. Dñe miserere kyris græce: latine dicitur domine: eleyson græce, latine dr̃ miserere, ꝙ nouies dr̃, cõputãdo Christeel. ut ꝑ misericordiam Christi associemur nouem ordinib. Angelorũ. Et dicit̃ tripliciter ad Patrẽ, ad Filiũ, ad Spiritumsanctum. Et postmodũ dicit̃. Gloria in excelsis. Quod instituit Thelesphorus Papa ad repñtãdum hymnum, quem Angeli pastoribus domino nato cecinerunt. Vertit autẽ se di. Dominus uobiscum salutando populum, & signat salutationem, quã populo fecit quando incarnatus est, & ad nos uenit. Epistola legitur ante Euãngel. Ita prædicatio Ioannis Baptistæ fuit ante Christum. Graduales dicitur, quia Ioann. Bap. pœnitentiam prædicabat. Mat. 4. Pœnitentiam agite &c. & quia post pœnitẽtiam sequitur gaudium Matt. 6. Beati qui lugent &c. Ioan. 14. Tristitia uestra. &c. Ideo post

gra-

graduale. Alleluia cantatur, quod signat gaudium Angelorum & hominum, in uita beata Deum laudantium. Et q̃a fides initium habuit a prædicatione Christi, & Apostolorũ: ideo statim post Epist. dicitur Euange. quod signat Christi prædicationẽ, quod incœpit a concilio Niceno, & debet legi in loco magis eminenti, quam Epist. iuxta illud. Super montem excelsum ascende tu, qui Euangelizas syon. Et cũ omni reuerentia. Sequitur credo statim, in quo continentur 12. articuli fidei, quam Apostoli prædicauerunt, Offertorium sequitur, cum calice in manib. Suscipe sancta trinitas, signat, quia Apostoli in die Iouis sancto, parauerunt panẽ & uinum ob reuerẽtiã Paschæ. Post offertorium facit silentiũ, & dicit orõnes tacite, ad repræsentandum illius tẽpus, quo Christus non ambulabat palam inter Iudæos cũ interficere eũ cogitabant, appropinquãte aũt termino passionis iterũ palã ambulauit. & hoc significat cum exclamat di. Per omnia secula, quod instituit Gelasius Papa. Sequit̃ Sanctus, repræsentat laudem quam sibi pueri cecinerunt in dñica Palmarũ. Quod instituit Sergius Papa. Incipit canoñe. Te igr̃, &c. Et facit tres cruces, & significat tres traditiões. Primo Deus pater, qui ipsum pro nobis tradidit misericorditer. Secundo Iudas fraudulenter. Tertio Iudæi crudeliter. Eleuatio hostiæ signat eleuatiõne corporis Christi in cruce super montẽ Caluariæ. Ponitur super corporale, quia tũc Nicodemus & Ioseph posuerunt ipsum in sindone munda. Corporale signat sindonem Christi. Facit silentiũ, signat dormitionem quam Christus fecit in sepulchro per 39. horas, cum dicit. Nobis quoq; peccatorib. uocẽ exaltãs; signat contritionem, & cõfessionem latronis, alterum increpantis, & misericordiã petentis di. Memento mei dum veneris &c. Deinde clamat di. Pater noster &c. Est reductio ad memoriam illius clamoris, quem Christus emisit hora mortis di. Pater in manus tuas &c. Dicitur aũt tripliciter. Agnus Dei; quia petimus tria peccata dimitti, amore illius passionis. Primo cogitationis. Secundo locutionis. Tertio operationis, per quorum remissionem, deuenimus ad æternam pacem adeo dicitur in tertio. Dona nobis pacem. Diuiditur hostia in tribus partibus. Vna offertur pro

gloria

gloria sanctorum, qui sunt in patria. Alia pro illis qui sũt in purgatorio. Tertia pro nobis qui sumus in mundo. Sequitur post cõio, significat gaudium Apostolorum, quod habuerunt de Christi Resurrectione. Festinãter dẽt in choro cantari. Sequitur. Dominus uobiscum. quater uertit se ad populum, in signum, quod in die Resurrectionis quadrupliciter se ostẽdit. Primo Magdalenæ. Secundo duabus Mariis. Tertio discipulis euntibus in Emaus. Quarto omnibus Apostolis. Sequitur. Ite missa est. Quare non dicitur in omni missa? Respondet Bona. in 4. dist. 13. Quia quædã missæ celebrantur in honorem sanctorum: & quia sunt beati, Ite dicitur populo. Ite missa est, idest festinate ingredi illam requiem, sicut illi. Quædam sunt aliæ ad salutem uiuorum. Et quia non sumus certi de salute nostra. Iuxta illud Eccl. 9. Nemo scit utrum amore an odio dignus sit. ideo debemus assidue esse soliciti, ut nõ per nostram ignauiam, in nobis missæ efficacia depereat. Vnde dicitur benedicamus domino. Quędam dicuntur ad requiem defunctorum, & in illa dicitur. Requiescant in pace; quia sunt in loco pœnali. Vnde patet primum mysterium &c.

Secundum dicitur &c. Tres sunt conditiones huius sacrificij: Missæ necessariæ.

Prima dicitur obligatio.

Secunda dicitur auditio.

Tertia dicitur deuotio.

Prima &c. Obligãtur homines ad missam diebus dominicis, & festis, qũ sunt de præcepto. Vnde de cõse. di. 1. c. Missas. Missas secularib. audire totas, speciali ordine præcipimus: ita ut nullus egredi præsumat, ante sacerdotis benedictionem. Ille. Vbi sunt sex dubia declarãda, in huius mysterii declaratione. Primũ dubiũ. Vtrũ clerici & religiosi, teneantur huic præcepto. Videtur quod non: quia capitulum non facit mentionem de clericis, licet de secularibus. Respondet Ioan. And. super dicto c. & Archidiaconus in rosario. Quod si tenẽtur laici, multo plus religiosi: quia debẽt esse patres boni exempli. Vnde dicitur eis Matt. 5. Vos estis lux mundi: ideo sic luceat lux uestra. & 1. q. 1. c. Vilissimus computandus est nisi præcellat scientia, & sanctitate; qui

est

est honore præstantior. Imo ut dicit Tho. in 4. dist. 13. Alexan. in 4. par. summæ. Religiosus ad bene esse, tenetur omni die missam audire, & si non ex ui præcepti, aut dicere: quia deficiens ab hac celebratione tria mala cōmittit. Primum, quia priuat Angelos gloria accidentali. Secundum, quia animas in purgatorio. Tertium, eos qui in mūdo. Vnde missa &c. Secundum dubium. Vtrum totam debeat audire, uidetur quod sic: quia dicit capitulum totas. Respondeo quod modicum pro nihilo reputatur, ut ad gloria in excelsis. Tunc præcepto satisfacit; quia ut dicunt Theolo. quod modicum est, ratio apprehendit ut nihil. Dum tamen malitiose non fiat: aut ducatur in consuetudinem, ut mundani faciunt. Tunc esset peccatum. Tertium dubium. Vtrum uidere, & non audire satisfaciat præcepto? Videtur quod non; quia dicit capitulum. Audire. Respondeo quod si possibile est, tenetur audire Euangelium, & Epist. Si non potest præ multitudine populi, excusatur. Sed nō illi, qui extra Ecclesiam morantur, nec curant audire. Quartum dubium. Vtrū omnes teneantur tam parui, quam magni, sani quam infirmi? Videtur quod sic; quia capitulum neminem excipit. Respondeo quod impotentes non tenentur. Vnde dicitur. ff. de reg. iur. l. Impossibilium. Ad impossibile nemo tenetur. Sed dico quod excepta necessitate, & urgēte, nullus excipitur. Vnde de conse. di. 1. ca. Cum ad celebrandum. Et extra de parochiis c. Vt dominicis diebus. Vos parochianos ammoneo, ut populo uestro dicatis, quod in festis præcipuis missam integram deuote audiant. Illę. Sed heu quia sunt nonnullæ bestiales genitrices, quæ filias diebus festiuis in domo relinquunt, nec recordātur præcepti saluatoris. Mat. 3. Dominum tuum adorabis. & Exod. 20. Memēto ut diem sabbati sanctifices. Sed tales dicunt. O sic est consuetudo. Quibus respondeo. Quod nequaquam est bona consuetudo, quod dimittas filiam tuam in domo ad tripudiandum, & quod tempus circa speculum consumat. Vnde dis. 8. Dr. Mala consuetudo, non minus, quam perniciosa corruptela uitanda est. Ducite ergo o matres filias uestras ad missas, ac diuinum cultum magnificate. Et uos o patres filios, seruos, ancillam ad missam omnes ducatis. Quomodo audes

o homo ire ad prandium inaudita missa. Vnde patet quar tum dubium. Quintum dubium. Vtrum teneantur audire usque ad benedictionē? Resp. q̄ sic: quia capitulum dicit q̄ sic, & di. 1. de conse. Omnes communione priuentur, qui usque ad finem missarum solēnia nō audierint. Ille. Tales sunt in fide suspecti, qui missam non audiunt. O Iudeæ. O Hereticæ. Sextum dubium. Vtrum missa melioris sacerdotis sit audienda, quàm econuerso? Respondet Thom. 3. par. q. 83. Quo ad sacramentum utraque ualet; quia omnes uirtute uerborum consecrant: sed quo ad deuotionem orãtis, melioris est audienda. Secunda conditio &c. Debet. n. audiri summa cum deuotione, quàm dici potest, & hoc propter tres fructus, quos accepimus ab ipsa missa gloriosa, ut ponunt doctores.

Primus dicitur remissionis.

Secundus dicitur supplicationis.

Tertius dicitur defensionis.

Primus dicitur &c. Secundum Ric. in 4. dist. 17. Octo uicibus peccata remittuntur uenialia. Primo in principio missæ, quando sacerdos dicit confessionem in principio missæ. Ideo uade ad principium. Secūdo quando hō benedictam aquam accipit in introitu. Vt ad missam uadat. Tertio in cōfessione, quæ fit a presbytero in medio missæ. Quarto qñ nominat Iesum, & hō inclinat. Ab Vrbano Papa dantur 40. dies indulgentiæ. Inclinatio debet fieri. C. de sum. tri. & fi. ca. l. Nullus. Vnius & sui Dei nomē ubique celebretur: & extra de immu. Eccl. li. 6. c. decet. & Psa. Ego aūt in domino gaudebo &c. Act. 3. Non aliud nomen est sub cœlo datū hominibus in quo oportet nos saluos fieri. Quinto qñ leuatur sanguis. Sexto qñ corpus. Septimo quãdo dicitur. Pr̄ noster a sacerdote. Octauo quando datur benedictio a sacerdote. Perge ad missam o hō cum deuotione. Secundus fructus dicitur &c. Quia oratio fit pro astãtibus in canone. in uerbo. Et omnium circumstantium. Pro quã orōne plura bona sūt. Exēplum cuiusdã mercatoris de Dacia, Andræas nomine. Qui peregrinando cum aliis peruenit in uigilia Paschæ ad sepulchrū. Cū summo mane socij uellent recedere: dixit eis. Dies Paschæ est, audiamus plures missas. Abeunti

bus omnibus iste remansit se patri obnixe recõmendãs in suo memento. Missa dicta, & prandio sumpto: solus ire cœpit. Quidam in equo sedens apparuit dicés. Sede hic retro. Obdormiensque inuenit se in domo sua. Cui dixit. Vbi es? In domo inquit mea. Et ille. Lauda Deum & rengratia sacerdotem, qui pro te orauit. Tertius fructus dicitur &c. Defenditur. n. a pluribus malis, qui missam audit. Primo ab aqua Exemplum illius marinarii, qui in mari existens, naui fracta, in tabula ascendit, non ualens nauigare, quidã apparuit ei porrigens buccellam, qua sumpta uires recepit. Fuit sacerdos qui pro eo missam dixit: quam ipse audiuit, qua fuit adiutus. Secundo non suspenditur. Quædam muliera Dęmone uexabatur, qui laqueum sibi præparauit ad se suspẽdendũ: quæ dũ cœpta conarctur perficere. Ecce pro eleuatione corporis Christi iuxta morem campanulã audiuit. Flexis genib. solum uidit eleuationem; intrans domum funis, & trabes sũt cõfracti. Dæmonib. fugientib. & dicẽtib. uirtus missæ illius modicæ te liberauit a tpali, & æternali morte. Tertio mala morte nõ põt mori. Exemplum cuiusdam cortesani ducis Galeaz, nomine Riso, qui Cremæ existens pro fuga dũ missam audiuit non potuit occidi. Et illa dimissa uitam finiuit. Quarto non moritur sub montibus. Exemplum illius, qui dum foderet cecidit mons, quo pressus sub ipso per annum integrum stetit, & uxor eius assidue missam audiebat pro eo, ĩ capite anni uisus est sanus. Quinto nõ moritur sagitta. Exẽplum de duob. iuuenibus qui ad aucupandum pergẽtes, percussus est ille, qui missam non audiuit. Vnde patet quõ missa cũ deuotione &c. Tertia conditio dicitur deuotionis. Audiẽda est deuote, quæ deuotio dẽt esse in duob. Primo ex parte audientis. s. illius qui hãc audit cum omni deuotione, debet eã audire genib. flexis, corde eleuato, & omnes a se expellere fantasias. Cyprianus de consecratione distinctione prima. capitulo. Quando stamus ad orationem fratres charissimi inuigilare, & incumbere ad præces toto corde debemus: cogitatio hominis carnalis, & secularis abscedat. Ille. Sed plures sunt, qui in fantasiis, & carnalibus, & secularibus, non recordantur se uidisse corpus domini. Exumplum. Dæmonis

nis ridētis in missa noua, in Alemania, ex eo quia nō erat homo qui ad missam habuisset mentem. Quod contra Gre. in 4. Dia. Quis fidelium dubium habere potest in ipsa imo latronis hora, & in illo Iesu Christi mysterio, ad sacerdotis uocem choros Angelorum adesse, cęlos aperiri, ima & summa sociari. Ille. & Thom. in 4. dis. 14. Angelus interest ut orationes populi, & sacerdotis Deo repręsentet. Ille. Si ergo ibi est Christus, Angeli, ibi est curia cœlestis, cur non permanes cum deuotione? Si habes stare ante dominum tēporalem, o cum quanta deuotione, & quanto plus coram Christo Iesu? Practica. Quidam uaghizant hincinde, quidam student mente, quid agere debeant post missam, quidā sedent. Clama contra istos præcipue. O infamis. Vnde patet prima deuotio ex parte audientis. Secundo ex parte sacerdotis hæc deuotio debet esse, ut morosé hanc dicat, aliter dat causam murmurandi, quidam non bene exprimunt, sed in gutture, quidam nimis prolixi; quidam nimis festini. Missa requirit spatium medię horæ; quia sunt ibi plura ad dicendum, & miror multum quō est possibile, quod quidā ita se expediunt, nisi forte, quia non dicūt quod dicere debent. Facetia de duobus capellanis in domo Bartholomei, quorum unus alterum increpabat, quod medium canonis non dicebat: alius autem quod nihil. Vis uituperare unum sacerdotem, quando missam dicitur pecus. Et per oppositū quando deuote. Exemplum Regis Angliæ, qui Episcopum coegit in die sancto expectare, donec reuerteretur de uenatione, antequam missam diceret, dum hora transiret, & uellet celebrare, & a nemine esset adiutus, propter timorem regis; incœpit per se, & Angeli statim canere cœperunt kyriel. & omnia prosecuti sunt, quod factum, Episcopus docuit per suam diœcesim; unde docuit postmodum suos pręsbyteros, cum omni deuotione missam celebrare, eo qđ dominus, & Angeli huic mysterio assistebant. Vnde patet secundum mysterium &c. Tertium dicitur &c. Amb. li. de of. 7. regulæ sunt necessariæ huic sacrificio.

Prima dicitur humilis collatio.

Secunda dicitur mentis eleuatio.

Tertia dicitur attenta auscultatio.

Quarta

Quarta dicitur reuerentiæ statio.
Quinta dicitur realis oblatio.
Sexta dicitur deuota oratio.
Septima dicitur spiritualis præcipitatio.

Prima dicitur &c. Quando homo Ecclesiam ingreditur cā audiendi: non ponat se ante faciem sacerdotis: sed longe reuerēter, & humiliter genu flexo. Vnde Apost. Viuo ego dicit dominus: quia in nomine meo flectitur omne genu. Et Christus. Io. 4. Veri adoratores adorabūt in spiritu. Et ut dicitur de conse. di. 2. c. Sacerdotum. Nulli laicorum liceat in eo loco, ubi sacerdotes & clerici consistunt, quod præsbyterium uocatur: quando missa celebratur cōsistere. Ille. Et ratio est huius in eo. c. ut libere & honorifice possit celebrare sua. Secunda dr &c. Qñ stas in missa cor eleua ad cogitādū peccata, & ad meditandum diuina. Quæ regula datur a Cypriano de conse. di. 2. c. Quando stamus. Sed plures ad diuina ueniunt cū falcone & accipitre. ac si irent uenatum. Cōtra quos Lu. 18. Nemo potest dnob. &c. Deo & falconi. O stultitia moraliū: unde antiquitus ab Ecclesia erat ordinatum pp reuerentiam sacramētorum: q canes, falcones; ab Ecclesia per ostiarios expellerētur: & hodie in Hispania obseruatur, quod Christus egit. Io. 12. & Matth. 20. Tertia regula &c. Dum sacerdos dicit alta uoce uerba in missa, attende & ascult. & quotienscunque quis inclinat caput ad nomen Iesu, & Virginis Mariæ: toties meretur quadraginta dies de indulgētia. Sed ponamus quod nulla esset indulgētia: adhuc est sanctum facere reuerentiam, quia ab Apostolo hortamur ad Philip. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur. Et extra de immuni. Eccle. lib. 6. cap. Conuenientes.

Quarta regula dicitur &c. Quę reuerentia habetur de conse. dist. c. Apostolica. Vnde homo debet stare in Ecclesia, aut genibus flexis, aut rectus corpore. Cōtra infames, qui stant sedentes, quod est magnū peccatū. Quinta dr &c. Videlicet in missarum solēnis, semper aliquid est offerrēdum, aut denarius, aut panis, aut candela. Quæ regula ponitur de cōs. di. 1. c Omnis christianus, pcuret ad missarum solēnia aliquid Deo offerre, & reducere ad memoriā, quod Deus per Moysen dixit. Exod. 23. & Deutero. 17. Non apparebis in

conſpectu meo uacuus. Vbi dicit glo. Si parochianus eſſet pauper, & non poſſet aliũde uiuere: poſſet diuina ſubtrahere, niſi darentur &c. Sexta regula &c. In miſſa ora Deum hoc modo. O domine Ieſu rengratior tibi de beneficiis mihi datis adiuua me, da mihi paradiſum, da mihi perſeuerantiam in bono, & conſtantiam in aduerſis. Iſta eſt bona oratio, ut Deus miſereatur tui de peccatis. Septima regula &c. Quia homo percipit in hac miſſa de hoc ſacramento. De conſe. di. 2. Aug. Vt quid paras dentem aut uẽtrem? Crede & manducaſti. Vbi nota has concluſiones quas Bononiæ extraxi de Petro Calo. in miſſæ laude. Prima concluſio quandiu homo aſtat miſſę, nunquam ſeneſcit nec laſſatur. Patet concluſio figuris. Adam pater noſter quando comedit de fructu ligni non ſenuit. Filij Iſrael quãdo manna comederunt, non ſe debilitabant. Secunda concluſio. In illa diẽ, in qua homo miſſam audiuit. ſi caſu moreretẽ, tenet Ecclesia, non eſt excommunicatus: & ſic ab inferno liberatur: præmiſſa tamen contritione, cũ qua creditur quod ad miſſam uadit. Auguſt. Crede & manducaſti. Tertia concluſio: una miſſa in præſenti plus ualet ad remisſionem peccati, q̃ mille poſt mortem. Quod facit ſecularibus ne poſt mortem expectent. Quarta concluſio, miſſa eſt tantę uirtutis, quod cum dicitur: ſi homo iret, aut circumiret totum mundum: & omnia bona diſtribueret pauperibus amore Dei: plus ualet ſibi audire miſſam integraliter. O miſſa ſancta. O glorioſa &c.

Feria IIII. Hebdomadæ ſanctæ. De ueritate ſacramenti.

HOc facite in meam commemorationem Luc. 22. Redemptor noſter uolens recedere a nobis: & de hoc mundo ire ad patrem, officia pietatis diuidere uoluit: & cuilibet dimittere aliquid in ſignum bonæ memoriæ amici ſui. Primo Apoſtolis legauit in teſtamento ſuo perſecutionem. Quod habuit ipſe, aliis dimiſit. Ioann. 16. Si me perſecuti ſunt, & uos perſequentur. Quod habuerũt Apoſtoli. Actu. 10 Per multas tribulationes, oportet

tet nos introire in regnum Dei.& 2.Cor.3.Omnes qui pie uiuere uolunt in Christo,persecutionem patiuntur.Secundo legauit pacem.Ioann.14.Pacem relinquo uobis.Omnibus reliquit,quod summe ei placuit.Io.16.Hæc mando uobis ut diligatis inuicem.Tertio legauit iudæis corpus proprium;ut ipsum crucifigerent, & nostram salutem perficerēt.Iob.9.Tertia,idest caro Christi data est in manu impii .s.Pilati & Iudę.Quarto legauit Patri,spūm suū.Lu.23. Pater in manus tua &c.dat exemplum nobis, quod ī manibus Dei debemus commendare spiritum nostrū : quia illud q̄d est in manu Dei est securum.Quintum legauit Marię Virgini societatem.s.Ioannem Euange. Mulier ecce filius tuus, quod facere uoluit triplici ratione.Primo ratione sui.Dederat legem.Exo.20 Honora patrem,& matrem tuam : decebat ut conditor legis,legem seruaret. Secūdo ratione nostri:ut nos doceat de parentib.nostris curam habere:non solum in uita: sed etiam in morte. Tertio ratione Virginis. Amittebat filium: ideo pro consolatione dimittebat sibi fidelem discipulū. Sexto legauit latroni paradisum. Matth. 26.Hodie mecum &c.Septimo legauit pctōrib. sanctam cōmunionem:ut sumant corpus, & sanguinem suum in potū & cibum.quia ut Apo.dixit ab Hæb.9. Sāguis Christi emūdabit conscias nostras.Vnde ipse dixit.1.Cor.11.Probet āt seipsū homo:& sic de pane illo,edat, & de calice bibat.Vnde dicunt uerba assumpta.Hoc facite &c.In quib. uerbis de sacramento incipiemus loqui : de quo hodie tria contemplabimur.

Primum dicitur uerificationis.

Secundum dicitur conditionis.

Tertium dicitur confirmationis.

Primum dr̄ &c.Vtrum corpus Christi,& sanguis sub accidentibus panis,& uini consecratis:cōtineatur uere & realiter?Ad hoc sunt duæ opin.Vna Philosophorum cum qua iudæi,& Gentiles militāt.Alia Catholicorum.Prima opi. ꝓbat quod nō est ibi corpus Christi : & omnino impossibile asserit tali rōne,per regulam Philosophiæ.4.Phi.Locus & locatum debent proportionari. Exempli gratia. Si corpus est magnum:& locus debet esse magnus. Locus & loca-

tum debent &c. Si res parua & locus paruus. Sed in hoc loco uidemus oppositũ. Cum parua sit hostia ubi sit corpus Christi. Vnde patet prima opi. Secũda opi. dicit quod sic. In uirtute uerborum. Hoc est corpus meum. Ad hanc concl. sufficientem inde secundum Doc. præcipue Th. i 4. di. 9. & Pe. de Tharan. in 4 Bona. in 4. di. x. Quod in hostia consecrata est ibi realiter corpus Christi. Quæ cõclusio quamuis fides catholica non indigeat rõnib. nostris, aut probationib. cum in hmói rõnib. non fundetur; tñ ad cõsolationem fidelium, ꝓbo conclusionem esse ueram triplici medio. Primo rõne. Secundo authoritate. Tertio exemplis. Primo ratione, q̃ sunt tres ad præsens.

Primo ratione causalitatis.

Secundo ratione maioritatis.

Tertio ratione credulitatis.

Primo ratione &c. Quod. s. per Dei potẽtiam substantia hostiæ & uini, post consecrationem, realiter conuertitur in ueram substantiam corporis Christi, & sanguis. Fundamentum rõnis sumitur ꝑ authorem in li. de causis. Quicquid facit secunda cã facit prima nobiliori, & altiori modo. Exempli gratia. Si Camerarius alicuius dñi, potest alicui facere unam grãm, a fortiori ipse dñs hoc poterit facere Præterea si Episcopus potest aliquem absoluere a peccato enormi, a fortiori Papa. Ad propositum. Natura naturata conuertit unam substantiam in aliam, quod patet ad oculum. Homo comedit panem & bibit uinum, & facta digestione in stomacho, panis & uinum conuertuntur in sanguinem & carnẽ. Præterea mulier prægnans comedit, cibus digestus conuertitur in carnem, & sanguinem, & ossa, cuius habet in utero. Præterea per uirtutem caloris gallinæ, substantia oui conuertitur in substãtiam carnis, seu in gallinam. Præterea ut dicit Phi. in 4 Meteo. Virtute solis humiditas terræ cõuertitur in arbores, herbas in uinum, oleum, balsamum, & huiusmodi, & eadem terra uirtute solis conuertitur in aurum, in argentum, ferrum, & lapides preciosos. Et Isidorus lib. Ethi. Dicit quod in Scotia est fõs, qui omne quod ĩ eo mittitur, statim conuertit in substãtiam lapidis. Ad propositũ. Si hoc natura operatur, quãto plus potest Deus naturæ, ut

una

una species, uel natura unius rei, mutetur ĩ aliã spẽm? quia ut dicit Phi. in 2. Meth. Quod est causa aliorũ ut sint talia, illud maxime est tale. Si potest secũda cã, plus potest prima cum sit potentiæ infinitæ. Vnde patet prima ratio. Secundo rõne &c. Conclusio est Bon. in 4. di. 10 & Hylarii, & Phi. in Topi. Quod maius opus est de nihilo aliquid facere, quam de aliquo aliqd facere. Et rõ est Francisci de Mayronis in quodã sermone, de sacro altaris; quia plus distat ens & nõ ens, quam ens & ens, quod patet. Homo. n. potest facere de ferro cultellum, de ligno cathedram, de farina panem: sed tota natura, omnesq; simul Angeli. de nihilo nunquam possent aliquid facere, imo nec granum minimum milii. Vñ Phi. 1. Phi. & omnes philosophantes concludunt, quod ex nihilo nihil fit. Vnde maius miraculũ fuit uinũ in nuptiis. Io. 2. quam multiplicatio panũ; quia. s. ex nihilo nihil erat. Ad propositum. Quis de nihilo creauit Angelos, cœlũ terram, & omnia quæ in eis continentur? Tertium est quod ipse Deus fuit; cuius potẽtia est infinita, quod si sic est, quod Deus potest de nihilo tanta facere, quanto magis põt unũ ens in aliud conuertere, seu substãtiam panis, & uini in substantiam corporis commutare, quam rõnem tangit Ambr. in li. de sacramentis. Quod si potuit creare cœlos, elemẽta de nihilo, cur nõ poterit mutare unam spẽm in aliam? Tertio rõne &c. Conclusio Thom. in de potẽtia Dei. q. 6. ar. 2. Deus facit quædam tripliciter. Primo supra naturã, ut qđ mortuus uiuat. Secundo cõtra naturam, ut ꝙ Virgo pariat, & homo in igne illesus permaneat. Tertio præter naturam ut quod aqua in uinum cõuertatur. Ad propositũ. Si credis ista o homo; cur non magis, quã in uirtute uerborum. hoc est corpus &c. fit realiter corpus Christi in hostia. Quæ cõclusio probatur uera exemplis in triplici differentia. Primũ exẽplum est scripturale Exod. 4. Virga Moysi ad ipsius iussum uersa est in colubrum, & iterum ꝑ caudam accipiens, uersa est in uirgam. Præterea in Exod. Manum Moyses in sinum misit, & extraxit de sinu leprosam, ante Pharaonem. Præterea de flumine Marath. Exod. decimosexto. Ex amaro conuersum est in dulce. Præterea de Manna, quomodo eo pauit populum in deserto. Præterea de Sole

contra Gabaonitas. Iosue 10. Præterea Nume. 21. Petra dutissima. Virga Moysi percussa, aquam dedit. Si ergo illi tot fecerunt, quanto plus Deus omnipotens. Secundum exemplum est sanctorum. In tempore sancti Ludouici in Frãcia, celebrante quodam sacerdote. in hostia cõsecrata uisus est Christus in carne uisibili, uidelicet puer paruulus, & cũ nũciaretur Regi Ludouico ut ueniẽs uideret. Rñ. Ego credo ita esse, qui non credit, eat ad uidẽdum. Præterea de Greg. Papa, cum uellet communicare quandam, uiduam, quæ faciebat sibi hostias, quibus ipse celebrabat, fortiter risit. Qui statim manum retraxit, quærens. Quare rides inquit? Quia hostia quam manibus meis feci, mihi das pro uero corpore Christi. Qui incredulam ipsam uidẽs, orauit di. O domine Iesu ueritatem ostende tui sacramenti. Statim apparuit hostia tota caro quo uiso uidua lachrimata est, & ab omni incredulitate sanata. Tunc Greg. orauit ut hostia conuerteretur, ut primo erat: & uiduam communicauit. Præterea de B. Ambr. legitur, quod corpus domini dedit fratri suo Satyro adhuc infideli, i uase: eique suasit, quod si in periculo in mari esset, ipsum inuocaret: quod & fecit i nauigio, ubi omnes perierunt. Ipse uero cum nostro Deo per mare tanquã per terram ibat clamans. O Deus Ambrosij adiuua me. Vnde ex hoc conuersus est ad Christum. Præterea de quadam Angelina. 3. ordinis de Fulgineo, uel potius de sancta Clara ordinis minorum, dum oraret coram sacramento, ut defenderet moniales ab inimicis, & ciuitatem. Asisij: apparuit sibi statim infantulus quidam in tabernaculo. d. Ne timeas qm̃ uictoriam habebis; portans igitur tabernaculum cũ corpore Christi: undique circa locum: statim omnes inimici perterriti, pp præsentiam Christi, in tabernaculo ueraciter existentis, de muris corruerũt, aliqui mortui sunt, aliqui in fugam uersi. Ex hoc ciuitas Asisii fuit liberata. Tertium est exemplum Hæreticorum. de Berengario Diacono Ecclesiæ sancti Mauritii Andegauensis, qui non credebat hoc sacramentum. A Nicolao Papa cum 13. Episcopis reprobatus fuit. Vñ in se reuersus, per inspirationem quam habuit nocte, confessus est ueritatem. Quam confessionem ponit Gratianus de consecra. distin. 2. cap. Ego Berẽgarius. Vnde

 iu-

iurauit per sancta Euangelia cum maximis lachymis, simul cum alijs, credere indubitanter, quod in hostia consecrata erat uerum corpus Christi. Vnde patet propositū: sed merito dubium quæritur. Cur hoc sacramentum uisibiliter non potest uideri, uelatum sub accidentibus? Respondeo quod triplici ratione. Primo fidelitatis, ut nostra fides sit maioris meriti, quia ut dicit Gre. Fides nō habet meritum, ubi humana ratio præbet experimentum. Quanto res una minus uidetur, & quis eam credit, tanto maius meritū, cū sit maior fides, unde Christus Ioā. ult. dicit. Thom. clamanti. Dominus meus, & Deus meus, ait Tho. Quia uidisti me credidisti. Sed beati qui non uiderunt, & crediderunt. Ad propositum. Si Christus uideretē in hostia in carne, minus haberet de ratione fidei. Cum Augu. dicat qđ fides est de nō uisis. Sed quia homo non uidet nisi hostiam: & aliud credit: ideo plus meretur. Ex hoc plus laudatur fides Centurionis, qui non uidit miracula Christi, & credidit, quàm Apostolorū, qui uiderunt: secum comederunt & dormierunt & huiusmodi. Secūdo ratione horribilitatis: quia si unum hominem uiuum, & carnem crudam sumere deberemus, natura hominis abhorret. Vnde & ob hoc multi abstinerent a sumendo illud. Tertio ratione imbecillitatis, quia si deberemus Christum in sua claritate uidere: sensus uisus non posset sustinere, q̄a millesies est clarior sole. Vnde anima mea, crede hoc uerum esse sacramētum, quia ut dicit Ber. in ser. de sacramento. Si credimus Galeno de discretione uenarum. Si Ptholomeo de magnitudine cursus, & influentia syderū. Si Philosopho Aristoteli de fallacijs & forma Syllogismorum. Si Ciceroni de ornatu colorum. Si Prisciano de compositione litterarū: cur nō magis Deo: qui uult hoc sacramentum esse corpus suum? Vnde patet ueritas nostræ conclusionis. Sed quærit anima chara. Vtrum Angeli uideāt cognitione sua naturali, ibi corpus Christi? Respondeo quod non, naturali cognitione, quoniam omnia quæ sunt fidei sunt supra naturalem ipsorum cognitioné. Mysteria fidei dicuntur esse abscōdita a seculis in Deo, inquit Apostolus. Ad Ephe. 4. Iō naturali cognitione non uident Angeli corpus Christi sub sacramento,

ſed ſolum beatifica qua uident de quibus eſt fides per beatificam cognitionem in uerbo, moltominus poſſumus nos uidere niſi per reuelationẽ fidei per uerbũ Chriſti. Hæc Th. in q. de potentia ſupra. Ad argumentum. Locus & locatum debent eſſe proportionata, &c. Verum eſt naturaliter. Sed in hoc ſacramento incedimus uia ſupernaturali. Vnde patet primum.

Secundum dicitur &c. Viſo de eius ueritate, ſequitur nunc uidere de conditionibus, quæ requiruntur ad ueram ſpiritualem ipſius maſticationem. Quinque ſunt conditiones neceſſariæ, ad hoc ut homo ſumat hoc ſacramentum deuote.

Prima eſt: cum cordis contritione.

Secunda eſt, cum maxima puritate.

Tertia eſt, cum humilitate.

Quarta eſt, cum fortitudine.

Quinta eſt, cum ſatisfactione.

Prima eſt &c. De hac figura Iob. 4. Antequam comedam ſuſpiro. Suſpirare debet homo, antequam ſe præparet ad tãtum ſacramentum. Iſta autem ſuſpiratio, & contritio, fuit figurata in teſtamento ueteri. Exo. 12. Vbi Deus præcepit Iudæis, ut comederent agnum paſchalem, cum tribus conditionibus.

Primo tenentes baculum in manibus.

Secundo cincti renibus.

Tertio cum lactucis agreſtibus.

Primò cum baculo. i. fortitudine animi, non cito reuerti ad peccata, poſt hoc ſacramẽtum. Vnde Eccleſia canit. Eſtote fortes in bello, & pugnate cum antiquo ſerpente, & accipietis regnum æternum.

Secundo cincti renibus. Vnde notatur carnis cõtinentia. Lu. 23. Sint lũbi ueſtri pcincti &c. Tertio cũ lactucis agreſtibus. i. amaritudine peccatorũ. Aliter homo exponeret ſe periculo animæ. Vnde Iudas. ut dicitur Io. 14. Quia ſine cõtritione hoc ſacramentũ ſumpſit. Diabolus in eum introiuit. Nota tamen ſecundum Alber Quod quidam ſunt qui ſumunt iſta lactucas integras, quidam contritas: & quidã ſucum ipſarum. Eſt quædam enim amaritudo ſuperficialis,

quædam

quædam præcordialis,& quædã mixta cum lachrimis.Sũt enim quidam, qui habent de peccatis quẽdam superficialẽ dolorem,qui attritio dici potest. Isti sumunt istas lactucas integras.Talis attritio,peccatorem plene nõ iustificat Hie re.5.Percussisti eos,& non doluerũt attriuisti eos & renu erunt accipere disciplinam.Alij sunt qui omnia peccata sua in mortariolo memoriæ cõgerunt,& pistillo laboris minutatim conterunt. Et talis dolor cõtritio appellatur. Isti sumunt istas lactucas contritas.Et talis cõtritio uulnera peccatorum sanat.Oseæ.9.Sanabo cõtritiones eorum, diligã eos spõtaneæ.Alij sunt maioris pfectionis qui scilicet pc̃tã non solum sic conterunt,sed etiam lachrymas emittũt.Isti sumunt agnum cum succo lactucarum, idest cum abundantia lachrymarum. Grego. in Moral. Carnes cum lactucis agrestibus sunt edendæ, ut cum corpus redemptoris nostri accipimus,nos pro peccatis nostris in flettibus affligamus, quatenus ipsa amaritudo pœnitentię, abstergat a mentis stomacho peruersæ humorem uitæ. Secunda conditio &c. Apostolus ponit.1.Cor.11.Probet autem seipsum homo idest examinet propriam conscientiam, & sic de pane illo edat,& de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indigne,iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini. Ille. Glo. idest damnationem. Non immerito patres mei: quia si Adam cum tota natura humana damnatus est: quia pomum uetitum comedit. Genen.3.Et quanto magis qui indigne communicat?In huius figuram. 2.Reg.6.de Oza legitur qui fuit a Deo percussus,eo quòd arcam domini manibus suis tetigit, quæ cadere de curru uolebat. Rationem assignant Hebræi, & Hieron. A Deo percussus est, quia cum uxore sua nocte præterita iacuerat. Sed qua percussione dignus est, qui iacet cum meretrice,& concubina, si ille mortuus est? qua percussione dignus est,qui corpus Christi indigne sumit? Vnde Hieron. in quadam epistola. Quid tibi cum fęminis qui ad altare cum domino fabularis.Dic sacerdos, qualiter cum eisdem labiis filium Dei osculari, quibus osculatus es filiam meretricis? Vnde Leo Papa. Nullus malignus: nullus fucato animo accedat. Pura sit conscientia;quia purum est sacramentum.

mentum. Et Leui. 21. Qui habuerit maculas non accedat ad ministerium. In huius figuram. 2. Reg. Viri Betsamitæ mortui sunt, quia uiderunt arcam domini. O quid de illis, qui non tantum uident sed insuper sumunt indigne. Vnde Prouerb 23. Quando sederis ad mensam, ut comedas cum principe, diligenter attende, quæ posita sunt ante faciem tuam. Tertia conditio &c. Vt se peccator reputet indignum, tantum sumere Sacramentū. Figura. Mat. 8. De Centurione, qui dixit. Domine non sum dignus, ut intres &c. Si Centurio se indignum reputabat sumere in domo sua mortalem, quanto plus immortalem? Vnde sanctus Marcus tanquam indignus, pollicem sibi amputauit: sancto instigante spiritu, & Ioan. Bap. contremuit tangere Christum, quando ipsum baptizabat. Si timuit tangere mortalem, quanto plus nos immortalem? Vbi nota quod homo merito debet incedere cum humilitate, quia ut habent doctores: Duo sunt in hoc sacraméto. Dignitas, & Vtilitas, Dignitas quidem, quia in aliis sacramētis confertur gratia: non autem in ipsis est ipse Deus. In hoc sacramento non solum confertur gratia, sed est ipsa gratia: unde dicitur Eucharistia, i. bona gratia: immo in ipso est ipse Deus, & homo Vtilitas quidem, quia perducit ad patriam. Vnde dicitur uiaticum, quia per uiam huius mundi nos sustētat, ut ad patriam peruenire possimus. Dominicus hoc consyderans flebat semper in missa. Quarta conditio &c. ut. s. hō habeat firmum propositum, abstinēdi ab illicitis, & potius mori, quam facere aliquod malum. Vnde Phil. 3. Eth. Melius est mori, quam facere contra bonum. Et sancta Monica de beato Aug. dicebat. Vellem potius filium meū Augusti. mori, quàm quòd remaneret in suo peccato infidelitatis. O quot non habent hoc propositum, immo fingunt facere omnia bona his diebus, ut sic absoluātur eorū meretrices. Et facto uoto, rursus facti sunt ut canes ad uomitum &c. Quinta conditio &c. Deuter. 17. Qui non obedierit sacerdotis imperio, morte moriatur, ut restituas male ablata, O usurarie, ut dimittas concubinam, O concubinarie, ut restituas famam, O infamator, aliter non est bonum communicare, non accedas ad &c. Vbi nota secūdum Magistrū in 4.

in 4.disti. quod quatuor sunt differentiæ personarum, quæ accedunt ad hoc sacramentum. Primo quidam sumunt sacramentum & non effectum sacraméti: ut sunt peccatores, illud sumens in mortali, usurarij, concubinarij &c. Secundo quidam sumunt effectum sacramenti & non sacramétũ, ut sunt infirmi, & alij qui non possunt cõmunicare ex causa legitima. De quibus de conse.di.2.c. Vt quid paras dété aut uentrem, crede & manducasti. Tertio quidam non sumunt sacramentum, nec effectum sacramenti, ut illi qui nõ communicant in paschate. De talibus de conse.di.2. Seculares qui in Pascha non communicauerint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur. Quarto qdam sumunt sacramétum, & effectum sacraméti: qui sunt in statu gratiæ & percipiunt dulcedinem. Augu. Accipe quotidie, ut quotidie tibi prosit, sic uiue, ut quotidie merearis accipere. Ille. Vnde patet secundum. Tertium principale dicitur &c. Declarata huius sacramenti ueritate in primo mysterio, nunc in hoc tertio mysterio, solũ exemplũ unum pro nostra consolatione, & sacramenti huius uerificatione, est uidendum, ad huius sermonis confirmationem. Cum beatus Grego. missam celebraret Romę: apparuit illi Iesus sub effigie passionis, & pietatis, quem uidens compassione motus, & deuotione, plurimum lachrimatus est. Vnde statim missa celebrata, omnibus uere pœnitentibus & confessis, coram simili imagine pietatis, dicentibus genibus flexis orationē. O domine Iesu: cum quinque pater noster, & totidem Aue Maria concessit. 14 M. annorum de uera indulgentia. Postmodum plures pontifices, pro deuotione addiderunt: intãtum quod in summa sunt 20. milia, & 12. anni & dies. 23. Hæc omnia sunt scripta in capella domini cardinalis Hostiensis: quæ est sita in Ecclesia sancti Petri de Roma. Quam indulgentiam confirmauit Calixtus Papa tertius die 12. Iunij. 1461. Et tu pater Gabriel prædicator ueritatis, amplia, & prædica hanc deuotionem quantum potes. Vnde patet sermo primus de ueritate sacramenti.

Feria V. Hebdomadæ sanctæ De Necessitate Sacramenti.

HOc facite in meam commemorationem. Luc. 22. Cõmunis est antiquorum, & expositorum optimorum, sententia approbata: quòd quisquis uiator aut peregrinus uolens bene facere suam peregrinationem, habere dẽt tres conditiones necessarias. Prima, q aliud non attendat, q̃ peruenire ad finem sui itineris. Secunda, q secum talẽ nõ ferat thesaurum, cuius ratione a latronibus expolietur & occidatur. Tertia conditio quòd habeat bonam societatẽ, quæ conducat eum saluum ad patriam propriam. Moraliter. Iste homo peregrinus est uiator quilibet, qui ad patriã tendit. Vnde Dauid. Aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut &c. Et ad Hebr. 9. Non habemus hic &c. Gen. 47. Iacob dixit Pharaoni. Dies peregrinationis meæ 130. annorum parui & mali. Plato in Timeo. Tritum siquidem, & apud omnes decantatum: hanc uitam peregrinationem esse quandam. Non debet hic peregrinus habere aliud studiũ, quàm gradiendi ad Paradisum, bene operari, saluari; quia ad hoc natus est. Secunda conditio non ferre thesauros mundi, nec studere diuitiis huius seculi. Vnde Lactan.. 7 cap. 1. Virtutis autem uia, non capit magna onera portantes. Augustinus ad modum trames est, per quem iustitia hominẽ deducit in cœlum. Hunc tenere non potest; nisi qui fuerit expeditus, & nudus. Ille. Tertia ut habeat bonam guidam. Quæ est hæc? Respondeo sanctum sacramentum missæ. Quod nos dum hanc uitam eximus, ut bona condutrix: animam nostram deducit ad Paradisum. Ideo Christus nos hortatur, faciamus communionem inquiens. Hoc facite in meam commemorationem. In quibus uerbis, de necessitate sacramenti erit sermo noster hodiernus. Vbi tria per ordinem uidebimus.

Primum dicitur necessitatis.
Secundum dicitur utilitatis.
Tertium dicitur specialitatis.

Circa

Circa primum. quæritur dubium. Verum fuit necessarium institui hoc sacramentum? Respondeo secundũ Theo Jo.Tho.4.di.8.ar.3.Petrum de Taran 4.dis 6.& Ricard ibidem di.8.ar.j.q.4. Quod fuit necessarium. Quæ necessitas probatur quadruplici modo..

Primo ratione. Secundo autoritate.

Tertio figura. Quarto exemplo.

Primo &c. Quæ dicitur conseruationis. Diuina prouidẽtia, suas creaturas, in tres gradus distinxit. Aliqua erat spiritualis ut Angelus. Aliqua erat mixta, partim corporalis, partim spiritualis, ut homo, ex anima, & corpore compositus. Aliqua simpliciter corporalis, ut animalia sensibilia; & omnia uegetabilia. Secundum quos gradus eadem diuina prouidentia omnibus illis de eorum uita prouidit. Angelis enim cibum spiritualem, plenum omni suauitate dedit, quod est uidere diuinam essentiam, & ea frui, & in ea quietari in æternũ. Iuxta illud. Satiabor cum &c. Ideo dixit Angelus Tob.12. Cum essem uobiscum per uoluntatem Dei, uidebar quidem manducare, & bibere, sed ego cibo & potu inuisibili utor, scilicet diuina uisione. Secunda creatura est bestia, cui præparauit herbas uirentes ut patet Genes. 1. Tertia creatura est homo, mixtus corpore & anima. Ex parte corporis & animæ diuina prouidentiã cibum materialem dat, sine quo non uiuit. In primo de generatione Phil. Omne uiuens quandiu uiuit, in diget alimento conuenienti suæ naturę. Ec. 1. Pol. Sine necessariis, impossibile est uiuere. Quia calor naturalis, consumeret totum humidum radicale. Et in lib. de causa longitudinis, & breuitatis uitæ. Duo sunt principia uitæ nostræ: calidum naturale, & humidum radicale. Vnde corpus indiget cibo, conuenienti suæ naturæ. Quia uulgo dicitur. Saccus uacuus, non stat rectus &c. Et sicut corpus non põt esse sine cibo, sic anima sine cibo spirituali, uiuere non potest. Quis est ille? Respondeo quod est sacramentum altaris. De quo Ioan 6. Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Et Magister, 4.dist.8.cap.vlti. Sicut panis prę cæteris cibis corpus reficit, & sustentat, & uinum hominem letificat: sic caro Christi hominem interiorem plus

ceteris

cęteris gratiis spiritualiter reficit. Vnde dicitur Viaticum.q.refiCiamentum. Qui panis positus est in mensa nouę gratiæ, scilicet in altari, in cœlo genitus, in utero Virginis fermentatus, in patibulo crucis coctus. Vnde Ricar. in 4.dis.8.ar.1.dicit. Quod inter cætera sacramenta, duo fuere necessaria. Primum fuit sacramentum baptismi, per qđ anima fit sponsa Christi, de serua diaboli. Secundum est sacramentum altaris, per quod anima reprobatur in p̄lenu, ut Deo uacet per contemplationem. Quod patet figura 4. Regum.19. De Helia qui iens per desertum, dormiuit sub umbra iuniperi. Cui Angelus apparuit di. Surge, comede, grandis enim tibi restat uia. Moral. Qui est iste Helias? Est homo, qui per uiam huius mundi it, & præmitur curis huius mundi, tristatur de filiis, de honoribus, de diuitiis, ue eat ad hospitale, quo sic fesso, oportet detur ei panis sacramentalis. Quo reficiato, possit ire ad montem Paradisi. De quo pane Ioan.6. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Vnde dicunt Theologi, quod inter cętera beneficia, homini collata unum fuit potissimum, uidelicet communicatio corporis sui, in uiaticum spirituale, quod nobis contulit in die cœnæ. Magnum fuit creare cęlos, quatuor elementa, aquā de petra elicere, mare diuidere, sed maius quando in sacramento seipsum dedit. De consec.dist.2.c. Nihil in sacrificiis maius esse cœpit, quàm corpus, & sanguis Christi. Nec ulla oblatio maior hac est, sed omnes præcellit. Vnde secundum Innoc. Triplici ratione in Ecclesia repertum est. Primà ut sit iugis memoria passionis Christi. de conse.distinct.2.cap. Iteratur hoc mysterium ob commemorationem passionis Christi, sicut ipse ait. Hæc quotiescunque agetis, in meam commemorationem facite. Secunda quia oportet semper medicinam esse paratam, contra quotidiana peccata. Tertia ut anima recreetur cibo spirituali, qui in missa reperitur. De cōs.di. 2.c. Vtrum. Quia quotidie peccamus: ideo Christus quotidie mystice pro nobis immolatur, intra Ecclesiam catholicam. Ideo Christus Ioan.6. Qui manducat hūc panem, uiuet in æternum. De quo pane prophetia. Dauid præuidēs ex spiritu dixit. Memoriam fecit mirabilium suorū &c. Su p̄

quo

quo Dominicus Tholosanus in uerbo, dedit. Octo modis Christus se dedit homini in solatium sui. Primo in filium: pro nobis carnem assumendo. Esa. Puer natus est nobis &c. Secũdo dedit se sicut noster socius, conformãdo se in natiuitate nobiscum. Phil. 2. In similitudinẽ hominum factus, & habitu inuẽtus ut homo. Tertio dedit se sicut magister per doctrinam, & prædicationem. Ioan. 13. Vos uocatis me magister. &c. Quarto dedit se ad exemplum bonæ uitę. Vnde dixit discipulis. Exemplum dedi uobis, ut &c. sequere illũ o christiane, quia nõ poteris falli. Est bona guida. Quinto dedit se sicut patrem, per regenerationem. Io. 1. Dedit eis potestatem &c. Sexto sicut fratrem. Matt. 12. Quicunq; fecerit uoluntatem patris mei, ipse meus frater & soror & mater. Septimo dedit se in holocaustum. 1. Cor. 6. Empti estis &c. Octauo dedit se in cibum. Io. 6. Caro mea &c. & Mat. 16. Accipite & manducate hoc &c. & Can. 6. Comedite amici mei, & bibite, & inebriamini, & Tho. O res mirabilis, manducat dominum, pauper, seruus, & humilis. Quo cibo soror Angela de Fulgineo ordinis nostri sustẽtabatᷣ, quæ per 12. annos, de licentia Papę, continue hoc sacramẽtum sumebat, nullum alium cibum sumens, quod idẽ dicitur de Catherina Sen. Sed merito quæritur dubium. Qua hora hoc sacramentum fuit institutum? Respondeo quod die Iouis, hora completorij. Et ratio est tali die, quia hoc die, Virgo obtulit filium suum in templũ. Et hoc die, Christus ascendit cœlos. Et hoc die, uolucres cęli & pisces maris creauit. Pręterea & hora completorij, quia hac hora uidetur mũdus fuisse creatus, quia prima dies dominica. Primo facta est ex uespere. Secundo ex mane. Gen. 1. & ideo a uespera incępisse potatur. Vnde patet hoc sacramentũ fuisse necessarium. Quod ultimo probatur exemplo Vincẽtii histo. De quodam domino, ualde grato apud Imperatorẽ Theodosium, qui ex inuidia, falso est sibi accusatus, quod uellet terras suas dare in manus Saracenorum. Imperator autem inaudita parte, patibulo iussit eum suspẽdi. Die autem tertio, cognatus eius præteriens, ut ipsum deponeret clamauit. Deponite me, quia gratia Iesu Christo uiuo. Cõuocato populo ad tam mirũ spectaculum, narrauit, quod quo-

quotidie solebat dicere. 5. Pater noster. Et tot Aue. Tria ad honorem passionis Iesu Christi, & 5. vulnerum suorum cum 5. veniis. Quartum obtuli angelo, cui commissus sum. Quintum cum uenia obtuli corpori Christi, & sacramento altaris, quod singulis diebus per mundum conficitur; ut in fine uitæ meę, tāto uiatico mererer communicari. Vnde utilitate illius sacramenti, in utroque homine saluus sum. Vnde patet primum. Secūdum principale dicitur, &c. Inno. tertius de officio missæ. 3. par. c. 45. Et Alb. li. de officio missæ addunt. 5. utilitates huius sacramenti.

Prima dicitur, gloriæ adeptio.

Secunda, a peccatis præseruatio.

Tertia, a periculis liberatio.

Quarta, totius boni participatio.

Quinta, uirtutum augmentatio.

Circa primum. Conclusio est Tho. 3. parte. q. 89. artic. 1. Quod sicut Christus ueniens in mundum, contulit mundo uitam gratiæ. Iuxta illud Ioan. 1. Gratia & ueritas, per Iesum Christū facta est, ita ueniens in homine, per sacramentum, operatur uitam gratię. Ioan. 6. Qui manducat hūc panem, uiuet in æternum. Præterea idem Tho. addit. Quod illum effectum, quem passio Christi fecit mundo, hoc sacramentum idem faciat in homine bene disposito. Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet inæternum. Et Magister 4. di. 4. Nemo suis meritis poterit ingredi Paradisum. Nec circuncisio, nec baptismus, aperuit ianuam regni cœlestis, nisi hostia salutaris. Ille. Quod patet exemplis. Primo Hugonis de S. Vict. Qui dum infirmaretur grauiter, & nullū sumeret cibum, petiit corpus Christi. Fratres autem nolentes eum contristari: obtulerunt ei hostiam non consecratā. Quod perpendens, cœpit clamare. Misereatur uestri Deus. Cur me decipere uoluistis? Iste non est Deus meus. Vt autē obtulerunt ei sacramentum, & non ualens recipere, oculis in cęlum leuatis, sic orauit. Ascendat filius ad patrem, & Spiritus reuertatur ad Deum, qui fecit illum. Inter hæc uerba animam efflauit, & sacramentum disparuit. Præterea exemplum Hylarij Episcopi Pictauiensis. Cum esset missus in exilium ab Arrianis, in Frigiam ultra mare. Filia

sua Affra, scripsit patri epistolam de Francia: dignaretur dare ei uirum. Qui rescripsit quod erat contentus: sed expectaret aduentum suum, reuersus in patriam, filia petiit promissum impleri. R̃n. pater, ueni cras in Ecclesiam: & eum tibi dabo. Sed præpara te diligenter. Filia in mane cõtulit se ad Ecclesiam. P̃r uero post consecrationem fecit uocari ante se filiam. Tempus inquit uenit filia, dem tibi q̃d promisi. Es ne cõtenta, de illo quẽm tibi dedero? Ero inquit filia. Pater hostiam consecratam obtulit filiæ, interrogans. An esset contenta accipere filium Dei pro sponso. Dixit filia q̃ sic. Quo sumpto cecidit mortua ad pedes patris: & sic ad cęlum uolauit. Secunda utilitas &c. De conse. distinctio. 2. Cum omne crimen atque peccatum, oblatis Deo sacrificiis deleatur. Et Inn de off. mis. 3. par. c. ult. dicit. Si digne sumatur Eucharistia, a malo liberat, & confirmat in bono, uenialia delet, & cauet mortalia. Quæ conclusio probatur per Thom. 4. distin. 12. Et Ioan. 6. Qui manducat me uiuit propter me, scilicet uita gratiæ. Vnde Ber. ordinauit quod monachi sæpe se communicarent: ut sic a peccatis præseruarentur. Idem legitur de eo, qui cum prædicaret Meli: quædam mulier a Diabolo fornicata p̃ sex menses continuos in p̃prio lecto uiro ignorante. In 7. autem mense in se reuersa, expauit, quod secum teneret Dæmonem. Audiens uero aduentum Ber. intimauit ei rem. Quo audito populo audiente, & luminibus accensis: publice anathematizauit Dæmonem. & mulieri præcipit facere sępe communionem, qua nihil melius cõtra Dæmonem, & peccata. Quod faciens, liberata est. Tertia utilitas &c. ps. Panis cor hominis confirmet. Idem. Si ambulauero &c. usque es, scilicet per sacramentum. Exẽplum iudæi pueri, qui missus a patre in fornacem ideo quod se comunicaret cum aliis christianis. Liberatus est uirtute illius sacramenti. Et pater exustus est in eadem. Quarta &c. Alber. ubi supra, ponit hanc mirabilem conclusionem, memoriæ retinendam. Quod cum quis digne communicat: fit particeps omnium bonorum, quæ Christus operatus est in uita sua, ieiunando, discurrendo, orando, prædicando, lachrymando, & quod die Parasceues sustinuit. Prætere a participat de omnibus bonis,

totius ecclesiæ,& omnium sanctorum qui sunt in cœlo. Quinta &c. Augmentatio certe omnium uirtutum fit, Charitatis, Fidei, Spei. Attestante Thom. Qui ad instantiā Vrbani Papæ solus in Ecclesia officium de hoc sacraméto composuit. Dic, quid preciosius, hoc conuiuio esse potest ꝙ in quo peccata purgantur, uirtutes augentur: & mens omnium spiritualium charismatum impinguatur? Tertium dicitur &c. Ex sum. confess. lib. 2. titu. 2. q. 3. Quatuor sunt genera personarum, quæ nō possunt communicari, nec recipi debent ad communionem. Primum genus sunt publici usurarij, qui bona aliorum iniuste usurpāt. Et ratio quare nō possunt communicare; quia sunt excommunicati a iure. Vnde Raymun. in sum. di. Quod curati debent facere tria. Primo non debent eos recipere ad communionem. Secundo non recipere eorum oblationem. Sed quia hæc dona, hæc munera, destruunt mundum. Tertio debét denegare eis Ecclesiasticam sepulturam. Vt patet etiā per sacros Cano. di. 46. c. Nullus. Extra de usu. c. Quia. c. Quamquam. li. 6. Sed talis ubi debet poni. O sacrista Domicilii. Mortuus est talis usurarius, uis in tua Ecclesia sepeliri? Clama, nō. Sic dic p omnes conuentus. Sed ubi debet poni? Hier. 22. Sepultura asini &c. Exēplū usurarij qui sub furca per asinum depositus est. Secundū sunt omnes concubinæ, & meretrices, qui actualiter cum concubinariis stant; aut in eadē domo habitant, & ratio est Th. 4. di. 9. ar. 3. Ad hoc qđ quis se digne communicet, oportet quod duo habeat. Primum ut Christo coniungatur per amorem. Talem amorem non habet talis uir, nec mulier; sed sibiinuicē. O pauper Christe. Secundum est, ut mens communicātis, feratur actu in Deū. Iuxta illud Ecclesiæ. Sursum corda. Sed non potest talis facere, per carnale peccatum, mēs humana deprimitur, ut ad superna ferri non possit. Sed dicis. Nūquid possum tenere eam in domo habens uoluntatem non tangendi eam? Rñd. ꝙ nō: duplici ratione. Primo rōne mali exempli. Secundo rōne periculi, quia uulgo dř. Ignis prope paleam nō bene stat. Tertium &c. Quibus cōmunio est deneganda sunt lusores, qui ad chartas & dados ludunt, quādo ducūt in consuetudine. Exemplum de muliere deuota, quæ post mortē matris,

matris, orônib. instabat, ut sciret de statu eius. Apparuit ei di. Sum damnata, quia uixi de pecuniis acquisitis, p. iniustum lucrum ludi. Quartum genus hominum sunt illi, qui non sunt confessi, nec confiteri uolunt in hac quadragesima, per consequens nec communicant; quia tales grauissime peccant secundum Doc. quintuplici rône. Primo rône offensionis. Nam de illis, qui nō receperût discipulos Christi dicitur. Luc. 10. Amen dico uobis quod remissius erit in die illa; Sodomæ, quam illi ciuitati, quæ non recipit uos. Si offendit tantum Deum, quoniam non recipit discipulos Christi, quantum offendit, qui nec ipsum Christū recipit? Quod facit ille infamis, qui confiteri nō uult. Vnde côqueritur. Io. 1. In propria uenit, & sui &c. i. Christiani redêpti sanguine Christi, eo quod nō receperunt. Secundo rône indispositionis. Quidā.n. applaudunt sibi di. O pater. Melius est non recipere corpus Christi; quam indigne communicare. Quamuis hoc sit uerum; quia ut hr̄ Mat. 15. Non est bonum sumere panem filiorum, idest. hominum iustorū &c. Tñ ualde debent contristari, quod sint canes, & receptacula immunda, & uasa mortis, qui deberent esse uasa gratiæ. Tertio ratione subiectionis. Qui perseuerat in pĉtō, subiicitur Diabolo, & expellit Christum, qué non uult in se regnare. Quarto rône protectionis, ambulans uiam periculosam, ualde dolet, si non habeat protectorem. Homo est in uia periculosa inimicorum Dæmonum. Iuxta illud. Multi bellantes &c. Vnde indiget protectione, côfessionis, & sacramento altaris. De quo Dauid. Parasti in côspectu meo &c. Eos scilicet Dæmones qui tribu. &c. Hanc protectionem fugit in præsentia pauper fortunatus peccator, qui communionem non intêdit sumere. Quinto rône exclusionis, qui domino hospitium negat, merito & ipse denegabit illi ianuam regni cœlestis. Luc. 10. Qui me erubuerit, hunc filius &c. Sed peccator qui confiteri, & côminicari nō uult in hoc Pascha, hospitium denegat Christo. Vñ & ab ipso denegabitur hospitium Paradisi. Practica. Dispone ergo de conscientia tua, ut digne possis in die Paschæ ad mensam domini creatoris tui communicari, ut recipiaris ab eo in mensa cœlesti.

In die Parasceues. Sermo de Passione domini nostri Iesu Christi, deuotissimus.

HOdie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra Ps. 94. Quia gratia domini est fundamentum omnium uirtutum, sine qua nemo operari potest opus meritorium uitæ æternæ. Vt dicitur Ioã. 15. Sine me nihil potestis facere. Et de conse. di. 4. c. Placuit. & Th. 1. 2. q. 109. Ideo opus est habere ipsam gratiã. Vnde uolẽs more solito recurrere ad Mariã: occurrit mihi Gabriel Angelus dicens. Noli eam salutare: sed ipsã dimitte, quia anima eius in amaritudine est. 4. Reg. 4. Quia si eam salutaueris. Aue ab a, quod est sine, & ue deriuatum, dicet noli dicere. Aue, quia mulier infœlix ego sum. 1. Regũ. 1. Si dixeris Gratia plena. Respondet. Imo amaritudine & doloribus plena. Dominus tecum. Respondet. Imo est inter Iudæos. Benedicta tu in mulieribus. Imo maledicta sum. Benedictus fructus uentris tui. Respondet, Imo maledictus inter Iudæos. Vnus appellat eum malefactorem, alius seditiosum, alius blasphematorem, ut uermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Ex quo apparet, cytharam illam angelicæ salutationis, esse conuersam in luctum. Iõ dimitte nec salutes, o prædicator. Sed nihilominus cum ea iuxta crucem maneas: Ipsam meditando, ipsam adorãdo, ipsam salutando, & eius auxilium implorando, & dicendo. O crux aue spes unica, hoc passionis tempore, &c. Et adoramus te Christe. Hodie si uocem &c. Si oculo intellectus, uolumus hodie deuote contemplari acerbissimos dolores Christi Redemptoris: profecto inuenimus, quod omnis creatura nos ad lachrymas inuitat. Primo Ecclesia, quæ nigris induta: & altaribus denudatas campanas, & canticis lætitiæ priuata, sponsum suum plorat. Tren. 1. Plorans plorauit in nocte: & lachrymę eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam. Secundo Sol, qui hodie suos abscondit radios. Matthæ. 27. A sexta hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram. Quod uidens Dionysius Atheniensis dixit. Aut tota machina destruitur, aut Deus natu-

 248

ræ patitur. Tertio omnis creatura irrationalis. Hieronyꝰ super Matth. Omnis creatura compatitur Christo morienti. Sol obscuratur. Terra mouetur. Petræ scinduntur. Velũ templi diuiditur. Sepulchra aperiuntur.

Quarto Angeli. Esa 34. Angeli pacis amare flebunt.

Quinto Maria uirgo. Quam si pie uoluerimus cõtemplari, uidebimus eã mæstam facie squallida, crinibus sparsis, ante crucem stantem, & quærula uoce dicentem. O fili mi quem de Spiritusancto concepi, nunc inter latrones te uideo. O pater æternæ compatere matri, & tuum plange filium. O angelici spiritus, & uos plangite mecum. O corpora cęlestia plangite qui uos creauit. O quatuor elementa. O populi omnes. O Viduæ. O Virgines. O coniugatæ, omnes mecum plangite. Nec immerito hæc dicebat. Nam omnes dolores partus, & mortis: hodie sibi fuere reseruati: quia super omnes dilex t filium: ideo stabat iuxta crucem Iesu mater. Ioa. 19. Sexto Christus, qui dixit. O uos omnes qui transitis per uiam attendite & uidete, si est dolor sicut dolor meus. Idcirco quia mortuus est pro nobis pctõtibus, debemus compati, nec debemus nos continere a lachrymis, sed potius plangendo inuitare insensibiles creaturas, ut suo modo cõpatiantur filio uirginis in cruce pẽdenti. Vnde Ecclesia hodie nigris uestita dicit secularibus. Hodie si uocem &c. O fideles mei si uocem &c. septem uerborum quæ dixit in cruce.

Primum pater ignosce. Secundum. Amen. dico. &c. Tertium. Mulier &c. Quartum. Sitio. Quintum. Hely &c. Sextum. In manus &c. Septimũ. Consumatum est. In quib. uerbis quinque erunt mysteria uidenda.

Primum dicitur necessitatis.
Secundum dicitur acerbitatis.
Tertium dicitur sententiationis.
Quartum dicitur crucifixionis.
Quintum dicitur depositionis.

Primum dicitur &c. Quæritur a Doctoribus Theologis. Vtrum fuerit necessariũ Christum mori, pro humano genere. Resp. secundum Th. 3. par. q. 66. Ric. in 3. di. 20. art. 1. Alexan. de Ales in 3. parte suæ summæ. Ansel. in lib. Cur

Deus homo. Quod duplex est necessitas. Absoluta, & cōditionata, quo ad primam, nō fuit necessariū Christum mori, & ratio est: quia cum Deus sit omnipotens; alij erant modi ad ipsum liberādum. In Ps. 32. Dixit & facta sunt. idem. Omnia quęcunque uoluit fecit. & Matth. 14 Orabat patri. Abba pater omnia tibi posfibilia sunt. Vnde alij erant modi ad ipsum &c. Vnde August. li. 3. de tri. c. 10. Si quæritur. Vtrum alio modo potuerit genus humanum liberari, quā per mortem filij Dei, dicimus & alium modum posfibilem et fuisse cuius potestati omnia subiacent. Sed si loquimur de secunda necesfitate, dicimus non fuisse meliorem modum quàm qui erat inuisibilis, immortalis, impasfibilis, uisibilis, mortalis, & pasfibilis efficeretur. Quæ necesfitas pbatur uera triplici ratione.

Primo ratione satisfactionis.

Secundo ratione offensionis.

Tertio ratione legitimationis.

Primo ratione &c. Conclusio est Cano. 14. q. 6. c. Si res aliena. Et extra de regu iu. Non dimittitur peccatum &c. Et Tho. in 4. distin. 15. Restitutio mali ablati est necessaria ad salutem. Ad propositum Adam fecit furtum in Paradiso: quia tulit de fructu inuito domino. Gen. 3. Vnde non poterat absolui a peccato illo, nisi prius satisfaceret de furto. Satisfacere autem non poterat, nec aliqua pura creatura. ut di. Chry. super Matt. & Alex. de Ales in 3. sen. Et hoc ratione infinitatis, ut diximus dominica præterita. Iō erat necessarium Christū mori; ut pro nobis patri satisfaceret. Vnde Esa. 35. Deus ipse ueniet & saluabit nos. Et Dātes li. 3. Para. Homo quia, amplius se humiliando Deo pro supbia, satagere nequierat. Dei unigenitus sese deprimēdo nostra cœpit fragilia: ut parentes redimat. Et sic patet prima ratio. Secundo ratione ostensionis: ut homini ostenderet amorem, & charitatem, quam ille habebat, qui pro eo mori uoluit, ut sic homo feruentius bene operaretur. Vnde Apostolus Rom. 5. Commendat autem Deus charitatem suam in nobis, quoniā cum essemus inimici, reconciliati sumus Deo. s. propter eius pasfionē. & Io. 3. Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitū daret: ut omnis qui cre

dit

dit in ipsum nõ pereat. O immensa bonitas Iesu Christi: qui mori uoluit ꝑ nobis. Vnde Gre. in benedictione cerei. O mira circa nos &c. Vñ Iudæi clamauerũt Pilato: secũdũ legem debet mori. Secundum sanctum Tho. 1.2.q.91. Triplex est lex secũdum quã debebat mori, nec aliter fieri poterat. Prima lex Eternalis. Secũda lex, naturalis. Tertia lex Diuinalis. Prima &c. Ab æterno fuit prædestinatum Christum mori: ideo secũdum hanc legem, dicimus fuisse moriturum. Vnde Luc. 22. Filius quidẽ hominis uadit, sicut scriptũ est de illo. s. ab æterno. Et ex hoc aliqui uolunt ut di. Alex. 3. par. q. 1. Quod si Adam non peccasset rõne huius prędestinationis legis æternæ. Christus incarnatus & mortuus fuisset. Igitur secundum legem æternam debet mori. Secunda lex est Naturalis quæ ab ipso Isid. in 6. Eth. sic describitur. Quod est quidam instinctus naturalis cõis omnium. Ex hoc naturali instinctu. Legimus in 2. de Anima lib. Alber. Magni. Quod sunt quędam animalia q̃ instinctu naturali inducta, sibiipsis mortem procurant, ut patet de fœnice, quæ post quingẽtos annos cũ sit auis sola, igne succẽso, & sibi pręparato, seipsam proiicit & occidit. Præterea & Pellicanus seipsum rostro occidit, & sanguinem de gutture emittit, ut filios suos foueat: nam serpens persequitur Pellicanũ, & dum abest nidũ intrat, & pullos occidit. Pellicanus rediens tribus diebus pullos suos plangit. Tertio die rostro se uulnerat, & de sanguine suo aspergit, & uiuificat. Ita Xp̃s benedictus filios suos sanguine uiuificat, a Diabolo occisos, atque fouet. Secundum legem hanc naturalẽ debet mori. Tertia lex &c. Vetus testamentum clamat, clamant Patriarchę. Clamant Prophetæ, omnino Christũ mori debere, ut Prophetarũ dicta impleãtur, oportet mori. O Iesu benigne. Tertio rõne &c. Volunt Iuristę. c. de accu. & cano. 14. q. 1. c. Syluester. Qui ex adulterio est natus, nõ est capax hereditatis; nisi legitimetur. Ad propositũ. Vsq; ad hanc diem ex peccato primorũ parentum, natura effecta est spuria. Dauid in Ps. Ego seruus tuus sum &c. Et Phil. Natura humana multipliciter est ancilla, sed hodie Christus ꝑ suum sanguinem legitimauit nos, & capaces fecit hęreditatis ęternę. Vnde Poeta uulgaris. Homo ut mortalis posset

iam resurgere. Conuenit Dei filiũ scelera abluere, mortiq; turpissimæ sese dedicare, ut peremptum hominem posset liberare. Et sic patet rationibus, Christum mori necessarium fuisse. Vnde dicitur. Hodie &c. Incipit ordo historiæ Passionis. Cum enim Christus benedictus, fecisset illud miraculũ miro modo stupendum, de suscitatione Lazari feria. 6. ante dominicam de pas. & sunt dies. 15. Fuit autem adeo omnibus notum, q; Iudei incęperũt inuidere Christo, eo quòd populus ex miraculis, & uita bona eum sequebatur. Vñ uidentes Pharisei & scribæ signa magna, & Lazari miraculũ, inuidebãt, qui inuidia erant pleni, quia iuxta Hie. in Epitaphio. s. Pau. Semper uirtutes ꝓsequitur inuidia. Ipse quoq; dominus noster Iesus, zelo Iudeorum crucifixus est. Statim post. 6. fer. cõgregati sunt in domo Cayphæ, qui erat Pontifex anni illius, & populum regebat anno illo, & dixerũt illud Io. 11. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit, si dimittimus eum sic, oẽs credent in eum, & uenient Romani & tollent locum nostrum & gentem Secundum Th. in cath. Romani ordinauerũt, ut nullus rex constitueretur nisi prout ipsi mandarent, & ideo timuerũt, q; si Romani audirent, q; Christum regem confiterentur, uenirent, locum, & gentem acciperent, eo q; pactum fecerunt cum Romanis, non habendi alium regem, q̃ Cæsarem. Vnus autem ex eis Caiphas nomine surgens di. Vos nescitis quicq̃, nec cogitatis. Expedit enim ut unus moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Aliam intentionem habuit Caiphas, aliam spiritus. s. intẽdebat Caiphas, ut Christus occideretur, priusq̃ a Romanis captiuaretur. Spiritus autẽ sanctus, qui per os suum ꝓphetauit intellexit expedire, ut Christus occideretur, ut homo liberaret̃ de manu Diaboli. Ab illo autẽ die cogi. eum interfi. Vnde ad consilium istius Cayphæ concordauerunt, q; mori deberet. De hoc consilio, quia per os Dauid psal 33. Concilium fecerunt in unum, & Io. 11. Collegerunt Pontifices, & Pharisei concilium aduer. Christum. Scribitur in decre. 11. q 5. c. Pauper. Quod in omni concilio ubi agitur de crimine, aduertatur ne condemnetur innocens, ne prætermittatur ordo iuris, ne in animo iudicis sit iracundia, sed in concilio illorũ totum oppositũ fuit: ideo

fuit

fuit iniquũ & iniuftum. De hoc cōcilio impleta eft, prophetia, & figura. Primo ꝓphetia Efa. 30. Ve filii defertores, ut faceretis concilium, fed non ex me, & ordiremini telam, & non ꝑ fpiritũ meum. Secundo, figura. Gen. 37. de Iofeph. Ecce fomniator uenit uenite occidamus eum, unde comparatur aui paradifi, de qua Alber. 13. de animalibus, q̄ ab omnibus auibus auide auditur, propter dulcem cantũ, nifi quidam ferpentes qui fugiunt in cauernis. Moraliter. Hæc auis eft Chriftus, qui dulciter cantauit in fermonibus fuis, quos libenter audiebant perfonæ timoratæ. Sed ferpētes. i. Pharifei, & fcribæ, qui non poterant ipfum audire fugiebant eum & in latibulis concilia faciebant. Vnde ipfe per os Dauid in pfalm. 40. di. Verbum iniquum conftituerunt aduerfum me. Ex hoc concilio illa dominica, dicitur de paffione, quia tunc Chrifti mors fuit ordinata. Sciens autem Iefus, quod eius mors fuerat ordinata quem nil latet: Heb. 14. Omnia nuda & aperta &c. In pfal. Dominus fcit cogitationes hominum &c. De partibus illis abfcefsit, & afcōdit fe in quodam deferto, quod erat iuxta ciuitatem nomine Effrem: quia nondum erat hora eius, & ibi manebat cum Apoftolis fuis. Rex autem Abagarus q lepra maxima detinebatur, fciens Chriftum ibidem effe mifit literas di. Abagarus Eucaniæ frater. Iefu Saluatori noftro falutem. Intellexi quod fine medicinis infirmos fanas, mortuos fufcitas, cecos illuminas, unde de duobus unum credo, aut quòd fis Deus in forma hominis, aut filius Dei, ideo rogo ut ad me uenias dimifsis Iudeis, & te cum meis honorabo. Tunc Iefus refpondit. De hoc quod credis de me, bene facis, quia beati qui non uiderunt, & crediderunt. Venire autem ad te non poffum: quia oportet opus obedientiæ patris mei implere qui me mifit, tamen breui mittam unũ ex meis apoftolis, q curabit te a lepra tua. Et ille fuit Beatus Thadeus. In isto igitur deferto ftetit ufque ad fabbatũ, quod eft ante palmarum Dñicam. In ifto fabbato recefsit & cœpit uenire uerfus Hierufalem. Et ueniendo tranfiuit per partes Samariæ, & Galileæ. Dicebatque Apoftolis fuis, ut habet Matt. 20. & Lu. 18. Ecce afcendimus Hierofolimam, & cōfummabũtur oĩa q̄ fcripta funt de filio hoĩs: ficut ad amicos fuos,

ſuam reuelat paſsionem. Cur dixit de filio hominis, & nõ de filio Dei? Reſpondeo ſecundum Tho. in Cathe. Quod ea quæ ſcripta erant de eius paſsione, ad eius humanitatẽ pertinebant, quæ ſola paſſa eſt. Sequitur. Tradetur enim gentibus, i. Phariſæis. Tradetur a Iuda: & iudæis, a Pilato. Et illudetur, primo ab Herode. Secundo a Pilato, & militibus. Tertio a Iudæis. Vah qui &c. Et non intellexerunt uerbum. Quare cũ hæc eſſent uerba leuia? Reſpon. ſecundũ Tho. ubi ſupra: quod tribus rationibus. Primo quia nimis amabant eum, ideo eius mortem audire non poterant, ſicut mater quæ filium diligit nimis tenere: non poteſt audire uerbum de eius ſeparatione. Secundo quia credebant uerũ eſſe Deum. Vnde ſuſpicari non poterant ipſum fore moriturum. Tertio quia credebant ipſum parabolice loqui: ſicut ſæpe faciebat. Deuenit tandem Bethaniam ad caſtrũ Marthæ. In hoc poſſumus uidere, quod mortem propria uoluntate ſuſtinuit. Vnde de hoc aduẽtu impleta eſt duplex prophetia. Prima Eſa. 54. Oblatus eſt quia ipſe uoluit. Secũdo Dauid in pſal. 39. Facere uoluntatem tuam Deus meus uolui. In Bethania erat mater ſua. Quem uidens ait. Bene ueniat filius meus: quem nõ uidi iam pluribus diebus. Simõ uero leproſus quem dominus ſanauerat, fecit Chriſto Apoſtolis, & Lazaro conuiuium grande, in quo erant plures Iudæi: qui illuc uenerant ut Lazarum ſuſcitatum uiderent, & audirent aliquid de alia uita. Lazarus autẽ loquebatur de alia uita: de paradiſo: inferno & ſimilibus. Et Chriſto exiſtente in cœna cũ Apoſtolis. Maria Magdalena accepit uas unguento prætioſo plenum: & effudit ſuper caput Ieſu: & unxit pedes eius: & exterſit capillis ſuis, & domus impleta eſt mell. fluo odore illo. Sed quæritur dubiũ Cur Magdalena non fecit hanc unctionem ante cęnam uel poſt? Reſpondeo ſecundum Auguſti. lib. de uerbis domini: quia Iudæi qui uenerant ad uidendum Lazarum, ipſum interrogabant, de alia uita, & de morte, & ſi dolor mortis erat ita magnus: Iuxta illud Phi. 3. Ethi. Mors eſt ultimum terribiliũ. Et Lazarus dicebat quod non eſt creatura uiuens, quæ poſſet imaginari illum dolorem. Tunc Chriſtus audiens, & ſciens quod cito debebat probare illum dolorem mortis, fortiter

fortiter cępit sudare & tremere: quia erat homo sicut nos, quo ad humanitatem. Et quia Maria Magdalena hoc uidebat, accepit hoc unguentum, ut eum confortaret. Vnde cū unxit: quia ab eo sæpe audiebat illum moriturum. De hac sacra unctione impleta est prophetia Dan. 9. Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ sunt super populū tuum, ut deleatur iniquitas: & finem accipat peccatum: & ungatur sanctus sanctorum. Videns autem Iudas unguenti effusionem, cū posset uendi: quia erat magni ualoris. uertit se ad alios di. Vt quid perditio ista unguenti facta est? Alii indignabātur propter pauperes, quibus Iudas persuaderat. Iudas dicebat propter lucrum: quia erat & loculos habens, ea q̄ mittebantur ipse portabat: habebat enim uxorem, & filios quibus dabat ista bona quæ furabatur. Sciés Iesus indignationes iudæ, & aliorum dixit, ut quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. q. d. hoc fecit ex intentione pietatis: quia Christus inquantum homo pauper fuit, hoc fuit opus pietatis. Inquantum uero Deus, opus fuit deuotionis, & melius fuit hoc facere Christo, q̄ aliis pauperibus. Vnde dixit. Pauperes semp habebitis uobiscū: me autem nō semper habebitis. s. ad præsentiam corporalé, quomodo nunc: præuenit ungere corpus meum in sepulturam. q. d. Hoc fecit ad præbendum talem deuotionem qualis solet dari corporibus sepeliēdis. Vnde non debetis murmurare. Quando Apostoli hoc audierunt pęnitentiam egerunt: Iuda excepto. Iudas autē cogitabat, quomodo posset lucrari ualorem unguenti effusi. Veniēte autem Dominica oliuarū, de mane Christus recessit de Bethania, & ibat uersus Hierusalem cum Apostolis suis. Et cum appropinquasset Bethphagæ iuxta mōtem oliuarum, quæ est uilla, uocauit Petrum & Philippum dicens. Ite in castellum quod cō tra uos est. Castellum hoc erat Hierusalem. Sed quæritur. Quare nō dicit ciuitatem, cū esset Metropolitana ciuitas? Respondeo secundum Tho. ubi supra. Quod duplici ratione. Prima secundum Philippum in Politicis. Quia ciuitas dicitur a ciuium unitate, unione priuata erat, & maximo erat odio repleta. Secunda ratio: Quia reducenda erat in modum castri, propter Christi passionem a Tyto, & Vespasiano

uii. uii.

siano Romanis. Inuenietis asinam, ista erat deputata pauperibus, ad aquam accipiendam, quia ciuitas in monte sita erat. De ista asina impleta est Prophetia Zacha. 9 Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinam. Quæ asina spiritualiter significabat naturam humanam. quæ erat ligata in manu Diaboli. Vnde ipsam deduxerunt ad Christum, Interim noua uadunt Hierusalem, quòd Iesus Nazarenus uenit Hierusalem. Statim parui, & magni, obuiam Christo agminatim occurrerunt ut illum honorarent: quia steterant plures dies, quod ipsum non uiderant. Fundo pueri clamare cœperunt. Osanna filio Dauid &c. Cum ramis in uia, & uestimentis associabantur. Et fuit maior honor, q̃ unquam habuerit in præsenti uita. Pharisæi hoc uidentes murmurabant aduersus Apostolos, quibus dixit Christus. Sinite illos: quia si pueri tacebunt, lapides clamabunt. Appropinquans autem ciuitati, fleuit super illam dicens. Si cognouisses &c. Secundum sententiam. Thom. ubi supra. Sex uicibus fleuit piissimus Iesus in præsenti uita. Prima in sua natiuitate. Sapien. 7. primam uocem similem omnibus emisit plorans. Secundo in Circuncisione. Tertio in morte Lazari. Quarto super ciuitatē hodie. Quintum cū lachrimis & clamore in cruce Hebr. 5. Cum clamore ualido, & lachrimis offerens. Sexto Iudæ peccatum. Cum uidisset eum: ait Euangelista. Turbatus est scilicet Iesus. Super quo August. Dominus noster delictum Iudæ fleuit. O quanta Dei misericordia: traditus, pro traditore dolet, proditus, pro proditore turbatur. Sed quare fleuit, super ciuitatem? Respôdeo quod duplici de causa. Prima propter ciuitatem, quæ debebat funditus euerti. Secunda super seipsum fleuit, considerans cõfusionem quæ debebat sequi; quæ fuit iuxta quinq; honores. Primus fuit honor obedientiæ Apostolorum, ad soluendum asinam, confusio sequitur, quia eum negauerunt. Secundus honor, quia populus eum associauit, confusio sequitur: quia hodie associauerunt eum extra ciuitatē: posita super humeros cruce. Tertius: quia populus eum ramis comitatus est. Confusio sequitur, quia ramis & flagellis, fuit crudeliter flagellatus. Quartus uestimentorum suppositio. Confusio sequitur: quia fuit denudatus in cruce.

Quintus

Quintus fuit laus, & cantus dic. Osanna filio Dauid. Cōfu sio sequitur, quia omnes in die ueneris sancta clamauere. Crucifige &c. Tolle eum. Vah qui destruis &c. Quid ergo mirum, si dominus fleuit cum honoraretur. Iustus enim & prudens cum honoretur, nō gaudet, sed timet, sciens quod gloria mundi huius cito transit. Vnde Sen. Omnis fortunæ fœlicitas instabilis est. Et Boe. de conso. Quid me fœlicem toties iactastis amici? Qui cecidit, stabili non erat ille gradu. Et Vulga. Expedit animam lachrymis præbere consensum, & mœstis oculis propter iustum dolorem, scio namque quantum iustus luctus satisfaciat, similiter licet pro eius dolore plorare, q a statu cecidit fœlicitatis. Sequitur. Intrante Iesu ciuitatem, commota est ciuitas dicens. Quis est hic? Dicitur eis. Iesus Nazarenus. Iuit in templum prius: quia Matt. 7. Primum quærite regnum Dei. Et inuenit quod ibi fiebat mercatum. Iratus, flagellum fecit, & dixit eis. Scriptum est enim. Domus mea, domus orationis uocabitur. Vos autem &c. Auferte ista hinc, & eiecit eos de templo, super quo dicit Hiero. quod nunquam legimus Christum iram ostendisse, nisi hic. Multa enim opprobria sæpe audiuit, & nūquam uindictam expetiit, nisi modo. Et ratio hæc est: Quia illæ aliæ iniuriæ, erant suæ propriæ: ideo eas uindicare noluit. Ista autem erat patris iniuria, ut daret exemplum; quod in propriis iniuriis patientiam seruemus, sed in his quæ sunt Dei non. sed quæritur. Mirum quomodo Iudæi talia sustinerent. Respondeo secūdum Thom. ubi supra.

Quia de facie Christi exibat qdā fulgor mirabilis, qui omnes intrinsecus conuertebat. Vnde nullus contradicere audiebat. Immediate hoc facto, cœpit prædicare, & accesserūt ad eum plures infirmi, & sanauit eos. Vbi dicit Augustin. in libr. de consensu Euange. Quod Christus tanta miracula fecit in his tribus diebus, quanta fecerat tempore elapso. Videntes hæc Pharisæi, accesserunt ad Iesum dicentes. Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Tunc Iesus uolens ostendere suam mortem dixit eis. Soluite, idest soluetis templum hoc, per mortem, & in triduo

duo excitabo illud, ideſt tertia die, cum a mortuis reſurgã. Et tūc apparebit uere, quod ſum Deus, & q mihi pertinet habere curã de templo meo, & domo patris mei: Iudei nõ intelligẽtes, dixerunt. Quadraginta & ſex annis ædificatũ eſt templum hoc &c. Non intelligebant de &c. Facto autẽueſpere, iterum rediit in Bethaniam, ad domũ Lazari & ſororum; quia forte nullus eum in Hieruſalem inuitauit ad prandendum. Feria ſecunda poſt Palmarũ ramos, uenit iterum Ieſus in tẽplum, & cępit prędicare de die iudicii. Erũt ſigna &c. Et prædixit illa ſigna, quæ pręuenient iudiciũ, & hoc totum, ut timore Iudæos deterreret a peccato, & poſtmodum miracula fecit, iterumque rediit in Bethaniam. Feria tertia uenit de Bethania in tẽplum, & ibi prædixit ſuã paſsionem dicẽs. Si exaltatus fuero a terra. ſ. ſuper crucem, omnia traham ad meipſum. Tunc Iudæi obtulerunt mulierem in adulterio deprehenſam, & ipſum examinauerunt, ut in ſermone illum cõprehenderent. Magiſter modo hæc mulier &c. Et Ieſus. Qui ſine peccato eſt ueſtrum &c. Vnde abſoluit eam dicens. Vade, & noli amplius peccare. Vnde ſubiunxit Iudęis. Amodo non me uidebitis donec dicatis. Benedictus &c. Receſsit ab eis & iterum uenit i Bethaniam: & ſtetit ibi per totã diem mercurii. Principes ſacerdotum uidentes Ieſum abiiſſe, habentes in memoria uerbum illud quod dixerat. Non me uidebitis: putauerũt quod uellet ſubterfugere ab eis: Congregati ſunt feria. 4. mercurii in atriũ principis Caiphæ, & ibi conſilium fecerunt, ut Ieſum dolo tenerent & occiderent. Non de morte conſilium, quia iam ordinata erat, ſed de modo capiendi. Vnde dicebant ad inuicẽ. Non in die feſto, ne populus q ipſum diligit adiuuet. Alii dicebant in die feſto, hora cœnę, quoniam omnes ſunt in domo, ſed Deo inſpirante ſtatutum eſt, quod ea die qua agnus debebat immolari, ſcilicet in die paraſceues. Tũc Iudas Scarioth, audiens hos congregatos, abiit ad eos in die mercurii, & in cõſilio locutus eſt principibus di. Quid uultis mihi dare, & ego eum uobis tradam? In uoluntate eorũ poſuit pretium, ad modum latronum, uolentium de rebus furtiuis ſe expedire. Qui audiẽtes gauiſi ſunt. At illi obtulerunt.

lerunt.ei.30.Argenteos; Die mercurij carnes comedi non debent:quia eo die uendita est caro Christi.O iuda peruerse,ut quid vēdis dñm tuū?O Iuda,quam retributioné facis illi,qui te de mundo uocauit,peccatum dimisit,procuratorem te constituit,miracula faciendi potestatem tribuit?Super quo clamat Ber.O Iuda mercator pessime.O Iuda auarissime,cur non petiisti a matre.30.argenteos? Et quia paupercula erat:aut mendicasset,aut seipsam,potius uendidisset,dedissetq; tibi ꝑtiū ne filiū suū proderes innocété. Hęc ille.De hac proditione impleta est prophetia & figura.Primo prophetia Zac.11.Appenderūt mercedē meā.30.argēteos.Secundo figura Gen.37.de Ioseph qñ fuit a fratribus suis uenditus Hismaelitis.30.argéteis. Godofredus Viterbien.in suo Pantheon dicit de istis argenteis, quod Rex assyriorum Ninus,fecit fieri hos denarios æris,impressa figura regia,qui numi uenerunt ad manus Abrahe & eos portauit in Canaā,quando iuit cum Sara uxore,de quibus emit agros.His ét est emptus Ioseph ab hismaelitis,quos tenuit phares in capsa sua. Regina Austri obtulit eos in téplo domini,quos Nabuchodonosor expoliato téplo, detulit in Babyloniam,& dedit stipendiariis suis, & illi regibus Sabba.& illi ad nutum stellæ Christo obtulerūt,s.aurum.Dicitur aurum;quia antiquitus omne metallum argenteum vocabatur etiam aurum. Ex his pecuniis uenditus est Christus.Hæc ille.Ad propositum,Iudas auté ex hoc quęrebat opportunitatem,ut illum traderet. Cras inquit eis,ueniā ad uos,quando uidebo horā,& in omnibus dirigam uos ut non erretis,& do uobis hoc signum captionis. Quæcunq; osculatus fuero,&c. Et hoc dixit propter Iacobum minorem,Christo similem.Pulchra meditatio. In hac eadé die, cenante domino,die.s.mercurii, cum discipulis suis in domo Mariæ,& Marthæ,& Matre eius, cum aliis mulieribus, in alia parte domus.Magdalena ministrans domino, rogabat dicens.Magister sitis memor, quod faciatis hoc pascha nobiscum,nec denegetis.Quo nullatenus acquiescéte: sed dicente,quod in Hierusalem faceret pascha.Illa cum fletu recedens uadit ad dominam, & his ei narratis, rogat ut ipsa roget ipsum,ut.s.Pascha cum eis faciat. Cœna facta, ua

dit

dit Iesus ad Matrem, ei præbens suã præsentiam, quam breui temporis spatio, subtrahere uolebat. Tunc Magdalena uadit, & ad pedes eorum se ponit di. Mariæ. O domina inuitabam Magistrum nostrũ, ut hic faceret pascha. Ipse uult ire in Hierusalẽ. Vere capietur ibi a iudęis. Non permittas cũ ire. Ad quẽ mater. Fili mi, rogo ut nobiscũ maneas, ne capiaris a iudęis. Dixit Christus. Non põssũ, o mater mea. Impleri oportet illud propter quod a patre missus sũ. His colloquẽtib. quia feria. 5. in mane debebat comedi de agno paschali, prout erat præceptum in Leu. 12. Dicunt apostoli ad Christũ. Vbi uis paremus tibi comede Pascha? Quia s. non habebant domum. Et ait Iesus. Ite ciuitatem ad quendam, & occurret uobis homo amphoram aquę baiulans. Sequimini eum & dicite. Magister dicit. Vbi est locus, ubi pascha cũ discipulis meis manducẽ? Et ipse ostendet uobis cenaculum grande, i. unam magnam salam, & ibi parate, quæ sunt necessaria. Intrantes domum cuiusdã uiri probi: qui erat thesaurarius, & conseruator omnium localium Herodis regis. Itaque sub custodia sua habebat uasa argentea & catinum, unde cõmunicauit. Obtulit domum, & catinum, & omnia necessaria Apostolis. Sciens aũt Iesus quod hora uenit, ut transeat dę hoc mundo ad patrem, & uolẽs in Hierusalem ire ad Pascha comedendum cum Apostolis suis: matrem secrete uocauit dicẽs. Mater mea dulcissima, audi me oro patienter. Scis. n. quod impleri oportet quod per oracula prophetarũ de me scriptum est. Necesse est me mori pro salute humani generis, & nunc est tẽpus immolationis meæ. Ideo o mater mea, noli dolorem de me percipere: iam confides quia pro certo reuertar ad tę, & tertia die resurgam. In monte Syon crastina die faciam pascha, cum discipulis meis. Iam mater mea, consiliũ factum est a iudęis, ut moriar, iam uenditus sum a Iuda triginta denarijs. Ideo audiens hoc pia mater clamare cœpit. O infœlicissima mater: quõ hoc sustinere potero? Audi fili mi si placet. Tota concussa sum ad uocem illam, & cor meum dereliquit me, uideo mortem tuam reuocabilem esse, quod probo pluribus rationibus, nec te mori oportet.

Primo ratione Iustitiæ, Iustitia habet præmiare bonos, &

& punire malos, ut patet 2. q. 2. c. Cum deuotisſimā. & ff. de iuſt. & in l. Iuſtitia, & C. de offi. rectoris prouinciæ. l. Virtutum. Boni ſunt remunerandi, mali uero puniēdi. Tu es ſanctus, & bonus, & nunquam malum feciſti. 2. Pet. 2. Qui peccatum non fecit. Et Ioan. 8. Quis ex uobis arguet me. Non de peccato cordis, operis, omisſionis. Ideo mori non debes, imo uiuere cum honore, propter tuas uirtutes, & tuā ſanctitatem. Secundo ratione ſcripturæ. Scriptura enim dicit. Exo. 22. Innocentem & iuſtū nō occides; ſed tu es innocentisſimus, igitur non dēs mori, præcipue morte uiolēta.

Tertio ratione culpæ. Scriptū eſt Eze. 18. Aīa quę peccauerit ipſa morietur, ſed tu fili nunquam peccaſti, non peccato originali: quia de Spirituſancto es conceptus &c. non mortali. Quarto ratione famæ. Vnuſquiſque debet conſeruare fāmā tuā, quantum poteſt. Eccl. 41. Curam habe de bono nomine. Et Prou. 21. Melius eſt bonum nomen, quàm diuitiæ multæ. Eccle. 7. Melius eſt nomen bonum, quā p̄tioſa unguenta. Tho. 2. 2. q. 73. ar. 2. Inter res tēporales fama uidetur præcioſior. Et Phil. 4. Eth. Omnes honorē appetunt, in li. Icon. Multo grauius fert aliquis, ſi honore ſuo priuetur, quàm ſi bona ſua auferantur. Ad propoſitū. Tibi maxima infamia erit, & quæ feciſti cum tanto labore erūt perdita. Quale ſcandalum erit de te? Ad hoc euitandū non oportet mori. Quinto eſt ratione reuerentiæ, ſcriptum eſt. Exo. 20. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Nam honor filii eſt honor patris, & matris, & econuerſo, confuſio filij eſt confuſio parentum, ſicut de illis qui in furca ſuſpēduntur. Quale uituperium erit mihi, o fili mi, ſi tanquàm reus eris crucifixus? ideo non debes facere talem mortē, ne matri uituperium ſit. Sexto ratione Amicitiæ. Officium ueræ amicitiæ eſt, amico dare conſolationem in tribulationibus, non dolorem. ff. de offi. pręſi. l. Diuis, Afflictio non eſt danda afflicto, ſed potius eius miſeriæ miſerendum eſt. Igitur ſi ad mortem properas fili mi adiungis dolorē dolori matris tuæ. Iſtis ſex rationibus non uidetur quod mortem ſubire debeas. Audiēs autē Chriſtus talia matris ſuę, uoce lachrymabili dixit, quia matrem uidebat mœſtam. Mater mea opus eſt ut moriar, quam oportunitatem tibi oſtē

do sex rationibus, contra tuas. Prima rōne diuinæ misericordiæ. In operibus Dei, iustitia & misericordia debet reperiri. Psal. 8. Misericordia & ueritas obuia. sibi: iustitia & pax osculatæ sunt. Iustitia ostensa est in primis parētibus; qui fuerunt expulsi de Paradiso terrestri, propter peccatū inobedientiæ, & Dęmones de cœlo, & sancti patres in Lymbo sunt positi, priuati diuina uisione, misericordia non est ostensa. Vnde pater cœlestis uolens ostendere suam misericordiam, quæ per multos annos in cœlo stetit. Ps. Domine in cœlo misericordia tua. Voluit me pati in cruce, quia melior modus non reperitur. Secundo ratione sapientiæ. Habet Philosophus. 1. Methaph. Quod ad sapientiam pertinet ordinare, & gubernare omnia ad debitum finē. Ordinatum fuit quod homo per peccatum inobedientiæ mortē incurreret, & temporalem quo ad corpus, & spirituale quo ad animam. Gene. 3. Quacunque hora &c. Vnde fuit opus prouidere huic morti. Remediū autem hoc est mors mea, ut illi uiuant per meam mortem, per obedientiam patris mei. Ad Phi. 2. Factus est obediens &c.

Tertio ratione patientiæ. Oportet mori, ut exemplum patiendi aliis præbeā aduersa & tribulationes. 1. Pet. 2. Christus passus est pro nobis &c. Oportet quod sim exēplar eis.

Quarto ratione apertionis, ut scilicet aperiam portam Paradisi oportet me mori: quia sicut primus homo clausit Paradisum: sic oportet ut aperiam ipsum. In cuius figuram. Gen. 3. Deus pater, cum primus homo fuit expulsus de Paradiso, ad portam posuit unum Cherobin, qui illam haberet custodire. Igitur me mori oportet mater mea, ut sic sancti patres ascendant illuc.

Quinto ratione spei. Oportet me mori mater mea chara, ut tribuam spem salutis animæ deuotę. Vnde si non esset mors mea, nouerit alicui spes salutis, nec patribus, qui in Lymbo sunt &c.

Sexto ratione impletionis, ut figurę prophetarum impleātur. O mater mea oportet me mori. Multæ sunt figuræ prophetarum, quæ ostendunt mortis meæ necessitatem: sicut de serpente Eneo. Num. 21. Qui Christum figurabat;

 254

De agno Paschali. Leui.12. De Pellicano &c. Vnde mater mea dimitte filium tuũ, ut Hierusalem eat ad Pascha celebrandum. Virgo autem his rationibus auditis aquieuit. Christus autem lachrymas continere nõ poterat. Vnde genibus flexis petiit benedictionem di. Da mihi o mater benedictionẽ &c. Et uirgo uidens filium uelle ab eis recedere cum Apostolis, cum lachrymis dixit. Sit benedictum caput istud, quod prædicauit, quod docuit, quod tãta miracula fecit. Cœcus illuminauit &c. Sint manus benedictæ. Sint benedicti pedes, qui triginta annis super terram ambulando, sanctificauit eam, sic totum corpus. Et mater econtra dixit filio. O ego mater infœlix, quia priuor filio meo, da mihi benedictionem tuam. Sis benedicta semper mater mea, sit caput benedictum &c. & sic recessit ab ea: recessus filii gladius fuit matri, & Magdalenæ. Iter autem arripiens uersus Hierusalem ibat. Martha autem cum Magdalena, & aliis mulieribus modo ad fenestram, modo in loco uno, modò in alio circumibant, quousq; benedictus sponsus uideri poterat. Exclama. O mater si scires quò tendit filius tuus. O Magdalena. O Martha &c. Positus autem in mensa cum 12. & comedens: cœpit Iesus suspirare & dicere. Desiderio desideraui hoc Pascha manducare uobiscum, antequam patiar. Quia est ultima cœna, unde in hac cœna fecit tria, quæ consueuit paterfamilias facere, quãdo est iturus ad partes longinquas, ut eos confortet de suo recessu, ut non turbentur. Primo remittit iniurias, si quis eum offendisset, anteq̃ cœna esset cõpleta, surrexit de mensa, & se expoliauit ueste superiori: & præcinxit se linteo, posuit que aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum suorum. Incipiens a Iuda, dicit Chrys. Volens ipsum a malitia sua reuocare. Et ut daret nobis exemplum inimicis nostris, humanitatis officia exhibere. Ipse autem ut arrogans non renuit. Et postea uenit ad Symonem Petrum. Qui uidens qđ Iudas non renuerat dixit. Domine tu mihi lauas pedes. q. d. Qualis est præsumptio mea, ut dominus lauet seruum? Non lauabis mihi pedes in æternum. Cui dominus. Petre quod ego facio, nescis modo scies autem postea. Videns Petrũ resistentem ait ei. Si non lauero te, nõ habebis

partem mecum. Et tunc Petrus territus dixit. Dñe non tan tum pedes, sed & manus & caput, potius quam separer a te. Tunc ait Christus. Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet, id est ille qui est baptizatus est lotus. Ponamus q̃ faciat aliquod peccatum. Non peto aliud, dixit Iesus, nisi ut pedes, id est bonam uoluntatem habeat, & tunc est mundus totus. Vos mundi estis, sed non omnes. s. Iudas. De ista lotione completa est prophetia. Esa. 1. Lauamini mundi estote. Au. ma. co. s. de cordibus uestris. Postquam uero lauit pedes singulorum, accepit uestimenta sua: & iterum rediit ad cœnam, & dixit. Scitis quid fecerim uobis. Vos uocatis me magister, & dñe, & bene dicitis. Sum etenim. Si ego laui pedes uestros, magister & dominus: & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exẽplum enim dedi uobis &c. Ioã. 14. id est officia humanitatis, & humilitatis exhibete. Ecce primum qd̃ fecit. Scdm quod eis fecit in cœna illa, fuit iocale sui corporis: ut ab ipsis recedens de ipso recordarentur. Illis mãducantibus, accepit panem in manibus suis, & leuauit oculos in cœlum, & benedixit ac fregit, deditq; discipulis & ait. Accipite & comedite. Hoc est corpus meum quod pro uobis &c. Et statim uirtute uerborum Christi, panis cõuersus est in uerum corpus Christi. Postea accepit calicem cũ uino, & benedixit, & dedit discipulis suis dicens. Hic est calix &c. usque peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem. Vnde conuersum est uinum ad illa uerba, in sanguinem. Et tunc communicauit se: & postea discipulos suos, & Iudam similiter. Sed quęritur dubium. Vtrum Christus bene fecerit communicando Iudam, quem sciebat esse in peccato mortali? Rñ. q̃ sic: quia peccatum illius erat secretum. Vnde non debebat propalari. De ista potatione, impleta est prophetia, & figura. Primò prophetia. Cã. d. Bibite uinũ & inebriamini. 2. Figura de Helia, cui Angelus apparuit. 3. Reg. 19. Comede & bibe &c. Et tũc in cœna illa post communionem fecit illos omnes sacerdotes. Et Petrũ fecit suum uicarium dicens illi. Ego rogaui pro te Petre: ut non deficiat fides tua &c. Stans autem ad mensam, & considerans amorem, & humanitatem, quam ostenderat Iudæ intra seipsum turbatus, dixit. Amen dico uobis, quia unus

vestrũ me traditurus est. Tunc Apostoli tremefacti ad hãc uocem:in faciem adinuicem aspiciebãt: quęrentes de quo diceret. Vnde & cœperunt singuli dicere. Nũquid ego sum domine?quasi dicat. Non habeo conscientiam tãti sceleris. At Iesus respõdit. Qui intingit mecum manum in parapside, hic me traditurus est. Ex hoc dicto non innotuit eis quis esset, quia omnes 12. in uno catino comedebant. Noluit manifestare ipsum: quia Petrus eum dentibus lacerasset. Filius quidem hominis uadit, s. spontaneę ad passionẽ, sicut scriptum est de illo. Verum tamen ue homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat, si non fuisset natus homo ille, idest melius fuisset, ꝙ fuisset mortuus ante natiuitatem ex utero: quia punitus fuisset pro peccato originali tantum, & ad lymbum iuisset: modo ibit ad infernum. Tunc Petrus signum fecit Ioanni, inter quos maxima erat amicitia, qui erat plus Christo familiaris, si sciret qs esset proditor. Et Io. posuit caput suum in sinu Christi, & dixit. Domine quis est qui tradet te? Dicas mihi o magister bone: & Christus respondit, ille est cui intinctum panẽ porrexero. Et dedit Christus buccellam panis Iudæ, & statum Dęmon maiorem in eo accepit potestatẽ. Et dixit illi dominus. Quod facis, fac citius. Hoc autem uerbũ nõ intellexit discumbẽtium aliquis: ad quid ei tale uerbũ dixerit. Nec fuit hoc uerbum imperatiuum, nec inductiuũ, sed tetractiuum. Nõ intellexerunt, dico præfatum uerbũ: quia credebant ꝙ iret emere aliquid pro festo. Iudas autem nolens ꝙ aliquis haberet eum suspectum dixit. Nũquid ego sum rabi? Et Christus. Tu dicis, ego non dico. Et statim surrexit Iudas, & iuit ad principes sacerdotum, qui eum expectabant. Videns quod recesserat dixit. Filioli adhuc uobiscũ modicum sum. Omnes uos scandalum patiemini in me in nocte ista. Quia scriptũ est Zach 3. Percutiam pastorem & dispergentur oues gregis, quia. s. appropinquat hora; in qua ego ero comprehensus: sed dum resurrexero pręcedam uos in Galileam. Tunc Petrus Apostolorum princeps dixit. Et si omnes scandalizati fuerunt in te: sed non ego. Similiter omnes dixerunt. Respondit Iesus. Amen dico tibi. Quia hodie antequam gallus cantet, ter me negabis.

Et Petrus. Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Nec mentitus est Petrus, quia credebat se uerum dicere. Gloss. Permisit autem Deus Petrum cadere, ut nemo de se præsumat. Videns autem Iesus quod discipuli turbarentur de suo recessu, quem prædixerat; eos pacificare uoluit, ubi pulchrum sermonem fecit eis de pace, eos confortando ad illam. No. Tho. ubi supra, quod Christus semper in omnibus pacem uoluit. Primo in aduentu elegit tempus pacis. Psal. 71. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Secundo in suo ortu. Pacem hominibus nunciauit per Angelos. Luc. 2. Gloria in altissimis &c. Tertio quando Apostolos ad prædicandum misit. Matth. 5. Intrãtes domum, primum dicite. Pax huic domui. Quarto in suo recessu ab Apostolis. Pacem meam do uobis. Finita cęna dixit Apostolis. Surgite eamus, quia forte non erant bene attenti ad sermonem, timentes ne Iudæi superuenirent ad ipsum capiendum. Vnde exierunt in monte Oliueti, ubi erat uilla, quæ dr̃ Getsemani, & ibi finiuit sermonẽ suum. Finito sermone. Egressus est cum discipulis trans torrentem Cedron, in quendam hortum. Christus bibit de aqua torrentis. Iuxta illud. De torrente in uia bibit &c. & Augu. dicit. In horto capi uoluit ut deleret peccatum cõmissum in horto deliciarum. Et cũ introisset dixit eis. Sedete hic, donec uadam illuc, & orẽ, & donec reuertar ad uos. Figura completa est. Gen. 22. De Abraham qui dixit famulis suis, dum iret super montem cum Isaac. Expectate hic cum asino, & assumpsit secum Petrum, Iacobum, Ioannem, & cępit contristari, & mœstus esse, & ait illis. Tristis est anima mea usque ad mortem. Secundum Bona. in 4. dist. 15. Tristabatur de duobus. Primo pro timore naturali mortis imminentis, quia sensualitas animæ Christi mortem recusabat. Secũdo tristabatur pro ruina Apostolorum, & Iudæ. Sustinete hic, & uigilate mecum. Auulsus est ab eis quantũ est iactus lapidis, & positus genibus orabat. Pater mi si possibile est transeat a me calix iste. Veruntamen non sicut ego uolo: sed sicut tu. Vbi notandum secundum Doctor. quod in Christo fuit quadruplex uoluntas.

Voluntas carnis.

Vo-

Voluntas sensualitatis.
Voluntas rationis.
Et uoluntas Diuinitatis.
Prima uoluntas carnis, & hęc nullo modo uolebat patī. Secundo uoluntas sensualitatis, & hæc murmurabat, & timebat. Tertio uoluntas rationis, & hæc obediebat & consentiebat. Iuxta illud Esa. 53. Oblatus est: quia ipse uoluit. Quarto uoluntas Diuinitatis, & hæc imperabat, & sententiam dabat. Quia igitur erat uerus homo, ideo tristis erat anima eius. Completa prima oratione, uenit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro. Simon dormis? Non potuistis una hora uigilare mecū. Petrus qui fuerat præ cæteris gloriatus, erat præ cæteris increpandus. Et ait Apost. Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationē, idest ne a tentatione superemini. q. d. modus uincendi tentationē est per orationē. Spiritus quidē &c. Iterū secundo abiit, & orauit eundem sermonem di. Pr̄ mi si nō potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat uoluntas tua. Et factus in agonia prolixius orabat. Erat autem hæc agonia secūdū Ni. de Ly. Reluctatio sensualitatis mortem horrentis Et factus est sudor, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et apparuit Angelus de cœlo confortās eum, idest aliqua uerba consolatoria dicens ei. Quæ uerba non sunt in Euāgelio. Sed quidam dicūt, ꝙ uerba potuerūt esse talia. Saluto te Deus meus, orationē tuam & sudorē sanguineū, ego obtuli Deo patri in conspectu curiæ cęlestis. Et omnes ꝓcidentes supplicauimus, ut hunc calicem passionis transferat a te. O Iesu benigne. Et respōdit pr̄. Nouit filius meus, ꝙ redēptio humani generis, quam sic optauimus, sine morte sua decenter fieri non potest. Ideo si salutē uult animarum, oportet eū pati pro ipsis, quid ergo uis agere o Iesu? Respon. Iesus. Salutem omnino uolo animarum, unde potius eligo mori, ut animæ saluentur, quas ad suam imaginē creauit pater, quam uelim non mori, & animæ non redimātur. Fiat patris mei uoluntas, & Angelus ad eum confortādum. O Iesu cito transibunt pęnosa, & perpetuo gloriosa succedent. Dixit pr̄ ꝙ semper uobiscū est, & quod matrem uestram, & discipulos seruabit illesos, & sic recessit An-

gelus. Et dicit Bon. in 3. di. 20. Visioné Angeli fuisse corporeã. Et post hoc uenit ad discipulos suos, & ait illis. Dormite iam & requiescite. q. d. Nunc diu poteritis dormire, quia hora appropinquat. Erant occuli eorũ grauati, & pre uerecundia, nó sunt ausi ... Ecce appropinquat qui me tràdet. Adhuc eo loquente, Iudas intrat ortum, cũ ministris, quia timebat ne turba auferret eum ab eis, & dixit Iudæis. Quemcunq; osculatus fuero ipse est, tenete eum. Secundũ T. ubi supra. Dedit eis tale signum, ne loco Christi caperét Iacobum minorem, qui erat similis Christo in facie. Accedés Iudas ad eũ osculatus est, & dixit. Aue rabi. Cui Iesus. Amice ad quid uenisti? q. d. Tu ostẽdis amicitiam signo, sed proditionem agis de facto. Vel sic. O Iuda amice mi, cui si ad pniam redieris, misericordiam promitto. O Iuda quem dilexi, cuius pedes i cęna laui, cur me derelinquis? O misericordia Dei, traditur, & compatitur traditori. O suauitas creatoris. De osculo illo completa est prophetia, & figura. Prophetia. ps. Qui edebat panes. &c. Figura. 2. Reg. 20. De Amasa salutato a Ioab cum osculo salue mi frater. Ex alia &c. Quæritur hic dubiũ. Vtrum si Iudas non tradidisset Iesum, & iudæi non crucifixissent eum, fuisset redemptum genus humanum. Respon Alex. in 3. uolu sum. Quod sic, qa in tali casu sola uoluntas patiendi, sufficisset ad redéptionem. Turbæ autem approximãti, Christus iuit obuiam di. Quem quæritis. Abierunt retrorsum dicentes. Iesum Nazarenũ, & dixit eis. Ego sum. Iterum interrogauit eos, postq̃ surrexerant ad præceptum eius. Quem quæritis? ne sic errarent in captione eius. Illi autem dixerũt. Iesum Nazarenũ. Et iterum ceciderunt retro in terrã, ut sic declararetur virtus diuinitatis eius. 2. Reg. 6. De Oza quia arcam tetigit, ꝑcussus retro cecidit, ita iudæi, quia ipsum Christũ &c. Sup quo clamat Aug. Vbi nunc militum cohors? Vbi terror & murmur armorũ? Quibus dixit Christus. Dixi uobis quia ego sum: Si ergo me q̃ritis, finite hos abire. s. Apostolos. Tunc accesserũt, & manus iniecerũt in Iesum, & tenuerũt eum. Videntes ãt hoc discipuli, dixerũt. Dñe si percutimus in gladio? Antequam Christus rñd. Petrus gladio percussit Malchum seruum pontificis, abscidítq; auriculam eius dexteram,

teram, uolens percutere in capite. Sed quæritur dubiū. Vñ gladius erat Petro? Chryſ. rñ. Quod audiens iudæos cōtra Christum conſpiraſſe, armauerat ſe. Theophilus uero dicit, ꝙ habuerat ipſum i cœna pro uſu agni. Sed Christus auriculam ſanauit, & Petrum charitatiue redarguit di. Mitte gladium tuum in uaginam. An putas quia non poſſum rogare pſem meū, & exhibebit mihi modo plusq̄ 12. legiones Angelorum? Vbi dicit Hier. q. d. Nō indigeo auxilio 12. Apoſtolorum. Duodecim legiones faciūt 62. milia Angelorū. Qūo implebuntur ſcripturæ Prophetarum? Calicem quem dedit mihi pr. nō uis ut bibam illum? Deinde uertit ſe turbis di. Tanq̄ ad latronem exiſtis, cum gladiis, & fuſtib. comprehendere me. Quotidie apud uos eram docens in tēplo: & non me tenuiſtis. Tunc illi comprehenderūt Ieſum, & ligauerunt eum. O flebile ſpectaculum. O dolendum malum. O lachrimabile factum, uidere illos canes in Chriſtum ſævientes: Alii cœperunt eum per capillos, & uiolenter eum in terram proiecerūt. Alii manus gratioſas retro uerterūt. Alii funib. illum duris ligauerunt. Alii pugnis ipſum pcuſſerunt. Quid audis. O anima mea? Nonne uides filiū Virginis ligatum? Cur non ploras, cur non clamas ad ſydera? O Ieſu, ſalus animæ meæ, pp me talia pateris. Apoſtoli autē talia uidentes territi, fugerūt eo relicto. De iſta fuga impleta eſt prophetia. Primo Iob di. Fres mei longe ſteterunt a me: & noti mei quaſi alieni receſſerunt a me. Secundo Dauid pſ. 17. Elongaſti a me amicum & proximum, & notos meos &c. Tertio Zach. 13. Percutiam paſtorem. O quātum fuit dolor Apoſtolorum &c. Vinctus autem ductus eſt primo ad Annam: quia erat ſocer Caiphæ, & quia eundo ad domum Caiphæ, habebant tranſire ante domum iſtius Annę. Ideo intrauerunt domum eius, ob ipſius reuerentiam. Eūte autem Ieſu picturæ & imagines Prophetarum, & Patriarcharum, quæ erant ſuper muros. Hieruſalem ſe inclinabāt Chriſto. Sequebanť āt Ieſum, Petrus, & Io. Diſcipulus autē Io. erat notus Pontifici, & intrauit in atrium pontificis. Petrus āt ſtabat ad oſtium foris. Quem Io. introduxit. Tunc ancilla oſtiaria dixit Petro. Nunquid & tu es, ex diſcipulis iſtius? Reſpondit ille. Non ſum, & ſtatim gallus cantauit

uit prima uice Sed Petrus non audiuit. Calefaciens autem Petrus ad ignem,& Ioan. quia erat frigus: Anna fecit sibi præsentari Iesum ligatum, & examinauit eum de duobus. Primo de discipulis suis. Secundo de doctrina eius dicés. Quales sunt isti tui homines,& qualis doctrina tua? Rñdit Iesus. Ego palam locutus sum mundo, quid me interrogas? Interroga eos qui me audierunt, quid locutus sum eis. Tunc unus minister pontificis, dedit alapam Iesu dicés. Sic respondes pontifici? O miranda patientia Iesu. Percussus in faciem ictu graui, manu furibunda, adeo ut dentes eius oris ei remouerentur,& os sanguiné expueret, nil tamen cótumeliæ locutus est ei. Et dixit. Si male locutus sum testimonium perhibe de malo. Si autem bene cur me cedis? Percussio illa, fuit maxima iniuria triplici ratione secūdū Th. ubi supra. Primo quia seruus percutit dñm. Secūdo quia in loco honorabili, scilicet in atrio coram omnibus. Tertio quia sine causa. De hac percussione impleta est prophetia Tren 3. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs. Sed quæritur dubium. Verum Christus bene locutus fuerit illi de percussione. Videtur quod non, quia ipse præcepit Matt. 5. Si quis te percusserit in maxillam dexteram, prebe ei & alterā, ipse autē non fecit, sed magis percutienté correxit. Respondens Aug. quod illud præceptum, est secundū præparationem animi magis, non autem absolute datum: quia scilicet homo debet habere animū pręparatū ad hoc faciēdum, ubi uidetur hoc expedire ad honorem Dei. Sequitur. Quia Annas non regebat anno illo, fecit eum duci ligatum ad domum Caiphæ. Et Petrus sequebatur ut uideret finem. Iesus uero positus fuit in carcere quodā obscuro sub solario, qui adhuc super est uel eius uestigiū. Et ligauerunt eum ad quandam columnam lapideam, quæ petra murata fuit,& dimiserūt ei milites armatos ad custodiam, qui per totam noctem eum uexauerunt, cum derisionibus,& male dictis. Modo unus,& modo alius. Et dominus patiēter omnia portabat. O Iesu ad quorum manus uenisti. Et sic stetit per totā noctem usque mane, ad illam columnam ligatus. B Ioan. uadit ad dominam & Socias in domum Magdalenæ existentes, non tamē audebat domum ingredi. Eiulās

& cla-

& clamans ad ostium domus Magdalenæ ut uidit Ioan. cecidit quasi mortua i terrã. Quid est o Io. de magistro meo? Respondit, Heu quia cõpræhensus a Iudęis, ad domũ Cayphę est deductus. Narrat hæc matri. Mater autẽ quasi mortua, ponit se in oratione orans ad patrẽ. Pater dulcissime recommendo uobis filium meum. Ne sitis crudelis, qui cũ stis misericors estis, si alius modus est o Pater, non moriatur. Et dixit Io. O nepos dulcissime uideas finem filii mei, quomodo facit, & nuncia mihi quia uidere eum uolo, redijt cito. Io. ad domũ Caiphæ. Et Petrus stabat ad ignem. Et una mulier Petrum respicens tristem dixit. Credo quod hic sit de discipulis illius, tunc illi homines dixerũt Petro: Verum dixit Mulier. Nam loquela ostendit eum esse galileum. Figura Iudicũ. 11. de Effrateo, qui notus fuit ad linguam dum dicere debuit scboleth, dicebat teboleth. Tunc Petrus magis timuit quã prius, & cępit iurare, quod nõ esset eius discipulus. Ecce secũda negatio. Quia stãtibus his in illis uerbis, cognatus eius, cui Petrus abciderat auriculam uenit. Et audiens uerba hæc dixit. Quomodo potes negare quod non sit uerum? Nonne te uidi in orto, imo tu es ille qui auriculam abscidisti cognato meo. Tunc cępit Petrus iurare & dicere quod non nouit hominẽ. Ecce tertia negatio Petri: & statim gallus cantauit. Et tunc Christus Petrum respexit. Et recordatus est Petrus uerbi quod dixerat. Priusquam gallus can. &c. Egressus foras fleuit amare: ubi in quãdam cauernam iuit, quæ dicitur Gallicantus, in qua usq; ad diem resurrectionis stetit. Et sic patet primum mysterium. Secũdum principale mysterium dicitur accerbitatis. Quęritur a doctoribus. Verũ Christi passio, fuerit omnium passionum acerbior? Respõdeo secundum Th. 4. par. q. 66. Ric. in 3. Bon. in 3. di. 16. quod dolor et passio Christi: fuit maxima omnium passionum huius uitę. Quod probatur quintuplici ratione, uidelicet.

Primo ratione delicationis.
Secundo ratione causalitatis.
Tertio ratione temporalitatis.
Quarto ratione utilitatis.
Quinto ratione floridæ ætatis.

Primo

Primo ratione &c. Maxima est in Theo. Et apud Phi. approbata. Quòd quarto quis est delicatioris naturæ & complexionis, tanto magis affligitur & tristatur in parte sensitiua. Quod patet de nobili & rustico. Et quãto etiã pars corporis quæ patitur lesionem, est magis sensibilis tãto magis lesio affligit, quod patet exẽplo. Ignis aut frigus, magis affligit in manibus uel pedibus, quàm in reliquis partibus corporis, ex eo quia est pars magis sensibilis, ꝓpter concurrẽtiã plurium ossium, neruorum, & uenarum. Ad propositũ. Christus fuit ualde delicatus. In psal. Speciosus forma &c. Insuper eius passio maxima fuit, in locis neruosis, in manibus, in pedibus, propter fixuras clauorũ. Igitur eius passio fuit &c. Secundo ratione &c. Quia non pro sua causa, dulcissimus Iesus passus est. sed ꝑ nobis peccatoribus, quia nũquàm peccauit. 1. Pe. 2. Qui peccatum non fecit &c. Pro nobis ergo mortuus est. Esa 53. Omnes nos quasi oues errauimus, et dominus posuit in eo omnium nostrum iniquitatẽ. In eodẽ. Ipse autẽ uulneratus est ꝑꝑ iniquitates nostras: attritus est ꝑꝑ scelera nostra. O Iesu benigne nos male egimus, & tu pœnitentiam facis. Verificatur Prophetia Dauid. Quæ nõ rapui tunc exsoluebam. Et sic patet secunda ratio.

Tertio ratione &c. nam omni tempore homines fugiunt mortẽ, sed præcipue ĩ solemnitatibus est eis molestior, propter multitudinẽ personarũ, erat enim solemnitas paschæ, quæ erat, præcipuã super omnes alias. In qua tenebãtur Iudæi ex lege, conuenire de quibusdam ciuitatibus & locis, ad templum Hierosolymis situm, ad sacrificium celebrãdum: quia per uarias eorum captiuitates, erant satis dispersi per orbem. In Italia, In Asia, In Aprica. Quanto ergo quis cõdemnatur ad mortem propter maleficium, occurrẽte maiore concursu populi, tanto maior ei insurgit pœna confusionis, & erubescentiæ: quia considerat quod qui uidet, aliis narret. Et si peregrinus est, reuertens ĩ patriam suam, diuulgat ciuitati suæ. Christus Iesus passus est, quãdo quasi totus mundus præsens aderat festiuitati paschæ. Ideo sua passio fuit omnibus nota &c.

Quarto ratione &c. Nulla. n. uilior apud Iudæos mors erat morte crucis, qui maledicebantur. Deuter. 29. Maledi

ctus

ctus homo qui pēdet in ligno. Sapiē.2. Morte turpissima.s. crucis condemnemus eum. Sicut & apud nos est mors furtarum. Hac morte passus est &c. Igitur &c.

Quinto ratione &c. Nam si omnibus mors est molesta, precipue illis qui sunt in florida ætate. Alexander magnus amarissime fleuit, uidens se morti proximum, eo quia iuuenis, quia dicitur mors immatura, Christus passus est in ætate iuuenili. 33. annorū cū dimidio, ut prophetauit Sibylla Cumana. Igitur &c. Vnde ipse dixit Tre.1. O uos omnes q transitis per uiam, attendite &c. Mane autē facto scilicet feria.6. conuenerunt omnes populi cum senioribus plebis, & scribæ cōcilium facientes, quærebant falsum testimonium contra dñm, ut eum morti traderēt: ut possent accusare eū Pilato. Et cum multi falsi testes fuissent false locuti, nō fuerūt approbati, nouissime autem uenerūt duo falsi testes dicentes contra eum. De duobus nos audiuimus eum dicētē. soluite templum hoc, & in triduo reedificabo illud. Insup ipsum accusamus: quia se fecit filiū dei. De istis impleta est prophetia Dauid. Insurrexerūt in me testes iniq, Christus autem nihil ad hoc respondebat. O bone Iesu, qui totum mundum docuisti & nunc siles. Dixit autē ei Caiphas. Non ne uides i quantis isti te accusant? Nec enim Caiphæ Christus aliud respōdit. Indignatus Caiphas dixit ei. Adiuro te per Deum uiuū, ut dicas mihi si tu es Christus filius Dei uiui. Christus autem ne uideretur nomē Dei despicere, respōdit uerbum hoc. Tu dixisti. q.d. Ita est sicut dixisti, & tamē si ego dixero non credes mihi. Veruntamē ne excusationē habeatis supple. O uos Iudei, dico uobis: quia uidebitis filium hominis. i. me in die iudicij uenientem in nube ad iudicandum mūdum. Et dixerūt ei Iudęi. Ergo tu es filius Dei? Respondit eis. Vos dicitis quia ego sum. Tunc princeps sacerdotum scidit uestimenta sua, uolens ostendere amorē legis di. Blasphemauit. Quid adhuc egemus testib? At illi dixerunt omnes. Reus est mortis. Tūc cœperunt eum & expoliauerunt, & eius oculos bindauerunt ipsum ligantes ad columnam. Quidam percutiebant eum in faciem di. Quis est qui te percussit? Quidam palmas in faciem dabant. Quidam spuebant in eum: Clama hic. O Maria si scires, quo-

quomodo de filio tuo male tractatur. De hac derisione & percusfione, impleta est Prophetia Esa. 50 Faciē meā nō auerti ab increpantibus,& conspuentibus in me. O Iesu benedicte, quàm dura, quàm aspera fuit tibi nox illa, in qua a principio usque ad finem, quietem nesciuisti. Venerunt autem Principes Iudęorum, & Pharisei ad domum Caiphæ, & acceperunt Christum ligatum, flagellatum, & adduxerūt eum ad domum Pilati. Secundum Chris. Imperator Romanus habebat duos uicarios quasi reges, scilicet Pilatum, & Herodē: Pilatus erat dominus Hierusalem, & Herodes in prouincia Galileæ, nec erāt Iudęi sed forenses: iuxta Iacob prophetiam. Nō auferetur sceptrum &c. Ductus ergo corā Pilato dixerunt ei. Inuenimus hunc morte dignum: cum esset in prætorio Pilatus exijt ad Iudęos foras, & dixit eis. Quam accusationem facitis aduersus hominem hunc? Respōderunt ei. De tribus ipsum accusamus. Primo quia prædicat falsam doctrinam. Sed mentiebantur, quia in cap. Io. 8. Ego ueritatem loquor uobis &c. Secundo quia prohibuit dari tributa Cęsari. Sed mentiebantur, quia Matt. 22. Reddite q̄ sunt Cæsaris Cæsari, & quę sunt Dei Deo. Tertio quia se facit regem Iudęorum, & filiū Dei. Audiēs hos sermones Pilatus dixit eis. Accipite eum uos & secundū legem uestrā iudicate. Rūderūt Iudęi. Nō licet nobis interficere quen q̄. Ingressus Pilatus ad Iesū dixit ei. Tu es rex Iudęorum? Secūdum Remigium de duabus primis accusationibus Pilatus nō curauit inquirere. Nō de prima, quod scilicet prædicabat falsam doctrinam, eo quod ipse esset gētilis non Iudęus. Non de secunda quia sciebat illud esse falsum, sed tantum de tertia, quod esset rex Iudęorū, eo quod Romani, nomē regis a Iudęis abstulerāt. Respōdit ei Christus. A temetipso hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me q. d. Concepisti hanc opinionem de me p te metipsum? Respondit Pilatus. Nunquid Iudęus ego sum. Gens tua & pontifices tui, tradiderunt te mihi, & te accusant. Respōdit Iesus. Regnum meum non est de hoc mundo. q. d. non quæro temporalem dominationem. Dixit ei Pilatus. Ergo rex es tu? Respondit Iesus. Tu dicis: quia rex ego sum. Ego in hoc natus sum, ut testimonium perhibeā ueritati. dixit

Pilatus.

Pilatus. Quid est ueritas? Et nõ expectato responso exiuit ad Iudæos dicens. Ego nullam causam mortis inuenio in eo, Et ut liberaret eum di. Iudæis maximum esse peccatum contra innocentem iudicare. Glo. dicunt q multa declarauit Pilatus propter quæ, quæ fiebat eius liberationem: Dicunt Iudæi. O Pilate si non esset nisi cõmotio quam excitauit in populo: incipiens a Galilea usq; huc, mereretur mortem. Audiens Pilatus ipsum esse de prouincia Galileæ, gauisus est, eo q non esset de sua iurisdictione. Vnde misit ipsum ligatum ad Hærodem; qui tunc uenerat ad festum paschæ. Tunc Hærodes interrogauit eum de multis sermonibus, eo quod audierat multa de Christo. At Iesus nihil respondit. Quod factum est duplici ratione. Primo quia ipsum reputabat excõmunicatum: eo q occiderat Ioannem Baptistam. Secundo quia sciebat nihil proficere ei, quia interrogabat Christum ex curiositate. De isto silentio completa est prophetia Esa. 51. Quasi agnus coram tondẽte se obmutescet. Tunc uidens nõ respondere uerbum despexit ipsum & uestitũ fecit alba ueste, sicut fatuũ. Vnde fuit maxima iniuria. De ista derisione cõpleta est prophetia Iob. 12. Deridetur iusti simplicitas. Vnde remisit ipsum ad Pilatum, quia non erat de sua iurisditione. Et facti sunt amici in die illa, quia erant antea inimici. De ista amicitia completa est prophetia. Astiterunt reges terræ &c. Pilatus autẽ conuocatis sacerdotum principibus, & aliis dixit: ecce ego tã interrogaui illum, similiter & Hærodes nihil mali reperit, ideo ad me misit ipsum. Tunc illi clamauerunt. Tolle tolle. Crucifige eũ. Audiens Pilatus furorem Iudæorum, conabatur tribus modis liberare eum. Primo, quia se fecit regẽ, ideo eum corripiam, unde tradidit illum militibus flagellandũ. Vnde dicunt Doctores q ligauerunt Iesum denudatum ad columnam quandam coram Iudæis, & ibi flagellauerunt acriter. Completa est prophetia Esa. 1. A planta pedis usq; &c. Deinde imposuerunt capiti eius coronam spineam, & induerunt eum purpura, & circundederunt eum, & sanguis currebat ad terram: Et clamabant ante illum coronatum. Aue rex Iudæorum, & spuebant in eum, & dabãt ei alapas, Et percutiebãt caput eius. De ista coronatione impleta est

prophetia

prophetia quæ dicit. Esa.2. Coronans coronabit te tribulatione. Et tunc Pilatus ostendit eum sic flagellatum Iudæis di. Ecce Rex uester. q. d. Iuxta delictū, & uestram iniuriā, qua se regem fecit puniui illum: unde dimittatis eum abire. Clamauerunt omnes O Pilate crucifige eum. Tolle eū: Videns Dæmon tantam Christi patientiam: dubitans an esset Messias: & uolēs impedire passionē suam, apparuit uxori Pilati in somnis. Vnde Iudæis clamantibus crucifige: illa misit ad Pilatum maritum, dicēs illi. Nihil tibi & iusto illi q.d. Nullo modo eū condēnes, magis eum dimitte. Multa enim sum hodie passa per uisum propter eū. Quia ut dicit Rabanus: Dæmon apparuerat ei monens eam terrorib. ad liberationem Christi: uolens sic impedire hominū salutē: Dubium ponitur. Vtrum Dęmon agnouit Christum esse uerum messiam? Secundo modo usus est ad liberandū ipsum. Erat consuetudo inter Iudæosq; omni anno in paschatis festo, dimittebaē unus de incarceratis propter honorem festi, quem ipsi petiuissent, an Christum; an Barrabā uellēt liberare. Quēm uultis de duobus dimitti? Dixerūt omnes, Barrabam. Et Pilatus dixit. Quid faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicūt omnes. Crucifige. Et Pilatus dixit. Regem uestrum crucifigam? Iudæi dixerunt. Non habemus regem nisi Cæsarem. Vnde caueas. Si hunc dimittis non es amicus Cæsaris, & accusabimus te de proditione, quia omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari. Quādo Pilatus audiuit hos sermones, & quod nihil pficeret ex uerbis suis, uoluit complacere Iudęis, ne accusarent eum. Tertio modo usus est, Cum enim Christus esset in palatio Pilati, Pilatus accepit Iesum nudū flagellatum, & ostendit eis, ut sic ad compassionem mouerētur, & dixit eis. Ecce homo, uidelicet quem uultis indigne crucifigi. Ostende in hoc loco Christum sine cruce. At illi uidentes clamauerunt. Crucifige eum. Tolle eum. O Iesu amantissime, quanta fuit istorū crudelitas Iudæorum, quę dedistis eis tot beneficia, & tamē dimittunt latronem homicidam Barabbam, te aūt crucifigūnt. O mens dura cur tam adamantina es? ut domino tuo cōpati negligas, qui pro compassione tua, uoluit crucifigi. O Iesu mi quamū nos dilexisti, sed te nos miseri no dili-

diligimus,sed ubi es o Maria?ubi habitas?An ignoras,quæ circa filium tuum geruntur? O si sciuisset, mortua non dubito,cecidisset in terram, & hoc præ amore, quem ad filiũ habebat, quod audiens Pilatus decreuit timore deductus, sententiã mortis dare.quam sententiam uidebimus infra.

Tertium mysterium dicitur &c.Videns namque Pilatus Iudæorum furoré non posse sedare,quinimmo clamabant. Si hunc dimittis &c.Accepta aqua lauit manus coram populo di. Innocens ego sum a sanguine iusti huius.Vos uideritis.Super quo Remigius.Mos erat apud antiquos lauare manus coram populo,cum quis uellet ostendere, se immuné esse ab aliquo crimine,ita fecit Pilatus.O Pilate,aqua maris non lauaret hoc peccatum,quia scis quod propter inuidiam tradunt eum,Matt. 26. Sciebat autem Pilatus &c. Vidẽs autem populus Pilatum quasi pauidum,dixit ei. Sãguis eius super nos,& super filios nostros.Dicunt quidam: singulis annis i crucifixione domini,iudęos sanguinẽ emittere per posteriora.Iuxta illud psal. Percussit eos in posteriora, opprobrium sempiternum &c Pilatus ergo sedens pro tribunali secundum ordinem curiæ, sententiam iniustam contra Iesum protulit,ut crucifigeretur sic di.Nos Põtius Pilatus pariterque senatus, populusque Romanus,in Hierosolymis uniuersaque Iudea locum tenens generalis, sedẽs pro tribunali,ac uolens Cæsari Augusti.mandatisq; totius populi Romani obedire, ac decreta seruare Iesum Nazarenum conspectui nostro astantem, quem Scribæ ac Pharisei crimine lesæ maiestatis accusarũt:ac id per testes idoneos rite iuratos,interrogatosque comprobarũt,prout Senatusconsulta ac decreta clamant, condemnamus. Ducatur itaque ad locum iustitiæ solitum. Et postquàm cum multis uerberibus cecideritis, cruci appendite tali modo ut eius anima a corpore separetur. Hæc ille. Videns Iudas Christum condemnatum pęnitentia ductus: sed falsa,laqueo se suspendit. Sententia autem crucifixionis fuit acerbissima secundum Augusti.lib.de consensu Euãgẽ. Triplici ratione. Et Thom. in Cathena aurea simul cum gloss.

Primo ratione onerationis.
Secundo ratione associationis.
Tertio ratione lamentationis.

Primo ratione &c. Crux Christi fuit ualde onerosa, & grauis. Quæ grauitas potest ostendi ex duobus. Primo ex lõgitudine, quia crux ut dr in historiis scholasticis, in altitudine lõga fuit 15 pedum. Secundo ex materia, quia de cedro, cypresso, oliua, & palma, quæ ligna sunt magni ponderis, quã tamen patienter Iesus portabat. De hoc ligno crucis quõ fit inuẽtum habetur in historia schola. Quòd Regina Saba: qñ uenit uidere Salo. Vide in Voragine. De hoc ligno completa est figura. Gen. 22. De Isaac qui portabat ligna. Sed cum nõ posset portare, quia debilis erat, iusserũt homini Cyreneo nomine Symoni, ut tolleret crucẽ Iesu, quoniã ut dicit Tho. ubi supra. Cùm sæpius tentasset illã Iesus portare, prę debilitate ferre amplius non potuit. Curre o anima mea, curre uelociter, & humeros tuos subige illi cruci, in qua Iesus bonus operatus est salutẽ. Et uidens Ioãnes, ꝙ nõ erat amplius remedium euadendi, ne mater posset conqueri de ipso, cucurrit Bethaniam ad domũ Magdalenæ, ubi Maria mater remanserat primo. O Mater inquit mæstã. O Magdalena, Maria attonita uocat Magdalenam. O Magdalena audi uocem unam, uidetur uox Ioannis. Ad fœnestram respiciunt, & uident Ioannem ante ostium stãtem. Quid est hoc? O mater sancta, filius tuus ducitur ad mortem. Statim Maria cum Magdalena, uenerunt ad ciuitatem Hierusalem festine. Et interrogant de filio. O fili mi ubi te inuentam? unde iuit ad portam Caluariæ. Secũdo Christi passio fuit acerba &c. Associatus nanq; est duobus latronibus, Prophetia completa est Esa. 53. Et cum scelera tis deputatus est. Vnde dubium quæritur. Verum cõueniẽter sit factum hoc? Respondet Hier. super Mat. quod sic. Vt sic magis esset confusus benedictus Iesus, quia sicut pro nobis maledictum crucis uoluit assumere, sic pro omnium salute inter noxios, quasi noxius crucifigeretur. Maria autẽ de domo Pilati uersus montem caluariæ uadit tota lachrymabilis, & eundo sanguinem filij sparsum in terram uidebat.

bat. Antequam ad locum deuenissent suæ occisionis, mater eius afflicta & mæsta obuiam illi processit, uolens ipsum tangere, quam ut filius aspexit mœrore confectam in terram cecidit fatigatus sub cruce. Ipsa etiam mater benedicta quasi mortua in terram cecidit. Ob quod in loco illo, in huius facti memoriam capella a fidelibus constructa est, quæ sancta Maria de Spasmo nuncupatur. In se autem reuersa filium nõ agnoscens dicebat Ioanni. Qualis est Ioãnes filius meus? Respondit Ioannes. Ille. O mater benedicta est, qui est sanguinolentus. O qualis dolor Virginis. O qualis passio erat illa. O Maria dulcissima incipiunt uerificari Symeonis de filio tuo dicta, etiam & de teipsa. Et tuam ipsius animam &c. Completa est prophetia. Esa. 53. Vidimus eum quasi non habentem speciem, nec decorem. Vbi sunt illi oculi peregrini. O Iesu. Vbi illa facies tota iucunda? Vbi capilli crispi? Vbi barba rubicunda? Vidimus inquit Propheta, eum quasi non habentem speciem nec decorem. Ecce secunda ratio. Tertio ratione &c. Quia sequebatur eum multitudo populi mulierum, ac uirorum, qui plangebant eum & lamentabantur. Cum quibus ipse compatiendo prædixit futuram calamitatem, & desolationem ipsius ciuitatis. Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super uos ipsas flete, & super filios uestros, quoniã ecce dies uenient, in quibus dicetis. Beatæ steriles, quæ nõ genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Et hoc impletum est in obsidione & captione Hierusalem à Ro. Quando tot millia fuerunt occisi & uenditi, usque in hodiernũ diem per mundum dispersi, & uagabundi, qui ante erant peculiares populi. Sed merito quæritur dubium. Cur Iesus Christus magis uoluit pati in Hierusalem, quàm alibi? Ad hoc respondeo secundum August. in lib. de consensu Euang. Quòd hoc factum est duplici ratione.

Prima quia Hierusalem erat locus a Deo electus, ad sacrificia sibi offerẽda. Quæ quidem sacrificia figuralia, figurabant Christi passionem, qui est uerum sacrificium. Ad Eph. 5. Tradidit semetipsum oblationem, & hostiam Deo in odorẽ suauitatis. Et ideo quia uirtus passionis eius erat

ad totum mundum diffundenda, ideo in medio terræ habitabilis pati uoluit, id est, Hierusalem. Vnde in Psal. Rex noster operatus est salutem i medio terræ: id est Hierusalem, quæ dicitur terræ habitabilis umbilicus. Secunda ratio: Quia hoc maxime côueniebat humilitati eius: ut sicut elegit uterum uirginis humilem: Iuxta illud. Respexit humilitatem ancillæ suæ Et sanctû præsepe in quo iacuit, & plâgere uoluit: Iuxta illud Amb. Vadit infans inter arta &c. Et locum asinæ: Iuxta illud Zach. 9. Ecce rex tuus uenit tibi mâsuetus, sedens super asinam: Insuper columnam elegit, in qua fuit derisus. Et turpissimum genus mortis crucis elegit: Ita pertinebat ad eius humilitatem perfectam, ut in loco tam celebri, confusionem maximam sustineret. Vnde Leo papa egregie i ser. Epiphaniæ di. Quia formâ serui susceperat. Bethleem prælegit natiuitati, & Hierusalem passioni. Ille. Erat enim Hierusalem metropolitana. principalis sedes magisterij, & sacerdotij. Vñ in illa debuit pati confusionem, sed non in terra, sed aere scilicet in môte caluarie, quia ut dicunt aliquæ glo. Abraam immolare uoluit ibi filium. qui figurabat futuram Iesu Christi immolationem, & sic patet tertium mysterium. Quartum mysterium dicitur crucifixionis, quando fuerunt peruenti in montem caluariæ, qui est locus iudicij, ubi mali decapitabantur, denudauerunt Christum benedictum, quatuor milites diuiserunt uestimenta eius, sortem mittentes. De hoc completa est prophetia Dauid Diuiserunt uestimenta mea sibi &c. Quæ quidem uestis, facta est à beata Virgine, & erat inconsutilis, quæ ipso crescente & ipsa crescebat. Habens ad quatuor angulos palliorum fimbriam, siue recamaturam, Iuxta illud. Numeri. 15. Loquere filijs Israel, ut faciant sibi fimbrias p quatuor angulos palliorum &c. Hanc uestem milites diuiserunt. Cogita anima mea si potes, qualis dolor fuit quâdo extraxerunt camisiam quæ adhærebat uulneribus, pellis sequebatur ipsam, & riuuli sanguinis emanabant. At ille stabat sicut mansuetus agnus. Quo facto antequam poneret se super crucem, ad Iudæos se uertit sic dicens. Popule meus quid feci tibi, aut quid mo

lesus fuit? Responde mihi. Ego pro te flagellaui Aegyptū, cum primogenitis suis, & tu me flagellatū ducis ad crucē. Ego te eduxi de Aegypto, demerso Pharaone in rubro mari, & tu me tradidisti principibus sacerdotum. Ego te paui manna ꝑ desertū, & tu me cecidisti alapis & flagellis. Ego dedi tibi sceptrum regale, & tu meo capiti coronam spineam. Ego propter te percussi reges Chananeorum, & tu percussisti caput meum arundine. Ego aquam de petra edidi. Insurgentes contra te hostes prostraui, s. Seon regem amorreorum, & Og regem Basan. Ego à captiuitate diutina, s. per lxx. annos propter scelera tua, in Babylonia, per Esdram, & Zorobabel ad propria reduxi. Ego ex genere tuo carnem sumens, regale solium cęli dimisi, ut tibi essem frater, tu autem parasti crucem saluatori tuo. Ego ꝑ ciuitates tuas castra & uicos discurri, in tui utilitatem laborans. Ego semper in templo docui, quæ te saluum facere possent. Ego cęcos tuos illuminaui, leprosos mundaui, claudos erexi, obsessos à Dæmonibus liberaui. Surdis auditum restitui, mutis loquelam, infirmis sanitatem mortuis uitam. Nunquid in his molestus fui? Præcepta diuina declaraui, errores confutaui, uitia reprehendi, consilia perfectionis adieci. Quid ultra debui facere, & potui, & non feci? Heccine reddis domino popule stulte, & insipiens? Pro his omnibus beneficiis tibi collatis, parasti crucem saluatori tuo. In illa hora fleuisset pater si corpus habuisset ex compassione filii sui. Fleuerunt Angeli. Esa. 34. Angeli pacis amare flebunt. Fleuit Maria quæ gladio doloris fuit perforata, & omnes dolores partus, & mortis in passione filii fuerunt ei seruati. Fleuit Petrus. Matth. 26. Egressus foras fleuit amare. Fleuerunt omnes Apostoli: iuxta illud. Tristes erant Apostoli. Fleuerunt omnes mulieres. Magdalena, Maria Iacobi, & Salomæ, & reliquæ mulieres. Lucæ 23. Filiæ Hierusalem nolite flere super me, sed super uos flete. His dictis, uertit se ad patrem uoce pia dicens. Pater mi, hæc est hora, in qua quod ordinasti, implere incipio, propter obedientiam tuam. Iudæi autem his finitis, ipsum ligauerunt super crucem. Ille autem ut agnus mansuetus regalia sua brachia extendit. Et illas

manus sanctissimas spontaneæ crucifixoribus porrexit: & aspiciens in cœlum dixit patri. Pater, ignosce illis. Dum igitur in cruce extenderetur, Vnde accepit clauum, & in manu sua posuit. Alter miles, qui tenebat aliam manum uidens quod manus sinistra se retraxerat; & quod non attingebat ad illud foramen, traxit illam fortiter, ponens pedem suum ad crucem, & fortiter eum traxit cum fune: ita quod ossa pectoris numerari poterant, & sic affixit eam clauo. Malleorum autem ictus audiebantur ab illa mœstissima matre, cuius cor cōfigebatur clavibus illis acutissimis. Qui manus, & pedes, ossa, & carnes filii sui rumpebant. Et sic in cruce extensus dulcissimus sponsus dicebat patri. Suscipe, sancte pater me dilectum filium tuum, quem tibi offero in sacrificiū immaculatum pro salute humani generis Ecce o pater mi, iam non amplius tibi offerunt ut legalia sacrificia hyrcorum, aut agnorum: sed caro innocentis filii tui. Triginta & tres anni elapsi sunt, quibus hanc crucem aspiciens in illam mori pro humani generis redemptione desideraui. De pedibus & manibus, & perforatis, impleta est Prophetia Dauid, Foderūt manus meas & pedes meos secundum Ber. Christus habuit tres lectos.

Primum, Vterum Virginis; in quo per nouem menses stetit.

Secundum, Sanctum præsepe, in sua Natiuitate.

Tertium crucem: in qua habuit tantum locum, ut caput appodiare posset, iuxta illud Matthæ: 8. Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Vnde idem Bernard. Circumire possum cœlum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt: & nō inuenio te nisi in cruce, o bone Iesu. Ibi iaces, ibi cubas, ibi dormis in meridie. Hæc ille. Pilatus autem scripsit titulum, literis Hebraicis, Græcis, & Latinis, & posuit supra crucem. Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. Sed quæritur dubium. Quare hac triplici lingua titulus ille fuit scriptus? Respondeo secundum Chrysosto: Credibile est multos Gentiles simul cum iudæis Hierusalem propter festum conuenisse: & ideo, ut nullus ignoraret, non in una tantū lingua scripsit: sed in tribus. Dixerunt autem Pontifices

iudæorum Pilato. Noli scribere Rex iudęorum &c. Pilatus autem. Quod scripsi scripsi. Et crux eleuata fuit, & posita in foramine atque plãtata. In ipsa autem eleuatione pondus corporis per tres clauos, uel per quatuor, secũdum quosdam sustentabatur: ideo membra illa incredibili cruciabantur dolore. Sed & tunc mœstissima mater filium intuens confusum, deformem, grandi angustia plenum, in medio latronum pendentem, adiutorio Magdalenæ, & Ioannis, quantum potuit propinquam se fecit, ubi cernens filiũ mutatum in facie, lachrymabiles uoces dabat. Hoc expressit Ioan. Quando dixit. Stabat autem iuxtam crucem Iesu, mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Et quidam. Stabat mater dolorosa, iuxta crucem lachrimosa, &c. Canta uersum. Erant autem turbæ quæ clamabant. Prætereuntes clamabant mouentes capita. Vah qui destruis tẽplum Dei, & in triduo reedificas illud. Salua temetipsum. Si filius Dei es, descẽde nunc de cruce. Alios saluos fecit, semetipsum saluum non potest facere. Similiter unus de his qui pendebãt latronibus, blasphemabat eum dicens. Si tu es Christus salua temetipsum & nos. Respondit alter & increpabat eum dicens. Neque tu times Deum, qui in eadem es damnatione. Præterea quædam glo. super Tobiam dicit. Dęmonem stetisse super crucis humerum, & considerasse, an Christus aliquam maculam haberet. Vnde ipse dicit Ioann. decimoquarto. Venit enim princeps mundi huius & in me nõ habet quicquam. Iesus autem in tot persecutionibus, & maledictis, dixit septem uerba maximæ utilitatis.

Primum uerbum. Pater ignosce illis. Opere implens quod uerbo docuit quando dixit Matth. 5. Orate pro persequẽtibus & calumniantibus. Super quo uerbo Bernard. super Can. Flagellis cęsus, spinis coronatus, clauis confossus, opprobriis saturatus, immemor tamen omnium dolorum clamat. Pater ignosce illis. Pater amantissime. Pater benignissime. A paterno nomine incępit filius, & suo blandiens genitori, nil sibi negari concludit dicens. Ignosce illis. Nec ait. examina, pondera, sed ignosce, ut doceat nos nõ

debere ponderare, examinare, iudicare: sed pleno ore atq; efficaci opere indulgere. Ille. Hoc uerbo primo. Pater igno sce scd̃m Hiero. Plusquam 5000. iudæorum, ad fidem sunt conuersi. De hac oratione completa est prophetia. Esa. 53. Ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit, idest pro iudæis. Ecce primum uerbum maxime charitatis. Secundum uerbum fuit ad latronẽ, quãdo ipse Christo dixit. Memento mei dum ueneris in regnum tuum. Et Christus respondit. Amen dico tibi, quia hodie mecũ eris in Paradiso. O fęlix promissio. O breuis tantę fęlicitatis adimpletio. Nullus ante latronem hoc uerbum audiuit, ꝓmissa si quidem fuit patribus, & prophetis æterna uita per Christum, sed nulli sicut latroni ita breui spatio signata. Sed q̃ritur. Quomodo illa die fuit in Paradiso, quia usq; ad dies quadraginta, nullus Paradisum igressus est? Respõdeo quod latro uidit diuinitatẽ, unde Paradisum habuit. Iste latro fuit ille, qui Christum cum matre, & Ioseph in Aegyptum fugientes, a facie Herodis, liberauit eos de manu latronũ, & eos sociauit usq; ad locum securum. Et stãs sic Iesus in cruce audiebat querelas matris dicentis. O fili mi, olim animæ meæ solatium & gaudium, nunc autẽ gladius penetrabilior omni ense acutissimo. Fili mi quem nouem mensibus in utero tenui, quem paruũ lacte paui, quẽ toties infantem & paruulum pannis inuolui, in cuna reposui, & amorosis amplexibus strinxi, inter ubera mea, & oscu lata sum. O quã infęlix mihi, & tibi facta est dies ista, & quis poterit mederi uulneribus dolorum meorum? & mitigare angustiam misellæ matris tuæ? cum inspiciam te filiũ meum, ut leprosum factum, qui speciosus eras præ filiis hominum, maleficum, & reum cum iniquis deputatũ, qui sanctus sanctorum es: ut fatuum & stultum cerno, in quo recõditi sunt omnes thesauri sapientiæ Dei, ut hostem omniũ, qui omnibus affabilis benignus, & humanus semper extitisti & super omnia uideris oblitus mei, uiduę matris tuæ. Nam ecce iam morieris, & nihil mihi dicis. Et quid faciã ego sine filio meo? Quo diuertam? Ad quem confugiam? Tu mihi pater. Tu mihi frater. Tu mihi blandus filius

eras.

eras. Tu meæ diuitiæ. Tu meæ delitię. Tu mea gloria. O me desolatam, q̃ tuũ filiũ in cruce uideo deficere. O amantissime fili, loquere mihi mr̃i tuæ. Loquere ut audiã uocẽ tuã, cigneo canore dulciorem. Loquere inq̃, ut sic saltem audiẽs uerba tua, patientior fiam ad tolerandam pœnam, q̃ me cruciat, pro amore tuo; nõ deneges mihi qđ postulo. Exaudi me, & uerbo tuo cõsolare, ne deficiã i hac tribulatione. O fili mi lumẽ oculorum meorum; cõdescendisti latroni, misericorditer loquens ei. Acquiesce itaq; uoto mr̃is tuæ, & dic mihi, qđ factura sim. His & similib. q̃relis loquebatur filio mestissimo, qui nõ minorẽ patiebat̃ pœnam pp teneritudinem mr̃is, q̃ sentiebat amaricatam. Ideo dicebat. O mi mr̃ q̃uo gaudia, q̃ de me suscepisti, conuersa sunt tibi in luctũ? Vbi sunt Angeli in mea natiuitate canẽtes? Vbi Pastores ad Præsepe uenientes? Vbi reges orientales, in cuna me adorãtes? Vbi gratia per 33. ann. utriusque conuersatio, & familiaritas? Vnde ei dixit triplex uerbũ. Mulier ecce filius tuus. s. Io. Euãng. qui secũ m̃ iuxta crucem erat. Super quo Chrys. Nõ d. Mater quia si dulcius locutus fuisset, forte cor virginis crepuisset. Et Tho. in cath. aure. q. d. Dominus mr̃i suę, usq; modo tui curã habui; sed mem̃ er tui illum relinquo; s. Io. Deinde cõmmẽdans eam discipulo dixit. Ecce mater tua. q. d. Deputo te ad eius custodiã. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. s. curã & diligentiam. Vnde dicit Ioan. Dama. Quod dolores partus & mortis, qui fuerunt ei præseruati, in morte filii sunt communicati. Fatigatus iam delicatus Iesus: quia perdiderat quasi totum sanguinem, sitiebat. Vnde dixit aliud uerbũ. Quartum uerbum. Sitio. Sitiebat naturaliter propter pœnã, & spiritualiter propter salutem nostram. Super quo Bernar. in uerbo Sitio. O domine quid sitis? Fidem uestram. Salutem uestram. Gaudiũ uestrum. Plus animarum uestrarum, q̃ corporis mei cruciatus me tenet. Ille. Statim dederunt ei milites bibere uinũ cum felle mixtum. Vnde quæritur dubium. Quare uino sic amaro potauerũt eum? Respõdit Nico. de. Ly. Quod aliqui dicũt id factum fuisse ut citius Christus moreretur. Et sic milites ab eius custodia, citius liberarẽtur, qui debebant ipsum custodire, quousq; expirasset. Sed Ni. ipse dicit aliter & me-

lius. Nã legitur in quodam li. Hebraico q apud eos intitulatur Liber iudicum ordinariorū. Quod quia Salomon dixerat Prouer. 31. Date siceram merentibus, et uinum his qui amaro sunt animo, ut bibãt, & obliuiscantur ægestatis suę. Ideo seniores Iudęorum statuerūt ut condemnatis ad mortem, daretur uinum aromaticum ad bibēdum, ut facilius tolerarent passionem. In Hierusalem aūt erãt matronę deuotæ, quæ hoc uinum & siceram i. potum inebriatiuū, dabant ex deuotiōe. Iudęi ergo ex nimia crudelitate moti, tale uinum pro Christo datum, & aliis duobus latronibus: acceperūt sibi, & biberunt. De hac potatione impleta est prophetia Amós. 2. Vinum damnatorum bibebant, s. iudęi, & loco eius posuerūt acetum cum felle mixtū. Cum ergo potū quęreret Christus. Sitio. Milites quia biberant uinū illud miserūt ad uillam ĩ pedes mōtis caluariæ, & in domo mulieris, petierunt uinum uenale. Qua dicente. Quid uultis facere de isto uino? Dixerūt. Date potum uolumus illi seductori: qui dicitur Christus. Tunc illa accepit acetum, & miscuit fel agni comesti sero pręcedēti, & eis dedit. Tunc illi Christo dederunt ad bibendum. psal. Dederunt in escam meam fel &c. Sed cum gustasset noluit bibere. Potuit Virgo clamare quando audiuit filium dicētē. Sitio. Heu mi fili: quid audio? O uniuersæ creaturæ cœli, admiramini paupertatem filii mei. Qui dicit. Sitio, & nō potest habere, qui creauit omnia, qui est omnipotens, non habet ad bibendum. O fili mi cur nō possum tibi sitiēti ministrare? Cur tibi de pectore meo, lac illud porrigere nō ualeo, quod toties dū paruulus eras suxisti? Similiter & Magdalena flendo dixit. O magister bone. O magister chare, & cur ego indigna discipula, hac tãta necessitate subuenire tibi non possum? O dānata seuitia Iudęorum. Ecce quomodo Christus protulit quartum dulce uerbum.

Quintum uerbum fuit. Clamauit circa horã nonã uoce magna di. Hely hely lãma azabathani. Quod est interpretatum, Hely. id est Deus meus: Lamma. i. quare azabathani. i. dereliquisti me. Super quo Glos. dicit Deū dereliquisse eū in morte: quia potestati persequentium eum exposuit. Subtraxit enim protectionem, sed non soluit unionem. De ista

dere-

derelictione cōpletā est prophetia Dauid. Qui me consola retur non inueni. Nō.n.consolabatur eum, sicut fieri solet mortu addictos, a ducentibus. Primo non iudęi sed illudebant, cum principibus Sacerdotū, & blasphemabāt. Secūdo non gentiles, sed coronam spineā imponētes capiti, percu tiebāt eum. Tertio nō discipuli qui fugerant ab eo, & fidē amiserant de ipso. Quarto nō Mariæ, quæ simpliciter per diderant fidē. Nō denique pater æternus consolatus est eū .s.ad liberandū eū de manibus inimicorū, sed pro nobis tra didit illū.s. voluntati eorū, permittendo agere quæcunque crudelia uoluerūt. Iō clamauit Hely Hely. Quidā autē.s. Romani milites, secundū Hier. idioma hebraicū ignoran tes dicebant. Helyā uocat iste. Videns autē prophetias im pletas, dixit aliud uerbum. Sextum uerbum fuit Consūma tū est.i.totū feci, propter quod uenerā .s. ut patri obedirē. Ad Phil. 2. Factus est obediens usque ad mortē. Super quo Aug. Christus ne perderet obedientiam, perdidit uitā. Cō summatum est.s.prȩconiū Patriarcarum. Consummatum est locutio Prophetarū. Consummatū est. Figuræ Prophe tiæ. Consummatum est opus redemptionis humanæ. Cōsū matum est.i.corpus meum iam mortuum est. Consumma tum est.i. Adæ peccatum, qui inobediēs pomum comedit. Consummatum est, uidelicet uetus testm. Hoc dicto sol obscuratus est: quia a sexta hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram, usque in horam nonam. Velum templi scissum est in duas partes, petræ crupuere, terra mota est. Vnde omnis creatura compati Christo uisa est. In hora āc nona, cum clamore clamauit uoce magna uerbū septimū. Pater in manus tuas cōmendo spiritum meum. Et inclina to capite tradidit spiritum. Canta hunc uersum. Et anima illa sanctissima a corpore exiuit, & ad lymbum sanctorum patrū descendit. Crucem hic ostende. Diuus Bern. Ascēdit Christus in altū crucis, ut ab oībus uideretur. Voce magna clamauit, ut ab omnibus audiretur, clamori lachrymas ad didit, ut homo ei compateretur. Vidēs aūt Mariam filium mortuum, fecit planctum super oēs ciuitates. O Hierūsalē cui filius meus tot & tanta fecit, in miraculis, in prædica tionibus, ipsum occidisti. O Capharnaum. O Galilea. O

Effren.

Effren. lugete filium meum mortuum. Hic est qui tot &c. Videntes autem sancti patres Christũ. O quãta letitia. O quãta iucũditas. Vnde dixerũt illud Aug. Aduenisti redẽptor mũdi, aduenisti quẽ desiderantes quotidie expectabamus. Descẽdisti pro nobis ad inferos, noli nobis deesse, cũ reuersus fueris ad superos. Ecce quomodo Christi passio &c.

Quintum dicitur &c. uidẽtes Iudęi, & alii forenses, tot mirabilia in eius morte; quod terra tremuit, monumenta sunt aperta, & sol obscuratus, territi sunt. Et tunc Centurio exclamauit dic. Vere filius Dei erat iste. Vnde conuersus est, & plures reuertabantur Hierusalem flentes, tundẽtes pectora, q a Parasceues erat ã dies ueneris. In cuius uespera incipit solemnitas sequentis sabbati. Iudęi ut nõ remanerent corpora sabbato in cruce, rogauerunt Pilatũ ut frãgerentur crucifixorũ crura; & de cruce tollerentur eorũ corpora. Venerunt ergo milites, & fregerunt crura latronum. Ad Iesum autem cum uenissent ut uiderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: Vt prophetia eius cõpleretur. Exod. 12. Os non comminueris ex eo. s. agno qui Christum figurabat. Vnus autem militum, scilicet Longinus, lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Sanguis ad nostram redemptionem. Aqua ad peccatorum ablutionem. Quę quidem aqua & sanguis secundum Thom. in 3. parte. q. 46. fuit miraculosus. Quod quidem optime factum est, quia sicut de costa Adę dormientis facta est Eua, ut inquit Gl. interlinearis, ita de latere, Christi dormientis in cruce, formata est Ecclesia, quæ sanguine redimitur, aqua lauatur. Hęc ille. Vnde iste Lõginus visum recepit, quia sanguis tetigit oculos eius. Vñ & ob hoc cõuersus est ad fidem, & pro ipsa tandem martyrizatus est. Ioseph autem cum esset discipulus Christi, occulte iuit ad amicum suum Nicodemum, quia & ipse discipulus Christi erat. & ambo de licẽtia Pilati, deposuerunt corpus Iesu de cruce. O quis explicare posset immensum dolorẽ Mariæ, q tota lachrymabilis, rapuit eis sanctissimũ corpus ĩ gremio, ipsum per singula membra deosculando di. O caput sanctissimum quod totum mũdum docuit, illuminauit, rexit, infinita bona ei contulit: & nunc te uideo spinis coronatũ.

O ma-

O manus sanctissimæ, o pedes sanctissimi, dic per singula membra. Similiter & hoc faciebant aliæ Mariæ, quæ accepto unguento ipsum unxerunt. Et posuerũt eum in monumento nouo. Duxerunt autem Mariam domum in brachiis suis quasi mortuam. Hoc peracto accipias corrigiã quã pones ad collum, & ex parte populi genibus flexis misericordiam pete. Ipsum deosculando per singula membra sic dicẽdo. O bone Iesu ex parte populi huius ciuitatis, osculor hoc sanctũ caput, ex parte populi. O bone Iesu, osculor has sanctas manus, sic prosequare p omnia mẽbra, & in fine dic. Te precor o dulcissime Iesu, per tuam sanctissimam passionem, ut huic populo tribuas omnium peccatorum suorũ remissionem in præsenti, & gloriam in futuro. Amen.

In die Iucundissimæ Resurrectionis. De gloriosa Christi Resurrectione.

IEsum quæritis Nazarenum crucifixum, surrexit nõ est hic. Matt. 16. Quantum fuerit gaudiosa festiua & iucũda Resurrectio silij Dei in præsenti die, N. satis aperte declaratur, si dulciter cõtemplemur tripudia, & lætitias. quas fecerunt omnes creaturæ in ipsa Resurrectione. Secundum Tho. & Alber. Tres sunt differentiæ creaturarum. Primo superiores, ut Angeli. Hi letati sunt in Resurrectione Christi, quia uidebãt sanctos ab inferis extrahi, & sedes uacuas repleri. Vnde Ecclesia. Exultet iam Angelica turba cęlorum. Secundo creaturæ mediæ, id est homines huius uitę letati sunt, ut Apostoli. Ecclesia canit. Gauisi sũt discipuli. Et de mulieribus Ecclesia canit. Ille dum pergunt &c. Tertio creaturæ inferiores, id est sancti patres ĩ lymbo, qui educti sunt a densis tenebris, & caliginosis ergastulis, & carceribus limbi, qui uidentes eum suscitatũ dixerũt illud Au gu. Aduenisti redemptor mũdi, quem desiderãtes quotidie expectabamus. Descẽdisti pro nobis ad inferos, noli nobis deesse dũ reuersus fueris ad superos. Ille. Et nos debemus gaudere & exultare. Ad hoc inuitat Dauid in ps. quẽ Ecclesia sępe replicat in officio præsenti. Hæc dies &c. Hæc est dies in qua patres sunt liberati. Hic est in quo apostoli & mulie-

mulieres gauisę sunt. Hic est in quo salus nostra completa est. Ad hanc exultationem inuitant nos omnia. Videmus arbores florere, aues in nemoribus canere, terram proferre flores suos. Maximus in sermone. In resurrectione Christi, aer salubrior, Sol candidior, terra fęcundior facta est. In ipsa namque omnia elementa gloriantur, nam & ipsum solem arbitror in hac die solito clariorem. Necesse est enim ut Sol in eius resurrectione gaudeat, q in eius passione condoluit Ille. De qua quidem Resurrectione, tria dulciter contemplabimur.

Primum dicitur congruitatis.

Secundum dicitur expectabilitatis.

Tertium dicitur iucunditatis.

Primum &c. Dubium quæritur. Vtrum fuit necessarium Christum a mortuis resurgere? Respōdet Tho. *3. par. q. 53. ar. 1.* quod sic, quintuplici ratione.

Prima est, propter diuinæ iustitiæ commendationem.

Secunda est, propter desolatorum consolationem.

Tertia, propter fidei nostrę instructionem.

Quarta, propter uitæ nostræ informationem.

Quinta est, propter figurarum ueterum impletionem.

Prima est &c. Vna maxima est in Theo. Quod iustitia diuina, & humana requirit, ut merito reddatur pręmium, & merces labori, & exaltatio humilitati. Matth. 20. Voca operarios, redde &c. Et Luc. 1. Exaltauit humiles, & 18. Qui se humiliat exaltabitur, & 1. Petri. 7. Humiliamini sub potenti manu domini, ut uos exaltet in tempore uisitationis. Ecclesiast. 3. Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Ideo & Can. 7. quæstio. 1. ibi. & 15. quæst. 1. Firmissime, & 12. quæst. 2. charitatem dicitur. Iustum est ut illi consequantur stipendium, qui laboris impenderūt obsequium. Et in auth. de iudicibus §. Ne autem colum. 6. dicitur. Labor non debet esse sine fructu. Ad propositum. Christus in corpore multum laborauit, & multas & infinitas angustias sustinuit, & usque ad infimum se humilitatis, scilicet mortis, se humiliauit. Ideo necessarium & cōgruum fuit quod eius corpus resurgeret, & præmium suæ humilitatis reciperet. Et

hanc

hanc rationem tangit Apostolus Phi. 2 Factus est obediés usque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen &c. Christus se humiliauit super omnes creaturas. Quia cũ esset diuinus, & inuisibilis, induit se hac nostra ignobili carne mortali. Humiliauit, matrem humilem eligẽdo. Humiliauit, in paruo tugurio nascendo. Humiliauit, sacramẽta humilitatis, scilicet circuncisionis, & baptismi suscipiendo, & Humiliauit Virgini matri, & Ioseph se subiiciendo. Humiliauit humiles piscatores sibi sociando. Humiliauit in prędicatione gloriã patris quęrẽdo. Humiliauit, mũdanos honores spernendo. Humiliauit, conuersando, & pedes discipulorum lauando. Humiliauit deniq; contumelias, uerbera, sputa, crucem, & mortem abiectissimam patiendo. Humiliauit tãtum se, & uoluit ipsam humilitatem pro matre, pro sorore patientiam, pro filia fidem, pro socia, & pro familiari cõpassionem. Cum itaque se tantum humiliauerit, meruit & debuit sublimari in præmium tantæ humilitatis. Vnde ipse dicit patri. Ps. 138. Domine probasti me, s. per dolores. Tu cognouisti sessi. meã, idest approbasti gloriam resurrectionis meæ. Vnde patet prima ratio. Secunda &c. Hunc ordinem seruat diuina iustitia, quod nunquam permittit suos amicos in tribulationibus frangi, quin det eis consolationes. Vnde Psalm. Secundum multitudinem dolorum &c. Et Thob. 4. Post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum exultationem infundis. Et 2. Cor. 1. Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per ipsum abundat & consolatio nostra. Hierony. super Psal. Quot uulnera patimur tot consolationes meremur. Ad propositum. Apostoli remanserunt tristes de morte Christi. Ecclesia canit. Tristes erant &c. Et tres Mariæ, & Virgo Maria, quæ quasi mortua remanserat prę dolore. Vnde fleuere omnes. Fleuit Petrus. Mat. 26. Egressus foras &c. Fleuere mulieres. Luc. 23. Filiæ Hierusalem nolite &c. Fleuere Angeli. Esa. 30. Angeli pacis amare flebunt. Cũ igitur omnes tristes fuerint in morte eius, dignũ erat ut consolarentur. Quod factum est quando a mortuus resurrexit, ut hodie q letati sunt. Tertia ratio &c. Ex hoc. n.

quòd Christus mortuus est,& resurrexit; fides nostra confirmata est.ubi notandum, quod inter omnes articulos fidei,articulus Resurrectionis fuit ualde incredibilis, maxime gentilibus,etiam Apostolis ad tẽpus. Vñ Philosophus in post prædicamentis. A priuatione ad habitum non fit regressus.& l. Qui ream §.auream.ff.de solu.Homo mortuus nunquam reuiuiscit.Vnde Apostolus prędicans Atheniensibus:dum Christum prædicaret, audiebant eum libenter: quia bona loquebatur. Sed quando dixit de Resurrectione Christi,& aliorum mortuorum,dixerũt Nouorum Dæmoniorum uidetur annunciator esse. Act.19. Ideo si Christus non resurrexisset a mortuis, inanis esset fides nostra,& uacua:quia incredibilis fuisset.Vnde Apostolus.1.Corin.6. Si Christus non resurrexit inanis est &c. Vnde ipse dicit patri in ps. Quæ utilitas in sanguine meo si descẽdo in corruptionẽ?Glo.Nulla certe: quia caput nostrę futuræ resurrectionis.Vbi nota secundum Alber.Quod duplex est spes resurgentium.Vna est imperfecta, ut Lazari: quia erat iterũ moriturus.Ioan.9. Alia est Christi quæ fuit uera resurrectio,& spes nostræ futuræ Resurrectionis,& caput ipsius resurrectionis.

Quarta ratio &c. Per hoc enim quod Christus resurrexit,dedit figuram nostræ resurrectionis dupliciter.

Primo, quia sicut ille amplius non moritur. Roma.6. Christus resurgens a mortuis iam non &c. ita & homo spiritualiter,non debet amplius mori peccato mortali. Et cũ Christo debet resurgere hodie de sepulchro peccati.

Secundo sicut enim inchoauit hodie uitam immortalẽ, & nouam:ita debet homo incipere aliam uitam. Nõ differre resurrectionem suam spiritualem, usque in senectutem: quia talis resurrectio habet difficultatem,difficile enim cõuertitur,qui in peccato inueteratur.Vnde Sap.Prouer.22. Adolescens iuxta uiam suam ambulans, etiam cũ senuerit non recedet ab ea,neque usque ad mortem: quia talis conuersio habet dubietatẽ.Ideo August.de pœn.dist.7.cap. Si quis positus.Dubitatur de pœnitentia eorũ, quos pœnitet in extremis:quia tunc tales uidentur potius pęnitere timore pęnę,quam amore iustitiæ: ideo eorum pęnitentia dubia

bia esse dicitur, non debet differre post mortem, quia talis conuersio habet impossibilitatem. Talibus dicitur. Prouer. 1. Vocaui, & renuistis. Et infra. Ego quoque in interitu uestro ridebo. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane consurgent, & non inuenient me. Inuenient quidem damnati Deum & non Inuenient. Deus. n. est in mundo per misericordiam, in cœlo per gloriam, in inferno per iustitiam. Nō poterunt igitur ipsum inuenire ut miseratorē, quia hoc modo inuenitur in mūdo, nec ut glorificatorē; quia hoc modo inuenitur in cęlo. Sed ut iudicem, & tortorē, quia hoc modo est in inferno. Vsque in præsentiarum, o cōcubinariæ tenuisti fœminā repelle foras. O usurariæ, sine usuras. O odiose parte inimico. O auare bene fac, & sic practica prout uis: ad Eph. 4. Renouamini spiritu mentis uestræ. Et 1. Reg. 2. Recedent uetera de ore uestro. Sed non sunt renouati, qui nō sunt hodie cōicati nec confessi. Quomodo ausus es hodie accedere ad mensam, sine cōmunione. O infamis. O spurie uideo te. O infamis. Quinta ratio &c. Vt impleantur figuræ propheta rū, quę sunt principaliter duæ. Prima de Iona Propheta, qui missus fuit a Deo, ad prędicandū Niniuitis, sed renitebatur diuinæ uolūtati. Bene misit se in naui, & a nautis missus est in mare, in uentre ceti, ubi stetit tribus diebus & totidem noctibus, & postea resurrexit. Moraliter Ionas est Christus, qui missus est a Deo ad prædicādū peccatoribus, sed timens, mortem nolebat. Matt. 15. Pater si possibile, &c. Respondit Pater. Volo quod patiaris in cruce, in qua quidem mortuus est. Et in uentre terræ stetit, trib. diebus, & noctib. His cōpletis postea resurrexit. Vt patet prima figura Resurrectionis Christi. Secūda fuit de Sansone, Iud. 16. qui missus in carcere dormiuit usque ad mediā noctē & postea surrexit, & portas ciuitatis cū seraturis asportauit in montē. Moraliter. Sanson est Christus, in carcere terræ positus, sed in nocte media. i. uersus aurorā, duas portas. i. animā & corpus, asportauit in montem cœli Empyrei, quando hodie surrexit. O Christe fortissime. O leo terribilis. O aggressor uiarū, depredaris inferos sctōrum patrū dormiētiū. Similis factus est leoni rugiēti clamando alta uoce, foras egredimini, o miseri icarcerati. Vbi nota quod Xps surrexit.

Primo uelociter. Secundo ueraciter.
Tertio potenter. Quarto patenter.
Quinto misericorditer.

Primo uelociter. Quia noluit differre usq; ad finem mũdi, ut nos faciemus, sed hodie, ut esset figura nostræ resurrectionis. Secundo &c. s. in corpore & anima. Tertio &c. tam potenter, quod eius resurrectio fuit causa nostræ resurrectionis, quæ fit in præsenti, & quæ erit in futuro. Quarto &c. scilicet manifeste. In ipsa die resurrectionis, quinquies apparuit: Primo Matri, quæ se macerabat in fletib. Io. 20. Secundò Mariis, quæ erant multũ anxiæ. Matt. ult. Tertio Petro Luc. 5. Quarto discipulis euntibus in Emaus. Lucæ ult. Quinto discipulis congregatis, Luc. 20. Sexto miseris, quia apparuit tribulatis, ut eos consolaretur.

Secundũ mysterium &c. A quatuor generibus personarũ fuit desiderata, ut habent Theologi.

Primo à sanctis patribus.
Secundo a sanctis mulieribus.
Tertio a sanctis Apostolis.
Quarto à sanctis Angelis.

Primo &c. quia cum stetissent in lymbo iam per sex millia annorũ, & sciuissent Christũ natũ per præconẽ Io. Bap. cum ingenti gaudio affectabant ipsum uidere. Hoc aũt desiderium cõpletũ est, quando a carcere fuere liberati. Sed merito dubium quæritur: Vtrum fuit conueniens Christũ ad lymbum descendere, & uisitare illos patres? Respondeo, q. sic duplici ratione. Primo ratione sui. Hoc habet uera amicitia, ut nõ solum diligat tempore prosperitatis, sed & aduersitatis. Prou. 7. Omni tempore diligit qui amicus est. Et in aduersitate magis cognoscitur amicus. Fuit ergo conueniens, & legi amicitię cõsonans, ut uisitaret tribulatos, q erant in lymbo, & eos liberaret, quod petebãt. p Zach. Illuminare his &c. Secundo ratione uictoriæ, ut perfectę triũpharet de Diabolo. Tũc n. quis perfecte triumphat contra aliquem, quando non solum uincit eum in campo, sed aufert sedem regni sui, & domum suam. Christus triumphauit contra Diabolum in cruce, & uicerat eum. Ideo ut perfecte triumpharet de eo, uoluit etiam auferre sedẽ regni sui,

& ligare eum in domo sua quæ erat infernus. Vnde descendit & dirupit domata sua. Vnde Ps. Vincula eorū dirupisti. Et alibi. Contriuit portas æreas &c. Sed notandū ad quatuor loca descendit, in hoc triduo. Primo ad locum damnatorum, & eos increpauit stans in porta inferni. O Iuda. O Cayn. O damnati, qui indignos uos fecistis &c. Secundo ad locum puerorum, ubi non est ignis, & eos confortauit: quia non erant de numero damnatorū. Tertio ad Purgatorium ubi est pœna sensus & damni. Sed utrum omnes liberauerit, an partē? Ad hoc est duplex opi. Vna dicit q sic. Quod probat tali medio. De rege coronato, qui omnes captiuos liberat. Et de Papa nouiter creato, dat largas indulgentias. Ita Christus pater noster, oēs liberauit a loco illo. Alia opinio est Tho. 3. par. q. 52. Quod nō oēs, sed tm̄ illos, qui pœnitentiā compleuerant usq; ad illud tempus. Si Christus de Purgatorio non extraxit animas oēs, minus fecit q̄ quod minores prædicant. Videns Lucifer spoliā item eum locum, totus admirans petiit ab eo tria. Primū.

Quis erat. Quid uellet facere.

Quandiu uis hic habitare.

Ad primum Christus rn̄dit: Non cognouisti me. Ego tm̄ bene cognosco te. Tu es lucifer, qui mihi uoluisti æquiperari, qui Adā tentasti. Qui me et in deserto &c. Qui seduxis totū mūdū. Qn̄ lucifer hoc intellexit, dixit: Mirū q nō iudicasti &c. Ego stabo, quātum Ionas stetit in uentre ceti p 40. horas: Quid uis &c. rn̄dit Christus: Volo te spoliare & incarcerare. Tunc lucifer dixit: uere nō faciam, & concurrit ad lymbum, nuncians aliis aduentum istius. Tunc Dismas latro cum cruce uenit ad ostium clamans. Attollite portas &c. i. Secūdum Tho: O principes inferni auferre potestatē uestrā, quā hucusq; detinebatis animas patrum in lymbo, & tenebris reclusas. Rn̄dit lucifer. Vere nō faciam. Cui latro p Christi sanguinē. Per caput, per corpus, p crucē Christi: ingredia hunc locū. Audientes sancti patres has uoces, in quinque processiones uenerunt supplicare Christo, ut suscitaret, & eos educeret. Prima Patriarcharum, Adā, Mathusalem, Noe, Abraam, Isaac, Iacob. Di. Ps. Surge domine in requiem tuam. O Iesu. Secunda Prophetarum. Moy-

 ses.

fes. Samuel. Hierem. Esa. Dan. Baruch. dicentes. Exurgat Deus & dissi. &c. Tertia sacerdotum. Aaron, Eleazar, Melchi. di. Exurge domine adiuua nos. Quarta regum. Dauid. Iosue Caleph, Exurge quare obdormis &c. Quinta mulierum. Eua. Rebecca. Rachel. Maria. Michol &c. Respondit Christus. Propter miseriam inopum &c. Tunc fractæ sunt portæ inferorum, & patres Christum uidentes di. Gloria tibi dñe, qui surrexisti &c. O quantum gaudium, qñ uiderunt se liberatos a loco illo pleno tenebris, & merore. Secūdo a sanctis mulieribus desyderata, in Euāgelio hodierno dicitur. Quod mulieres hodie ualde mane, uenerunt ad Sepulchrum, cum aromatibus ut ungerent eum. Vbi notatur amor uerus earum ad Christum: pauci.n. sunt, qui diligunt inimicum in uita, quia quasi omnes amāt amicum propter sua, non propter se. Vnde Oui. 2. de pon. Vulgus amicitias utilitate probat. Pauciores qui amant in morte, imo sæpe filii parentibus aduersantur & uxores uiris &c. qu ando in morte aliqua uolunt ordinare. Paucissimi, qui post mortē: quia post modicum tēpus obliuiscuntur amicum. Istæ aūt sanctæ mulieres dilexerunt Christum in uita, quia sequebā tur eū prædicantē. Luc. 8. Dilexerunt in morte, quia sociauerunt eum in cruce pendentem. Ioā. 19. Stabat autē iuxta crucem mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenę. Dilexerunt etiam post eius mortē, ideo unguenta parauerunt, & uenerunt ad sepulchrum ut ungerēt &c. Consuetudo erat Iudæorum ūgurē corpora mortuorum, ut conseruarētur a fetore & incineratione, uermium corrosione, sed deuotæ mulieres erant deceptę, quia cū corpus esset imbalsamatū deitate, si per mille annos iacuisset in terra, non potuisset putrefieri; nec corrodi a uermibus. Sed quæ erant? Maria Magdalena: Maria Iacobi minoris. Maria Salomæ. Sed quare beata Virgo, non uenit cū istis mulieribus? Respondet Ber. triplici ratione. Prima, quia in Parasceues tātum se macerauerat per mortem filij, & fleuerat, q̃ præ nimia debilitate sustinere se nō poterat. Vnde secundū Ber. oportuit ut de loco passionis, inter manus discipulorum tanquā mortua, deferretur domum. Secunda quia nō potuisset sustinere uidere sepulchrū, quin gladius

 doloris

doloris perforasset &c. Tertia, quia sciebat ipsum resurrexisse & in monumento non esse. Cum ergo irent ad monumentum mutuo di. Quis reuoluet nobis &c. Erat quippe magnus &c. Inuenerunt lapidem reuolutũ & iuuenẽ a dextris sedentem: quem uidentes timuerunt. Sed quæritur cũ tam ex ætate iuuenili, quã ex fulgore & luminosa p̄sentia delectabilis, & iucũda fuerit apparitio Angeli. Q̃uo mulieres fuerunt timore percussę? Ad hoc sacri Doct. dicunt: q̃ hæc est differentia inter apparitionem boni, & mali Angeli, q̃ bonus Angelus in principio terret ex suo fulgore, in medio confortat ex sua allocutione: in fine lętificat ex sua iucunda uisione. Proprium autem mali Angeli, est terrere multũ ĩ principio, ex sua apparitione: in medio terrere magis, ex sua allocutione: ĩ fine terrere maxime, ex sua horribili uisione. Sic fecit iste Angelus bonus ad mulieres. In principio terruit p̄p rem grandẽ, & insolitã, tamẽ immediate cõfortauit di. Nolite expauescere. Scio enim &c. Vbi notandũ, quod postq̃ Angelus instruxit mulieres de Resurrectione, ipsæ mente cõsternatæ abire cœperũt: non capaces tanti mysterij, estimauerũt illud sublatum, & positũ in aliquo uili loco. Vnde Magdalena quæ amabat Christũ ardentissimo amore, supponẽs pro certo illud sublatũ, cucurrit nunciare Petro & Io. di. Tulerunt dñm de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum. Illi cucurrerunt, sed Ioannes citius cucurrit, & inclinauit caput in sepulchrũ, & uidit linteamina posita, nec tñ intrauit. Petrus uero ueniẽs ĩtrauit, & uidit linteamina, & sudariũ posita ad partem. Deinde & Ioannes intrauit, & credidit, quod dixerat Magdalena sancta &c. Contristati discipuli domum redierũt. Et Magdalena cũ mulieribus redierũt ad sepulchrum. A quo aliis recedentibus, Maria stabat ad monumentum foris plorans, & sic flens inclinauit se, & prospexit in monumentũ. Amanti semel aspexisse non sufficit, quia uis amoris multiplicat affectum inquisitionis. Et uidit duos angelos sedentes, unũ ad caput, alterum ad pedes. Et dicunt illi. Mulier quid ploras? Dixit eis: Tulerunt dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum. Hæc dicens conuersa uidit Iesum stantem, & nesciebat quia Iesus esset. Et dixit ei. Mulier quid plo-

ras? Quem quæris? O bone Iesu desyderium animæ suæ? Quare interrogas: quid ploras. Quem quæris? Illa paulo ante oculis uiderat te spem suam suspēsū in ligno: & tu nūc dicis quid ploras. Illa die tertia præcedente uiderat manus tuas, quibus sæpe benedicta fuerat: & pedes quos lachrymis rigarat, clauis affligi: & nunc tu dicis: Quid ploras? Nunc corpus tuum sublatum existimat. Ad quod ungendum uenerat, ut se cōsolaretur, & tu dicis, Quid ploras? Quē quæris? Tu ipse scis, quod te solum quærit, te solū amat, pro te oīa contēnit, & tu dicis. Quē quæris? Tu causa querelæ, tu cā ploratus, ut eam discipulam dilectā, totā ad te attraxisti. Illa existimans quod esset ortulanus, dixit ei. Dñe si tu sustulisti eū, dicito mihi, quia ego eum tollam. O admirabilis audacia mulieris. O Maria, si forte corpus positum esset in atrio principis sacerdotum, ubi Petrus calefaciebat se ad ignem: Quid fecisses? Ego eum tollam. O constantia. O arbor flammātissime quo mens Magdalenę liquefiebat. Absolute promittit? Ego eum &c. Dixit Iesus. Maria. Hęc uox penetrauit animā eius. Et cognouit quod Iesus est, & dixit. Rabboni. i. magister, & cucurrit ad pedes eius. Cui Iesus. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum, & addidit dñs Mariæ. Vade ad fratres meos, & dic eis. Ascendo ad patrem meum & patrem uestrum, Deum &c. statimque disparuit, & Magdalena tota gaudēs illuc discessit, ut iussa dñi faceret. Eūdo inuenit socias in uia, & dixit se Christū uidisse in specie hortolani. Et reuertentibus illis occurrit Christus dicens. Auete. Et istæ tenuerunt pedes, & adorauerunt eum. Tunc ait Iesus illis. Ite nunciate fratribus meis, ut uadant in Galileā, ibi me uidebunt. O benignitas huius almi regis, qui uictus in bello suos formidolosos fugitiuos socios, quādo euasit nominat fratres, & promittit ostēdere nouitatem cœlestem in suo corpore. Et uenit Maria cum aliis Mariis, annuntiēs discipulis, quia uidi dominū, & hęc dixit mihi. Quarto a sanctis Angelis, quia uidebant sedes uacuas repleri per sanctos patres. Vnde heri cantauit Ecclesia. Exultet iam &c. Tertium dicitur. Vtrum prius matri, quàm aliis apparuit? Respondeo quod sic. Quod probatur triplici ratione.

Primo ratione doloris. 1
Secundo ratione testificationis. 2
Tertio ratione dilectionis. 3

Primo &c. Mater super omnes doluit, super oēs cōsolari debuit. Sed Euangelistæ non faciunt mentionem de apparitione hac, & forte ob hoc, ne suspectū esset testimoniū Matris de resurrectione filii. Secūdum ratione &c. Ambro. lib. de Virginibus. Vidit Maria resurrectioné dñi, & prima uidit, & credidit. In huius signū Papa facit hodie primam stationem ad sanctam Mariā Maiorē, per hoc innuens sanctæ Mariæ, fuisse factā primam apparitionem. Quod iustū fuit. Tertio rōne &c. Super oēs dilexit filium, ideo super omnes meruit consolari de resurrectione. Contemplari possumus, quod expectabat resurrectionem, sed ignorabat horā, utrū in nocte media, an ī aurora. Inuenit. ps. 56. Vbi loquitur in psona patris. Exurge gloria mea. Ioan. 8. Ego gloriā meā non quæro, sed eius qui misit me. Exurge psalterium & cythara. Et Christus rñdit. Exurgam diluculo Inuenit. ps. 80. Exurgam diluculo. Inuenit tertium testem Osee. 6. Quasi diluculum præparatus est egressus eius. Maria tota læta notificat Magdalenæ. Præparat locum filio. Altercatio facta est, quis debebat ire ad matrē nunciare, hāc resurrectionē? Adam dixit. Mihi incumbit quia fui causa mali, ita econuerso. Respondit Christus. Comedis ficus, forte in uia morareris &c. Abel similiter. Respondit Christus. Non ueres quia inuenire Chaym posses, qui te &c. Noe mihi incūbit, Nō ibis, quia bibis libēter. Venit Ioannes Bapti. Ego ibo. Non uere: quia habes indumentum de pilis. Et Latro: ad me pertinet. Non: quia habes tibias fractas. Missus est Angelus qui cantare cœpit. Regina celi letare alleluya, quia quem meruisti portare alleluya, resurrexit sicut dixit alleluya. Et statim Christus affuit cum omnibus sanctis. Virgo flexis genibus adorare cępit. O caput sanctum. O brachia. O pedes. O membra delicata, quæ a iudæis sunt tam dure percussa. Alii sancti dixerunt illud Iudit. 15. Tu gloria Hierusalem, tu letitia Israel, tu honorificentia populi nostri. Latro autem pro omnibus sanctis, erga matrem cantauit hanc laudem. O uirtutum mater, & dea æterna, quæ

concepisti tam dignum filium, in ligno duram mortem sustinétem, ut nos ab obscuro carcere liberaret, tu es in terra, & in cęlo lucerna.

Feria. II. Paschæ. De gloria Paradisi. Sermo magnus.

TV solus Peregrinus es in Hierusalem. Luc. ultimo. Refert Lucas duos ex discipulis, id est ex septuaginta discipulis, quorũ unus uocabatur Cleophas, alius Lucas, qui suum nomen tacet, ibât ipsa die, scilicet Resurrectionis, in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta, ab Hierusalem nomine Emaus. Glossa. Sexdecim stadia faciunt unam leucam. Albertus. Stadiũ facit. C.25.passus, sexaginta stadia faciunt sempté miliaria, & quingentos passus. unde castellũ hoc, distabat ab Hierusalem septem miliaria cum dimidio. Et loquebâtur adinuicem de omnibus quæ acciderant. Et dum fabularentur, ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi eorũ tenebantur grauati. Glo. Quia incredulitas eorum merebatur, quod Christus cognitionem sui corporis, ab eis retardaret. Et ait ad illos. Qui sunt hi &c. Respondit Cleophas. Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & nõ cogno. quæ facta sunt in illa his diebus? Glossa. Solus peregrinus. q d. Cum multi peregrini his diebus uenerint in Hierusalem, mirum est, quod solus inter eos peregrinus, ignoras ea quæ sunt nota omnibus. Christus fuit Peregrinus quo ad tria, quæ peregrini solent habere.

Primo quo ad habitum, quem assumpsit.

Secundo quo ad hospitia, quę intrauit.

Tertio quo ad insignia, quæ reportauit.

Primo quo ad habitum. Peregrinus quatuor secum portat. Primo sclauinam. Secundo scarsellam. Tertio pileum. Quarto baculum: Sic Christus. Primo sclauinam .i. carnem, quã mater Virgo, in suo utero fecit, quæ habuit triplicẽ colorẽ. Primo fuit alba, per puritatem uirginalem. Apoc. 19. Vidi, & ecce equus albus. Secundo rubea per sanguinem in cruce. Esa. 52. Quare rubrum est indumentum tuum? Tertio

autem nigra, quando in cruce pallidus est effectus. Esa. 53. Cuius liuore sanati sumus. Secūdo habuit scarsellam, quæ fuit eius anima plena auro gratiarum & gloriæ. Tertio habuit pileū.i.coronā spineā. Quarto habuit baculum.i.crucē. Vnde dicitur. Tu solus peregrinus es, scilicet quo ad habitum. Secundo Peregrinus, quo ad hospitia &c. Tria solent habere hospitia peregrini, aut ter ingredi. Primo hora tertia, ad prandendum. Secundo in meridie, ad bibendum, & postea ad quiescendum, & dormiendum. Sic Christus habuit tria hospitia, ut pegrinus. Primū fuit uterus uirginis in quo introiuit hora tertiæ, idest tempore gratiæ. Cum sit triplex tēpus, scilicet naturæ, scriptura, & gratiæ. In quo introiuit meridie, ubi bibit. Quādo dixit. Sitio. Et ibi requieuit, quando inclinato capite tradidit spiritum. Tertiū fuit sepulchrū, ibi dormiuit. Vnde psal.3. Ego dormiui & soporatus sum. Tertio fuit peregrinus quo ad insignia quæ &c. Solent peregrini portare quædā insignia super pileū & personam. Ad ostendendum ꝙ suum iter compleuerunt, ut homines citius moueātur, ad compassionem. Sic Christus ad patrem rediens: quia compleuerat suam peregrinationem: insignia.i.cicatrices retinuit in suo corpore. Quod fecit triplici ratione secundum Thom.3.parte.quæ. 54. ar.4. Alexand.de Ales.3.par. sum. Primo propter ostensionem paternæ obedientiæ. Pater sibi commisit ut genus humanum sua passione redimeret, ut igitur patri, ostenderet, ꝙ opus sibi iniunctum consummauerat, ciatrices retinuit. Io. 17. Opus consummaui, quod dedisti mihi, ut facerem.

Secundo in prouocationē paternæ misericordiæ, ut scilicet his patri ostensis, ipsum ad misericordiā prouocet, & misericordiam ipsam nobis impendat. Cicatrix est quædā intercessio pro nobis ad patrem.

Tertio in signum excellentis uictoriæ, ut secum deferat semper insignia suæ gloriæ seu uictoriæ. Illæ. Cicatrices sunt in Christo non in deformitate, sed in magna pulchritudine. Sicut est honor militi de prēlio reuertenti, ferre secum scutum fractum, sic est honor Christo deferre secum gloriosum triumphum, suæ uictoriç. Tu solus Peregrinus es. Quibus dixit. O stulti & tardi corde ad cre-

credendum, in omnibus quę locuti sunt prophetæ. Nonne oportuit pati Christum: tum propter patris præordinationem, tum propter humanam redemptionem, tum propter scripturarũ impletionem. Et interpretabatur illis scripturas, a Moyse & omnibus prophetis. Et appropinquauerunt castello quo ibant. Et ipse finxit se longius ire. Nõ fuit ibi aliqua falsitas: quia fuit ibi talis fictio, ad designandum ueritatem. s. distantiam eius a cordibus eorum ꝑpter fidei defectum. Tales enim apparitiones, ut communiter, fiunt secundum dispositionem interiorũ, illorum a quibus fiunt. Bernard. Simulabat se longius ire: quia non uolebat: sed quia audire uolebat. Mane nobiscum domine. In quibus uerbis ad consolationem nostram, uolo prædicemus ad Beatitudine, uel de Gloria Paradisi. De qua tria uidebimus.

principio.

Primum dicitur uerificationis.

Secundum dicitur modificationis.

Tertium dicitur acquisitionis.

Primum dicitur &c. Vtrum in hac uita possit esse nostra beatitudo, nostra fœlicitas, & noster Paradisus? Circa hoc duæ sunt opiniones. Vna dicit quod sic. Alia quod non. Prima quod sit. Quæ fuit positio antiquorum Philosophorum. Et pro fundamento assumunt uerbum Salomonis. Ecc. 3. Vnus est hominis interitus, & iumentorum: & æqua utriusque conditio: sicut moritur homo: & sic illa moriuntur. Et in 5. cap. Hoc itaque uisum mihi est, ut comedat quis, & bibat & fruatur lætitia ex labore suo. Ille. Vnde dicũt plures. Pereunte corpore, perit anima. Alia dicit quod non, sed in cœlo. Matth. 9. Merces inquit uestra, copiosa est in cœlis. Ad hanc difficultatem respondeo. Quod hic non potest haberi nostra beatitudo. Quod probatur tripliciter.

Primo ratione.

Secundo authoritate.

Tertio figura.

Primo ratione, quæ dicitur insatiabilitatis. Conclusio est Thom. 1. par. 2. quæst. 5. ar. 5. Cum beatitudo sit perfectum & sufficiens bonum. Omne malum excludit, & omne desideriũ implet. Ille. Et Bonauen. in 4. dist. 49. Beatitudo

est

est finis satians appetitum hominis. Boetius 4. de consola. Beatitudo est status omnium bonorum, aggregatione perfectus. Sed talis status non potest haberi in hoc mundo. Igitur hic non est nostra &c. Quod in hoc mundo talis nō reperiatur status, patet si cōsideremus appetitum hominis in præsenti seculo insatiabilē. Discurre per omnes status, neminem inuenies perfecte contentum. Secundum sententiam Alb. super Lucā. Septem sunt desideria hominis quæ minime haberi possunt.

Primum est scientia sine ignorantia. In 1. Meth. Omnes homines natura scire desiderant Cicero in 1. de off. Omnes enim ducimur, & trahimur ad cognitionis, & scientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrū putamus. Ex hac causa, mittis filium tuū ad studia Paduæ, Papiæ, Bononiæ, Parisiis, Perusii &c. ut discat. Hanc cupiuit non solum homines, sed mulieres etiam, quæ literali sermone dicunt patrī spirituali. Confiteor Deo, Beatæ Mariæ, beato Francisco, &c. Ex hac scientia antiqui Philosophi perlustrauerunt totam Italiam, ut nouam addiscerent scientiam. Vnde Vale. Rubrica de studio & industria, dic. de Philosophis antiquis. Ad propositum scientię. Primo de Solone Philosopho, qui in fine suæ uitæ amicis assistentibus, & quærentibus adinuicē de animæ exitu, caput erexit. Interrogatus. Quare hoc fecisset? Respondit, ut illud addiscerem antequā ex hac uita migrarem. Præterea sapiens Demosthenes, cū expletis centū annis se mori cerneret, fertur dixisse, se dolere quod tūc egrederetur ex hac uita, cum sapere cœpisset. Pręterea Apollonius Philosophus q discurrit 19. Prouincias, causa addiscendi, non immerito, quia ut dicit Machrobius in lib. Saturnaliū. Sine doctrina uita hominis est quasi mortis imago. Et Philosophus. 1. Eth. Qui neq; ipse intelligit, neque aliū audiēs in animo ponit, hic inutilis natus est. Sen. Sine literis æger est animus & nihil turpius quam nescire, sed illud desiderium nō potest complete satiari, quia scientia hominis, est mixta cum ignorantia. Totum studet in cap. illo de ignorantia. Quia est maior, quā sciētia. Vnde Esa. 1. Vinum tuum mixtum est aqua. Prouerb. psal. Sapientia non est mecum. Et Hieron. Non pulices,

&

& uermiculi, scientiam nostram inscientiam profiteri debemus. Et Mercurius Termegistus. Maxima pars eorum, quę scimus, minima est eorum quæ ignoramus. Desiderium autem illud, satiabitur solum in gloria. Vnde Paulus apparēs Tho. di. Veni mecum & ducam te ad locum, ubi pleniorem omnium habebis scientiam. Secūdum est sanitas sine infirmitate. O quantum bonum est hoc, Ex hac homo mittit p medicinis, dietas facit, sed hic perfectè nō habetur, Iob. 13. Homo natus de muliere breui uiuens tēpore, repletur multis miseriis &c. Dolor capitis, stomachi &c. Ecc. 2. c. Cuncti dies eius pleni sunt ærumnis, nec p noctem quidem requiescit. Sen. Veni & ostendam tibi, quam malę se habeat hoc corpus, nunc de capite, nunc de faucibus conqueritur. Ille. Et Lact. 3. c. 12. Hæc uita præsens beata esse non potest: quia multis malis subiecta est per corpus: sed hoc desiderium satiabit i patria. O Dauid quid dicis? Qui sanat infirmitates tuas. Tertiū est uita sine morte. in 2. de Anima. Omnia appetunt diuinum esse propter perpetuitatem. Iob 2. Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua. Omnibus placet uiuere: sed omnes moriuntur. Ad Hæb. 9. Statutum est omnibus hominibus semel mori. Ecclesia. 2. Moritur doctus, pariter & indoctus. Ecc. 38. c. Mihi heri, & tibi hodie. Petr. 3. triumpho. O cœci tot mundanæ uestræ curæ quid prosunt? omnes reuertimini in uestram antiquā matrem: & uix de uobis memoria remanebit, in uerbo. O cœci. Homo laborat ad plura, & postea moritur. Exemplum Philosophi, qui domum noluit ædificare: quia mortalis erat, sed hoc desideriū in patria satiabitur. Esa. 25. Præcipitabit dominus mortem in sempiternum.

Quartum est gaudium sine tristicia. Vnde Philosophus 8. Ethi. Natura maxime fugit tristitia, & appetit delectabile: qa ut dicit Prouer. 17. Spiritus tristis exsiccat ossa animus autem gaudens, facit uitam floridam. Quando homo est tristis nunquam dicit. Aue Maria, aut Pater noster, cum bona fantasia. In præsenti uita non habetur uerum gaudiū. Melancolia de filiis, de amicis, de diuitiis: Istud desiderium quietabitur in patria. Io. 13. Tristicia uestra uertetur &c.

Quintum desiderium est pax sine turbatione. Dio. 1. De

Diui.

Diui.no.Omnia quæ fecit summus opifex Deus pacem de siderant,& in pace quiescunt,& Thom.2.2.q.23.art.2.pro bat quod omnia pacem cupiunt. Vnde natus in mundo cātari fecit. Gloria in altissimis Deo,& in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Et si diceres. O pater milites nolunt pacem. Respondeo quod uolunt bellum, ut ponant pacem in burla. In præsenti uita non est pax. Bellum est inter patrem,& filium,matrem,& filiam, proximum,& proximū, non adinuicem se loquuntur. Istud autem desiderium pacis in patria erit. Esa.32.Sedebit populus meus in multitudine pacis. Sextum est libertas sine seruitute. Poeta. Nō bene pro toto libertas uenditur auro. Iulius Cel.ff. de reg.iu. Inestimabilis res est libertas.& ff. de fideic.li.1. Pax. Nō præstatur aliqd gratius libertate. Soror mea, iure loqueris,& uerum dicis. Nā nihil est maius ueritate: in p̄nti sumus serui. Quidam diuitiarum, qui non curant de uita. Quidā sibi ipsis. Quidam peccatorum. Io.8. Qui facit peccatum seruus est peccati. Sed hoc desideriū in patria quietabitur. Ad Ro.8. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatem filiorū Dei. O libertas! Septimum est abundantia sine paupertate. Omnes fugiūt naturaliter penuriā,& cupiunt rerum abundantiam. Sed in p̄nti nemo contentus diuitiis. Vnde Boe.li.de Phi.conso. Nemo est.n.tā composite fęlicitatis, ut non aliqua ex parte cum sua fortuna rixetur. Et Sen. Omnis fortunæ fęlicitas inestimabilis est. Voca nudum & pete utrum contentus sit: non inquit: quia nudus: eya præterea. O diues, es tu cōtētus? Nō inquit: quia uellem sic & sic. Præterea dic de ciue priuato, dic de muliere, q nubi uel &c. dic de duce Mediolani,& uenerorū. Præterea de Diacono qui missam suā uellet canere. Nemo est contentus, si est sanus, est pauper, si diues est infirmus, si diues est fatuus. Venio o Salomō. Quid dicis in li.2.Reg.in plurib.cap. Quinq; habuit Salo. super omnes creaturas. Primo de auro. Introitus .n. annualis erat, ut inferius patet, uidelicet quater millesies mille quingēti, mille 400.& 40. duca. Scdo de argento. Ecc.47. Collegisti argentum, quasi auricalcum. Tertio de scientia, qui locutus est 3000. parabolas. 5000. carmina disputauit de naturis rerum.

Quarto

Quarto de fama & opinione in toto mundo. 3. Reg. 4. Salomon erat nominatus in uniuerso. Unde & Regina Saba audita eius fama, uenit dixit ei. Maior est sapiẽtia tua, quam rumor quem audiui.

Quinto de eius luxuria. 3. Regum. 11. Fuerunt ei uxores quasi Reginæ. 700. Concubinæ 300. cant. 6. Adulescentularum nõ erat numerus. Sed quid dicis de his omnibus o Salom. Ecc. 2. Reperi in omnibus uanitatem & afflictionem animi. Vanitas uanitatũ & omnia uanitas. Figura Ioann. 4. De Christo, qui Samaritanæ dixit. Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. pro qua Tho. 1. 2. q. 23. ar. 4. Intelligitur delectatio rerum temporaliũ, quæ sunt insatiabiles. Unde Alexan. de quo Vale. li 8. cap. 15. Audiẽs disputare plures esse mundos, prout etiam ponit Anaxarchus, & Democritus, amare fleuit, eos scilicet non submisisse suo imperio, quasi non cõtentus. De ipso Iuue. in 10. sa. sic di. Vnus pelleo iuueni non sufficit orbis, Aestuat infœlix angusto limite mundi. O insatiabilitas huius seculi. Vñ Philosophus in 9. Ethi. teste Deo. In rebus exterioribus, nõ est satietas, & in 2. Poli. Desiderium diuitiarum uadit in infinitum. Ideo Tul. in lib. Paradoxorum. Nũquam ego Hercle, neque pecunias istorũ, neque tecta magnifica, neque opes, neque imperia, neque eas quibus maxime astricti sũt uoluptates, in bonis rebus, aut expetendis esse duxi. Quippe cum uiderẽ homines his rebus circumfluentes, ea tamen desiderare maxime, quibus abundarent, neque enim expletur unquã, nec satiatur cupiditatis sitis. Unde cum istud desiderium non possit quietari in præsenti uita, non est hic nostra beatitudo: sed in patria ubi quietabitur homo, & contentus erit. Dauid in ps. Satiabor cum apparuerit gloria tua; quia gloria & diuitiæ in domo eius. Unde patet primum.

Secundum dictum, &c. Conclusio est Philosophi in lib. Exo. Oportet unumquodque loco suo poni. Omnipotens Deus locum mirificum, ad habitãdum nobis præparauit, uidelicet cœlum Empyreũ. De quo cœlo Philosophi nihil sunt locuti. Ratio est S. Thom. in 2. dist. 2. ar. 1. Quia cœlum Empyreum ratione naturali inuestigari nõ potest, cum nõ sit secundũ Philosophiam naturalem; tamen scriptura il

lud

lud exprimit Gen.1. In principio creauit Deus cęlum & terrã. Nico. de Lyra exponit de cęlo Empyreo, in quo est nostra gloria & beatitudo, quod quidem erit gaudium inestimabile, triplici ratione, secundum Doct. meos.

Prima est propter loci conditionem.

Secunda est propter gloriæ augmentationem.

Tertia est propter corporum glorificationem.

Prima &c. Qui quidem tres habebit in se cõditiones, propter quas redditur totus amenus, iucundus, gratiosus, & suauis.

Prima, quia est lominosus.

Secunda, quia est purus.

Tertia, quia est magnus.

Prima quia ut di. Thom. in 1. par. quæst. 63. ar. 3. & Scot. in 4. dist. 49. Illud cęlum est lumine plenissimum, non sunt ibi tenebræ, caligines, sed summa lux. Ista autẽ lux causabitur quadruplici respectu. Primo respectu cęli. Empyrei, quod est de se lucidum. Secũdo corporis Christi, quod est lucidissimum, de quo Eccl. Sol iustitiæ Christus Deus noster. Tertio respectu Mariæ, quæ est tota lucida. Vnde quidam deuotus. O Maria Lucifer &c. Quarto respectu aliorum sanctorum, de quibus Matthæ. 13. Fulgebũt iusti sicut sol in regno patris mei. Hanc claritatem petebat Thob. qui ait 13. ca. Beatus ero, si fuerint reliquæ seminis mei ad uidẽdum claritatem Hierusalem. Vnde dicunt Docto. Quia si possibile esset, quod homo uideret scintillã illius gloriæ, omnia certe despiceret propter hoc. Figura de Petro, Matt. 17. Cum esset super montem Thabor, & uidisset Christum transfiguratum exclamauit Dic. Domine bonũ est nos hic esse &c. Sed quare non nominauit se de mansionẽ faciẽda, cum dicat Philosophi 9. Eth. Vnusquisque sibiipsi amicus est. Et Apostolus ad Ephe. 5. Nemo enim nunquam carnẽ suam odio habuit. Respondet Dominus Alb. Mag. Quia uiderat uisionem illam, ebrius factus super hoc: obliuioni se tradidit. psal. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. si ergo Petrus tãtum fuit extrãsse in præsenti seculo, O quid est in patria. Ideo Apostolus raptus ad tertium cęlum exclamauit di. Cupio dissolui & esse cum Christo.

Secunda

Secunda conditio:quia purus. Non erunt ibi peccata,nō odium,non discordia,non aliquod malum : quia nemo cū macula corporali eo tendit. Vnde semel Dauid raptus,petiuit a Deo dicens: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?dictum est illi. Qui ingreditur sine macula. Apoc.13. Sine macula.n.sunt ante sedem Dei, & operatur iustitiam. O mercator. O ciuis. Saluantur qui iustitiam agunt. Sed heu quia pauci saluabuntur? quia non faciunt illam. Ecce Secunda conditio;quomodo locus &c.

Tertia cōditio,quia magnus. Magnitudo apparet ex cō sideratione inferiorum rerum. Dicunt naturales Philosophi:quod aqua in decuplo est maior terra. Ignis in millecuplo est maior terra. terrę autem circulus reuolutionis est. 24.milia miliaria. Venias ad Planetas. Sphera lunæ est maior 30.milliaribus terra. Sphera Mercurii est centū milliaribus. Sphera Veneris uno millione. Sphera Solis, decē millione. Sphera Martis centū millione. Sphera Iouis mille millioni. Sphera Saturni decē mille millione. Præterea est octauum cœlum,scilicet stellarum,quod secundum philosophos dicitur primum mobile,est maius terra centomille millione. Est nonum cœlum,scilicet cristallinum. Et ultimo Empyreum,quod nūquam mouetur:sed semper quiescit. Istud dicitur aula regalis regis Dei. Præterea est stella in firmamento,quæ terrā præcedit magnitudine sua,ultra modum: Vnde Stella Magorum si fuisset de illis creatis a principio mundi,totam terram cooperuisset: ideo Boe.2. de consola. Omnis terræ circumitus ad cœli spatium comparatus,puncti rationē obtinet,& Baruch admiratus dic. O Israel quam magna est domus Dei; & ingens locus possessionis eius?magnus & non habens finem. Qui locus ut di. Thom.2.dis.2. Datus est potius,pro hominibus, quam pro Angelis,qui loco non indigent. Secunda ratio est propter gloriæ augmentationem. Quæ gloria augmentabitur triplici ratione, ut doc. dicunt.

Primo ex societatis multitudine.

Secundo ex societatis nobilitate.

Tertio ex societatis amicabilitate.

Primo,&c. O quot sunt sancti in cęlo. Ioann. 11. Nun-

quid

quid est numerus militum eius?Et filius loquitur patri.Di numerabo eos,& super arenam multiplicabuntur. De istis Io.Apoc.7.Hodie in Epistola. Vidi turbã magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus &c. Ex tribu Iuda duodecim &c.Vbi enumerat 12.tribus.Præterea Hieron.in Martirologio suo di. quotidie posset fieri festum quinque milium martyrum,exceptis aliis.O quot Virgines.O quot Confessores.O quot coniugati. O quot sancti sunt ibi.Præterea quid dicam de numero angelorum?ubi dicit Albe.in 2.li.Compendii Theologiæ.c. de casu locali Angelorum. Quod nouem sunt chori Angelorum, & quilibet chorus diuiditur in *6666*. legiones Angelorum, secundum Albertum.Legio facit Angelos *6666*.unde in summa *6666*. Legiones faciunt,ut inferius uidebitur,uidelicet trigesies nouies milioni sexies mille & nonaginta sex mille. Nec mirũ o ciues,qa ut dicit Th.1.par.q.1.ar.13.& Damas.in 3.dist.3.c.4.Angeli non solum dantur hominibus in particulari, sed omnibus creaturis in sua specie.Omnibus equis in sua specie,omnibus bobus ĩ specie sua,omnibus formicis in specie sua,& sic de singul.Sed si quæreres anima mea, qui sunt in maiori numero,boni an mali?Respõdet Th.1.par.q.63.ar.9.Quod boni.Præterea de pulchritudine Angelorum dicit T.1.par.q.50.ꝙ quilibet Angelus facit suam speciem,& differt unus ab alio,sicut capra a Leone,Ceruus a Lupo,& minor Angelus superat omnem pulchritudinem rerum téporalium.Et unus alium præcedit decuplo.Secũda rõ &c. In præsenti sumus omnes rustici, filii Adæ uillani,qui costas habebat latas quatuor brachis. O pater in domo mea fuerunt homines probi,milites comites,non sic, sumus omnes rustici.David in Ps.Ego seruus tuus sum,& filius ancillæ tuæ.Et Philosophus in Ethi.Natura humana multipliciter est ancilla. Sed in paradiso erimus omnes ciues Paradisi.Ad Ephe.quinto.Iam non estis hospites & aduenæ:sed estis ciues sanctorum & domestici Dei Cãta omnino. Vbi dicit Sco.in 4.dis.49. Quod rex gloriæ se mouebit in pria cũ sanctis suis, sicut rex ĩ solio suo. O ꝗ mirabile erit uidere Deũ facie ad faciẽ,deficit sensus, nõ sufficit itellectus.Iꝗ Be.O ꝗ tũ gloriosũ ẽ regnũ illud,i quo reges terræ cõgrega

ti sunt,& conuenerunt in unum ad laudandum, & glorificā dum eum, qui est Rex Regum & dominus dominantium.

Tertia ratio &c. In patria cessabunt omnes uirtutes una excepta.s.Charitas.1.ad Co.13.Charitas nūquàm excedit. Quæ tanta est in beatis,ut dicit Scot.in 4.di.ulti. ut unus participet de bonis omniū,& quamuis naturali amore, qui libet plus se diligat quàm aliū,iuxta illud Phi.9.Eth.Vnus quisque sibiipsi uult bona:tamen erit tāta dilectio q̃ quili bet non minus uellet pro alio bona,quàm pro seipso.Vnde pa tet secūda ratio principalis.Tertia ratio est propter glo riæ corporum &c.Secundum Tho. in 4. dist. 49. Scotus in eadem.Quatuor erūt dotes corporis glorificati. Sicut filiæ datur dos,sic Deus corpori.

Prima dicitur dos claritatis.

Secunda dicitur dos subtilitatis.

Tertia dicitur dos agilitatis.

Quarta dicitur dos impassibilitatis.

Prima dicitur &c. Corpus glorificatū totum paradisum illustrabit. Et lumen stellarum solis, lunæ, modicum erit respectu corporis Iesu,& aliorum sanctorum,ubi dicit Th. & Scot.ubi supra.Quod si poneretur sol ab una parte mun di,& corpus gloriosum ab alia,sine cōparatione magis lu ceret corpus glorificatum,& si corpus glorificatum esset in cœlo,& tot essent soles,quot stellæ sunt in firmamento,ad huc millesies esset clarius corpus gloriosum, & sua clarita te extingueret omnes soles.

Secunda dos &c. Subtilis est aer qui transit per parua fo ramina.Subtilior est radius solis, qui per fenestram uitreā intrat.Sed præ oībus subtilius est corpus gloriosum, quod penetrabit sine fractura oēs muros sicut Christus. De quo Ioan.20.qui ianuis clausis transiuit ad discipulos. De quo Dauid in nomine tuo transgrediar murum.

Tertia dos &c. In instanti quocunq; uelit accedere Ibi erit,& in momēto transiliet de oriente in occidentē.Valde currunt equi,aures uolant,sagitta transit.Sed uelocius cor pus beati erit,de uno loco ad alium locum. Vbi dicit Sco. Quod beati ex fortitudine,leuabunt agiliter mōtem, sicut festucam de terra.

Quarra

Quarta dos &c.Quia nullum malum patientur,non dolorem capitis:non stomachi &c.Et si corpus esset in fornace ignis non posset uri, non aliqua res mundi. Et hæc gloria corporum,de dotibus ipsius corpus hominis. Præterea glorificabuntur omnes sensus.Primo uisus in uidēdo Christum Iesum.Hester.15 Valde mirabilis es dñe,& facies tua plena est gratiarum. Gaudium fuit Reginæ Sabæ uidere faciem Salomonis Gaudium Simeoni uidere Christū oblatū in tēplo:sed maius Christum uidere facie ad faciē in patria, in qua uisione omnia intelligentur. Secūdo auditus audiendo dulces cantus in patria.Can.2. Vox tua dulcis & facies tua decora. Si delectat audire diuersitatē sonorum harpæ, citharæ.multo plus melodiā Paradisi. Valerius recitat ꝙ Pythagoras Philosophus,cum sono fistulæ extinguebat uitia,& luxuriam hominum.Cum quadam uice quidam iuuenis Thauronomitanus nomine, esset accensus libidine, & ad meretricē accessisset:Phithagoras audiēs, ad ostiū meretricis accessit, & psalterio canere cœpit ita dulciter, ꝙ iuuenē relicta meretrice ad sanam mētem reuocauit. Si hoc egit sonus materialis,plus erit Paradisi. Aliud exēplū. Cū quidam sanctus esset in exitu mortis affuit Michael,qui rogabat eum.s.animam illius sancti patris,ut de corpore exiret:quæ timens exire nolebat. Cum clamaret ad dominū: misit Dauid cum cythara, & cātoribus cœlestis patriæ Hierusalem:quorū cantus audiens anima,qui dicebant ei. Anima mea leuate uos ad me:quia cœleste regnū expectat uos. In hæc uerba exiuit cū gaudio in æterna uita. O gloria beata. Aliud exemplum. Cū Franciscus grauiter infirmaretur, piæ dolore fratrē aduocauit, cui præcepit ut modicū pulsaret cytharā:ne mens eius tedio afficeretur. Videns autē piissimus Deus seruum suum fessum dolore, misit Angelum qui cantilenis ei sonaret. Sonauit.1. Sonauit.2. Tāta enim dulcedine fuit repletus ꝙ si.3. iterū sonuisset, anima extra corpus exhalasset. De cātu isto Tobię.13 Per omnes uicos Hierusalem Alleluya cātabitur. Vide quāta letitia erit Tertio tactus. In tangēdo Christum beatum. Can.3. Tenui eū nec dimittam. Et sponsa. Can.1. Osculetur me osculo oris sui. O sponse mi benedicte. Quarto gustus quia suauis est

qui ipsum spiritualiter gustat. Sap.12.cap. O quàm suauis est spiritus tuus in nobis, unde sancti ieiunabant, quia erãt cibati cibo temporali. Dñicus. in xl. pane & aqua, Chatherina sine cibo spirituali. Quintò odoratus in Christi redolentia. Can.1. In odorem vnguentorum tuorum currimus. Vnde Anselmus in lib. Prosolog. cap.14. Excita nũc o anima mea, & erige totum intellectum tuum, & cogita quantũ põt, quale & quantum sit illud bonum. Si enim singula bona delectabilia sunt, cogita intente; quantum delectabile illud bonum quod continet iucunditatem, omnium bonorum. Ille. Practica super uerbo Anselmi de mundi contemptu, & quod homo despiciat omnia propter Deum. Tertiũ principale dicitur &c. Acquiritur autẽ hæc gloria quinq; modis, figuratis per illam scalã quam Iacob uidit. De quo Gen.28. Quæ scala spiritualiter est uia ꝑ quã ascendimus, per quinque gradus: qui sunt.

Primus dicitur aduersi toleratio.
Secundus dicitur; cordis purificatio.
Tertius dicitur: pacis reformatio.
Quartus dicitur: lacrimarum infusio.
Quintus dicitur: eleẽmosynarum largitio.

Primus &c. Matt 5. Beati qui persecutionẽ patiuntur ꝓpter iustitiam, quoniam ipsorum est regnũ cœlorum. Non credas anima chara posse peruenire ad illam cęlestẽ patriã sine aduersitate. Augus. super Psal.40. Putas te non habere tribulationes, Nondum incępisti esse Christianus. Et Hier. ad Eusto. Quis sanctorum sine certamine coronatus est. In huius figuram Exo.14. Dominus conduxit populum suum per uiam spinosam.

Secundus dr̃ &c. in euangelio. Beati mundo corde quoniã ipsi &c. Cũ Deus sit purus, non nisi a puris uult uideri. Io. Dama. Sanctus Deus, nõ nisi in sanctis habitat; Mediolani. Ber, reperit Dæmonem cui dixit. Quid magis Deus uolebat ab homine? Rndit Dęmon sub his uerbis palliatis. Dimidiũ sphere. Spherã cũ principæ Romæ, postulat a nobis, totius conditor orbis. Dimidiũ sphere. s. c & o. Coniunge, c. cum o. Et accipe linguam quæ componit nomẽ principis Romæ. s. r. & dicit cor, uult Deus cor mundum ab homine,

Vnde

Vnde Lactan. Qui Deo seruit cum cordis puritate, contentus uiuit, & post beatus moritur.

Tertius dicitur &c. in Euangelio. Beati pacifici, qm̃ filij dei uocabũtur. Sup verbo filii Dei: dicit Albertus Magnus super Luc. Tria sunt quæ faciunt hominẽ filium Dei esse. Primum est fides. Io. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Secundum est charitas. De quo Mat. 5. Diligite inimicos uestros, ut sitis filii patris uestri qui in cœlis est. Tertium est pax, quoniam filii Dei uocabuntur.

Quartus dicitur &c. In Euangelio. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, & Luc. 6. Beati qui fletis quoniã ridebitis, scilicet in patria. Esa. vlt. In Hierusalem consolabimini, ridebitis, & gaudebit cor uestrum. Vnde dictũ fuit diuiti epuloni de Lazaro mendico. Lu. 16. Nunc hic consolatur, tu vero cruciaris. Vnde Dauid. Canta in primo tono de sanctis. Eũtes ibant & flebant, s. in præsenti uita: mittentes semina sua, s. bonorum operum. Sequitur. Venientes autẽ uenient cum exultatione portantes manipulos suos. Fleuit Magdalena, & alij, postea riserunt.

Quintus dicitur &c. In Euangelio. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam cõsequentur. O ciuis eleemosina est gradus potissimus paradisi, quia associat animã ad vera gaudia Paradisi. Ambr. Non sunt hominis bona, quæ secũ ferre non põt. Sola misericordia, comes est defunctorũ. Qua vteris pietate in pauperes talem habebis. Tob. 4. Noli auertere faciem tuam ab ullo paupere, ita fiet, ut non auertat a te facies Dei. Quod si egerimus æternus Deus sua bonitate condonabit hic gratiam, in alia gloriam ineffabilem Paradisi.

Feria III. Pascha. De Iucundissima Pace.

STetit Iesus in medio discipulorum suorum. Et dixit eis. Pax uobis. Lu. 24. secundum Alber. Christus Iesus in omnibus medium uoluit tenere, quia secũdum Philosophum. 2. Ethic. Virtus in medio consistit. In eodem. Medium est omnibus laudabile. Nasci voluit in media no-

&c. Sapien. 18. Dum silentium medium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iret haberet: omnipotens sermo tuus domine exiliens de cœlo a regalibus sedibus. Nasci uoluit in medio terrę habitabilis. Psa. Operatus est salutem in medio terrę. Nasci in medio animaliū. Abacuch 4. In medio animalium innotesceris. In medio doctorū dispu tauit. Luc. 2. In medio latronum crucifixus. Io. 19. Post resurrectionem, apparens hodie Apostolis suis, in medio stans obtulit dulcem paranymphum. Pax vobis ego sum. non res fantastica, seu illusio Diabolica. Per omnes quinque sensus, uoluit Christus ostendere ueritatem suæ resurrectionis. Primò per uisum cum dixit. Videte manus meas & pedes meos: quia ego sum. & Ioan. addit, quod ostendit eis latus.

Secundò manifestauit suam resurrectionem per auditum cum dixit. Pax uobis. Audientes enim discipuli uocē domini, eum ad loquelam cognouerunt. Maxime quia habe bat talem modum. s. Pax uobis, per quod datur intelligi, ut uerba pacis semper habeamus.

Tertiò manifestauit per olfactum, per hoc quod dicit Ioan. Insufflauit & dixit Accipite spiritum sanctum.

Quartò per gustum: quia obtulerunt ei partem piscis assi: & fauum mellis.

Quintò per tactum. Vnde dixit. Palpate, & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet: sicut me uidetis habere. Tamen conturbati existimabant se spiritum uidere. gloss. Diuina enim prouidentia permissi sunt dubitare ad maiorem certificationem fidei, de dominica resurrectione, & dixit eis. Quid turbati estis: Et cogitationes ascendunt in corda uestra? Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Gloss. Per cicatrices clauorum ibi remanentes, ostendit quod erat idem corpus numero. Palpate & uidete: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Gloss. Per hoc enim ostendebat habere corpus uerum, non fantasticum. Et ostendit eis manus & pedes. Adhuc illis non credentibus, dixit eis. Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, non pastillum. quia

carnes

carnes non comedit,nisi de agno,& fauum mellis, & mãdu cauit coram eis. Quæritur. Vtrum illa comestio fuit uera uel non?Respondet Th.in quoli.q.5.arti.3. Quod Christus uere comedit, sed non in corpus conuersus est cibus,& in carnẽ,quia erat extra statum generationis,& corruptionis.Vnde cibus ille fuit uirtute Christi resolutus, in præiacentem materiam. Cibus assumptus ab Angelo neque conuertitur in corpus assumptum,neq; corpus illud est talis naturæ ut in illud possit alimentum cõuerti.Ideo dicit Angelus. Thob. 12. Cum essem uobiscum,per uoluntatem Dei, uidebar quidem manducare, & bibere,sed ego cibo & potu inuisibili utor. Ille, Cum manducasset dixit eis.Hæc sunt uerba quæ locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscũ. Et aperuit illis sensum,ut intelligerent scripturas, & dixit. Quoniam sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis,!& prædicare in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum. In quo sancto Euang. Postquam noster triũphans saluator,cum tanto studio, & sic uiuis præconiis pacem commendat,inducũt me debere eam uobis relinquere,pro meo ultimo sermone. De qua tria dulcia mysteria, se offerunt contemplanda.

Primum dicitur, diuersificationis.

Secundum dicitur, specificationis.

Tertium dicitur, inductionis.

Circa primum. Theologi, præcipue Thom.2.2.quæstio. 39.articu.1.Et super Epistolas Pauli.2.Corin.13.Et Bonauen.in 2.dist.7.Triplex est pax.Prima dicitur inquinata.Secunda simulata. Tertia ordinata. Prima est illorum qui sunt in malo concordes, inter latrones, inter lusores,inter concubinarios, qui pacifice in malo conueniunt. Hæc autem fuit Herodis, & Pilati. De qua psal.2. Quare fremuerunt gentes &c. usque Christum eius. Hæc autem pax non est bona. Ratio est Thom.2.2.quæstio.32.arti.1.Quia uera pax fundatur in bono uirtuoso,& honesto. Iuxta illud Philosophi.8.Ethico. Amicitia tunc est perfecta, quæ est propter uirtutem.Sed pax quę est inter malos, non est fundata in uirtute,sed sup uitijs,igitur &c.Vnde Val.recitat de duobus amicis,quorum alter alterum ad malũ inuitabat, quod

contra Cato. Quod iustum est petito, uel quod uideatur ho nestum. Nam stultum est petere quod possit iure negari. Cumque ille nō assentiret. Alter dixit. Quod mihi prodest tua amicitia, postquam non facis quæ ego uolo? Respondit ille. Etiam. Quid mihi prodest habere te in amicum, si me oportet propter te agere turpia?

Secunda Pax &c. De hac ps. Loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem &c. & Hiere. 9. In ore suo cum amico pacem loquitur: occulte autem ponit insidias. O quot sunt qui in ore habent pacem: in corde uero fel. Hæc autē fuit Iudæ. de qua Matt. 26. Aue rabi. Et osculatus est eum. Hæc figura est. 2. Reg. 2. De Ioab qui salutauit Amasam d. Salue mi frater, & tenens manum dexteram cū pugione, eū occidit. Et ille. Qui ducem Galeaz occidit &c. De hac pace Hiero. ad Celātiam. Osculabantur quidam mihi manus, & ore uipereo detrahebant, dolebant ore, & corde gaudebāt. O quanti ore salutant, intus autem sunt pleni dolo. Vnde Zeno Philosophus. Malum hominem blande loquentem, agnosce tuum laqueum esse. Ista nullo modo Deo placet: quia simulata. Ec. 10. Simulator ore, decipit amicum suum. Et quia ipse ueritas est. Io. 16. Ego sum ueritas: ideo abhominatur simulationem.

Tertio dicitur &c. Est illorum qui cordiali amore diligunt. De qua Christus hodie. Pax uobis. Vnde dicunt Doc. Quid nihil gratius habet reperiri, sicut pax. Sicut ipse dicit Ecc. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo, & hominibus. Concordia fratrum. Amor proximorum. Vir & mulier sibi bene consentientes. Et sicut Philocaptus de muliere tria obseruare solet.

Primo de ea cogitat. Secundo habitat libenter cum ea. Tertio facit fieri matinatas.

Ita ad propositum Deus. Primo de pace cogitat. Hier. 9. Ego cogito cogitationes pacis.

Secundo stat cum ea. Matt. 17. Vbi fuerint duo uel tres congregati: in medio eorum sum.

Tertio facit fieri cantilenam. Quia ipso nato Angeli cecinerunt, gloria in excelsis Deo &c. Non illi qui habēt diabolum in corde. Sed no. secundum Alb. ꝙ hęc pax debet haberi

beri tripliciter Primo in ore. Ro.vlti.Salutate inuicem in obsculo pacis.Contra illos infames,qui nõ faciunt.sed tenẽt loquelam Hæb.12.Pacem sequimini cum hominibus, & Deus pacis,& dilectionis erit uobiscum.Sen. Pacẽ habeto cum hominib.cum uitiis bellum. Secundo debet haberi in corde.Mat.22.Diliges proximum tuum.s.corde,sicut te ipsum.Quia 9.Ethi.Amicus ad amicum debet se habere,sicut ad seipsum.Tertio in opere, ut subueniat in necessitate,si opus est.1.Io.3.Non diligamus uerbo,neque lingua, sed opere & ueritate.In uitis patrum legitur,ꝙ orante Machario,uox insonuit ad eum di.Nondum ad mẽsuram duarum mulierum peruenisti, quæ habitant in proxima ciuitate.Cum quæsisset Macharius ab ipsis conuersationem earũ dixerunt. Quod erant uxores duorum fratrum, & per 15. annos simul habitauerant, nec unquam aliqua earum uerbo,uel facto,aliam contristarat.Et posuerunt in corde suo nunquam uerbum seculare loqui,in uita sua. Vnde meritũ earum fuit,ꝙ nunquam litigarent, & meritum suum superauit meritũ Eremitæ,Vnde patet primum. Secũdum principale &c.Secundum Egi.li.de Regi.Prin. Specialiter pax debet reperiri in tribus generibus personarum.

Primo inter uirũ & uxorem. Secunda in tota familia. Tertio in tota ciuitate.

Primo &c.Ad quam habendam, duę sunt regulæ obseruãdæ ex parte utriusque.Primo ex parte uiri, duæ regulæ. Prima ut eã diligat.Ephe.5. Viri diligite uxores uestras. Quod non facit,qui concubinam tenet, & propriam finit. Vis amari ab uxore tua?Ama illam.Sen.Si uis amari ama. Secunda ut eam foueat de necessariis. Quod non facit qui concubinæ prouidet,de manicis rubris, subrubris, & aliis, & bona domus dissipantur.Pro.30. Tria sunt insatiabilia. Infernus.Terra sitiens.Ignis.Quartum.Mala mulier Pro. 29.Qui nutrit scortum perdet substantiam. Secundo.Duæ sunt aliæ regulæ,ex parte uxoris ad uirum. Prima ut uirũ suum honoret.1.Pe.3.Mulieres sint subditæ uiris.Quia 1. Co.19.Vir caput est mulieris.In huius exemplum legitur. Gen.16.cap. De Sara,quæ uirum suum dominum uocauit in signum reuerentiæ.Et mulier debet reputare uirum suũ sapien-

sapiẽtiorem,& pulchriorem aliis uiris. Quia ut dicit Phil. in lib. Econo. Maximus honor est mulieri, si respicit uirum suum. Secunda regula. Vt res domus conseruet. 1. Cor. 14. Domi uiros suos interrogent. In huius figuram legitur Gene. 3. Quod dominus formauit Euam de costa uiri, ipso dormiente. Expergefactus autem clamauit ad eam. Hoc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Inter quos ita fuit intimus amor, quòd lingua exprimi non potest. Ideo Philosophus ubi supra. Nihil enim homini potest esse melius, quã si uir & uxor, pari concordia domum gubernant. Secundo hæc pax debet esse in tota familia. Ad quam habendã, sunt duæ regulæ necessariæ. Prima circa filiorum nutritionem, ne faciant mala, ne ludant, ne blasphement Deum, & sanctos. Ad uos dico fratres in 6. Ethic. Bonum est, quòd patres corrigant filios ociosos. Eccle. 7. Filii tibi sunt, corrige illos. Non parcas baculo. Ideo Hiero. ad Saluianã. Non est parui apud Deũ meriti, bene filios educasse. Heli offendit Deum, ob uitia liberorum. Ergo placatur econuerso Deus uirtutibus eorum. Secunda regula est. Circa seruos, Timorem, ut audiant missas, cõfiteãtur temporibus suis. Tene sclauam in timore. Et quando uadit per aquam, eam respice. Sed hodie serui, famuli, sclauæ, sunt pessimi, non obseruantes diuina præcepta. Et ratio est Phil. lib. Econo. Impossibile est negligẽtibus dominis, seruos eẽ sollicitos. Vnde patet &c. Tertio hæc Pax debet esse in tota ciuitate: Secundum Augustinum. V. de ciuitate. cap. 18. Et Egi. de ro. lib. de regimine principum: Quinque fuerũt quæ Romanum imperium per multa tempora dilatarunt: & in præsentiarum ciuitates, dominia, castra dilatantur, & in prosperitate continentur. Primum fuit Iustitia. De qua 1. Polit. Sine iustitia impossibile est habitare ciuitatem. Et August. 4. de ciuita. c. 4. Remota iusticia: quid sunt regna: nisi manifesta latrocinia? sed hodie nõ inuenitur: quia peruertitur auro, & muneribus. 5. quæsti. 3. cap. Pauper. Cito uiolatur auro iustitia. Et Leo Papa. Nullum est in eo uestigium iustitiæ, qui mulieribus delectatur. Clama contra officiales. Esa. 1. Principes tui infideles, socij furum. Secundum fuit probitas morum. 1. Pol. Oportet ciuitatem de uirtute esse

sollicitam.

sollicitā.Et Aug.loquēs de Scipione Aphricano dicit. Sci pio Aphricanus,nō cēsebat Rempu.esse fœlicem,stantibus ædificiis, & ruentibus moribus. Ille. Hæc autem probitas morū,debet esse in officialibus.Et in populo.Primo inter officiales. Debent esse ornati uirtute,& immunes a uitiis, ab ira,a luxuria,ab auarititia,a rapinis.Ideo Philosophus 6.Pol.Princeps debet esse deicola, quia tunc homines solent timere regem, quando uident ipsum timere Deum. Ideo & lex præcepit,quòd qui præsunt aliis in docēdo,aut inregimine,debent primo esse decorati bonis moribus.C. de professoribus & medicis.l.Magistros. Magistros studiorum doctoresque excellere oportet,moribus primum:dein de facundia.Secundò hæc probitas debet esse in populo.Im munis a latrociniis,a blasphemiis, ab auaritia. Tertium fuit Zelus & amor patriæ. Pro quo se exponebāt ad omnia sustinenda,etiam mortem,ut patet de Mutio Sceuola. De M.Curtio.de M.Regulo,& Torquato.De quibus Augu. in 6.de Ciuit. cap 8.& Verg.in 6.Hæc duo sunt ista: libertas & cupiditas laudis humanæ.quæ ad facta mirāda cōpulere Romanos.Sed hodie relicta patria quærunt proprium cōmodum,desiderantes penuriam, caristiam. Quartum fuit maturitas regentium. Vnde Plato seculum posuit esse fœlix:quando sapientes regnarent, & per oppositum quando fatui.Clama contra communitates,quæ reguntur in consiliis a popularibus, & contra monasteria: quæ habent fatuos Prelatos.Ad quod facit exemplum Vale.lib.6.de Tarquinio. Qui cum non posset expugnare Gabios,misit simulate filium uerberatum,& percussum,tanquam transfugam ad eos,tanquam patrem fugeret. Quo suscepto, in ducem electus est.Cum uero ignoraret modum tradendi ciuitatē: scripsit patri de modo. Pater autem uerbis nihil respondit nuncio,sed duxit eum in hortum, ubi erant multa papauera,& capita eorum grossiora uirgula cœpit percutere.Nuncius autem reuersus indicat Sexto Tarquinio. Ille autem astutus intellexit,& cepit principales ciuitatis eiicere,& ciuitatem tradidit patri.Ideo Aristo.3. Rheto. Quanto maior populus,tanto minor intellectus.Quintum est pax.Vnde

descripserunt in præ foribus templi. Templum pacis æternum. Quandiu durat, omnia prospere succedunt. Et per oppositum male & pessime. Attestāte Salustio in Iugurtino. Concordia paruæ res crescunt: discordia maxime dilabuntur. Et quidam vulgaris. Veritate & non scriptura pōt probari: lege & ratione, quod concordia, & unione res crescūt & discordia uidentur perire. Vnde patet secundū. Tertium dicitur &c. Ad pacem inducimur triplici ratione.

Primo ratione admonitionis.

Secundo ratione assimilationis.

Tertio ratione fructificationis.

Primo &c. Triplex est admonitio. Prima diuinalis. Luc. 10. In quamcunque domum intraueritis primum dicite. Pax huic &c. Col. 3. Pax Christi exultet in cordib. uestris. Rom. 12. Cum omnibus hominibus pacem habentes, &. 1. Cor. In pace uocauit nos Deus Heb. 12. Accessistis ad noui testamenti mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionē melius loquentem; quam Abel. Ille. Sanguis Abel clamauit uindicta uindicta. Sanguis Christi parce, parce. Sāguis Abel Iustitia. sanguis Christi Misericordia. Secūda admonitio est Cano. 3. q. 5. c. Falsas. Et in cle. de sepul. ca. Dudū. vbi dicitur. Pacis tranquillitas uigeat, seruor; charitas æstiuet. Tertia est ciuilis. ff. de legationibus. l. Quæsitam. &. ff. de ori. iur. l. 2. §. Nouissime. &. ff. de noui operis nuntiatione. lib. 1. ubi dicitur. Nihil aliud agat Præses: nisi cōtrouersias dirimere. &. l. cum prætor. §. Dulcissimi. ff. de le. 2. Prætor discordiis propinquorū sedandis prospexit: quas solet communis materia excitare. Secundo &c. Quia per illam Christo assimilamur. Matth. 5. Beati pacifici quoniam &c. Fuit enim testamentum Christi, in quo matrem reliquit Ioanni; animam patri, corpus Ioseph. Sed pacem hominib. Et ut dicitur. 11. q. 1. c. Siluester. &. C. de fidei. l. Amplius. Hæres non seruans testamentum defuncti est exheredandus. Ita non obseruantes pacem, quam Christus legauit: sunt priuati hæreditate paradisi; ut nō filij Dei, sed Dæmonis uocētur. Ideo Aug. super Ioan. Sola dilectio discernit inter filios regni; & filios diaboli. Practica. Talis ad Ecclesiam uadit; nō cognosco, an sit in gratia, quia accipit aquā

sanctam,

fanctam,audit Missas,signat se signo crucis, nisi sola charitate. Tertio ratione &c. triplex fructus acquiritur ex pace. Primus dicitur spiritualis dilectio. Quia christiani confitentur, ad Missas eunt, Ecclesias uisitant, & alia bona spiritualia faciunt. Aug. Pax est serenitas mentis tranquillitas cordis, uinculum amoris.

Secundus dicitur corporalis quietatio. Qui pacifice uiuunt non oportet ferant secum arma, securi in uia eũt, dormiunt in domo sine aliquo timore. Tertius dicitur bonorum temporalium multiplicatio. Ex ipsa pace multiplicantur bona temporalia, coluntur possessiones, crescunt opes. Aug. 19. de Ciu. Dei. Tale est bonum pacis, q̃ in rebus creatis nil gratius solet inueniri. Et ex hoc dicit. S. Thom. 2. 2. q. 29. ar. 2. Quod omnia appetunt pacem. Et ratione cõseruationis, quia appetunt conseruari in esse, quod non est sine pace. Et ratione dilectionis. Quia sicut nemo est qui nolit gaudere, ita nemo est qui pacem nolit habere. Cum pax sit causa gaudendi. Sed dicis, quòd non omnia appetunt pacem, per hanc rationem. Qui non cognoscunt pacem, non appetunt pacem, sed ratione carentia, non cognoscunt &c. Respondeo q̃ bella geruntur intentione pacis. Qui enim quęrunt bella non desiderant nisi pacem, quam se habere non æstimant. Quia non est pax, si quis cum alio cõcordet cõtra illum, quod ipse magis uellet, & ideo homines quærunt hanc concordiam rumpere bellando, tanquam defectum pacis habentem; ut ad pacem perueniãt, in qua nihil uoluntati eorum repugnet. Et propter hoc omnes bellãtes quęrunt per bella peruenire ad aliquã pacẽ perfectiorẽ, q̃ prius non habebant. Sicut & Tullius. 1. offic. affirmat. & Thom. supra Igitur, Pax uobis. Heus ex charitate uincat fraterna pietas, acutas lanceas, mortiferas sagittas, scindẽtes spatas, & alias machinas bellicas. Exemplum duorum Regum, quorum unus interfecit filium alterius. Rex cuius filius erat occisus obsedit ciuitatem cum suo exercitu, ducens eam ad maximum exterminium. Videns hoc rex decreuit inimicum pacificare, mandauit portas aperiri. Depositis uestibus sola camisia tectus cũ corrigia ad collum, & ueniam petiit, super occisionem filij. Rex autem misericordia

cordia

cordia motus ueniam dedit ei. Dum ecclesiam ingrederetur, imago crucifixi, quę in medio Ecclesiæ stabat, inclinās se & brachia mouens, uisa est omnibus astantibus regratiari regi, qui pepercit inimico suo. Quapropter astantes mei quātum possum uos oro, ꝙ amore illius supremi Dei, & laboribus quos uestra causa hac Quadragesima suscepi: ut unusquisque parcat, si quis sibi iniuriam fecisset, & amplexetur hanc dulcem pacem. Quoniam hæc est quę nos efficit filios Dei. Illa quæ sola inter filios regni, & barauii infernalis, discernit, hæc quæ nos ad Deum sola perducit. Hinc Lact. noster. 5. lib. ca. 8. Ad propositum ita egregie loquitur. Quam beatus esset quamque aureus humanarum rerum status, si per totum orbem mansuetudo, & pietas, & pax, & innocentia, & æquitas, & temperantia, & fides, moraretur. Ille. Idcirco & ego eā uobis pro testamēto meo relinquo. Iam patres & matres cum utraq; ingenii nauicula per Dei adiutorium ad portum deuenerit, & ad terminum nostrarum prædicationum, & lectionum uobis expositarū, necessarium uidetur præterire excusationes coram uestris humanitatibus quoniam lingua & ingenium mihi deficiūt. Sed quia extat Senecæ sententia. Beneficiorum memoria non debet senescere, habeo uobis agere gratias summas, immortales, extantis beneficiis uestris in me collatis. Manete cum Deo. Pergo in domum Dei mei: rogate ergo Iesum pium, ut uobis & mihi stabilitatem tribuat.

Explicit Quadragesimale F. Gabrielis Barletę. 1577.

Apud Camillum Francischinum.

SERMONES
REVEREN. PATRIS
AC DIVINI VERBI

declamatoris consumatissimi

FR. GABRIELIS BARLETAE

Sacrę pagine professoris cęleberrimi; Ordinis Pręd. diligenter emendati & sua nuper integritati restituti.

TOMVS SECVNDVS.

De tempore. { ADVENTVS / ASCENSIONIS / PENTHECOSTES

De Sanctis: De quot & quibus, & quo digestis ordine studiosis Lectoribus tabulam in fine positam, patebit.



Venetijs, Apud Camillum Franciscinum. 1577.

COELESTIS AC DIVINI OMNIVM PRAECLARISSIMI concionatoris Reuerendi patris Gabrielis de Barleta.

ALMI ORDINIS PRAEDICATORII ſacrarum litterarum ſolenniſſimi profeſſoris: elegantiſſimum ſanctuarium incipit.

IN ASCENSIONE DOMINI.

ELEVATA eſt magnificentia tua ſuper cœlos Deus. In Pſal. 8. Ad exaltationem, laudem & commendationem Diuinæ iuſtitiæ, conuenit ſublimare ſuper cœlos in uita beata illos, qui in mundo iſto ſe humiliauerũt amore ſui, 1. Pet. 5. Humiliamini ſub potẽti manu Dei, ut uos exaltet in tempore viſitationis. Et Luc. 1. Exaltauit humiles. Iac. 4. Humilibus dat gratiam. Chriſtus ſe humiliauit per paſſionem. Ad Phil. 2. Semetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus, ut homo. Humiliauit ſe metipſum factus obediens uſque ad mortem, mortem aũt crucis. Ideo meruit ſublimitatem Aſcẽſionis ſui corporis. Vnde Bern. ſermone hodierno. Nam cum ſe dominum uniuerſorum, quę ſunt in terra, & in mari, & in inferno probaſſet filius Dei, non reſtabat, niſi ut aeris, & cœlorum ſe dominum eſſe comprobaretur. Terra cognouit: quia ad uocẽ eius Lazarum mortuum reddidit. Mare cognouit, quia ſolidum ſe ſub pedibus eius præbuit. Infernus cognouit, cuius ipſe portas æreas fregit, & inſatiabilem homicidam ligauit. Ad perficiendam igitur domini Ieſu fidei noſtræ integritatem, reſtat, ut uidentibus diſcipulis per medium aeris, tanquàm dominus aſcendat ſuper omnes cęlos, & iam tibi profecto debebitur, ut in nomine tuo omne genu

flectatur. Ille. Vnde Psalm. 46. Ascendit Deus in iubilatione, & dominus &c. Super quo August. Ascendente Christo, mirantur astra, plaudunt agmina, tubæ sonant, & in cunctis blanda modulamina chori emittunt. Ille. Eleuata est magnificentia &c. De qua triumphanti Ascensione tria ad eius commemorationem uidebimus, impresentiarum.

Primum dicitur congruitatis.
Secundum dicitur modalitatis.
Tertium dicitur iucunditatis.

Primum dicitur &c. Vtrum fuit conueniens Christũ hodie super omnes cœlos ascendere? Respondet Th. 3. par. q. 57. art. 1. q. sic. Et hoc per quinque rationes.

Prima propter loci proportionem.
Secunda propter fidei nostræ informationem.
Tertia propter charitatis promotionem.
Quarta propter triumphalem Ascensionem.
Quinta propter nostram propitiationem.

Prima propter &c. Conclusio est Phil. 4. Phy. Quod locus debet esse proportionatus locato. Exépli gratia in corpore humano, quia oculi sunt nobiliores inter quinq; sensus, ideo nobiliorem & altiorem obtinent locum. Præterea in corporibus cœlestibus nobilius est cœlum Empyreum, ideo cæteris est altius. Præterea in hominibus hic est ordo. Papa nobiliorem tenet locum: quia est persona nobilior Cardinalibus, & Cardinales super omnes Episcopos, & Episcopi super omnes religiosos. Et rex super omnes dominos temporales, locus & locatum debent esse &c. Ad propositum nostrum. Locus in quo sumus in hac nostra infima, instabili, & breuissima uita est locus miseriæ & calamitatis. Christus Iesus post suam Resurrectionem nouam inchoauit uitam, quia de mortali, factus est immortalis. De passibili, factus est impassibilis. Vnde Apostolus ad Roma. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Vita præsens est miseriæ. Illam excellentem Christi naturam, sedẽ honorificentissimam decet, quia ut dictũ est. Locus debet esse &c. Vita hæc non erat ei locus conueniés, cum sit omnibus mi-

miserijs plena. Aug. In ualle sumus miseriæ in qua magis flendum est, eo quod minus flemus. Et Lactan. In 3. ca. 12. Hæc uita præsens beata esse non potest, quia multis malis subiecta est per corpus, de quibus malis Iob 3. Homo natus de muliere &c. usque miserijs Quas miserias ostēdit puer de utero matris egrediens, quæ quatuor per ordinē facit. Primo plangit. Augu. Nondum loquitur, & plorat. Sap. 7. Primam uocem similem omnibus emisi plorans. Excepto Zoroaste, qui teste Solino, primo risisse fertur, In huius figuram Christus non fleuit mortuum Lazarum, sed ipsum ad uitam producens. Secundo puer mox manū ad os mittit. Ad innuendum quod ad miserias huius mundi, uenit propter peccatum, factum in ore primorum parentū, quando comederunt pomum. Tertio nascitur curuus, & quasi in quatuor pedibus. Ad innuendum, quod comparatus est iumentis. Quarto ad partem inferiorem, quia ibi caro contra se rebellauit. Cum ergo hic non sit aliud quàm lachrymæ, dolores, uarietates, infirmitates. Ideo hoc præsepe non conueniebat Christo glorioso. Sed qualis locus eius? Respondeo quod cęlum Empyreū, ubi est sedes regalis sua. Vnde fuit conueniens hac ratione ipsum ascēdere hodie, cōpleto numero quadragenario, sed forte dicis. Cur nō ascendit statim post resurrectionem suam, sed per dies 40. moratus est? Respondeo ꝙ hoc est actum duplici ratione. Primo ratione certificationis. Difficilius erat probare ueritatem resurrectionis quā ueritatem mortis. Tempus .n. trium dierum fuit sufficiēs tēpus probationis mortis eius sed ad ueram resurrectionem probandam, maius tempus requirebatur, & ideo non mirū, si nō statim ut resurrexit ascēdere uoluit, sed expectare ad informādum eos bene de ueritate resurrectionis eius. Vnde Act. 1. dicitur. Quibus .s. Apostolis, præbuit seipsum uiuum post passionem suam, in multis argumentis per dies 40. apparens eis &c. Secundo rōne consolationis, fleuit mater eius iuxta crucem. Canta. Ioan. 19. capi. Stabat autem iuxta crucem mater eius. Bernar. dicit quod tantum fleuit, tantum se macerauit, quod non poterat se sustinere, Fleuit Magdalena. Fleuerunt Apostoli & omnes deuoti Iesu Christi. Debebant ergo consolari, quia

ut dicitur in Psal. Secundum multitudinẽ dolorũ meorũ cõsolationes &c.& 2.Cor.1.Sicut abundãt passiones Christi in nobis;ita & per Christum abundat, & consolatio nostra.Debebant ergo consolari, & quia ipsum fleuerãt mortuum in sepulchro per horas 40. quibus iacuerat. Iõ eos uoluit consolari per dies 40 sua corporali pñtia eis apparẽs.Vñ patet prima rõ de sua cõgruitate.Bene dr.Eleuata est &c Secundò ratione &c. Conclusio est Doctorum, ꝙ plus est meriti apud Deũ,credere, & habere fidem de non uisis;q̃ de uisis,de quibus est cognitio.Greg. Fides, nõ habet meritum,ubi humana rõ præbet experimentum. Asculanus.Ibi fides non habet meritũ salutare, ubi humanus intellectus inquirit rationem.Tacenda est diuinarum reuelationũ cã. Ad propositũ. Ex hoc enim quod Christus cœlũ ascendit,fides nostra est magis meritoria,q̃ si nõ ascendisset. Rõ hæc est.Quia q̃uis in uidentibus Christi humanitatem esset fides,ut in Apostolis & aliis sanctis hominibus, non quidẽ de humanitate quã uidebant, sed Dei diuinitate,quã non uidebant. Tamẽ maior est fides credere diuinitatẽ:& humanitatem Christi nõ uisam: q̃ solũ diuinitatẽ. Ex hoc audacter dico quod fides nostra est maior, extensiue q̃ fuerit fides Apostolorũ,q̃uis intensiue fuerit maior fides Apostolorũ. Quomodo hoc probas pater? Probo sic. Apostoli uiderunt Christum in carne, cũ ipso biberũt,comederunt;dormierũt,miracula uiderunt &c. Nos aũt non sic,& tamẽ credimus diuinitatẽ, & humanitatẽ simul. quã Apostoli non habebant. Vnde Christus Th.Ioan.20.Quia uidisti me Thoma credidisti:sed dico tibi. Beati q &c. Ex hoc dicũt Doctores,quod fides latronis,fuit laudabilior,q̃ fides Petri:q uiderat miracula facere cecos &c. Sed latro nulla miracula uidit,nec aliquid ab eo gestũ,tamẽ in cruce positus,fide roboratus qđ esset Deus & homo, exclamauit.Canta.Memento mei, dum ueneris in regnũ tuũ. Cui respõsum est.Hodie mecũ &c. O fides sancta latronis, tũc ipse acquisiuit,quando Apostoli eam amiserunt.Et ꝓpter hãc rationẽ dicit Christus Ioan.14. Qui credit in me, opera quæ egõ facio,& ipse faciet,& maiora horũ faciet. Glo. Aliqui sancti maiora miracula fecerũt, q̃ ipsi Apostoli,nec

ipse

ipse Christus. Vnde decuit ascendere hac ratione. Eleuata est &c. Tertiò ratione &c. Conclusio est Diony 4. de diu. Amor est vis unitiua. Exēpli gratia, de iuuene: qui philocaptus, occupat oēs sensus in uidendo amicam. Ad propositū Apostoli toto corde Christum amabant, nec mirū ꝑꝑ suā dulcē conuersationē, & eius uerba suauissima. Ex hoc exclamauit Petrus Mat. 17. Dñe bonū est nos hic esse &c. Et Io. 6. Cum semel quidam de discipulis a Christo recessissent, ex eo quod dixerat eis. Nisi mãducaueritis carnē filii hominis &c. Dixit ad alios qui remãserant. Nūquid & uos uult abire? Rñdit Petrus. Dñe ad quem ibimus? Verba æternæ uitæ habes. Tãta ergo ui amoris, Apostoli trahebātur ex Christi præsentia, qđ de cœlestib. non curabãt, dūmodo possent frui ipsa pręsentia. Vt ergo cœlestia appeterēt debuit ascendere. Et hoc est qđ dñs dicit. Io. 16. Expedit uobis, ut ego uadã: s. ad patrē. Si. n. non abiero paraclytus non ueniet ad uos. Si autem abiero mittam eū ad uos. Super quo Beda. Expedit uobis ut forma serui a uestris abstrahatur aspectib. quatenus amor diuinitatis artius uestris cordibus infigatur. Ille. Quarta ratio &c. Vt cœlos aperiret sanctis patribus, & patriam nostram diu clausam, ut uidebimus in secundò mysterio. Quinta rō &c. Vt esset noster aduocatus apud patrem. De quo. 1. Io. 2. Aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio ꝓ peccatis nostris. Cum ipso est uirgo mater eius, aduocata nostra. Ber. Securū habemus accessum ad Patrem, ubi mater ante filiū, filius ante patrē. Mater ostēdit filio pectus, & ubera, filius ostēdit patri latus, & uulnera. Ille. O Iesu &c. Eleuata est. Secūdum dicitur &c: Cum quo modo ascendit? Respondet Dauid. Ascendit Deus in iubilatione, & dñs in uoce tubæ, & Aug. Ascēdente Christo pauet oē cęlū, mirantur astra, plaudūt agmina, tuba sonat, & in cunctis blanda modulamina, chori emittunt. Ille. Meritò hoc gestū est: quia fuit uictoriosus i præsenti uita. Ideo in signū uictoriæ cū triumphis assumptus est. Videas Valerium libro. 2. c. 3. sub rubrica de iure triumphandi. Cum quo est Lucius Florus li. 1. Quod aliquis nō triumphabat in populo Romano, nisi prius quinq; millia

hostium superasset,& occidisset in una acie. Et triũphanti bus. Triplex fiebat triũphus & lætitia. Prima ꝙ cum ad urbem eius triumphalis rediret, occurrebat ei populus, cũ effusa lætitia. Secũdã lætitia, qñ ibat in ciuitatẽ præcedebãt currũ triũphantis omnes captiui manibus ligatis post tergũ. Tertia lætitia, quia triumphans post se habebat seruum gestantẽ anulum similem suo. Et a tergo triumphantis, coronam auream deferentem. Ipse uero triumphans indutus ueste aurea, ascendebat super currũ tractũ a quatuor equis albis. Et ut dicit Valerius, fiebãt in his triumphis ludi solatiosi, & festiui ioci, in honorem triumphãtis. Vnde maxime mouebantur Romani, ad uiriliter agendũ, & aggrediendũ, quæcũq; ardua, & difficilia sibi commissa. Sic triumphauit Lucius Posthumius, qui Ligures uicit & Sãnites. Sic Papyrius, qui duritiam samnitũ fregit. Sic Q. Cecilius qui Philippum regem de Macedonia uictum eduxit. Sic triumphauit Põpeius Magnus, qui duos superauit reges. Sic Cæsar, qui quinquies triumphauit ꝓpter ea quæ gesfit in Gallia & Britannia, & Egypto, & Aphrica. Iesus noster non hunc habuit honorem, sed multo digniorem, quia fuit uictor, & uerus uictor inimicorum dęmonum, quos expoliauit de regno suo, unde associatus est triumphaliter ĩ patria sua. De quo Ecclesia, Omnes gẽtes plaudite manibus, iubilate deo in uoce &c. Captiui fuerunt sancti patres, quos secum duxit post se in Paradiso, de quibus Dauid. Ascendens Christus in altum &c. Currus triumphalis fuit suum corpus gloriosum. Vestitum tunica de sua diuinitate, qua totus resplẽduit. Ad eius dexteram erat unus male indutus. Iste fuit latro, ut omni peccatori daretur materia, & spes redeũdi ad Deum. Et uolens incipere hunc triumphum, antequàm inciperet, uenit ad discipulos suos ad cœnaculum, ubi erant omnes congregati. Et ibi quatuor egit per ordinem. Primo comedit, cum eis. In Euangelio hodierno. Marci. 18. Discumbentibus undecim discipulis &c. Secundo omnes increpauit. Sequitur. Et exprobrauit incredulitatem eorũ. Tertio præcepit eis ne discederent, sed expectarent promissionẽ patris. Actuũ. j. Quarto præcepit eis, ut post missionẽ spiritussanctį prædicarent. Euntes in mundum uniuersum.

prædicate &c, Quibus peractis cũ honorabili comitiua sed licet.120.hominum,iuit uersus montem Oliueti. Et ibi in illo loco tria per ordinẽ fecit. Primo dedit eis benedictionem. Secundo osculum pacis obtulit. Ro.ultimo. Salutate inuicem in osculo pacis. Tertio apparuit nubes mire claritatis sub pedibus Christi,ascendentis. Nõ quòd nubes illa præbuerit adminiculum aliquod Christo,sed in signum diuinitatis apparuit. Et uidẽtibus discipulis, illa nubes suscepit eum ab oculis eorum, secum adducens animas sanctorum patrum. Dum ergo ascenderent cum maximo tripudio,uidentes Angeli qui in cœlo remanserant,toti admirati,cœperunt dicere suis fratribus, qui Christum associabãt illud Esa.Quis est iste qui uenit de Edom, tinctis uestibus de Bosra?Edom interpretatur sanguinea.Bosra.i.munita. Secundum glo. super uerbo,Quis est &c.De quatuor mirabantur Angeli.Primo quod terra,id est corpus Christi terrenum ascenderet super omnes cœlos, quod est cõtra naturam,cum dicat Salo.Prouer.25. Cœlum sursum, & terra deorsum. Mirabantur quod homo ascenderet super Angelos, quod nunquàm uisum est. In Psal. Ascendit, scilicet Christus,super Cherubim & uo.&c.Mirabantur, quod homo ascenderet usque ad Deum.Dan.7. Venit scilicet Christus usque ad uirũ,q sedebat in throno. Mirabãtur,4.quod homo crucifixus, lancea perforatus, coronatus, ascendebat cum tãta potestate, ut scilicet super omnes Angelos se collocaret.O dignitas nostræ carnis, super naturam angelicam,quod bene agnouit. Io. qui dum Angelum adorare uellet more solito.dixit ei Angelus.Vide ne feceris.Cõseruus tuus sum &c.Ex hoc ut dicit Tho.in 2.distin.9.Homo potest plus mereri,quàm Angelus,triplici ratione:& ratione difficultatis quæ est in homine,non in Angelo,& ratione diuturnitatis,& merito passionis Christi. Vnde associatus fuit in throno suo, ad patris dexteram. Quo associato inferiores Angeli reuelauerunt hominibus. Vt dicitur. Actu.1. Cumque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo uiri, id est duo Angeli in forma uiri, astiterunt iuxta illos in uestibus albis: qui dixerunt Apostolis. Viri Galilei quid admiramini aspicientes in cęlum? Hic

Iesus

Iesus qui assumptus est a uobis in cęlum, sic ueniet. Quo audito discipuli recesserunt de loco, redeuntes ad cęnaculum, ibiq; expectantes Spiritumsanctũ, promissum in Penthecostes. Et gloriosus Iesus, in throno patris est collocatus. Vnde dicit. Eleuata est magnificentia tua super cęlos. Nota quod cęlum quadruplex est, & super oēs Christus hodie ascendit triumphanter, ut dicunt glosæ. Cœlum materiale. Cœlum rationale. Cęlum intellectuale. Cęlum substantiale. Cœlum materiale. Et hoc est multiplex.

Primo aereum.
Secundo æthereum.
Tertio olympium.
Quarto igneum.
Quinto sydereum.
Sexto christallinum.

Septimo empyreum, super quos ascendit. Secundo cœlũ rationale, idest homo iustus, qui dicitur cœlum ratione inhabitationis animæ. Quia sicut cœlum est sedes & habitatio Dei, sic anima iusti est sedes. Tertio cœlum intellectuale, idest Angelus. Angeli dicuntur cęli: quia super omnes ascendunt. Quarto cęlum &c. Et hoc est æqualitas diuinæ essentiæ. De quo cęlo Christus uenit. Et sic usque ad illud Christus ascendit. De quo Psalm. A summo cœlo egressio eius. Et occursus eius usque ad summum eius. Et super oēs cœlos hos hodie ascendit. Et hoc est quod dicitur Matth. ult. Et dominus Iesus, postquam locutus est eis, assumptus est in cęlum, & sedet ad dextris Dei. Dextera Dei est æqualitas Dei. De qua Psalm. Dixit dominus domino meo, sede &c. Eleuata est &c. Tertium dicitur &c. Contemplantur modo aliqui contemplatiui, quod antequam pulcher Iesus, cęlos ascenderet, cum esset mater sua sanctissima, simul cum aliis discipulis in cęnaculo: apparuit sibi dominus, & cum eis familiarissime prãsus est, ut scribitur Act. 1. Vt per effectum comestionis, secundum Greg. ueritas patefceret carnis. Refectione autem completa, præcepit eis, ut in montem Oliueti uersus Bethaniam irent. Aliqui dicũt quod Christus iuit cũ eis, ex eo quod Lucas ait. Eduxit illos foras in Bethaniam. Aliqui uero tenent, quod postq̃

dixit,

dixit,ut irent ad montem Oliueti,disparuit ab eis. Et iterum in monte apparuit. Erat aũt mons ille, secundum Nic. de Ly. extra Hierusalẽ, in uia eundi uersus Bethaniam. Ibi aliquantulum stetit Christus cũ benedicta matre,& discipulis suis,sicut amici ualefacientes, solent figere gradum. Ibi discipulos docuit , quod non erat eorum nosse tẽpora uel momenta,quæ Pater posuit in sua potestate,cum peterent. Si in illo tempore restituendum erat regnum Israel. Ibi post multa blanda , & cõsolatoria uerba benedixit eis. Contemplantur siquidem hi,quod dum dixisset. O mater mea benedicta,o genitrix suauissima,o dilecti mei discipuli,ecce completa sunt omnia. Tempus est ut reuertar ad eũ qui me misit. Igitur suscipite benedictionem meam, quod omnes cadentes in terra adorauerunt eum,& benedictione accepta genua tenebant in terra defixa,aspiciebantque faciem,in qua Angeli cernere desiderant. At Iesus ad orientem respiciens,forte ingeminãdo,benedicta sis mater mea, benedicti uos discipuli mei,eleuatis manibus paulatim ferebatur in cœlum. O noua prodigia. O miracula inaudita. Ille qui de uirgine natus , mortẽ tulit abiectissime crucis, non solum surrexit a mortuis , & suam resurrectionem signis euidentissimis comprobauit. Sed post hæc omnia palam,& hora nona,ut creditur,a monte oliueti ad cęlos progreditur. Currite ergo gentes undique, & adorate illum , qui est rex regum,& dominus dominantium. Postquam uero uideri amplius non potuit,regressi sunt Apostoli & cęteri in Hierusalem, laudantes & benedicentes Deum , in gaudio & lætitia &c. Amen.

In festo Penthecostes. De missione Spiritussancti.

REpleti sunt omnes Spiritussancto. Act. 2. cap. Prologum huius sermonis , nullo modo inuenire potui. De hodierna solennitate hodie erit sermo. In quo tria uidenda sunt mysteria in præsentiarum.

Primum dicitur congruitatis.

Secundum dicitur manifestationis.

Tertium dicitur requietationis.

Primum &c. Quæritur dubium. Vtrum fuerit congruũ mittere Spiritum sanctum hodierna die, super Apostolos? Respondeo secundum Thomam, & alios Doctores, quod sic. Quæ congruitas probatur triplici ratione, aut triplici de causa.

Primò ratione instructionis.

Secundò ratione ordinationis.

Tertiò ratione roborationis.

Prima &c. Maxima una est in Theologia. Quod finis humani desiderij est cognitio ueritatis. Vnde Philosophus 1. Methaphy. Omnes hominis natura, scire desiderant. Et Tullius lib. de Sene. Et Thom. 1. par. q. 12. artic. primo. Inter omnia quæ maxime intellectus desiderat, est scire aliquid de eo, qui est principium essendi, a cuius cognitione dependet aliarum rerum cognitio. Sufficiens autem cognitio Dei, non poterat haberi ab Apostolis naturali cognitione: quia excedebat facultatem ingenii illorum. Et quia debebant esse tubæ, & buccinatores diuini nominis in toto orbe, & prędicare, quæ erant necessaria fidei nostræ. De Articulis. De Incarnatione. De Passione. De Resurrectione. De Ascensione. Ideo debebant instrui de diuinis. Instructio autem ista, melius fieri non poterat, quam à Spiritusancto, prout promissum fuit eis a Christo. Ioann. 14. Spiritus paraclytus docebit uos omnia. Et Lu. 12. Spiritussanctus docebit uos in ipsa hora, quid oportet dicere. Et 1. Ioann. 2. Vnctionem habetis a Sancto, & nostis omnia. Et Sapien. Inspiratio altissimi dabit intelligentiam. Hic est ille Spiritussanctus, quo Adã inspiratus, euigilans ab extasi, prophetauit dicens. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hic est ille spiritus, quo inspiratus Abel obtulit oblationẽ acceptã Deo: quia respexit dominus ad Abel, & ad munera eius, mittẽs ignẽ, qui consumeret hostiam eius. Hic est ille Spiritussanctus quo dictante Noe fabricauit arcã, in qua saluatus est genus humanum. Hic est ille Spiritussanctus, quo inspirante credidit Abraham Deo, & reputatum est &c.

Hic est ille Spiritussanctus, quo inspirãte Rebecca, uxor

Isaac, mandauit filio suo Iacob, ut susciperet benedictionem. Hic est ille spiritussanctus, qui præcedebat Moysen, & filios Israel in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem. Hic est ille spiritussanctus, qui tanquam digitus Dei scripsit ĩ tabulis lapideis legẽ Dei. Hic est ille spiritussanctus, qui eduxit Caleph ĩ terram promissionis. Hic est ille spiritussanctus, qui docuit prophetas. De quo Ioel 2. Effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filii uestri, & filię uestræ. Hic est ille, qui docuit omnes populos locutionem linguarum. Act. 2. Repleti sunt omnes spiritusancto, & cœperũt loqui uariis linguis, prout spiritussanctus dabat eloqui illis. Super quo Greg. Spiritussanctus super discipulos, in igneis linguis apparuit, & eis omnium linguarum sciẽtiam dedit, & docuit scientiam omnium, & intelligentiam. Vnde patet eius congruitas ratione instructionis. Ioan. decimoquarto. Ille uos docebit omnia &c. Secundo ratione ordinationis. Ordinatur homo ad beatitudinem, tanquam ad ultimum finem, iuxta illud Heb. 13. Non enim habemus hic &c. Sed hunc finem nequibat homo inuenire, quia erat obtenebratus in peccatis. Oseæ 3. Ambulabunt ut cęci, quia domino peccauerunt. Et quia finem alicuius oportet esse præcognitũ, iuxta illud Phil. 3. Animæ. Voluntas non fertur nisi in bonum præcognitum. Opus erat adiutorio spiritussancti, sicut directorio nostra salutis. Vnde Christus Io. 14. Expedit uobis, ut ego uadam, quia scilicet mittam spiritussanctum ad uos, qui uos ad uitam beatam diriget & ducet. De quo Dauid. Spiritus bonus deducet me in uiam rectam, scilicet uitam beatam. Hic [illegible] spiritussanctus, qui omnes ad uitã beatam conducit, unde conueniens fuit mittere hodie, tanquam ad uitam æternam ordinatorium.

Tertio &c. Vt essent fortes, & stabiles in tribulatione. Vbi notandum est, q̃ Apostoli ante aduentum spiritussancti fuere imperfecti. Lu. 22. & Matthæ. uigesimoseptimo. In nocte passionis fuit dictũ Petro. Amen dico tibi, ante quam gallus cãtet, ter me negabis. Ad uocem unius ancillæ Christum negauit, & omnes Apost. fidẽ amiserunt. Virgine excepta. Nã in ipsa sola remãsit. Vñ filius conq̃ritur.

Ps.

Tertium dicitur requietationis.

Primum &c. Quæritur dubium. Vtrum fuerit congruū mittere Spiritum ſanctum hodierna die,ſuper Apoſtolos? Reſpondeo ſecundum Thomam, & alios Doctores, quod ſic. Quæ congruitas probatur triplici ratione,aut triplici de cauſa.

Primò ratione inſtructionis.

Secundò ratione ordinationis.

Tertiò ratione roborationis.

Prima &c. Maxima una eſt in Theologia. Quod finis humani deſiderij eſt cognitio ueritatis. Vnde Philoſophus 1.Methaphy. Omnes hominis natura, ſcire deſiderant. Et Tullius lib. de Sene. Et Thom. 1.par.q.12.artic. primo. Inter omnia quæ maxime intellectus deſiderat, eſt ſcire aliquid de eo, qui eſt principium eſſendi, a cuius cognitione dependet aliarum rerum cognitio. Sufficiens autem cognitio Dei, non poterat haberi ab Apoſtolis naturali cognitione: quia excedebat facultatem ingenii illorum. Et quia debebant eſſe tubæ, & buccinatores diuini nominis in toto orbe, & prędicare, quæ erant neceſſaria fidei noſtræ. De Articulis. De Incarnatione. De Paſſione. De Reſurrectione. De Aſcenſione. Ideo debebant inſtrui de diuinis. Inſtructio autem iſta, melius fieri non poterat,quam à Spirituſſancto, prout promiſſum fuit eis a Chriſto. Ioann. 14. Spiritus paraclytus docebit uos omnia.Et Lu.12.Spirituſſanctus docebit uos in ipſa hora, quid oportet dicere. Et 1.Ioann. 2. Vnctionem habetis a Sancto,& noſtis omnia.Et Sapien. Inſpiratio altiſſimi dabit intelligentiam.Hic eſt ille Spirituſſanctus,quo Adā inſpiratus,euigilans ab extaſi,prophetauit dicens. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea.Hic eſt ille ſpiritus,quo inſpiratus Abel obtulit oblationē acceptā Deo: quia reſpexit dominus ad Abel,& ad munera eius, mittēs ignē,qui conſumeret hoſtiam eius. Hic eſt ille Spirituſſanctus quo dictante Noe fabricauit arcā, in qua ſaluatus eſt genus humanum.Hic eſt ille Spirituſſanctus,quo inſpirante credidit Abraham Deo, & reputatum eſt &c.

Hic eſt ille Spirituſſanctus,quo inſpirāte Rebecca,uxor

Iſaac,

Isaac, mandauit filio suo Iacob, ut susciperet benedictionem. Hic est ille spiritussanctus, qui præcedebat Moysen, & filios Israel in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem. Hic est ille spiritussanctus, qui tanquam digitus Dei scripsit ī tabulis lapideis legē Dei. Hic est ille spiritussanctus, qui eduxit Caleph ī terram promissionis. Hic est ille spiritussanctus, qui docuit prophetas. De quo Ioel 2. Effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filii uestri, & filię uestræ. Hic est ille, qui docuit omnes populos locutionem linguarum. Act. 2. Repleti sunt omnes spiritusancto, & cœperūt loqui uariis linguis, prout spiritussanctus dabat eloqui illis. Super quo Greg. Spiritussanctus super discipulos, in igneis linguis apparuit, & eis omnium linguarum sciētiam dedit, & docuit scientiam omnium, & intelligentiam. Vnde patet eius congruitas ratione instructionis. Ioan. decimoquarto. Ille uos docebit omnia &c. Secundo ratione ordinationis. Ordinatur homo ad beatitudinem, tanquam ad ultimum finem, iuxta illud Heb. 13. Non enim habemus hic &c. Sed hunc finem nequibat homo inuenire, quia erat obtenebratus in peccatis. Oseæ 3. Ambulabunt ut cęci, quia domino peccauerunt. Et quia finem alicuius oportet esse præcognitū, iuxta illud Phil. 3. Animæ. Voluntas non fertur nisi in bonum præcognitum. Opus erat adiutorio spiritussancti, sicut directorio nostra salutis. Vnde Christus Io. 14. Expedit uobis, ut ego uadam, quia scilicet mittam spiritussanctum ad uos, qui uos ad uitam beatam diriget & ducet. De quo Dauid. Spiritus bonus deducet me in uiam rectam, scilicet uitam beatam. Hic ... est spiritussanctus, qui omnes ad uitā beatam conducit, unde conueniens fuit mittere hodie, tanquam ad uitam æternam ordinatorium.

Tertio &c. Vt essent fortes, & stabiles in tribulatione. Vbi notandum est, q̃ Apostoli ante aduentum spiritussancti fuere imperfecti. Lu. 22. & Matthæ. uigesimoseptimo. In nocte passionis fuit dictū Petro. Amen dico tibi, antequam gallus cātet, ter me negabis. Ad uocem unius ancillæ Christum negauit, & omnes Apost. fidē amiserunt. Virgine excepta. Nā in ipsa sola remāsit. Vn̄ aliuus conqritur.

Ps.

Ps.Considerabam ad dexteram,& uidebam, & nõ erat qui cognosceret me.Sinistram non dixit propter matrem. Vnde decuit Spiritumsanctum mitti, propter roborationẽ ipsorum. Hodie namque roborati sunt,ut omnia sufferrent propter nomen domini. Post illustrationem uero Spiritus sancti custodiis macerati,uerberibus afflicti,gaudẽtes a cõspectu concilii,quoniam &c.Quod patet. Quia Petrus in cruce suspẽsus,Paulus decapitatus, Bartholomeus excoriatus,& nullum tormentum fuit, quod in ipsis non experiretur. Praeterea.Vnde processit martyrum constantia? Vnde patientia Stephani?Laurentii?Vincentii?Agathae virginis? Luciae?Agnetis?& Catherinae?Certe a Spiritusancto. Vnde Ber.in sermo.huius diei,concludit rationes nostras.Spiritus paraclytus dat pignus salutis,robur uitae, lumen scientiae.Pignus salutis, ut ipse spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro,quod sumus filii Dei.Robur uitae, ut quod p naturam est nobis impossibile,per gratiam eius, non solum possibile,sed etiam facile fiat.Lumen sciẽtiae, ut quicquid boni in nobis inuenimus illi tribuamus,a quo omne bonũ est. Ille.Et sic patet primum mysterium.

Secundum principale dicitur &c. Inuenimus quod Spiritussanctus in triplici specie,secundum doc.apparuit.

Primo in specie uiui animalis.

Secundo in specie ignis.

Tertio in specie linguarum.

Primo &c.Columbae.Luc.3.Descendit Spiritus,scilicet corporali specie,sicut columba in ipsum, quãdo fuit baptizatus.Sed quare plus in specie columbae,quam alterius animalis?Respondeo secundum [illegible] par.q.39.art.7. Propter conditiones ipsius ani[illegible] Spirituisancto conuenientes,quam alterius animalis.

Primo quia habet gemitum pro cantu. Sic Spiritussanctus ad cor peccatoris ueniens,ipsum facit gemere, cum ipsum deducit in cognitionẽ proprii erroris. O si morerer nunc,ait usurarius,auarus concubinarius,irem ad infernũ. Heu me miserum.Sic fecit Magdalena. Petrus Apostolus publicanus.Esa.36.Recogitabo tibi omnes annos meos,in amaritudine animae meae.Plange anima chara,& ora domi

num,

num,ut det tibi contritionem peccatorum tuorum, antequam moriaris. De qua Iob 10. Dimitte me, ut plangam paululum dolorem meum. Matt. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

Secunda conditio columbæ, quia caret felle. Hæc autem conditio conuenit Spirituisancto, quia cum sit amor, caret omni felle odii, rancoris, & maleuolétiæ. Sap. 1. Benignus est Spiritus sapientiæ. Et 11. O quam bonus, suauis est domine spiritus tuus ī nobis. Cuius bonitas apparet, ī supportatione peccatorum. Esa. 30. Expectat nos Deus, ut misereatur nostri. Peccator meretur statim puniri de suo peccato. Diuina clementia expectat. Vñ Dionysi. 4. cap. De diuinis nominibus. Sicut sol radios suos emittit, ad corporum illuminationem, ita diuina bonitas radios suos, scilicet misericordię.

Tertia conditio, quia nidificat in foraminibus petræ. O magnnm mysterium, quæ est ista petra? Illa est de qua Apostolus. Petra autem erat Christus. Nidificat quidem Christus, s. in petra, quæ hominem ponit in contemplationem suipsius, & quinque plagarum eius. Ad hanc contemplationem inuitat sponsus sponsam di. Canticorum. 2. Surge propera amica mea, sponsa mea, col. m. in fo. petræ, idest nidifica, contemplare, surge. s. ab amore mundi terrenarum rerum, & carnalium, surge a sommo peccati, propera ad me. Primo amica mea, quia omnia signa amicitiæ ostendit animæ. Secunda sponsa, quia ipsam desponsauit anulo fidei. Oseæ 2. Desponsabo te mihi in fide. Tertio dicitur columba, propter simplicitatem, & puritatem, quam ei cōtulit in baptismo. Et sic patet de prima specie columbæ. Secūdo in specie &c, Quæritur quare in speciē ignis, quā alterius elementi? Respondet sanctus Th. ubi supra. Propter tres rationes, siue conditiones ipsius elementi, quas non habet aliud elementum.

Prima quia est calefactiuus.

Secunda quia est purgatiuus.

Tertia quia est illuminatiuus.

Prima &c. Sic Spiritussanctus corda hominum calidafacit, in Dei amore, de quo igne. Luc. 12. Ignem ueni mittere

in terram. Et Ecclesia in hym. De patris ergo lumine, decorus ignis missus est, qui fida Christi pectora, calore uerbi compleat. Et ad Co. 5. de se & aliis Apostolis. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Hic est ignis qui Paulum inflãmauit, ut mori pro Christo, & ligari non timeret. Inflammat quotidie iuuenes, ut mundum relinquãt. Ecce prima conditio ignis.

Secunda &c. Hac ratione aurifex ponit aurum in igne, ut ibi purgetur. Sic Spiritussanctus purgat peccatoris conscientiam, a rubigine peccati. Hoc Dauid petebat. Cor mundum crea in me Deus, idest purga & purifica a peccatis, & malis, & hoc Ecclesia petit pro filiis suis, Psalm. 130. Emitte spiritum tuum; & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Sic renouauit cor Magdalenæ, & aliorum sanctorum, a malis. Vnde quod multi dant usuras, & alia illicita faciunt? quia sunt rubigine peccatorum imbuti & pleni, unde indigent purgari igne Spiritussancti.

Tertia conditio &c. Sic Spiritussanctus illuminat cor tenebrosum peccatorum. Plures de malo in peius uadunt, ideo quia sunt ceci. Sopho. 1. Ambulabunt ut ceci, quia domino peccauerunt.

Tertiò Spiritussanctus ostensus est in genere linguarũ. Quare plus in forma linguarum, quàm in alia forma? Nõ sic manus, ac pedes accepit? Respõdeo quod factum est, ut hoc membrum præ cæteris regularet gratia Spiritussancti: quia præ cæteris difficilius custoditur. Inter omnia membra, hoc maximè cum difficultate custoditur. Iac. 3. Omnis natura bestiarum, & uolucrum, & serpentum, & cæterorum domantur, linguam autem, nullus domare potest. In eodẽ. In ipsa benedicimus Deum, & patrem, & in ipsa maledicimus hominem, qui ad imaginẽ & similitudinẽ Dei factus est. Ex ipso ore procedit benedictio, & maledictio. Ille. Iõ coueniens fuit ut Spiritussanctus in ipsa specie appareret, vt sic dirigerentur. Nõ est signũ tã expressiuum, utrum homo Spiritumsanctum in se habeat, sicut ad linguam cognosci potest. Vbi notandum quòd Deus tres prouintias fecit, & in qualibet posuit linguagium suum. Primò cœlestem. Secundò terrestrem. Tertiò infernalem. Linguagium prouinciæ

uinciæ terrestris, est loqui de terrenis. Ioã 4. Qui de terra est &c. Linguagiũ prouinciæ infernalis est deum blasphemare, Apoc. 16. Blasphemauerunt Deũ cœli præ dolorib. & uulneribus suis. Et sic patet quare missus est in linguis.

Quarto missus est in specie flatus. Quare potius in flatu? Io. 20. Insufflauit & dixit. Accipite Spiritum sanctũ. Respondeo quòd propter tria, quę flatus habet Spirituisancto conuenientia. Primo, quia uelox. Secũdo, quia calidus. Tertiò, quia necessarius.

Primo &c. Sic Spiritussanctus ueloces facit suos, ad benę operandum. Greg. in Homelia. Amor Dei nunquã est ociosus. Ambr. Nescit tarda molimina Spiritussancti gratia. Secundo quia calet, calefacit suos.

Tertio &c. Sic Spiritussanctus facit suis, quo ad eis remoto, deficiunt in uita spirituali. Ps. Auferres spiritũ eorũ, & deficient. Io. Spiritus est qui uiuificat. Eze. 38. Dabo uobis spiritum, & uiuetis. Tertiũ principale est &c. Ad quos uenit? Respõdeo quod ad tres personas uenit, ut patet hodie.

Primo, ad eos qui sunt uniti in charitate.

Secundo, ad eos qui sunt uniti in oratione.

Tertio, ad eos qui sunt in puritate.

Primo ad eos &c. Venit ad Apostolos qui erant uniti. In Epistola hodierna Dũ complerẽtur dies Pẽthecostes, erat oẽs pariter iñ eodẽ loco. Et sicut erant in eodẽ loco corporaliter, sic spiritualiter erant in una charitate, in uno amore, ideo acceperunt Spiritumsanctum. Et rõ. Cum Spiritussanctus sit amor. 1. Io. 4. Deus charitas est, cum illis habitat. Matt. 17. Vbi duo uel tres fuerint cõgregati in nomine meo, in medio eorum sum. Et Aug. super Io. Sola dilectio discernit inter filios Dei, & filios Diaboli. Iõ. Esa. 66. Super quẽ requiescet spiritus meus, nisi su p humilẽ, & quietum? Secũdo ad eos &c. Ad Apostolos uenit cum dicitur. Erant perseuerantes in oratione cum mulierib. & Maria matre Iesu, & cum aliis. Vbi notãdũ, quod Spiritussanctus facit sicut Peregrinus, quando in itinere est, & scit hospitiũ alicuius, qui libenter eum recipit. Ad illud libenter uadit. Ita Spiritussanctus cum uidet hospitem nostræ mentis paratum, ad illud intrat. Et hæc oratio facit in hymno.

Orantib. Apostolis Deum uenisse nunciat. Et Ioan. 14. Veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et Sap. 8. Inuocaui. s. per orationem, & uenit in me spiritus sapientiæ. Io. 14. Rogabo patrem, & alium paraclytum dabit uobis.

Tertio ad eos &c. Venit ad Apostolos, qui erant puri. Greg. in Homel. Tergat sordes praui operis, qui Deo parat domum mentis. Figura Gene. 8. Columba emissa de arca Noe cum inuenisset terram paludosam, non permansit ibi sed ad arcam reuersa est. Columba est Spiritussanctus, non permanet in terra paludosa, idest in peccatore: sed ad propria reuertitur. Quomodo fit ista hæc missio uideamus. Ante Ascensionem sæpe Christus sicut amicis Apostolis suis mittere Spiritumsanctum promisit. Io. 16. Expedit uobis ut ego uadam. Si autem abiero, mittam eum ad uos: sed tamen non indicauit eis diem, neq; horam: ignorantes ergo spiritum expectauerunt 6. die. post Ascensionem, & sabbato. Transactis his diebus, cœperunt contristari, & dicere in uicem. Quando ueniet? Vnus inquit cras, alius non: sed die lune. Dum uenisset sabbatum. Dicebāt. O quid faciemus? timidi stabant, absconsi propter metum Iudæorum, unde isto mane ad Mariam ueniunt dicentes. Heu filius tuus nobis promisit mittere Spiritumsanctum. Hodie sunt decem dies quod ascendit, & adhuc Spiritumsanctū non misit. Et uirgo. Non dubitetis: quia omnino mittet, nec ante mittere debuit. Et rō. Qñ Deus traxit populū de captiuitate Egypti, quinquagesimo die descendit in forma ignis in monte Sina, dādo legem. Fuit figura quod quinquagesimo die resurrectionis suæ, nos liberaret, & uiuificaret. Vñ ponamus nos in orōne. Petrus cum alijs se ad unam partem posuit. Lazarus cum 72. ad aliam. Et Magdalena cum alijs mulieribus ad aliam: & uirgo Maria in medio. In cęlesti palatio facta est dissensio inter patrem, & Spiritumsanctū. O pater inquit filius, promisi Apost. meis Paraclytum, & cōsolatorem, tempus aduenit, ut promissionem attendā. Cui pater. Sum contentus, indica spiritui sancto. Cui spiritussanctus. Dic mihi quomodo te tractauerunt? Cui filius. Vide me per charitatem. Ostendit ei latus, & manus, & pedes perforatos. Heu mihi: sed uadam in aliam effigiem, quod non au-

debunt me tangere. Qui descendit cum maximo strepitu. Factus est repente de cęlo sonus, tanquam aduenientis spiritus uehementis, descendit que super eos, & repleuit totā domum ubi erant sedentes. Repleti ergo sunt omnes Spiritusancto.

Feria II. Penthecostes. De Dignitate Animæ. Sermo magnus.

SIc Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Io.3. Stupendum, & mirandum diuinum huius mundi opificium, cuius potissima pars est rationalis creatura, ita singulariter in omnibus eius membris est ordinatum, & bene dispositum, tantaque mensura, ut stupidam omnem humanam intelligentiam reddat. Vnde est sciendum, quòd natura animæ nostrę non solum secundū scholam sacrorum Theologantium, & sacram religionem Christianam, sed etiam secundum opi. Philosophantium, esse diuinam & spiritualem, cuius ueritas probatur per testimonium sacræ scripturæ. Moyses in persona Dei. Genes.1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. O sapientia aurea & celebranda sententia. Cui sententiæ est conformis colorata phantasia Poëtarum. Vnde Plotinus Platonicus, de quo Augusti. 10. de ciui. Dei. c. 2. Plotinus Platonicus, animam nostram intellectualem, quam in cęlestibus sedibus habitare non dubitat, non habere ait supra se, nisi naturam Dei. Ille: & in 8. Ethi. Homines dicūtur Dii propter uirtutis excellentiam. Et Socrates sepē solebat dicere, pro confirmatione prę inductarum sentētiaūr. Homo perfectus per sapiētiam nihil est aliud, quam Deus in humano corpore hospitatus. Ideo in ulla re non potest se beatificare ipsa anima, q̄ in Deo. Aug. in 9. de ciui. Dei. c.2. Verus Deus est cum quo solo, & in quo solo, & de quo solo anima rationalis, & intellectualis beata est. Et cōcludit Phil. 7. Ethi. Homines perfectos per uirtutem theoricam esse diuos. Ideo præstantia ingenia, appetunt cōformari se suo principio. Cum natura ueluti diuina portio absoluta & libera ab hac terrena mole corporis: & cupit se ab-

strahere a cura,& possessione rerum mortalium. Propterea sublimis ille monarcha Deus, ut homo haberet causam amandi eum, illam uoluit decorare ineffabilibus donis. Inter quę principatum tenet anima rationalis illi communicata. Quam ipse factor, tantum appreciauit, ut filium suũ vnigenitũ daret, sicuti uerba assumpta testantur. Sic Deus &c. In quibus uerbis de dignitate huius animæ loquemur. De qua tria singularia mysteria proponimus declaranda.

Primum dicitur quiditas.

Secundum qualitas.

Tertium nobilitas.

Primum &c. Secundum sententiã Philosophi. 1. de Anima. Omnino, & pœnitus difficilimorum est, accipere quid sit anima, tamen confisus de gratia Dei intendo texere sermonem de illa. Et quia sunt plures diffinitiones Philosophorum, duas tantum principales uidebimus. Vnam Philosophi naturalis. Aliã Theologi. Prima est Platonis in Timeo dicentis. Anima est essentia, ex quatuor numeris composita. s. unitate, dualitate, ternario, & quaternario. O qđ dicit prædicator noster? quia diffinit animam sup digitos ut mulieres. anima ex quatuor componitur, inquit Plato, cum in se habeat quatuor. s. scientiam, intellectum, opinionem, & sensum. Vocabat autẽ unitatem, intellectum, dualitatem, scientiam, ternarium, opinionem, quaternariũ sensum. Nam intellectus fertur in simplicem naturam rei, q̃ de se est una, scientia est de subiecto, seu natura per habitudinem ad proprietates eius, quæ sunt duo. Opinio est circa duo contradictoria, cum formidine, & incertitudine alterius. Sensus interiores sunt quatuor. s. sensus communis, phantasia, cogitatiua, & memoratiua. Etiam sub mirifico uelamine uoluit intelligere Plato, q̃ anima est una secundum substantiam: & secũdum essentiam est duplex, quia habet essentiam, & esse: est triplex pp eius triplicem potẽtiã. s. memoriam, intellectum, & uoluntatem, secundum quas est ad imaginem Dei. Est quadruplex, quia informat corpus cõpositũ, ex quatuor elemẽtis. Sed mihi parcant Philosophi, cũ suis sequacib. quia de anima nihil, aut parũ intellexerunt.

lexerũt. Ideo sñiam Theo. Audiamus. Vnde Aug. in li. de q̃titate animæ. Th. in 2. contra Gen. c. 7. Bona. 2. di. 17. Alex. 2. par. tra. de anima. ita diffiniant animã. Anima est substãtia incorporea, immortalis, de nihilo creata a Deo, ad beatitudinem consequendam. In quib. uerbis ponũtur quinq; conclusiones. Prima conclusio est, anima est substantia incorporea. Contra, Democritum, Euripidem, & Eraclytum; qui uoluerunt animam nr̃am esse de igne materiali. Et contra Diog. qui uoluit eam de aere: & contra Thaletem Milesium, q uoluit de aqua, ut dicit Phi. 1 de Anima. & Cic. de natu. Deorum. Cõtra Epicurum, qui imaginatus est animã esse mixtam igne, aere, aqua, terra, ut ponit Macrob. lib. de somno Scipionis. Per hanc materialitatem cõcludebãt ipsam mortalem, & corruptibilem, quæ opinio pro hæretica habetur ab Ecclesia. 24. q. 2. c. penul.

Secunda conclusio est, q̃ est immortalis. Contra Pythagoram Philosophum, qui dixit animam cum corpore mori. Cuius opinionis fuere Saducei, qui negabant Resurrectionem corporum: cum qua opinione fuerunt multi Christiani. De quibus certe dolendum est, qui sequentes prauas conscientias, uirtutibus ieiuni, dederunt se omni turpitudini. documenta fidei, & euangelium ridentes, tenent animam simul cum corpore mori, in quorum persona. Ecclesi. 3. Vnus est hominis interitus, & iumentorum, & æqua utrinsque conditio. Et Sap. 2. Ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus quasi non fuerimus. Exemplum illius domini, qui mecum in alpibus Florentię non credens aliam uitam, & animam cum corpore mori, dicebat. O pater quis uidit aliam uitam? quis reuersus est ad nos? mortuo corpore, perit anima. O bubale, o uilior bestia, diabolus & bonum tẽpus cauauit tibi cerebum. Quæ opinio hæretica est. Quod bene Grego. ostendit 4. Dialogorum. Tres uitales spiritus creauit omnipotens, Deus, unum qui carne nõ tegitur, nec cum carne moritur. Alium qui carne tegitur: sed non cum carne moritur. Tertium qui carne tegit, & cũ carne morit.

Primus est Angelicus spiritus.

Secundus est spiritus humanus.

Tertius est spiritus iumentorum, omniumq; brutorũ animalium.

malium. Ille. Plato in Timeo. Anima est immortalis, & secundum quod uicerit passiones, uel uicta fuerit, præmiabitur, uel punietur post hăc uitam. Salu. in prologo Iugurtini. Ingentia & ægregia facinora, sicut anima immortalia sunt. Lucretius. Redit idem retro de terra, quod fuit ante. Sed quod missum ex etheris oris, Id rursum cœli fulgentia templa receptant. O quam confundi deberent christiani, negantes immortalitatem animæ, quando & ipsi Philosophi gentium, uerbo, & opere, animam nunquam mori tã lucidis sententiis testati sunt. Tertia cõclusio est. Quia est de nihilo facta. Contra Manicheum qui dixit ipsam factam de substantia Dei: ut ponit Magister. 2. di. 17. Et contra Menandrum, qui dixit esse de substantia Angelorum, quod est falsũ: quia de nihilo creata est. Vnde Aug. li. 1. supra.) Creauit Deus animas singulorum per se, de nihilo: si de nihilo, ergo non de substantia Dei. Quarta conclusio: quia a Deo creata. Contra Platonem qui uoluit omnes animas fuisse ab æterno. Contra fidem locutus, & contra Philosophum. Primo cõtra fidem, quæ nihil cõfitetur æternum nisi Deũ. Et contra Arist. qui non dixit intellectum esse æternum, sed perpetuum. Secũdum Alb 10 c. Compendii. Differẽtia est inter tempus æternum, & perpetuum. Tempus æternum qđ habet principium, & finem. Perpetuum quod caret principio: sed non fine: anima nostra est perpetua. quia hẽt principium, sed caret fine; quia semper erit. Quinta conclusio est. Ad beatitudinem consequendam teste Aug. Fecit Deus rationalem creaturam, ut summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo frueretur. In principio confess. Fecisti nos domine ad te, & inquietũ est cor nostrũ, donec requiescat in te. O excellentia singularis huius animæ. Cũ ergo sit ita mirabilis. Quæritur dubium a Theologis. Cur Deus corpori fœtido, passibili, & obnoxio omni miseriæ uoluit hanc animam figere? cum dicat Philosophus. 4. Phi. Quod locus & locatum debent esse ꝓportionata? Ad quod dicit Magister. 2. di. 1. Et Tho. 3. di. 3. Quod hoc actum est duplici ratione.

Primo ratione ordinationis.

Secundo accumulationis.

Primo

Primo &c. Quia ordo uniuersi hoc requirit, cum dicat Phil. 11 Metha Bonum uniuersi in ordine consistit, Deus creauerat naturam Angelicam puram: creauerat naturam simplicem materialem, restabat ad ordinem uniuersi, ut faceret mediam creaturam. s. hominē cum corpore, qui participaret de utroque. De spirituali quo ad animam, de corporali quo ad corpus: ideo corpori ipsam uniuit. Vñ Aug. 2. conf. Duo fecisti domine, unum prope te, & aliud prope nihil. Secundo ratione &c. Vt gloriosius coronaretur: quia sic plus meretur cum corpore, quam sine: quia quanto difficultas est in operatione, tanto plus meretur. Anima in corpore uexatur a mundo. In mundo pressuram habebitis. A carne. Caro concupiscit &c. A diabolo. Aduersarius uester &c. Hier. Ad Eusto. In carne præter carnem uiuere, angelicum est, non humanum. Vnde T. 2. di. 9. dicit. Quod homo plus potest mereri in corpore, quā Angelus. Et ratione difficultatis, quæ est in homine, & non in Angelo, & rōne lōgitur nitatis: q̄ Angelus unico actu meruit paradisum, homo autem plurib. Et merito passionis Christi, quæ infinitę operatur pro homine, & non pro Angelo. Non immerito, quia est æterni regis filia. Quod patet figura de quodā rege, qui habēs pulchram filiam, dedit cuidam suo militi in uxorem hoc pacto, ꝙ si incurreret infirmitatem aliquam, amitteret caput. Conduxit autem illam in ciuitatem propriam, quam ingressa quia erat ibi aer corruptus, leprosa facta est. Contristatus autem miles, & timens iram regis, habuit obuium quendam medicum, qui tria remedia pro sanitate recuperanda dedit.

Primū ut oī hebdomada semel ingrederetur uiridiariū, causa spatiandi.

Secundū ut sumeret tales herbas, & faceret electuarium, & bis mane, & sero antequam iret dormitum, comederet.

Tertiū ut lauaret se aqua fontis, quæ erat in uiridario. Quod & fecit & sanata est. Moraliter. Iste rex est Deus q̄ filiam habet pulchram. i. animam. Vnde Phil. 16. de Anima. lib. Anima est nobilior omni corpore, & omni possessione. Sup omnia pulchrior. Vnde Arch. Flo. 1. par. c. 2. §. 3. Anima est Angelis pulchrior, non rōne sui. sed inquantum est

Deificata.i.Deitati unita in uerbo.Quam militi.i.corpori cõiunxit.Vbi incurrit infirmitatẽ quia terra corrupta. Corrupti sunt oculi.Sen.li.5.cãrum. Oculi nostri sunt irritamẽta malorum.Thren.Oculos meus, deprædatus est animam meã.Aures corruptæ.Ec.28.Sepi aures tuas spinis, & taci to feras aurib.tuis.Corrupta linguã per infamiam unde le pſa fit.Sed medicus,militi obuius uenit. De quo Aug.Magnus de cœlo uenit medicus:quia per totum mundum magnus iacebat egrotus. Qui tria documenta militi dedit,ut anima leprosa sanet. Primũ omni hebdomada semel.i.die dñico, ingrediatur uiridarium ad cõtemplãdum Deum,q̃tum sit magnus,q̃tum potens,quantum bonus.Sc̃dm reme diũ,sut comedat, & reficiatur orõnib.mane & sero,quæ sũt tres.Prima orõ Dñicalis, quę excedit omnes orõnes.Secũda fidei artic de conf.di.2.Symbolum.Tertia Aue,quæ facta est a trib.ab Angelo.Aue gratia plena,ab Elisabeth.Benedicta tu in mulierib.&c.ab Ecclesia.sãcta Maria &c.Tertium ut se lauet lachrimis cõpunctionis.Mat.5. Beati qui lugent,qm̃ ipsi &c.vnde Asc.nf. Nil prosunt lachrimæ sine animæ consensu:oculorum, tristitiæ dolor interius confideat.Iustc.n.tales lachrimæ sunt satisfactoriæ. Et sic patet primum.Secundum dr̃ &c.Qualis est hæc anima?R̃n.Deus per Moysen.Ge.1.Ad imaginem nr̃am.Exponunt Hæbrei hoc uerbum.Faciamus hominem &c. Quod fuit uerbũ Dei ad Angelos.Nos.s.Pr̃ Filius & Spũsſanctus. Vnde primum miraculum quod Deus fecit, post productionem creaturarum,fuit formatio corporis humani, quæ fuit absque mini sterio Angelorum; quæ fuit præter ordinẽ naturæ, sola diuina uirtute.No.secundum Theol.2.di.16.Th.1 par.q 93. Triplex est creatura. Vna quæ nec est ad imaginẽ Dei,nec imago Dei.s.creatura irrõnalis,sed dr̃ uestigium Dei Alia quæ non est ad imaginem,sed imago Dei,ut filius Dei.Co los.1.Et filius Dei imago inuisibilis, & hoc pp identitatẽ naturæ.Vnde Amb. super illud. Deus qui similis erit tibi? Nullus utiq. Quia imago pr̃is est filius,ut probatur de pę. di.1.Importuna.Alia est creatura quæ est imago Dei,& ad imaginem Dei.Quis est hic?R̃n quod homo.O quas nobilisſi spũ.lium,o præstãs ornamẽtum decori paradisi.Quæ ima

go

go est secundum naturam intellectualem. Imago secundũ Theo. in tribus consistit.

Primo in dignitate.

Secundo in proprietate.

Tertio in entitate.

Primo &c. Quia sicut Deus est dominus omniũ. Ps. Domini est terra & plenitudo eius Et in Symbolo. Visibiliũ, & inuisibilium. Et Hester 13. Dominus uniuersorum tu es. Ita homo est dominus huius mundi. Ge. 1. Dominamini piscibus maris; & uolatilibus cęli, & uniuersis animantibus, quę mouentur super terram. Ps. Cõstituit eum super opera manuum suarum. Vnde in signũ huius, homo fuit creatus post creationem cæterorum animalium. Ideo Apost. 1. Co. 3. Omnia enim nostra sunt. Aug. super Gen. ad literã. Omnia fecit Deus propter hominem: hominem autẽ propter seipsum. Et Plato in Timeo. Bonitas Dei causa fuit factionis mũdi propter hominem. In 1. Pol. Natura fecit animalia propter hominem. Vnde Philosophus constrictus est dicere in 2. Phy. & 2. de anima. Finis quodammodo omniũ est homo. Et Lact. li. de Ira. Sicut mundum Deus propter hominẽ machinatus est, ita ipsum propter se, tãquam diuini templi antistitem, spectatorem operum, rerumque cœlestium. Vnde homo est alter Deus. Secundo in proprietate. Quinq; proprietates habet Deus, ut ponit Th. 3. di. 3 quas & homo habet. Prima est, quod Deus est unus in essentia. Exo. 2. Dominus Deus tuus unus est. Et anima una est in essentia. Secunda similitudo; quia Deus est trinus in ꝑsonis. Io. 6. Tres sunt qui testimonium &c. Ita & anima nostra est trina in potentia. Memoria, intelligentia, uoluntas. In hoc solum dissimilantur, quia tres personæ diuinæ sunt Deus, sed potentiæ animæ, non sunt essentia animæ, sed uires ipsius ab ea fluentes.

Tertio Deus est immortalis. 1. Tim. 1. Regi seculorũ immortali. Et anima nostra immortalis est. Quarto est inuisibilis. Io. 1. Deũ nemo uidit unquã. Et anima nostra inuisibilis. Quinto Deus est ubiq;. potentia, essentia, & pñtia, secundũ Th. 1. par. q 8. ar. 3. Et Mag. in 1. di. 37. Hier. 18. Cœlũ & terrã ego impleo. Tñ principaliter est in cęlo Empy

geo, sic anima nostra secundum Aug. 6 de Tri. ca. 6. est tota in toto, & tota i qualibet parte, tamē determinate, est principaliter in corde, dum uirtutē influit toti corpori. Tertio consistit in entitate. quia sicut in Deitate sunt tres personæ in una essentia. Sic in unica anima, sunt tres potentię æqualiter se habētes s. Pater Filius Spiritussanctus. Nā sicut Pr̄ generat filium. Et Pater, & Filius spirant Spiritūsanctum. Sic memoria, quę est prima potentia animæ intellectiuæ: generat intellectū, qui est secunda. Vnde dicit Aug. Quod memoria est mater intelligentię. Intelligētia enim nihil cognosceret nisi memoria sibi influeret. Et sicut Spiritussanctus producitur a patre & filio, sic uoluntas quæ est tertia potētia, producitur a memoria & intelligentia. Volūtas. n. nihil uellet, nisi memoria, & intelligentia sibi p̄sentarent. Et Deus dedit animę hanc imaginem, ut in ea, tanquā in domo, per quandam appropriationem habitaret. Pater. n. habitat in memoria, per continuam recordationē beneficiorum suorum s. quia dedit nobis esse. Ps. Ipse fecit nos &c. Dedit nobis bene esse, scilicet gratiam: Ps. Gratiā, & gloriam &c. Dedit nobis temporalia. Ps. Oculi omniū &c. usq; benedictione. Dedit nobis filium suum. Ioan. 3. Sic Deus dilexit &c. Dedit nobis regnum suum. Matth. 25. Possidete paratum uobis regnum ab origine. Dedit nobis corpus suum in refectionē. Mat. 26. Accipite, & comedite: hoc est &c. Pater per talium beneficiorum recordationem, habitat in memoria nostra Ps. Hic habitabo quoniam elegi eam. Filius habitat in intelligentia per sapientiam, cum sit sapientia patris. Hæc sapientia consistit in duobus. s. in cognitione Dei, & cognitione sui. Vnde Aug. dicit. Domine Deus nouerim te, nouerim me. Nouerim te quantæ sis maiestatis, ut timeam te, quantę dignitatis, ut adorem te; quantę bonitatis, ut sperem in te. Nouerim me, quātæ sim fragilitatis, quantæ uilitatis: quantæ iniquitatis, ut digne possis in me habitare, ut merito de me dicatur. Sapientia ædificauit sibi domum. Spiritussanctus habitat in uoluntate per dilectionem. Vnde postq̄ Christus dixit Ioan. 14. Si quis diligit me sermonem meum &c. subdit. Ad eum ueniemus, & mansionem apud eum fa. s. per charitatem. Cum sit

anima

anima tam sublimis,& ad similitudinem illius summi mo narchæ Dei plasmata:& hospitatrix tanti hospitis Dei,nul la res potest ipsam quietare,nisi ipse solus. Vnde Bern. in sermone de dedicatione Ecclesiæ. Ad imaginem quippe Dei,facta est anima rationalis, cæteris creaturis occupari potest,repleri autem non potest:Practica. Vna uice dispo suit Deus inuenire hominem secundum cor suum,sed inter homines unum solum reperit.s.Dauid. 1.Reg.14.Quęsiuit dominus uirum iuxta cor suum,quo inuento pete a me, in quit Deus,qđ uis.A quo quinque petiit. Primo petiit no bilitatem. Qua habita, dixit ei Deus. Es ne contentus? Non domine.Da mihi secundum, scilicet uxorem pulchrā. Cui dedit Michol.Dedit & tertium, quia fecit eum capita neum. Dedit quartum,quia uictoriam contra Philisteos. Dedit & quintum,scilicet regiam dignitatem. Cui Deus. Es ne contentus.Respondit non.Sed satiabor cum apparue rit gloria tua. Ideo Repleri autem non potest. Et Aug. in prin.confes.Fecisti nos domine ad te,& inquietū est cor nostrum, donec requiescat in te. Propter hanc Deus mun- dum fecit.in 2.de anima.Finis quodammodo omnium est homo.Propter hanc factum est cœlum Empyreū.In 2. di. 2.Cœlum empyreum potius est pro Anima,quàm pro An gelo: propter hanc Christus tandem mortuus est. Quod considerans Vgo lib.de arrra sponsæ ait. Respice uniuersū mundum istum,& considera si aliquid in eo sit, quod tibi non seruiat. Omnis natura ad hunc finem dirigit cursum suū,ut obseq[?]is tuis famuletur,& utilitati deseruiat, tuisq; oblectamentis pariter,& necessitatibus, secundum affluen tiam indeficientem occurat. Hoc cœlum, hæc terra, hoc mare,hoc aer,cū his quæ sunt in eis uniuersis, explere nō cessant.Ille.O anima ergo nobilis.O anima delicata, ui- de dignitatem tuam, quod nulla res quantumcunque præ ciosa, potest satiare, & esse sufficiens infinitæ capacitati tuæ.Vnde patet secundum.

Tertiū principale dicitur nobilitatis. psal.Venite,& au dite,& narra,&c. Quid fecit? Quomō ipsam nobilitauit? Respondeo in tribus.

Primo eam custodiuit.

Secundo

Secundo eam redemit.

Tertio eam sublimauit.

Primo &c. Res magnæ cum magna diligentia custodiuntur. Unde thesauri sub multis clauibus custodiũtur. Custodit autem Deus animas, & custodit per Angelos Hiero. super Mat. Magna dignitas animarum est: ut unaquæque ab ortu natiuitatis suę: habeat Angelum in custodiam delegatum. Unde eam solum Angelis commendauit. Quando enim creat unam Animam: postea subito mittit Angelos, ut eam defendant ab incursu Dæmonum. Sed quæro quo tempore datur Angelus? Respondeo cum duplex sit natiuitas: ut patet de conse. di. 4. cap. Firmissime. Una scilicet in utero: cum anima corpori infunditur: alia extra uterum: quidam uoluerũt quod Angelus datur ĩ prima, cum infunditur corpori: q̃ opinio fuit Bona. 2. d. 11. Sed communis opinio est quod statim natis datur: ut tenet Magister. 2. di. 11. c. 1. Sed quare non datur in utero ad custodiam? Respõdet Tho. 1. parte. q. 11. ar. 6. Quod cum tales pueri sint adhuc aliquid matris: custodiuntur ab Angelo matris, sicut fructus arboris existens in arbore, est aliquid arboris: qui custodit arborẽ, patet ꝙ etiam fructus. Unde ille Angelus qui custodit matrem, custodit etiam filium. Quæ opinio uerior uidetur. Secundo eam redemit proprio sanguine. Clarum est ꝙ de perditione rei uilis, parum dolet homo: sed de perditione rei præciosæ, multum affligitur. Ad propositũ. Nihil præciosius in humanis anima nostra, quæ ualet sup omne aurum. Ber. li. medita. Totus iste mundus ad unius Animæ prætium estimari nõ potest Et Aug. Maius damnũ est in amissione unius animæ, quàm mille corporum. Ille. Qua perdita tantum doluit pius Iesus: ut pro eius redemptione: ab immortali, & incomprehensibili diuinitate in ar nari uoluit, & formam serui assumere, & tandem mori. Unde Eccl. sia. Qui cõdolens interitu &c. & August. super Ioã. Nulla causa fuit ueniendi Christo domino: nisi peccatores saluos facere Et Ecclesia. Nec abhorres peccatores, sine quibus, nũquàm fores tãto digna filio. Nam ut dicit Tho. 3. parte. Nisi fuisset peccatum, non esset incarnatus quamuis Alexander dicat oppositum: quod uenuisset sicut glorificator,

cator,

cator,& non redéptor. Et in signum huius incarnationis, pro salute animæ uisus est flere: ridere nunquam Non fleuit pro mundo: sed pro te anima. Neque fleuit pro destructione mundi, sed bene pro anima nostra. Fleuit in natiuitate, in circuncisione dans principium nostræ redemptionis: fleuit super Hierusalem: fleuit super Lazarum, fleuit super crucē: quid dicis o Paule Heb.5. Cum clamore ualido & lachrymis offerens. Clamauit quando dixit. Pater ignosce illis. Qđ uerbum fuit tantæ pietatis, quod quinq; M. sunt conuersi. Secundo cum lachrymis, quando dixit Hely hely lammazabacthni, quare dixi lammazabacthni, id est dereliquisti me? dereliquit eum Deus, & omnia alia subsidia, propter ipsam animam. Dereliquerũt Angeli, Apostoli, Mariæ, Iudęi, Gentiles. O quantos labores sustinuit orando, uigilando, ieiunando, tandē moriendo, ideo Apostolus.1.Corin.6. Empti estis &c. Quomodo o Paule argento, auro? non? sed precioso sanguine Christi. O thesaurum infinitum, qui fuit maioris meriti in infinitũ, sanguine omnium martyrum. Vnde Bern. Sublime est animę prætium, quæ nõ nisi sanguine Christi redimi potuit. Quam ergo commutationē dabis pro anima tua, qui ꝑ nihilo das illam? ideo Ecclesia de pę.& remis. c. Cũ infirmitas. Præcipitur medicis, ne aliquid consulãt pro corporali salute egroto, quod sit in periculum animæ, ut ēt patet de conse.di.6.c. Contraria. Exemplum Vsurarii a quo dũ quæreret sacerdos de salute animæ dicebat. Quantũ ualet granum in platea? Clama contra peccata, quia homo pro uno solido, aiam suã dãnaret. Tertio eam sublimauit in nobilissimo loco. Vbi, in mũdo? nõ, quia est aĩaliũ locus. In Paradiso terrestri? Nõ, quia locus solitarius est, sed ut dicit Tul. li. de amicitia. Natura nihil solitariũ amat, & Phil.6. Eth. Hõ solitarius, aut Deus ē, aut bestia. Rñdeo q diuina ꝓuidētia. Primo posuit terrã 2 aquã .3. aerē. 4. ignē, quē ꝑ caliditatē, longe a nobis collocauit. Demũ posuit septē planetas, Et primo cęlũ stellatũ, cęlũ cristallinũ, ultimo cęlũ Empyreũ, in quo animã collocauit, ut simul cũ Angelis laudaret Deũ: qui potius est pro aĩa, ut ponit magr. in.2.& quia forte aĩa potuisset dubitare de hoc loco, utrũ habebit.

Ideo

Ideo Deus in hoc mũdo ipsam securauit omnib. illis uiis quibus aliquis solet securare alium. Et hoc fit trib. modis.

Primo uia iuraměti: quia iuraměto se astrinxit. O Deus quid est hoc quod audio? Gen. 22 Per memetipsum iuraui dicit dñs, quia benedicens benedicam tibi benedictione. s. gratiæ in pręsenti, & gloriæ in futuro. Si ergo per uiam iuramenti promisit, iuraměntum debet seruari ut patet. 22. q. 1. cap. Non est. Et in clemětinis de iureiur. Et extra de iure iur. c. Et si Christus. Et de conse. di. 3. c. Ego Berengarius. Et ff. de iureiu § Iusiurãdum. Ideo oportet det paradisum quia iurauit; ergo Paradisus erit noster.

Secundo uia instrumenti, quod fuit Euangelium, dictatũ per Spiritusanctum, in quo Paradisum promisit, factũ per notarios fideles. s. primo per Mat. Qui omnia audiuit a Christo. Secundo per Marcum, qui omnia a Petro audiuit. Tertio per Lucã, qui omnia a Paulo habuit. Quarto per Ioannem, qui omnia a pectore diuino hausit. Quod instrumentum fuit publicatũ per testes fideles. s. per 12. Apostolos. Act 4. Eritis mihi testes in Hierusalem &c.

Tertio uia pignoris, quando non sufficit iuramentum, & instrumentum, accipe anima chara pignus. s. corpus suum. Mat. ult. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus &c. quod fit in sacramento altaris. O Christiane quid amplius facere debuit? Non fecit taliter omni nationi, nõ Angelis, non Cherubinis, non Seraphinis. Videns ergo Diabolus gloriam huius animę, motus inuidia, non cessat eam pluribus modis uexare, ut in peccata cadat, & quamuis eius pęna accidẽtalis augeatur, quoties eam in mortali cadere facit, tamẽ uellet eam ad infernum deducere. Legitur in chronica ordinis, quòd Diabolus dixit beato Dominico, quòd ualde delectabatur in perditione unius animæ &c. Volẽs aũt Deus ipsum pacificare dixit. Volo tibi dare terrã in tuum Dominium? Respondit Diabolus, nolo arare. Dabo aquã. Ille. Nolo nauigare. Dabo aerẽ. Nolo inquit uolare. Ignẽ. Nolo comburi. Cęlũm stellatũ. Nolo inquit laborare uoluendo illud. Cęlum cristallinum. Respondit. O nimis essem prope te. Cui dixit dominus. Quid ergo uis mala bestia? Nihil aliud inquit, nisi Animas. Cui dominus. Absit o

mala

mala bestia, ut dem illam tibi, quam feci ad imaginē meā, quam recuperaui sanguine filii mei, ideo Iob 2. dixit. Ecce omnia in manu tua sunt, uerūtamen animam illius serua. Vnde o homo serua illam. Eccl 2. Fili in māsuetudine conserua animam tuam: Deut. 4. Custodite sollicite animas uestras, quæ præponenda est corpori. 12. q. 1. c. Præcipimus. & C. de pœnis. l. Sancimus. Et extra de pœ. & remis. c. Cū infirmitas. Anima est nobilior omni corpore, & animæ bonum præfertur omnibus bonis. Ecce quot ille pius Deus, fecit pro hac anima peregrina. Ideo Ber. super lauda anima &c. Expergiscere & lauda, exulta & gaude, quia insignita es Dei imagine, decorata similitudine, capax rationis, particeps æternæ hęreditatis. O dura corda quid facitis? Cur salutem huius animæ negligitis? Audite Christum dicentē. Mat. 16. Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ uero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Quæramus ergo & nos saluare illam, ut uiuat cum Christo, hic per gratiam, & in futuro per gloriam.

Feria III. Penthecostes. De cognitione gratiæ Spiritußancti. Vel de cognitione Prædestinati.

ORauerunt pro ipsis ut acciperēt Spiritum sanctum. Act. 8. Est trita & uulgata sententia omniū Theologantiū, quòd ille pius, & dulcis pater noster Deus: hominem fecit ad finem uitæ æternæ. Sed ex peccato uelut animal fuit expulsus, locatus & positus in hac ualle miseriæ. Vnde Psal. Homo cū in honore esset &c. De qua animalitate Apostolus. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus Dei. Sed uolens reuerti ad pristinum locum, oportebat incedere per uirtuteś. Vnde Lactan. in 6. c. 2. & 4. Duæ sunt uiæ, per quas humanam uitam egredi necesse est. Vna scilicet quę ad cœlum ferat. Altera quæ ad inferos deprimat, quas & Poetæ in carminibus, & Philosophi in disputationibus suis, induxerūt. Et alteram quidem uirtutum esse uoluerunt: alteram uero uitiorum. Ille. Via uaci ad infernum, & palludem stygiam lata & perfacilis est.

est.In.6.Eo.Facilis descensus auerni. Et Philosophus. 2. Eth.Malum est facile bonũ,uero difficile.Via eundi ad Paradisum est difficilis.Mat.7. Arcta est uia q̃ ducit ad uitã, sed in fine remanet anima cõsolata.Vnde,& Aristoteles solebat dicere sicuti ponit Laertius.Studiorũ liberaliũ, amaræ sunt radices,fructus uero dulces.Et Sé. Sola uirtus pręstat gaudium perpetuum,& securum in 9.Ethi.Beatissima est uita uirtuosorum,sed in hac uita posuit iustitiam,tẽperantiam,patientiam,fidem,castitatem, abstinentiam,concordiam,scientiam,ueritatẽ,sapientiam, & alias uirtutes. Sed simul cum his paupertatem,ignominiam,laborem, dolorẽ,angustias,& amaritudines omnes. Ambula chara anima hoc iter si potes.Inter alias uirtutes sũme necessarias. Apostolus posuit charitatẽ,& gratiam Dei , sine qua nihil fit.1 Corin.13.Si linguis(inquit) hominum loquar,& Angelorum,charitatem autem non habeam, factus sum uelut es sonans,aut cymbalum tinniens.Ille.Si linguis hominũ loquar,qui mundo fuerunt oratores.M. Cice. Mar. Anto. Iulij Cęsaris. Titi Liuij Platonis.Demosthenis. Carneadis.Lisię.Orphei.Si linguis hoĩum.Latina,Græca,Hebraica. Et Angelorũ,illo mõ quo loq̃uitur unus Angelus alteri,illi notificando conceptum suũ. Charitatẽ nõ habeã, i. gratiam Spiritussancti,factus sum &c.Cum itaque adeo necessaria charitas sit, ideo Apostoli , qui erant Hierosolymis audientes quod Samaria recepisset uerbum Dei,orauerunt ut Deus gratiam suam eis donare dignaretur , ut dñt uerba assumpta. Orauerunt &c. In quibus uerbis disputabimus ad propositum occurrẽtis solennitatis Spiritussancti, vnicã conclusionem,quæ est. Vtrum cognosci possit aliquẽ scire,in s. habere hanc gratiam Spiritussancti ? Circa hoc Theologi præcipue.Tho.1.2.q.12.In 3.di.23.arti.2.in 4. dist.9.Ric.in 4.dist.43.art.9.Dicunt. Quòd triplex est cognitio: quæ erunt tres partes nostri sermonis.

Prima dicitur cognitio naturalis.

Secunda dicitur cognitio Diuinalis.

Tertia dicitur cognitio conie&turalis.

Circa primum.Quæritur dubium. Vtrum homo positus in hac uita possit cognoscere naturali cognitione, se eẽ de

numero

in hac uita posſit cognoſcere naturali cognitione, ſe eſſe de numero prædeſtinatorum,& in gratia Dei? Ad hoc fuerunt duæ opi. Vna dicit ꝙ ſic,& ratio huius eſt: ſicut homo poteſt cognoſcere ſe eſſe in peccato per remorſum conſciẽtiæ: ita poteſt ſcire ſe habere gratiã Dei, ex quadam dulcedine mentis, per experientiã. Exemplum Apoſtoli di. de ſe. Et gratia eius in me uacua non fuit. Vnde Pau. ſciuit, ergo uidetur qđ homo poſsit cognoſcere &c. Alia opi. dicit ꝙ non, per illud Iob 9. Si ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. Igitur homo ſcire non poteſt. Ad concluſionẽ reſpondeo ſecũdum doc. Quod nemo poteſt ſcire certitudinaliter, ſe eſſe de numero ſaluandorum, & hře in ſe gratiã Dei,& recepiſſe ſpũmſanctum, quod probatur quadrupliciter. Rõne, Autoritate, Exẽplo, Figura. Primo rõne. Cõcluſio eſt Phi. li. de ſenſu & ſenſato. Quod nihil eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu. Exemplum de figura ad oculum, de cibo ad guſtum,&c. Et 1. Poſte. Omnis doctrina & omnis diſciplina intellectiua, ex ꝓ exiſtẽti fit cognitione. Nota ex præ exiſtẽti cognitione. i. ſenſu. Contra Platonẽ, qui uoluit animam noſtram in ſua creatione, eſſe plenam omnib. ſcientijs. Et in 2. Poſte. Deficiente aliquo ſenſu, neceſſe eſt deficere ſcientiam propriorum ſenſibilium. Idem. Omnis noſtra cognitio, ortum habet a ſenſu. Ad propoſitum. Queris anima mea chara a me. Si potes ſcire te eſſe in gratia Dei, cognitione naturali. Rñ ꝙ non. Ratio: quia gratia Dei eſt ſpiritualis, nec ſubiicitur alicui ſenſui. Non uiſui: quia non eſt colorata, non guſtui, quia nõ materialiter ſaporoſa,& ſic de ſingulis. Et omnis noſtra cognitio &c. Igitur ſciri nõ poteſt, ideo Apoſtolus. 2. Cor. 2. Quæ ſunt Dei nemo nouit niſi ſpiritus Dei. Quod clarius declarat Salomon. Eccle. 9. Sunt iuſti atque ſapientes, & opera eorum in manu Dei,& tamen neſcit homo. Vtrum amore, an odio dignus ſit; ſed omnia in futurũ ſeruantur incerta. In qua autoritate pone exemplum beati Conſtantii de Fabriano, Cum interrogaretur, cur nõ letus incederet, ſed triſtis per conuentum, cum tamen eſſet homo auſterus? Reſpondit ſum lachrymis. Ignoro fratres, an opera mea ſint grata altiſsimo. ideo Pau. 1. Corinthio. quarto. Nihil enim mihi

conscius sum.s.alicuius peccati mortalis. Non superbiæ: quia erat humilis, non luxuriæ. quia erat uirgo: & tamē de se clamat. Et non in hoc iustificatus sum. si Paulus uas electionis, & pdicator gentiū, qui raptus est usq; ad tertiū cęlum: ubi uidit arcana diuina, qui a Christo uocatus, in forma corporea: tamen nō audet se extollere; sed dicit. Qui iudicat me dominus est. Quanto magis peccator, qui multis peccatis plenus est, debet stare ī timore? Vnde Dauid Delicta quis intelligit. q.d. Nemo. Ab occultis munda me domine. Nō eleues te in superbia, o ciuis, o mercator, o uidua, o maritata, sed sta in timore: quia incertus es de propria salute. Ideo Eccl. 6. De propitiatu peccatorū, noli esse sine metu. Ecc. 26. Beatus cui donatum est habere timorem domini. pl. Seruite domino in timore. Et Mesue. 2. Grabadin. Totus igitur Dei timor pueniat in te, & principiet opera tua, & fęlicitabit te, quia ut dicit Thom. in prohemio Iob. Nihil est enim quod tantum reuocet a malis, & inducat ad bona, quātum Dei timor. Ille. Et dato quod homo esset positus in gratia: & certus esset de propria salute, adhuc habet causam timendi. Et ratio est Thom. 1. 2. q. 99. ar. 10. ubi dicit. Postquam aliquis est in gratia positus, & per gratiam dei iustificatus, necesse est habeat petere a Deo donum perseuerantiæ, ut. s. custodiatur a malo, usque in finem. Nam multis datur gratia, quibus non datur perseuerare in gratia. Practica. Veni tu mulier. Quam orationem facis quotidie? O pater dico tria Pater noster, & tot Aue. Ad reuerentiam Trinitatis. Et tu decem ad reuerentiam 10. præceptorum. Et tu quinque ad reuerentiam quinque plagarum. Et tu septem. pro septem gaudiis. Et tu 70. pro corona Virginis. Sed melius orari nō potest Deus, quam ut det tibi perseuerantiam in bono. Quia in gratia fuit Lucifer cū suis sequacibus. In gratia Adā & Eua. In gratia Iudas, Salomō, Dauid, & plures alii, qui aliquando ab ea ceciderunt. Multis datur gratia &c. Vnde legitur de beato Antonio, qui in extremis positus, raptus extra se, flentibusque discipulis, & in se reuersus dixit De tribus filii mei ualde timeo. Primo de uisione Dęmonis, & sua infestatione, q mihi apparuit, qui tam terribilis est, ut lingua exprimi non possit. Exem-

plū beati Constantii de Dęmone uito, quem sæpe optārāt uidere. Semel in orto existenti, apparuit Dęmō in ea defor mitate, quod cecidit ex pauore. Dum per spatium in terra fleciffet, tandem clamare cępit sat est, sat est. Secundum in quit Antonius de quo timeo, est de subtili & arcta ratione reddenda, de omnibus & singulis peccatis. De qua Hier. Ad Asellam. Ante tribunal Christi astabimus, ibi patebit, qua mēte quis uixerit. Exēplum Cosmę de Medicis. Qui in ul timo dixit omnibus astātibus. O iustitia diuina, quam sub tilis es, quæ de omnibus rationem exigis, nec plus locutus est. Exemplum Dominici in chronica. Qui uidens iuuenē cachinne ridentem, repræhendit di. Reddituri sumus ratio nem de omnibus peccatis:& tu rides. Clama hic cōtra iuue nes, qui uerba scurrilia de fœminis, & huiusmodi dicunt. Quod contra Petr. quinto triumpho temporis. Eya conua lescite inter uestras demētias, O iuuenes: & immēsum mē tiamini tempus, uulnus præuisum satis minus dolet, uerba mea fortasse in uanum iacto. Sed nuncio uobis uos læsos profecto esse, graui ac mortifero ueneno letargico. Nā ra pidi uolant dies, horæ, anni, & menses, pariter breuissima mora concessa, omnes ad aliud seculum tēdimus. Tertium inquit Antonius, quod timeo, est quia anima mea est incer ta de salute sua. Quod figurate ponitur in scriptura. 4. Reg. 25. de filiis Israel, qui a Nabuchodonosor ducti fuerunt ca ptiui in Babyloniam. Cum inuitati essent ad cantandum. Cantate nobis inquit Nabuchodonosor, de canticis Syon. Voce flebili responderunt. Quomodo cātabimus canticum domini, in terra aliena? Moraliter. Babylonia confusio in terprætatur, quæ significat præsentem uitam: plenam cōfu sionibus. In qua bāditi à Hierusalem: i. paradiso in loco mi seriæ, non possumus cantare cantica lætitiæ: quia non com petit loco: q: sumus in ualle miseriæ: Vnde Aug. In ualle sumus miseriæ, in qua magis flendum est, eo q̄ minus fle mus. Non conuenit tempori, quod est cursus ad mortem. Nō couenit statui: quia undique periculosus: Status enim hominis est periculosus & dolorosus. quia quocunq; se uer tit, periculum & dolorem inuenit: Nā si sursum respicit, ui det cęlum quod amisit. Si deorsum, uidet infernum qui om

nes deuorare appetit. Si a sinistris, aduersitates uidet, quod unus de mille non euadit, qui non cadat per impatientiã. Si a dexteris prosperitates uidet, quod de decẽ milib. unus nõ euadit, qui non cadat per intemperãtiam. Si post se, uidet peccatorum multitudinem, quæ commisit. Si ante se uidet terribile Dei iudicium, in quo destrictam rationem cũ reddere oportebit. Quod bene Pius Papa innuit, domino Blanco d Pius seruus seruorũ Dei Fugit uita mortalis, & quasi fumus cito euanescit. Quærenda est altera, quæ neq; molestias habet, neque finem. Illic thesaurizãdum est, illic aspirandum. Ille. & sicut fatuus reputaretur qui sententiatus ad mortem iret ridendo, cum deberet lachrimari. ita & nos sententiati ad mortem, in hac ualle miseriæ; & incerti de nostra salute, non debemus stare in lætitia: sed in timore. Vnde patet prima cognitio. Secũda cognitio dicitur &c. Quãdo Deus reuelaret alicui, scire posset. Diuina prouidẽtia aliquibus sanctis, licet paucis ĩ hoc seculo reuelauit statum gratiæ, ex particulari priuilegio, ut opera magnifica prosequerentur, ut patet de 9. in scriptura. Primo de Abraham. Gen. 22. cui dixit Angelus ĩ immolatione filii Ne extendas manum super puerum. Nunc cognoui. i. cognoscere te feci, quod timeas Deum. Et loquitur de timore casto, secundum Tho. Qui non est sine gratia gratum fa. Secundo fuit Moyses, de quo Exo. 30. cum peteret. Ostende mihi faciem tuam. Faciem inquit meam uidere non poteris: sed ostendam tibi omne bonum: quia inuenisti gratiam coram me. Tertio fuit Paulus. De quo 2. Corinthio. 12. Qui cum rogasset dominũ pro remotione stimuli. Respondit dominus. Sufficit tibi gratia mea. Sup quo Beda. Si Paulus hac tentatione caruisset, fuisset de numero reproborum. Quarto fuit Magdalena. De qua Lucæ 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quinto Virgo beata, De qua Lu. 1. Aue gratia plena. Sextus fuit Io. Bapt. de quo Lu. 1. Spiritu sancto replebitur ex utero matris suæ. Septimo Hieremias. Hiere. 1. Antequam exires ad uulua sanctifi caui te. Octauo sunt Apostoli, qui tẽpore missionis Spiritus sancti, ita fuere sanctificati, ut peccare non possent mortaliter.

Nono fuit Latro, cui dictum fuit. Hodie mecum &c.
Præterea aliquæ extrauagantes ponuntur, ficut de Catheri na Sanensi, cui Christus apparens in conuersione Pauli. Noli inquit flere: quia tota es in gratia mea. Sed quæritanima mea chara. Quare & mihi pater, & omnibus alijs de uotis Deus non reuelauit statum gratiæ: quia multa bona facerẽ? Respondet Thom. in summa Theolo. Quod hoc actum est ratione timoris. Quia si homo esse certus de sua salute superbiret, quod malum est. Vnde August. Nulla ma ior superbia, quam de propria uirtute superbire. Et de quo dam uiro sancto legitur, de quo Grego lib. dialo. Cũ ei re uelata esset mors, & finis bonus animæ suę cœpit esse negli gens, circa bona opera, tanquam certus de sua salute. Dictum est ei ab Angelo. Age quod agis, operare quod opera ris. Ad quod facit exemplum Senecæ libro declama. De uno Romano, qui duos filios habitos, duabus mulieribus: cum eos misisset in uillam pro educatione. Secunda uxor quæsiuit quis esset filius suus? Respõdit ille. Nolo iudicare tibi, ne sis mater uni, & nouerca alteri. Ita Deus, ut homo non sit mater corporis, & nouerca animæ: ei non iudicat statum gratiæ. Contentor pater. Sed peto adhuc declarari, aliud dubiũ. Quare Deus cum sit iustus, prædestinauit aliquos, & aliquos præsciuit? Respondet Thom. super Ioann. capitu. sexto. Et super Epistolam Pauli. Rom. nono. Et Au gust contra Pelagium, quod de prędestinato & præscito, est loqui dupliciter, aut in generali, aut in speciali. Si in generali damnauit aliquos, uel præsciuit: ut in eis fulgeret ordo diuinæ iustitiæ. Aliquis saluauit ut in eis fulgeret ordo diuinæ misericordiæ. Sed si loquimur in speciali, quare hunc saluat, & quare hunc non. Quare Petrum, non Iudam Nabuchodonosor, & nõ Pharaonem? Quare Abel, & non Chaym? Respondeo, quia Petrus præparauit se ad gratiã, & nõ Iudas. Si quæratur ultra. Quare Deus mouit Petrum ad lachrimas, & non Iudam? Respondeo, quia sic placuit sibi. Iuxta illud. Saluum me fecit, quoniã & cætera. Si ultra quæratur. Quare sic ei placuit? Respondeo quod quæstio stulta est. Ideo August. super Io. Si quæris quare hunc trahat, & illum non trahat, noli iudicare, si non uis

errare. Et Thom. 1. parte. q. 19. Non potest assignari causa, diuinæ uoluntatis. Et August. contra Pelagium. Inscrutabilia, & incomprehensibilia, nolo interroges, quia quod lego credo, de primo ad ultimum. Nulla ratio potest dari super hoc potissima, ad quiescendum hominem, nisi ut bonum faciat, quia ex bono opere præmiabitur. Vnde patet secunda &c.

3. + Tertia cognitio dicitur &c. Gloss. in l. Fulcinius. §. 1. ff. Quib. ex causis in possessionē eatur. Per exteriora cognoscuntur interiora. Et Christus a fructibus eorum &c. Et medicus cognoscit interiorem infirmitatem, per faciem, per urinam, per pulsum, per signa, ergo &c. Secundum Tho. super lo & Ioan. de Turre cremata super de conse. dist. 2. Ponit quinque coniecturas ueri prædestinati, uel gratiam Spiritussancti habentis.

Prima Redemptoris dilectio.

Secunda Diuini uerbi auditio.

Tertia Oris locutio.

Quarta malorum supportatio.

Quinta bonorum operum occupatio.

Prima &c. Quādo homo potius uellet mori, quam peccare mortaliter, ut dicitur. 3. Ethi. Melius est mori, q̄ facere contra bonum uirtutis. Exemplum sanctæ Monicæ, quæ flebat super filiū. Vtinā inquit mortuus esset filius meus, q̄ remaneret in peccato suo. Et de fratre nostro in Otranto, dū ciuitas caperetur a turchis nec cessaret a prædicatione. Descende inquiunt. Mori potius uoluit, & per medium in culpito sectus est, nec cessabat loqui sancta fides, sancta fides, sancta fides. Sed quando homo pro uno solido capit sacramēta falsa, periurat, nec curat de Deo, propter res mūdanas. Non dicit pater noster, cum corde. Practica notabilis. Incipit in mane deuotionē Virginis. Pater noster, qui es in cœlis. Præpara equum o serue, ut eamus ad uillā. Sanctificetur nomen tuum. O Catherina pone ad locum illam carnem. Panē nostrum quotidianū. Prohibe catum a farcimine. Et dimitte nobis debita nostra. Da equo blandū. Præterea stans ad missam totus est occupatus. Sursum corda. Mētiris, sursum corda ad rus: ad adulturā, ad usuras. Crede

milu

mihi o N.optabũt illa bona,& horreum erit plenum, & tu non eris,sed cadauer in pulueres olerum,& anima in inferno Ideo Petr.in 3.Triũ.mortis.O stulti.s. tot pœnose curę prosunt? Omnes reuertimini ad uestram matrem antiquam. Quod contra Aug.7.Confess.Deputentur tempora, distribuantur horę pro salute animæ.Vis ergo experiri an sis in gratia Dei?Respice ad hunc amorem.Quod bene Augu.super.Ps.Duas ciuitates faciunt duo amores.Hierusalẽ facit amor Dei,Babyloniam facit amor mundi,interroget ergo se quisque,quid amet,& inueniet ubi sit ciuis.Et si inuenerit se ciuem Babyloniæ,extirpet cupiditatem, plantet charitatem.Si autem inuenerit se ciuem Hierusalem colat charitatem,spernat libertatẽ.Ille.Exemplum illius monialis tẽpore Ric.quæ oculos sibi eruit,nolẽs relinquere amorem sui creatoris. Et quia dr.ff.ad l.Aqu.l. Homo. Homo non est dominus membrorum suorum. Dic ꝙ diuino instinctu hoc fecit;ut patet de B.Marco,qui pręcidit sibi pollicem,ne ordinaretur sacerdos & Episcopus.Quod propter hoc Petrus nõ destitit quin eum ordinaret,uidens fecisse humilitate.Secunda dicitur &c.Io. 8. Qui ex Deo est &c. Sup quo Dio.4.de di.no.Amor est uis unitiua, q̃ trãsfert amantem in re amata,ut patet de illo quem amas, ꝓ quo occupas omnes sensus in sui amorem. Visum ad uidẽdum, aures ad audiendum &c.Ad propositum. Homo qui est in gratia,libẽter audit diuina. Exemplo sanctæ Scholasticę, De qua Grego.1. dial. quæ per totã noctem cũ Benedicto stetit,loquendo de Deo.Et de Monica matre Augustini,q dum essent positi apud Ostia Tiberina , loquebãtur ualde dulciter.Et de Magdalena quæ sedens ad pedes Iesu audiebat uerbum illius.Quod uidens Martha dixit.Domine nõ est tibi curæ,quod soror mea reliquit me solã ministrare? Cui dominus. Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima.Maria optimam partem elegit , quæ nõ auferetur ab ea.s.uitam contẽplatiuam,quæ est occupare omnes sensus in auditione uerbi Dei.Vbi doc.ponunt hãc conclusionem , ꝙ non est in natura aliquid tã necessarium homini. sicut auditio uerbi Dei,per quod discernuntur boni a malis.Extra de off.iud.ord.c.Inter cętera, quæ ad salutẽ spectant

stat populi Christiani:pabulũ uerbi Dei maxime noscitur necessariũ. Ideo ecclesia stricte præcipit platis, & præsbyteris curatis,ut prędicent:aut prædicari faciant in Ecclesiis suis ut patet dist.36.c. ecce,& de conf. di.1.c.Sacerdotes. Clama contra Doctores legum, & officiales,& cõtra negligentes,qui inuite audiunt sermones. Tu nõ es catholicus: nec uerus christianus:sed Infidelis Ethnicus,Idumeus,Agarenus Habeo te suspectũ de fide. O pater . Ego scio quid uolunt dicere:& habeo serniones Roberti. Bibliam. Ita est. Sed cũ iis facetias Pogij:librũ 100. nouellarũ.uersus amatorios:ubi tot scurilia,& contraria fidei reperiuntur. Ideo Christus. Propterea uos nõ auditis,quia ex Deo non estis. Exemplum in chronica ordinis de duobus fratrib.eũtibus Bononiam ad capitulum generale. Quibus Dęmon in uia apparuit. Eis appropinquãs interrogat,quo pergũt? Respõderunt. Bononiam ad cap. Quid ibi agetis inquit? Ordinabimus conuentus nostros, prædicatores hinc inde assignãdo. Rñdit ille clamans. Prædicatio uestra debilitat potestatem meam. Ideo Albertus super Lucam, ponit hoc notabile. Quod quasi impossibile est hominẽ damnari in morte: qui sermones frequentarit, ex eo quia fecit habitum fidei contra quem Diabolus pugnat. Sic per oppositum damnãtur illi,qui sermones omiserint ĩ uita. Cicero de amicitia: Cuius aures ueritati clausæ sunt: huius salus desperanda est. Practica hic de illis,qui dieb. dominicis postpositis sermonibus,quidam ad lupanar:quidam ad tabernas;quidam ad ludos:quidam ad ballandum eunt. Quomodo habes audaciam o tu paterfamilias, cum filiis ire ad mensam: nisi prius dederis cibum animę tuę. Vnde patet &c. Tertia dicitur &c. Ex loquela cognoscitur homo cuius prouinciæ est. Figura de Petro. Matt.26 Galileus es. Nam & loquela tua manifestum te facit, & ff. de tutor.& curato. Datis ab his. l. Is quę §.fi. Ex sermonibus,& loquelis: noscitur qs sapiẽs: & iudicatur insipiens. Eccle. 29. Ex uisu cognoscitur homo,amictus corporis, & risus dentium, annunciant de illo. Et facetia de Bergomensi Bononiæ,qui portum transire volebat non soluto pretio. Cum vellet transire fecit se florentinum, dicens. Ego sum florentinus. Vnde fuit cognitus.

tus. Vis cognoscere o ciuis, de qua prouincia es? Respice ad linguam. Secundum Iacobum de Voragine. Tres prouincias fecit Deus: & quęlibet habet suum linguagium. Prima est Paradisus, in qua est laus Dei & sanctorum. Beati, inquit Ps. qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Secunda est mundus, in qua est sermo de rebus mundi. Ioan. 8. Qui de terra est de terra loquitur. Tertia Infernus, in qua est blasphemia. Apocaly. 16. Blasphemauerunt Deum cœli. Pone ab una parte homines Deum amantes, & ex alia qui mundum. Quilibet dicet uerbum, secundum prouinciam cuius est ciuis. Luxuriosus de libidine: Auarus de auaritia, & sic de singulis. Et Catholicus de rebus diuinis. Quia ut dicit Philosophus, 4. Metha. Oppositarum causarum oppositi sunt effectus. Vnde Sen. lib. de formula uitæ. Imago animi sermo est. Qualis uir, talis oratio. Ad propositum. Homo prædestinatus laudat proximum, & Deum: & linguam propriam circa res Dei, & proximi occupat. Quam linguam secundum Alb. homo habuit, ad tria officia. Primo ut Deum laudet. Esa. 44. Populum iustum formaui mihi. laudem meam narrabit. Ecclesiast. 51. Confitebor tibi domine rex, collaudabo te domine saluatorem meum: nil ages. Rom. 2. Nomen Dei per uos blasphematur. In qua prouincia, castello, uilla, nomen Dei, & sanctorum non sit laceratum. Ideo Pius Papa Confusa sunt omnia & turbata, blasphematur Deus, nullus timor, nulla legum reuerentia. Ille. Secundo ut se accuset. Prouerb. 18. Iustus in principio accusator est sui. & Iob 42. Idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam. Tertium ut proximum ædificet. Quod non facis, sed ipsum scandalizas, in maledicendo de illo, & de illo, de illa paupere uidua, & de illo iuuene, quia nolunt tibi complacere, male agis & grauiter erras. Lingua Diabolica quæ poneres in quæstione paradisum. Sed quid debes facere tu qui es diffamatus inique? Porta in pace; quia in magnum meritum, quod sancti fecerunt. O quot sunt diffamati iniuste. Si ergo loqueris de Deo libenter, signum est quod habes gratiam Dei. Quarta coniectura dicitur &c. Quando homo est patiens in tribulationibus, sine quibus nemo

Secundo eam redemit.

Tertio eam sublimauit.

Primo &c. Res magnæ cum magna diligentia custodiuntur. Vnde thesauri sub multis clauibus custodiūtur. Custodit autem Deus animas, & custodit per Angelos Hiero. super Mat. Magna dignitas animarum est: ut unaquæque ab ortu natiuitatis suę: habeat Angelum in custodiam delegatum. Vnde eam solum Angelis commendauit. Quando enim creat unam Animam: postea subito mittit Angelos, ut eam defendant ab incursu Dæmonum. Sed quæro quo tempore datur Angelus? Respondeo cum duplex sit natiuitas: ut patet de conse. dist. 3. cap. Firmissime. Vna scilicet in utero: cum anima corpori infunditur: alia extra uterum: quidam uolue rūt quod Angelus datur ī prima, cum infunditur corpori: q opinio fuit Bona. 2. d. 11. Sed communis opinio est quod statim natis datur: ut tenet Magister. 2. di. 11. c. 1. Sed quare non datur in utero ad custodiam? Respōdet Tho. 1. parte. q. 11. ar. 6. Quod cum tales pueri sint adhuc aliquid matris: custodiuntur ab Angelo matris, sicut fructus arboris existens in arbore, est aliquid arboris: qui custodit arborē, patet q etiam fructus. Vnde ille Angelus qui custodit matrem, custodit etiam filium. Quæ opinio uerior uidetur. Secundo eam redemit proprio sanguine. Clarum est q de perditione rei uilis, parum dolet homo: sed de perditione rei præciosæ, multum affligitur. Ad propositū. Nihil præciosius in humanis anima nostra, quæ ualet sup omne aurum. Ber. li. medita. Totus iste mundus ad unius Animæ prætium estimari nō potest Et Aug. Maius damnū est in amissione unius animæ, quàm mille corporum. Ille. Qua perdita tantum doluit pius Iesus: ut pro eius redemptione: ab immortali, & incomprehensibili diuinitate incarnari uoluit, & formam serui assumere, & tandem mori. Vnde Eccl sia. Qui cōdolens interitu &c. & August. super Ioā. Nulla causa fuit ueniendi Christo domino: nisi peccatores saluos facere Et Ecclesia. Nec ab horres peccatores, sine quibus, nūquàm fores tāto digna filio. Nam ut dicit Tho. 3. parte. Nisi fuisset peccatum, non esset incarnatus quamuis Alexander dicat oppositum: quod uenuisset sicut glorificator,

cator,& non redéptor. Et in signum huius incarnationis, pro salute animæ uisus est flere: ridere nunquam Non fleuit pro mundo: sed pro te anima. Neque fleuit pro destructione mundi, sed bene pro anima nostra. Fleuit in natiuitate, in circuncisione dans principium nostræ redemptionis: fleuit super Hierusalem: fleuit super Lazarum: fleuit super crucē: quid dicis o Paule Heb.5. Cum clamore ualido & lachrymis offerens. Clamauit quando dixit. Pater ignosce illis. Qd uerbum fuit tantæ pietatis, quod quinq; M. sunt conuersi. Secundo cum lachrymis, quando dixit Hely hely lammazabacthni, quare dixi lammazabacthni, id est dereliquisti me? dereliquit eum Deus, & omnia alia subsidia, propter ipsam animam. Dereliquerūt Angeli, Apostoli, Mariæ, Iudęi, Gentiles. O quantos labores sustinuit orando, uigilando, ieiunando, tandē moriendo, ideo Apostolus. 1. Corin. 6. Empti estis &c. Quomodo o Paule argento, auro? non? sed precioso sanguine Christi. O thesaurum infinitum, qui fuit maioris meriti in infinitū, sanguine omnium martyrum. Vnde Bern. Sublime est animę prætium, quæ nō nisi sanguine Christi redimi potuit. Quam ergo commutationē dabis pro anima tua, qui ꝓ nihilo das illam? ideo Ecclesia de pę. & remis. c. Cū infirmitas. Præcipitur medicis, ne aliquid consulāt pro corporali salute egroto, quod sit in periculum animæ, ut ét patet de conse. di. 6. c. Contraria. Exemplum Vsurarii a quo dū quæreret sacerdos de salute animæ dicebat. Quantū ualet granum in platea? Clama contra peccata, quia homo pro uno solido, animam suā dānaret. Tertio eam sublimauit in nobilissimo loco. Vbi, in mūdo? nō, quia est aīaliū locus. In Paradiso terrestri? Nō, quia locus solitarius est, sed ut dicit Tul. li. de amicitia. Natura nihil solitariū amat, & Phil. 6. Eth. Hō solitarius, aut Deus ē, aut bestia. Rńdeo q diuina ꝓuidētia. Primo posuit terrā 2 aquā. 3. aerē. 4. ignē, quē ꝑ caliditatē, longe a nobis collocauit. Demū posuit septē planetas, Et primo cęlū stellatū, cęlū cristallinū, ultimo cęlū Empyreū, in quo animā collocauit, ut simul cū Angelis laudaret Deū: qui potius est pro aīa, ut ponit magr. 2. dist. 2. & quia forte aia potuisset dubitare de hoc loco, utrū habebit.

Ideo

Ideo Deus in hoc mūdo ipsam securauit omnib. illis uiis quibus aliquis solet securare alium. Et hoc fit trib. modis.

Primo uia iuraměti: quia iuraměto se astrinxit. O Deus quid est hoc quod audio? Gen. 22. Per memetipsum iuraui dicit dňs, quia benedicens benedicam tibi benedictione. s. gratiæ in pręsenti, & gloriæ in futuro. Si ergo per uiam iuramenti promisit, iuraměntum debet seruari ut patet. 22. q. 1. cap. Non est. Et in clemětinis de iureiur. Et extra de iure iur. c. Et si Christus. Et de conse. di. 3. c. Ego Berengarius. Et ff. de iureiu §. Iusiurādum. Ideo oportet det paradisum quia iurauit; ergo Paradisus erit noster.

Secundo uia instrumenti, quod fuit Euangelium, dictatum per Spiritusanctum, in quo Paradisum promisit, factū per notarios fideles. s. primo per Mat. Qui omnia audiuit a Christo. Secundo per Marcum, qui omnia a Petro audiuit. Tertio per Lucā, qui omnia a Paulo habuit. Quarto per Ioannem, qui omnia a pectore diuino hausit. Quod instrumentum fuit publicatū per testes fideles. s. per 12. Apostolos. Act 4. Eritis mihi testes in Hierusalem &c.

Tertio uia pignoris, quando non sufficit iuramentum, & instrumentum, accipe anima chara pignus. s. corpus suum. Mat. ult. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus &c. quod fit in sacramento altaris. O Christiane quid amplius facere debuit? Non fecit taliter omni nationi, nō Angelis, non Cherubinis, non Seraphinis. Videns ergo Diabolus gloriam huius animę, motus inuidia, non cessat eam pluribus modis uexare, ut in peccata cadat, & quamuis eius pęna accidentalis augeatur, quoties eam in mortali cadere facit, tamē uellet eam ad infernum deducere. Legitur in chronica ordinis, quòd Diabolus dixit beato Dominico, quòd ualde delectabatur in perditione unius animæ &c. Volēs aūt Deus ipsum pacificare dixit: Volo tibi dare terrā in tuum Dominium? Respondit Diabolus, nolo arare. Dabo aquā. Ille. Nolo nauigare. Dabo aerē. Nolo inquit uolare. Ignē. Nolo comburi. Cęlum stellatū. Nolo inquit laborare uoluendo illud. Cęlum cristallinum. Respondit. O nimis essem propе te. Cur dixit dominus. Quid ergo uis mala bestia? Nihil aliud inquit, nisi Animas. Cui dominus. Absit o

mala

mala bestia, ut dem illam tibi, quam feci ad imaginẽ meã, quam recuperaui sanguine filii mei, ideo Iob 2. dixit. Ecce omnia in manu tua sunt, uerũtamen animam illius serua. Vnde o homo serua illam. Eccl 2. Fili in mãsuetudine conserua animam tuam: Deut. 4. Custodite sollicite animas uestras, quæ præponenda est corpori. 12. q. 1. c. Præcipimus. & C. de pœnis. l. Sancimus. Et extra de pœ. & remis. c. Cũ infirmitas. Anima est nobilior omni corpore, & animæ bonum præfertur omnibus bonis. Ecce quot ille pius Deus, fecit pro hac anima peregrina. Ideo Ber. super lauda anima &c. Expergiscere & lauda, exulta & gaude, quia insignita es Dei imagine, decorata similitudine, capax rationis, particeps æternæ hęreditatis. O dura corda quid facitis? Cur salutem huius animæ negligitis? Audite Christum dicentẽ. Mat. 16. Quid prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ uero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Quæramus ergo & nos saluare illam, ut uiuat cum Christo, hic per gratiam, & in futuro per gloriam.

Feria III. Penthecostes. De cognitione gratiæ Spiritusſancti. Vel de cognitione Prædestinati.

ORauerunt pro ipsis ut acciperẽt Spiritum sanctum, Act. 8. Est trita & uulgata sententia omniũ Theologantiũ, quòd ille pius, & dulcis pater noster Deus: hominem fecit ad finem uitæ æternæ. Sed ex peccato uelut animal fuit expulsus, locatus & positus in hac ualle miseriæ. Vnde Psal. Homo cũ in honore esset &c. De qua animalitate Apostolus. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus Dei. Sed uolens reuerti ad pristinum locum, oportebat incedere per uirtutes. Vnde Lactan. in 6. c. 2. & 4. Duæ sunt uiæ, per quas humanam uitam egredi necesse est. Vna scilicet quę ad cœlum ferat. Altera quæ ad inferos deprimat, quas & Poetæ in carminibus, & Philosophi in disputationibus suis, induxerũt. Et alteram quidem uirtutum esse uoluerunt: alteram uero uitiorum. Ille. Via uitiorum ad infernum, & palludem stygiam lata & perfacilis

est.

est.In.6.Eo.Facilis descensus auerni. Et Philosophus. 2. Eth.Malum est facile bonũ,uero difficile.Via eundi ad Paradisum est difficilis.Mat.7. Arcta est uia q̃ ducit ad uitã, sed in fine remanet anima cõsolata.Vnde,& Aristoteles solebat dicere sicuti ponit Laertius.Studiorũ liberaliũ, amaræ sunt radices,fructus uero dulces.Et Sẽ. Sola uirtus pręstat gaudium perpetuum,& securum in 9. Ethi.Beatissima est uita uirtuosorum,sed in hac uita posuit iustitiam,tẽperantiam,patientiam,fidem,castitatem, abstinentiam,concordiam,scientiam,ueritatẽ,sapientiam, & alias uirtutes. Sed simul cum his paupertatem,ignominiam,laborem, dolorẽ,angustias,& amaritudines omnes. Ambula chara anima hoc iter si potes.Inter alias uirtutes sũme necessarias. Apostolus posuit charitatẽ,& gratiam Dei, sine qua nihil fit.1 Corin.13.Si linguis (inquit) hominum loquar,& Angelorum,charitatem autem non habeam, factus sum uelut es sonans,aut cymbalum tinniens. Ille. Si linguis hominũ loquar,qui mundo fuerunt oratores.M. Cice. Mar. Anto. Iulij Cęsaris. Titi Liuij Platonis.Demosthenis.Carneadis.Lisiæ.Orphei.Si linguis hoĩum.Latina,Græca,Hebraica. Et Angelorũ,illo mõ quo loquitur unus Angelus alteri,illi notificando conceptum suũ. Charitatẽ nõ habeã, i. gratiam Spiritussancti,factus sum &c.Cum itaque adeo necessaria charitas sit, ideo Apostoli, qui erant Hierosolymis audientes quod Samaria recepisset uerbum Dei,orauerunt ut Deus gratiam suam eis donare dignaretur, ut dñt uerba assumpta. Orauerunt &c. In quibus uerbis disputabimus ad propositum occurrẽtis solennitatis Spiritussancti, vnicã conclusionem,quæ est. Vtrum cognosci possit aliquẽ scire,in se habere hanc gratiam Spiritussancti? Circa hoc Theologi præcipue.Tho.1.2.q.12.in 3.di.23.arti.2.in 4. dist.9.Ric.in 4.dist.43.art.9.Dicunt. Quòd triplex est cognitio: quæ erunt tres partes nostri sermonis.

Prima dicitur cognitio naturalis.

Secunda dicitur cognitio Diuinalis.

Tertia dicitur cognitio coniecturalis.

Circa primum.Quæritur dubium. Vtrum homo positus in hac uita possit cognoscere naturali cognitione, se eẽ de

numero

in hac uita posit cognoscere naturali cognitione, se esse de numero prædestinatorum,& in gratia Dei? Ad hoc fuerunt duæ opi. Vna dicit q̧ sic,& ratio huius est: sicut homo potest cognoscere se esse in peccato per remorsum consciẽtiæ: ita potest scire se habere gratiã Dei, ex quadam dulcedine mentis, per experientiã. Exemplum Apostoli di. de se. Et gratia eius in me uacua non fuit. Vnde Pau. sciuit, ergo uidetur q̃d homo posit cognoscere &c. Alia opi. dicit q̧ non, per illud Iob 9. Si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Igitur homo scire non potest. Ad conclusionẽ respondeo secũdum doc. Quod nemo potest scire certitudinaliter, se esse de numero saluandorum, & h̃re in se gratiã Dei,& recepisse spũmsanctum, quod probatur quadrupliciter. Rõne, Autoritate, Exẽplo, Figura. Primo rõne. Cõclusio est Phi. li. de sensu & sensato. Quod nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Exemplum de figura ad oculum, de cibo ad gustum, &c. Et 1. Poste. Omnis doctrina & omnis disciplina intellectiua, ex p̃ existẽti fit cognitione. Nota ex præ existẽti cognitione. i. sensu. Contra Platonẽ, qui uoluit animam nostram in sua creatione, esse plenam omnib. scientijs. Et in 2. Poste. Deficiente aliquo sensu, necesse est deficere scientiam propriorum sensibilium. Idem. Omnis nostra cognitio, ortum habet a sensu. Ad propositum. Quæris anima mea chara a me. Si potes scire te esse in gratia Dei cognitione naturali. Rñ. q̧ non. Ratio: quia gratia Dei est spiritualis, nec subiicitur alicui sensui. Non uisui: quia non est colorata, non gustui, quia nõ materialiter saporosa,& sic de singulis. Et omnis nostra cognitio &c. Igitur sciri nõ potest. ideo Apostolus. 2. Cor. 2. Quæ sunt Dei nemo nouit nisi spiritus Dei. Quod clarius declarat Salomon. Eccle. 9. Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum in manu Dei,& tamen nescit homo. Vtrum amore, an odio dignus sit; sed omnia in futurũ seruantur incerta. In qua autoritate pone exemplum beati Constantii de Fabriano. Cum interrogaretur, cur nõ letus incederet, sed tristis per conuentum, cum tamen esset homo austerus? Respondit cum lachrymis. Ignoro fratres, an opera mea sint grata altissimo. ideo Pau. 1. Corinthio. quarto. Nihil enim mihi

conſcius ſum.ſ.alicuius peccati mortalis. Non ſuperbiæ: quia erat humilis, non luxuriæ. quia erat uirgo: & tamē de ſe clamat. Et non in hoc iuſtificatus ſum. ſi Paulus uas electionis, & pdicator gentiū, qui raptus eſt uſq; ad tertiū cęlum: ubi uidit arcana diuina, qui a Chriſto uocatus, in forma corporea: tamen nō audet ſe extollere, ſed dicit. Qui iudicat me dominus eſt. Quanto magis peccator, qui multis peccatis plenus eſt, debet ſtare ī timore? Vnde Dauid Delicta quis intelligit. q.d. Nemo. Ab occultis munda me domine. Nō eleues te in ſuperbia, o ciuis, o mercator, o uidua, o maritata, ſed ſta in timore: quia incertus es de propria ſalute. Ideo Eccl. 6. De propitiatu peccatorū, noli eſſe ſine metu. Ecc. 26. Beatus cui donatum eſt habere timorem domini. pſ. Seruite domino in timore. Et Meſue. 2. Grabadin. Totus igitur Dei timor pueniat in te, & principiet opera tua, & fęlicitabit te, quia ut dicit Thom. in prohemio Iob. Nihil eſt enim quod tantum reuocet a malis, & inducat ad bona, quātum Dei timor. Ille. Et dato quod homo eſſet poſitus in gratia: & certus eſſet de propria ſalute, adhuc habet cauſam timendi. Et ratio eſt Thom. 1. 2. q. 99. ar. 10. ubi dicit. Poſtquam aliquis eſt in gratia poſitus, & per gratiam dei iuſtificatus, neceſſe eſt habeat petere a Deo donum perſeuerantiæ, ut. ſ. cuſtodiatur a malo, uſque in finem. Nam multis datur gratia, quibus non datur perſeuerare in gratia. Practica. Veni tu mulier. Quam orationem facis quotidie? O pater dico tria Pater noſter, & tot Aue. Ad reuerentiam Trinitatis. Et tu decem ad reuerentiam 10. præceptorum. Et tu quinque ad reuerentiam quinque plagarum. Et tu ſeptem. pro ſeptem gaudiis. Et tu 70. pro corona Virginis. Sed melius orari nō poteſt Deus, quam ut det tibi perſeuerantiam in bono. Quia in gratia fuit Lucifer cū ſuis ſequacibus. In gratia Adā & Eua. In gratia Iudas, Salomō, Dauid, & plures alii, qui aliquando ab ea ceciderunt. Multis datur gratia &c. Vnde legitur de beato Antonio, qui in extremis poſitus, raptus extra ſe, flentibuſque diſcipulis, & in ſe reuerſus dixit. De tribus filii mei ualde timeo. Primo de uiſione Dęmonis, & ſua infeſtatione, q mihi apparuit, qui tam terribilis eſt, ut lingua exprimi non poſſit. Exemplum

plū beati Constantii de Dęmone uito, quem sæpe optārat uidere. Semel in orto existenti, apparuit Dęmō in ea defor mitate, quod cecidit ex pauore. Dum per spatium in terra fletisset, tandem clamare cępit sat est, sat est. Secundum in quit Antonius de quo timeo, est de subtili & arcta ratione reddenda, de omnibus & singulis peccatis. De qua Hie. ad Asellam. Ante tribunal Christi astabimus, ibi patebit, qua mēte quis uixerit. Exēplum Cosmę de Medicis. Qui in ul timo dixit omnibus astātibus. O iustitia diuina, quam sub tilis es, quæ de omnibus rationem exigis, nec plus locutus est. Exemplum Dominici in chronica. Qui uidens iuuené cachinne ridentem, reprehendit di. Reddituri sumus ratio nem de omnibus peccatis:& tu rides. Clama hic cōtra iuue nes, qui uerba scurrilia de fœminis, & huiusmodi dicunt. Quod contra Petr. quinto triumpho temporis. Eya conua lescite inter uestras demētias, O iuuenes: & immēsum mè tiamini tempus, uulnus præuisum satis minus dolet, uerba mea fortasse in uanum iacto. Sed nuncio uobis uos læsos profecto esse, graui ac mortifero ueneno letargico. Nā ra pidi uolant dies, horæ, anni, & menses, pariter breuissima mora concessa, omnes ad aliud seculum tēdimus. Tertium inquit Antonius, quod timeo, est quia anima mea est incer ta de salute sua. Quod figurate ponitur in scriptura. 4. Reg. 25. de filiis Israel, qui a Nabuchodonosor ducti fuerunt ca ptiui in Babyloniam. Cum inuitati essent ad cantandum. Cantate nobis inquit Nabuchodonosor, de canticis Syon. Voce flebili responderunt. Quomodo cātabimus canticum domini, in terra aliena? Moraliter. Babylonia confusio in terpretatur, quæ significat præsentem uitam, plenam cōfu sionibus. In qua bāditi a Hierusalem. i. paradiso in loco mi seriæ, non possumus cantare cantica lætitiæ: quia non com petit loco: q. sumus in ualle miseriæ: Vnde Aug. In ualle sumus miseriæ, in qua magis flendum est, eo q. minus fle mus. Non conuenit tempori, quod est cursus ad mortem. Nō couenit statui: quia undique periculosus: Status enim hominis est periculosus & dolorosus. quia quocunq; se uer tit, periculum & dolorem inuenit: Nā si sursum respicit, ui det cęlum quod amisit. Si deorsum, uidet infernum qui om

nes deuorare appetit. Si a sinistris, aduersitates uidet, quod unus de mille non euadit, qui non cadat per impatientiā. Si a dexteris prosperitates uidet, quod de decē milib. unus nō euadit, qui non cadat per intemperātiam. Si post se, uidet peccatorum multitudinem, quæ commisit. Si ante se uidet terribile Dei iudicium, in quo destrictam rationem eū reddere oportebit. Quod bene Pius Papa innuit, domino Blanco d. Pius seruus seruorū Dei Fugit uita mortalis, & quasi fumus cito euanescit. Quærenda est altera, quæ neq; molestias habet, neque finem. Illic thesaurizādum est, illic aspirandum. Illeæ. Et sicut fatuus reputaretur qui sententiatus ad mortem iret ridendo, cum deberet lachrimari. ita & nos sententiati ad mortem, in hac ualle miseriæ; & incerti de nostra salute, non debemus stare in lætitia: sed in timore. Vnde patet prima cognitio. Secūda cognitio dicitur &c. Quādo Deus reuelaret alicui, scire posset. Diuina prouidētia aliquibus sanctis, licet paucis i hoc seculo reuelauit statum gratiæ, ex particulari priuilegio, ut opera magnifica prosequerentur, ut patet de 9. in scriptura. Primo de Abraham. Gen. 22. cui dixit Angelus i immolatione filii. Ne extendas manum super puerum. Nunc cognoui. i. cognoscere te feci, quod timeas Deum. Et loquitur de timore casto, secundum Tho. Qui non est sine gratia gratum fa. Secundo fuit Moyses, de quo Exo. 30. cum peteret. Ostende mihi faciem tuam. Faciem inquit meam uidere non poteris: sed ostendam tibi omne bonum: quia inuenisti gratiam coram me. Tertio fuit Paulus. De quo 2. Corinthio. 12. Qui cum rogasset dominū pro remotione stimuli. Respondit dominus. Sufficit tibi gratia mea. Sup. quo Beda. Si Paulus hac tentatione caruisset, fuisset de numero reproborum. Quarto fuit Magdalena. De qua Lucæ 7. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Quinto Virgo beata, De qua Lu. 1. Aue gratia plena. Sextus fuit Io. Bapt. de quo Lu. 1. Spiritusancto replebitur ex utero matris suæ. Septimo Hieremias. Hiere. 1. Antequam exires ad uulua sanctificaui te. Octauo sunt Apostoli, qui tēpore missionis Spiritussancti, ita fuere sanctificati, ut peccare non possent mortaliter.

Nono fuit Latro, cui dictum fuit. Hodie mecum &c.
Praeterea aliquae extrauagantes ponitur, sicut de Catherina Sanensi, cui Christus apparens in conuersione Pauli. Noli inquit flere: quia tota es in gratia mea. Sed quaerit anima mea chara. Quare & mihi pater, & omnibus aliis deuotis Deus non reuelauit statum gratiae: quia multa bona facere? Respondet Thom. in summa Theolo. Quod hoc actum est ratione timoris. Quia si homo esse certus de sua salute superbiret, quod malum est Vnde August. Nulla maior superbia, quam de propria uirtute superbire. Et de quodam uiro sancto legitur, de quo Grego lib. dialo. Cũ ei reuelata esset mors, & finis bonus animae suę cœpit esse negligens, circa bona opera, tanquam certus de sua salute. Dictum est ei ab Ang: lo. Age quod agis, operare quod operaris. Ad quod facit exemplum Senecae libro declama. De uno Romano, qui duos filios habitos, duabus mulieribus: cum eos misisset in uillam pro educatione. Secunda uxor quae siuit quis esset filius suus? Respõdit ille. Nolo iudicare tibi, ne sis mater uni, & nouerca alteri. Ita Deus, ut homo non sit mater corporis, & nouerca animae: ei non iudicat statum gratiae. Contentor pater. Sed peto adhuc declarari, aliud dubiũ. Quare Deus cum sit iustus, praedestinauit aliquos, & aliquos praesciuit? Respondet Thom. super Ioann. capitu. sexto. Et super Epistolam Pauli. Rom. nono. Et August contra Pelagium, quod de prędestinato & praescito, est loqui dupliciter, aut in generali, aut in speciali. Si in generali damnauit aliquos, uel praesciuit: ut in eis fulgeret ordo diuinae iustitiae. Aliquis saluauit ut in eis fulgeret ordo diuinae misericordiae. Sed si loquimur in speciali, quare hunc saluat, & quare hunc non. Quare Petrum, nõn Iudam Nabuchodonosor, & nõ Pharaonem? Quare Abel, & non Chaym? Respondeo, quia Petrus praeparauit se ad gratiã, & nõ Iudas. Si quaeratur ultra. Quare Deus mouit Petrum ad lachrimas, & non Iudam? Respondeo, quia sic placuit sibi. Iuxta illud. Saluum me fecit, quoniã & caetera. Si ultra quaeratur. Quare sic ei placuit? Respondeo quod quaestio stulta est. Ideo August. super Io. Si quaeris quare hunc trahat, & illum non trahat, noli iudicare, si non uis

errare. Et Thom. 1. parte. q. 19. Non potest assignari causa, diuinæ uoluntatis. Et August. contra Pelagium. Inscrutabilia, & incomprehensibilia, nolo interroges, quia quod lego credo, de primo ad ultimum. Nulla ratio potest dari super hoc potissima, ad quiescendum hominem, nisi ut bonum faciat, quia ex bono opere præmiabitur. Vnde patet secunda &c.

3. + Tertia cognitio dicitur &c. Gloss. in l. Fulcinius. §. 1. ff. Quib. ex causis in possessionē eatur. Per exteriora cognoscuntur interiora. Et Christus a fructibus eorum &c. Et medicus cognoscit interiorem infirmitatem, per faciem, per urinam, per pulsum, per signa, ergo &c. Secundum Tho. super Io & Ioan. de Turre cremata super de conse. dist. 2. Posuit quinque coniecturas ueri prædestinati, uel gratiam Spiritus sancti habentis.

Prima Redemptoris dilectio.
Secunda Diuini uerbi auditio.
Tertia Oris locutio.
Quarta malorum supportatio.
Quinta bonorum operum occupatio.

Prima &c. Quādo homo potius uellet mori, quam peccare mortaliter, ut dicitur. 3. Ethi. Melius est mori, q̄ facere contra bonum uirtutis. Exemplum sanctæ Monicæ, quæ flebat super filiū. Vtinā inquit mortuus esset filius meus, q̄ remaneret in peccato suo. Et de fratre nostro in Otranto, dū ciuitas caperetur a turchis nec cessaret a prædicatione. Descende inquiunt. Mori potius uoluit, & per medium in culpito sectus est, nec cessabat loqui sancta fides, sancta fides, sancta fides. Sed quando homo pro uno solido capit sacramēta falsa, periurat, nec curat de Deo, propter res mūdanas. Non dicit pater noster, cum corde. Practica notabilis. Incipit in mane deuotionē. Virginis. Pater noster, qui es in cœlis. Præpara equum o serue, ut eamus ad uillā. Sanctificetur nomen tuum. O Catherina pone ad locum illam carnem. Panē nostrum quotidianū. Prohibe catum a farcimine. Et dimitte nobis debita nostra. Da equo blandū. Præterea stans ad missam totus est occupatus. Sursum corda. Mētiris, sursum corda ad rus: ad adulturā, ad usuras. Crede

mihi o N. optabût illa bona, & horreum erit plenum, & tu non eris, sed cadauer in pulueres olerum, & anima in inferno. Ideo Petr. in 3. Triũ. mortis. O stulti. s. tot pœnose curę prosunt? Omnes reuertimini ad uestram matrem antiquam. Quod contra Aug. 7. Confess. Deputentur tempora. distribuantur horę pro salute animæ. Vis ergo experiri an sis in gratia Dei? Respice ad hunc amorem. Quod bene Augu. super. Ps. Duas ciuitates faciunt duo amores. Hierusalē facit amor Dei, Babyloniam facit amor mundi, interroget ergo se quisque, quid amet, & inueniet ubi sit ciuis. Et si inuenerit se ciuem Babyloniæ, extirpet cupiditatem, plantet charitatem. Si autem inuenerit se ciuem Hierusalem colat charitatem, spernat libertatē. Ille. Exemplum illius monialis tēpore Ric. quæ oculos sibi eruit, nolēs relinquere amorem sui creatoris. Et quia dr. ff. ad l. Aqu. l. Homo. Homo non est dominus membrorum suorum. Dic ꝙ diuino instinctu hoc fecit; ut patet de B. Marco, qui pręcidit sibi pollicem, ne ordinaretur sacerdos & Episcopus. Quod propter hoc Petrus nō destitit quin eum ordinaret, uidens fecisse humilitate. Secunda dicitur &c. Io. 8. Qui ex Deo est &c. Sup ꝓ quo Dio. 4. de di. no. Amor est uis unitiua, q̃ trāsfert amantem in re amata, ut patet de illo quem amas, ꝓ quo occupas omnes sensus in sui amorem. Visum ad uidēdum, aures ad audiendum &c. Ad propositum. Homo qui est in gratia, libēter audit diuina. Exemplo sanctæ Scholasticę, De qua Grego. 1. dial. quæ per totā noctem cū Benedicto stetit, loquendo de Deo. Et de Monica matre Augustini, q dum essent positi apud Ostia Tiberina, loquebātur ualde dulciter. Et de Magdalena quæ sedens ad pedes Iesu audiebat uerbum illius. Quod uidens Martha dixit. Domine nō est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solā ministrare? Cui dominus. Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima. Maria optimam partem elegit, quæ nō auferetur ab ea. s. uitam contēplatiuam, quæ est occupare omnes sensus in auditione uerbi Dei. Vbi doc. ponunt hāc conclusionem, ꝙ non est in natura aliquid tā necessarium homini. sicut auditio uerbi Dei, per quod discernuntur boni a malis. Extra de off. iud. ord. c. Inter cętera, quæ ad salutē spe-

tus. Vis cognoſcere o ciuis, de qua prouincia es? Reſpice ad linguam. Secundum Iacobum de Voragine. Tres prouincias fecit Deus; & quælibet habet ſuum linguagium. Prima eſt Paradiſus, in qua eſt laus Dei & ſanctorum. Beati, inquit Pſ. qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Secunda eſt mundus, in qua eſt ſermo de rebus mundi. Ioan. 8. Qui de terra eſt de terra loquitur. Tertia Infernus, in qua eſt blaſphemia. Apocaly. 16. Blaſphemauerunt Deum cœli. Pone ab una parte homines Deum amantes, & ex alia qui mundum. Quilibet dicet uerbum, ſecundum prouinciam cuius eſt ciuis. Luxurioſus de libidine; Auarus de auaritia, & ſic de ſingulis. Et Catholicus de rebus diuinis. Quia ut dicit Philoſophus, 4. Metha. Oppoſitarum cauſarum oppoſiti ſunt effectus. Vnde Sen. lib. de formula uitæ. Imago animi ſermo eſt. Qualis uir, talis oratio. Ad propoſitum. Homo prædeſtinatus laudat proximum, & Deum; & linguam propriam circa res Dei, & proximi occupat. Quam linguam ſecundum Alb. homo habuit, ad tria officia. Primo ut Deum laudet. Eſa. 44. Populum iuſtum formaui mihi, laudem meam narrabit. Eccleſiaſt. 51. Confitebor tibi domine rex, collaudabo te domine ſaluatorem meum[illegible] ages. Rom. 2. Nomen Dei per uos blaſphematur. In qua prouincia, caſtello, uilla, nomen Dei, & ſanctorum non ſit laceratum; Ideo Pius Papa Confuſa ſunt omnia & turbata, blaſphematur Deus, nullus timor, nulla legum reuerentia. Ille. Secundo ut ſe accuſet. Prouerb. 18. Iuſtus in principio accuſator eſt ſui. & Iob 42. Idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam. Tertium ut proximum ædificet. Quod non facis, ſed ipſum ſcandalizas, in maledicendo de illo, & de illo, de illa paupere uidua, & de illo iuuene, quia nolunt tibi complacere, male agis & grauiter erras. Lingua Diabolica quæ poneres in quæſtione paradiſum. Sed quid debes facere tu qui es diffamatus inique? Porta in pace, quia in magnum meritum, quod ſancti fecerunt. O quot ſunt diffamati iniuſte. Si ergo loqueris de Deo libenter, ſignum eſt quòd habes gratiam Dei. Quarta coniectura dicitur &c. Quando homo eſt patiens in tribulationibus, ſine quibus nemo

coro-

coronatur. C. de his qui non expletis stipendiis. l. 2. lib. 10. Stipendium quod promittitur militibus, non debet exolui, nisi finita militia. Ita nec seruo Dei nisi militarit, non datur corona. Iuxta illud, Nō coronabitur &c. Quod Christus declarauit in suo testamento. Qui legauit pacem Apostolis, Iudæis corpus, latroni paradisum, Mariæ societaté, Patri animã, Fidelibus communionem, hominibus tribulationem. Ioan. 15. Si me persecuti sunt, & uos persequentur. Quinta bonorum operum occupatio Greg. Amor Dei nunquam est ociosus. Et Philosophus. 2. Eth. Signum generati habitus est delectabiliter operari. Et in 4. Habitus uirtutis non solum est principium operandi, sed etiam delectabiliter & faciliter constanter operari, & in 5. Habens uirtutem, prompte, & delectabiliter operatur, non habens uirtutem tarde & melãcolice. Vnde est quòd Martyres gaudentes ibant ad supplicia? Vere ab ipsa gratia, qua erant muniti. Iuxta illud Roma. 8. Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, angustia &c. & infra. In his omnib. superamus propter illum qui dilexit nos. Vnde patet propositum.

In festo Sancti Ioan. Baptistæ.

ERit magnus coram domino. Luc. 1. Diuina bonitas illius monarchæ summi Dei; diuersis modis, non cessat uocare creaturam ad uiam salutis. Aliquos per inspirationé. Apoc. 3. Ego sto ad ostium & pulso. Cant. 5. Vox dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea. Quis cõduxit peccatorem, ad cognitionem suorum criminũ? Certe Deus. Quis ad lachrymas, & singultus? Deus. Quis indicat superbiam, gulam, auaritiam esse peccatum? Deus. Ego sto ad &c. Sed plures huic uoci resistunt. Prouerb. 1. Vocaui & renuistis. Alios uocat per prædicatores. Matth. 10. Non. n. estis uos qui loquimini, sed Spiritus patris uestri, qui loquitur &c. Quia ut dicit Ambr. Veritas a quocunque dicatur, a Spiritusancto est. Vñ dominus. Esa. 53. Clama ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam. 1. Timo, 4. Argue, obsecra, increpa, in omni patientia &c. Cum hac conuersa est Magdalena

dalena ad Christi sermones: publicanus. Sed plures huic uo ei resistunt. 1. Tim. c. 4. Ad fabulas autem conuertentur. Aliquos uocat per bona temporalia. Ps. Omnia subiecisti sub &c. Esa. 6. Quid debui facere uineę meæ & nō feci? Hebre. 4. Quid habes o homo quod non accepisti? De hac uocatione. Grego. in Homel. Spiritussancti. Vocat nos omnipotens Deus, per Patriarchas, per Prophetas, per Apostolos, per Pastores. Nemo contemnat nē dum uocatus excusat, cum uoluerit introire non ualeat. Audite quid per Salomonem sapiētia dicat. Tunc inuocabunt me, & nō exaudiam. Hinc est quòd fatuæ uirgines, tarde uenientes clamāt Dn̄e domine aperi nobis. Sed aditum quærentib. dicitur. Amen dico uobis, nescio uos. Ille. Nouissime autē misit Ioannem Baptistam, qui dignitate dictus est Angelus. Mal. 3. Ecce ego mitto Angelum meum. Dictus est Propheta, & plusquam propheta. Primo Propheta: quia ex utero prophetauit. Luc. 1. Exultauit infans in utero meo. Annunciat aduentum Christi patribus in lymbo. Plusquam propheta, quia nūciat pręsentia. Ecce agnus. Ideo erit magnus &c. De quo tria speculanda sunt.

Primum dicitur Opinionis.

Secundum dicitur Magnificationis.

Tertium dicitur Sanctificationis.

Scribitur nanq;. C. de ueteri iure enucleādo. l. Deo autore. Tāta autem a nobis antiquitati est habita reuerētia, ut nomina prudētum uirorum, taciturnitati tradere nullo patiamur modo. Ille Et Eccl. 44. Laudemus uiros gloriosos in generatione sua. Quęritur ergo dubium ad nostrum propositum, in uerbo Christi. Mat. 11. Inter natos mulierū non surrexit maior Ioāne Baptista. Vtrum Ioanne Bap. sit omnibus sanctis maior; Circa hoc quadruplex opinio. Prima q; Apostoli sunt maiores. Et rō est. Illi sunt maiores omnibus sanctis, qui abundantius super oēs habuerūt Spiritumsanctum. Sed Apostoli fuerunt huiusmodi. Vñ Tho. super illud Rom. 8. Nos ipsi primitias Spiritus habētes dicit. Apostoli & tempore prius, & cæteris abūdantius. Spiritumsanctum habuerunt. Ideo. 1. par. q. 44. ar. 7. In 1. senten. distin. 16. ar. 2. 10. Scotus in 4. & Durandus eiusdem ordi-
nis.

nis. Apostoli sunt præferendi omnibus sanctis, quacunque prærogatiua præfulgeant. Ideo Apostoli sunt præferendi omnibus sanctis: tanquam, abundantius Spiritūsanctum habentes. Vnde patet prima opinio. Secunda opinio est, quod Io. Euange. & si non sit maior, tamen æqualis. Et ratio huius est, quia prærogatiuę quæ sunt Ioan. Baptistæ cōcessæ, etiam Ioan. Euangelistæ. Et secūdum Petrum Damianum sunt. 5. Prima quia Ioan Bapti. fuit uirgo, & Ioan. Euangelista similiter, qui corrumpi nō potuit in terra propter uirginitatem eius.

Secunda quia Ioannes Bap. fuit germanus Christi, filius Elisabeth cognatæ Virginis Io. Euangelista in hoc excessit, qa fuit nepos eius, uidelicet filius sororis Salomę. Tertia quia Ioan Bapti. fuit sanctificatus in utero matris, ut clarius uidebimus in secūdo mysterio. Et Ioan. Euange. licet non fuerit sanctificatus in utero matris, tamen accepit spiritum sanctum tempore Penthe. cum aliis Apostolis.

Quarta quia Ioan. Bapt. fuit propheta Ioan. 1. Post me uenturus est qui ante me factus est. plusquam propheta. Ecce agnus Dei. Ioan. Euange. fuit propheta in Apocalip. quia futura prænunciat. Et plusquam propheta, quia fuit Apostolus: qui excedit &c. Quinta quia Ioan. Bapti. fuit martyr ab Herode decollatus. Io. Euange. fuit martyr mentaliter, quia ut dicit Petrus Damianus. Ille gladius qui perforauit cor Mariæ illemet cor Ioan. Euāge. Vnde ad minus æqualis erit Ioā. Bap. Et sic Christi uerba. Inter natos &c. non erunt &c.

Tertia opinio dicit. quòd fuit Moyses, eximius ꝓpheta rum. Quia Eccl. 44. Non est inuentus similis illi, qui cōseruaret legem excelsi. Alia opinio est Iesu Christi, cum qua non erimus, quia uera. Cum qua opinione est Thom. 2. 2. quæstio. 184. arti. 4. Quòd inter natos mulierum &c. Quę conclusio probatur triplici ratione, quæ extrahuntur a doctoribus.

Primo ratione Diuinalis prænominationis.

Secundo ratione Diuinalis commendationis.

Tertio ratione Diuinalis infusionis.

Primo &c. Habet Thom. 3. par. q. 27. ar. 5. Quòd diuina

prouidẽtia quoties uoluit mittere aliquem sanctum uirũ mundo, pro uniuersali præparatione, uoluit illũ prius mũdo ostẽdere, duplici modo. Primo uerbo Prophetico. Secũdo signo diuino. Quod patet triplici lege. Primo in lege Naturę quando misit Noe, in impositione nominis. Gene. 5. Dixit pater eius Lamech. Vocabit nomẽ eius Noe. Ille cõsolabitur nos ab operibus manuum nostrarum, in terra cui maledixit dominus. Secũdo in lege scripturali, de Moyse per signum diuinũ, qñ ĩ terrã proiecit coronã regis &c. Tertio in lege gratię tẽpore Christi, qñ missus est Io. Bap. Qui ostensus est prophetico per Angelum Luc. j. Erit magnus corã domino. Magnus quidem fuit eius aduentus mũdo, eius conceptio, & eius natiuitas. Et hoc triplici modo.

Primo quo ad nuncium.

Secundo quo ad locum.

Tertio quo ad modum.

Primo &c. Quia ille qui nũciauit Christi cõceptionẽ. f. Angelus Gabriel. Luc. i. Ecce cocipies & paries filium. Ille prius nunciauit Ioan. Bapti. conceptionem. Luc. j. Ego sum Angelus Gabriel. inquit ad Zachariam: qui missus sum hoc tibi nunciare. De nullo alio legitur nisi de Christo, & Ioan. Bapti. Quod Gabriel sit missus. Et si missi sunt alii ad annunciandum natiuitates sanctorum, non tamen fuit Gabriel; qui speciali priuilegio fuit præseruatus ad Christum, & Ioan. Bapti. O excellentia huius sancti, qui Christo Iesu comparatur. Secundo fuit magnus eius aduentus &c. Quia in templo est nunciatus, quod de nullo alio legitur nec etiã de Christo. Da ueniam o Christe pronũc. Cõceptio Sansonis fuit nũciata per Angelũ, sed in agro. Iudicum. 13. & Abrahæ in domo apparuit. Gene. 13. & sancti Tho. in domo. Et Iesu Christi, sed in camera, & ĩ Nazareth. Luc. j. Sed ubi Io. Bap. nunciatus est? Rñdeo ꝙ in tẽplo. Et nõ solũ in tẽplo, sed in sancta sanctorũ vbi nullus ingrediebatur, preter summum sacerdotem. O dignitas magna. Tertio &c. quia cũ iucunditate. Et multi in natiuitate eius gaudebunt. Multi inquit. Omittamus gaudium, quod habuerunt sancti illi senes. Elisabeth Zacarias, qui debebat aperire os, genas in iubilatione tanti bij, ut pâtet etiam

de Sara

non potest mentiri.Ro.3.Est autē Deus verax:omnis autē homo mendax.Illa laus nō potest errare,quia diuina,quia sācta,quia bona.De nemine inuenimus,ita digne fuisse cō mendatum in scripturis:sicut de Ioanne Baptista:qui ab ip so Christo laudatur quadrupliciter: vt patet in Euāgelio: & scripturis sanctis.

Primo in constantia.

Secundo in austeritate.

Tertio in prophetia.

Quarto in perseuerantia.

Primo &c.Matth.10.Quid existis in desertū videre:arū dinem vento agitatamq́ q.d.Non.Quia est constans in fide. Dum nō timuit arguere Herodē.quia tenebat vxorem fratris. Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Secundo in austeritate.Matt.10.Quid existis in desertū videre, homi nem mollibus vestitum? q.d. non.Fuit austerus in vestitu. Matth.3.Ipse Ioan. habebat vestimentum de pilis camelo rum. Austerus in comestione Matt.3. Esca eius erat locusta,& mel syluestre.Austerus in potu.Lu.1.Vinum & sinceram non bibet.Applica de vino aliquid. Tertio laudat ipsum in prophetia.Mat.4.Quid existis in desertum videre? Prophetam.Etiam dico vobis plusquàm prophetā. Iō.fuit propheta omni tēpore. Primo ante vitam in vtero matris: quādo Christum agnouit esse in virginis vtero.Ex hoc ex clamauit Helisabeth. Ecce enim vt facta ex vox salutationis tuæ ī auribus meis:exultauit infans in utero meo.Secū do in vita.Ecce agnus Dei.Tertio post vitā. Quia primus fuit qui nunciauit in lymbo patribus, Christi aduentum. Quarto in perseuerātia;laudat ipsum Mat.10.Inter natos mulierum non &c. Quidā bene incipiunt agere in senectute.De hoc psal.Vsque in senectā & senium Deus &c. O pater incipio nouam vitam.Dimisi fœminam, gulam &c.Vere,quia plus non potes. Quidam in iuuentute.Hiere.3. Bonum est uiro si portauerit iugum ab adolescentia sua. Prouer.22.Adolescens ambulans iuxta viam suam:etiam cum senuerit,non recedat ab ea. Quidā in infantia. Talis fuit Io.Bap.In teneris annis desertum petijt & vt D.Alber.ςta te.5.an.Sed quare tam cito in ætate illa? Respondeo quod

triplici

triplici ratione. Prima est Hier. Desyderātibus oculis christum videre: omne aliud videre dedignabantur. Secūda est Pauli monachi cassinensis, in hymno honorifico. Ne leui saltem maculare vitam famine posses. i. veniali peccato vitā suam macularet. Tertia ratio ponitur in glos. vt s. alios ab amore mundi reuocaret. O excellentia Io. Bap. Tertio ratione &c. Magnus dicitur. Ille dicit magnus, cui a domino omniū sanctorū dignitates: priuilegia: prerogatiuæ cōdonantur. Sed Io. Bap. omnes sanctorū dignitates condonātur. Inter natos mulierum &c. Fuit Angelus. fuit Patriarcha: fuit Apostolus: fuit Martyr: fuit Confessor: fuit Virgo: fuit Eremita. Dicere possumus. Non est inuentus &c. eccl. 44. Ecce ergo. Erit magnus &c. Responsio ar. Ad primū de Apostolis. Apostoli præcedūt Ioā. Bap. in hoc: quia missio Spiritussancti facta est super eos in Pent. in signo visibili: quod non fuit Ioan. Bāp. Sed additur aliquid Io. dignius, quia ipsi mortaliter peccauerūt: quod non fecit iste: nō fuerunt sanctificati in vtero materno, ut iste: non habuerunt hæc priuilegia. vt iste. Ad secundum de Moyse. Nō est inuētus &c. Respondeo q; pro tunc fuit verum; sed adueniente Io. Bap. qui medius fuit inter vetus, & nouū testamētum: non sic. Ideo Ioan. Chryso. in eius laudem, & in confirmationem dictorum ait. Inter natos mulierum nō surrexit maior Ioanne baptista. Quod de nullo alio dici potest. Nō opponas mihi Euangelistam inter cæteros magis dilectum: non apostolorum principem: omnibus apostolis antelatū: non vas electionis ad cœli tertij secreta translatum; nec apostolicus splendor, audeat occurrere præcursori. Consydera mansiones regni: & ordinem humanæ generationis obābula. solumq; Ioannem tam nouis, quàm veteribus videbis esse præpositum. Ille. Inter natos. Ergo &c. Patet primum.

Secundum dicitur &c. Plures sunt laudes & magnificentiæ. Ioan. Bap. Sed tres pro nunc.

Prima dicitur Amorosa sanctificatio.

Secunda dicitur Generosa Baptizatio.

Tertia dicitur Angelica viuificatio.

Prima dicitur &c. Secūdum Ri. in 3. di. 3. arti. 4. Triplex est sanctificatio. Vna uniuersalis, quæ est in Baptismo, a

peccato

peccato originali, sed non confirmatur quin possit cadere in peccato mortali, & ueniali.

Secunda est singularis, & hæc fuit Mariæ, quæ fuit excellsior aliis sanctificationibus, Hieremiæ & Ioannis Bapt. duplici modo.

Primo ratione numeri: quia fuit sanctificata tripliciter.

Primo in utero matris ab originali.

Secundo quando concepit Christum.

Tertio cum aliis tempore Penthec.

Secũdo rõne modi quia nec peccauit nec peccare potuit. Alii sanctificati peccare potuerũt uenialiter, & forte peccauerũt. Tertio est spũalis. s. Hiere. & Io. Bap. de Hiere. 1. Antequã exires de uulua sanctificaui te. De Io. Bap. Lu. 1. Spũ sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. Hæc aũt sanctificatio fuit mirabilis qa ut d. Ori. Dñs Iesus uenit psonaliter ad domum Zachariæ in utero matris, non solũ, ut mater dñi seruiret Elisabeth. sed principaliter ut Ioã. clausum in utero sanctificaret sua præsentia, ab originali, & tãta gratia fuit plenus, ut ẽt matrem impleret, quæ plena iubilo exclamauit. Vnde hoc mihi ut ueniat mater domini mei ad me? Et secundum Alb. In illa hora fuit acceleratus usus rationis ei, ad cognoscendum Iesum Christum. Vnde genibus flexis, se misit in utero matris. Erat autem hæc sanctificatio tantæ soliditatis, quod Ioan. non potuit peccare mortaliter, sicut nec Apostoli post missionem Spiritussancti. Ecce ergo prima magnificẽtia: quia sanctificatus fuit in utero materno. Erit magnus &c.

Secunda laus &c. Baptizauit Iesum Christũ. Io. 1. Dixit Io. Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Cui Christus. Sine modo, Sic. n. decet nos implere omnem iustitiam .i. quod aliis prædicamus, nos ipsi faciamus. Vnde Christũ baptizauit. Vbi gloria trinitatis aperta est. vox patris. Hic est filius meus &c. Spiritussanctus in specie colũbæ. Filius in carne. O priuilegium magnum Ioan. Bapt. Tres habuit patres Christus Iesus. Primo patrem æternum. Secundo Ioseph. Tertio Ioannem Bap. quia ipsum baptizauit. Et quamuis eius Baptismus non esset ablutiuus peccatorum, erat tamen figuratiuus nostri baptismi: unde baptizabat, ut

d assuefaceret

assuefaceret Iudæos, ad baptismum. Hæc Thom. 3. di. 1. ar. 3. Vnde sub hac forma baptizat. Baptizo te in nomine Christi uenturi, qui modus ab Apostolis fuit obseruatus, in nomine Iesu, ex instinctu Spiritussancti, ut hoc nomē se su infigeretur cordibus fideliū, ut ponit Thom. in 4. dist. 3. ar 2. Vnde omnes baptizati a Ioanne, fuerūt iterum baptizati a Christo. Sed quæritur. Vtrum Ioannes Bap. fuit baptizatus: Respondet Ric. in 4. di. 4. ar. 3. quod Ioan. Bapt. Virgo Maria, Apostoli fuerūt baptizati, licet nō legamus ubi uel quando, imo Io. Bap. fuit circuncisus, ut Tho. ponit in 4. dist. 1. Ecce secunda magnificentia Io. Bap.

Tertia laus &c. quia tenuit uitam Angelicam. Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam ante te Malach. 3. Dictus est autem Ioannes Baptista Angelus. Triplici ratione.

Primo ratione puritatis, Angelus est purus, Ioannes Baptista fuit purissimus, ex quo placuit Deo. Prouerbiorum 22. Qui diligit cordis munditiam, diligetur a domino: ita purum, quia etiam de ueniali dubitatur.

Secundo ratione obediētiæ. Angelus est Deo obediēs. Baruch. 8. Stellæ, idest Angeli uocatæ sunt, & dixerunt. Adsumus. Ioānes Baptista fuit obediens, quia fuit missus ad lymbum patrum, nunciare Christum uenisse.

Tertio ratione solicitudinis. Angelus est de nobis solicitus. Ita Ioannes Baptista de nostra salute. Matth. 3. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Regnum cœlorum non fuit nunciatum in toto ueteri testamento, nisi quando Ioannes Baptista nunciauit. O gloriose Deus, qui dignatus est magnificare talem uirum. O fœlix Ioannes, de quo tanta uere dici possunt. O Zacharia pater tanti filii, de quo tot mira in eo completa, conspexisti. O senex plurimum uenerande, cuius proles ex te genita, a Deo electa est. Et quis explicet iucunditatem & lætitiā cordis tui? Quis enarret consolationem animæ tuæ. Non mirum si canticum in quo laudasti Deum, & benedixisti, cecinisti. Tertium dicitur &c. Quæ sunt illa, quæ Ioannem Bapt. Deo tam gratum fecerunt? Resp. quod tria secundum doct. præcipue Alb. super Luc. & Maximum.

Primo eius grata Virginitas.
Secundo eius grata Humilitas.
Tertio eius grata Charitas.

Primo &c. Cum enim Christus sit candor lucis ęternæ: & speculum sine macula diligit virginalem puritatē: quia hæc facit creaturam similem Angelis. Amb. lib. de Virginibus. Supergreditur uirginitas, conditionem humanę naturæ, per quam homines Angelis assimilantur. Maior tamē est uictoria uirginum, quā Angelorum. Angeli sine carne uiuunt, uirgines uero in carne triūphant, Ille. Figura Apoc. 14. Quod Ioannes uidens turbas, de quibus nullam mentionem egit nisi de ista. Hi sunt qui cum mulieribus nō sunt coinquinati, virgines enim sunt, & sequuntur agnum.

Secundo eius grata Humilitas, infallibilis a Christo est data regula. Lucę 8. Qui se humiliat exaltabitur. Hæc est summe necessaria, qui uult exaltari in gloria: quia Lucifer se posuit in primo loco, dedit locū Christo, qui se humiliauit. Diues quia in purpureo throno sedit, dedit locū Lazaro, sedenti in sterquilinio. Moyses cum esset annorum 33. Cum elegeretur a populo Hębreorum in ducatum, se excusabat esse impeditioris linguæ. Sic Hierony sic Marcus, sic Ambrosius, sic Franciscus. O humilitas Ioannis Baptistæ. Cum esset in populo tantæ opinionis, ut Messias crederetur. Respondit di. Ego uox clamantis in deserto. Vnde ciues mei. Triplex de eo fuit opinio. Quidam uidentes eius uitā arduam, æstimabant ipsum esse Christum, qui eo tépore uenit. Aliqui ipsum esse Helyam in lege promissum, propter sermonem zeli iustitiæ, quia sicut Helyas non timuit reprehendere Achab, & Iezabel de homicidio contra Naboth. 3. Reg. 21. Ita Ioannes Baptistæ, non timuit reprehendere Herodem de peccato carnis. Matthæ. 6. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Aliqui opinabantur ipsum esse Heliam, quia sciebant per scripturas, quod Helias eo tempore habitauerat in deserto, & spiritum prophetandi, & faciendi miracula habebat. Vnde ex hoc miserunt nuncios Ioanni Baptistæ. Ioan. 1. Tu quis es? Qui expectātes responsum quis esset, aut Christus, aut Helias, aut Heliseus: ipse humiliter respondit. Ego uox clamantis in deser

to, & non ſum dignus ſoluere corrigiam calciamẽti eius. Vide quantæ fuit humilitatis. Tertio eius grata charitas; quia feruenter dilexit; ideo meruit diligi. Prou. 8. Ego diligentes me diligo. Pro Deo animam, & uitam posuit. Io. 16. Maiorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis ſuis. Fuit occiſus illo anno quo Chriſtus mortuus eſt. Et ut dicitur. 30. annis in deſerto fuit: quibus hominibus fuit ignotus. Cum autẽ Hærodes interficeret pueros: quia Zacharias noluit prodere filiũ occiſus eſt. Cuius ſanguinem ſacerdotes in templo ponentes, quãdo aliquis de familia uel parentela Hærodis acceſſiſſet, non ceſſabat ebulire. Erit ergo magnus &c.

In feſto Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli.

TV es Petrus & ſuper hanc petram edificabo Eccleſiam meam. Matth. 16. Diuina iuſtitia ipſius ſupremi & alti Imperatoris Dei, nullam rem intendit prætermittere, quæ animabus iuſtis, & ſanctis; habeat procurare honorem, laudem, & pręconium in illa fęlici patria Paradiſi. Hæc ſententia eſt Phil. in 2. Metaph. Et authoris in libr. de cauſis. Quanto magis aliquid appropinquat ſuo principio, in quodlibet genere: tanto magis participat effectum illius principii, ſui generis. Exempli gratia. De approximatione ignis, & ſolis &c. Vnde Dion. in 4. cœleſt. Hierarch. Quod Angeli qui ſunt Deo propinquiores magis participãt de bonitatibus diuinis, quàm inferiores. Approximare autem Deo non fit paſſibus corporis, ſed uirtutibus. Vnde Bern. ſuper illud Gen. 17. Ego dominus omnipotens, ambula coram me, & eſto perfectus. Ambulatur autem coram Deo non corporis greſſu, ſed mentis affectu. Ille. Et quanto quiſque fuerit magnus in uirtute ſanctitatis in pręſenti, tanto maior erit in gloria. Vnde Lactan. in lib. de opifi. Dei & hominis ad Demetrianum: Noluit enim Deus hominem ad illam immortalitatem, & beatitudinem delicato itinere peruenire. Daturus igitur uirtutem, dedit hoſtem prius, qui animas hominum cupidi-

cupiditates,& uitia immitteret: qui esset autor errorum,malorumque omnium machinator,ut qui Deus hominem ad uitam uocat:ille contra ut rapiat, & traducat ad mortem, magna est uis hominis, magna ratio, magnum sacramentum. A quo si quis non defecerit, nec fidem suam deuotionemque perdiderit hic beatus hic denique ut breuiter finiam,similis Deo sit,necesse est.Ille beatissimus apostolus Petrus, adornatus uirtutibus, ob hoc a Deo magno tantū est sublimatus,quod ipsi commiserit regimentū totius rei pu.christianæ.Vnde uerba assumpta.Tu es Petrus inquisit. & super &c.In quibus uerbis ad eius laudem,& consolationem nostram spiritualem,tria mysteria occurrunt contemplanda.

Primum dicitur,oppositionis.

Secundum dicitur,declarationis.

Tertium dicitur,conseruationis.

Primum dicitur &c. Quæritur curiose a Docto. Vtrum Petrus Apostolus sit omnibus primus, & a Christo sup cæteros Apostolos magis dilectus? Ad hoc sūt plures opiniones.Prima quorundam quod Ioan. Euange. propter priuilegia ei concessa, quia uirgo electus, quia propheta, & plusquam propheta,quia ille gladius doloris, qui Mariā transfixit,ille proprius fecit corde Io. Euange. quia mater Dei est ei commendata. Alia opinio: quod fuit Ioan. Bapt.quia inter natos mulierum &c. Qui a Christo tantū commendatur.

Alia opi.qđ est Pau.Apo.quia in bulla papali,a dextris tanquam digniori loco ponitur. Alia opinio, & est ultima,quod est Pe.Apost.cui dicitur.Tu es Petrus,& sup &c. Veniamus ad secundum.Secundum principale &c.Secundum omnes Doct.duplex est familiaritas. Vna est,quæ est in familiaritatis ostensione.Quo ad hanc plus dilexit Io. Euange.quia pmisit ipsum dormire in sinu suo, quod fuit signum magnæ amicitiæ.Alia est in communicatione donorum,quo ad hanc plus dilexit Petrum,cui donauit quatuor dona,uel quatuor iocalia, quæ nemini cōmunicauit.

Primum dicitur,Fidei confessio.

Secundum dicitur,Ecclesiæ gubernatio.

Tertium dicitur, peccati commissi deploratio.
Quartum dicitur, miraculorum coruscatio.

Primum &c. Sine qua nihil fit, per sententiam Apostoli ad Heb. 11. Sine fide impossibile est &c. Quæ quidē fides non solum est necessaria in interiori mente, sed exteriori p uocem. Ad Roma. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et Thom. 2. 2. q. 3. Cum confessio fidei inquit, cadat sub præceptis affirmatiuis, quæ nō obligant ad semper, sed pro loco, & tempore: ideo p loco, & tempore obligatur homo, ad confessionem huius. Hanc confessionem habuit Petrus, quia diuinitatem, & humanitatem, simul cōfessus est. Matth 16. Vocauit Christus discipulos dicens. Quē dicunt homines esse filium hominis? Alii Heliam, propter zelum ueritatis. Alii Hieremiā, propter patiētiam in aduersis. Alii Ioan. Bapt. propter austeritatem uitę. Vos autem quem me esse dicitis? Quid de me o Iacobe. O Ioann. O Bartholomæe sentitis? Nemo præsumpsit os aperire. Solus Petrus respondens dixit, Tu es Christus filius Dei uiui. O paradisi tuba, o mundi triumphum. Ante Christi resurrectionem, Apostoli Christum magistrū uocabant. Ioann. decimoquarto. *Vos uocatis me magister & domine, sum etenim.* Sed solus Petrus diuinitatem confessus est. Tu es Christus filius Dei uiui. O sapida, aurea, & cęlebranda sententia. Eia zelanter audi. Taceant Eutropius, Paulus, Orosius, Plinius, Plutarchus, Salustius, cum Tito Liuio, sileat eloquentia Mar Tulli Ciceronis. Platonis simul, & Lactantii, comparatione Petri eloquii, qui tali modo intonuit, quod ī stupore posuit Angelicos spiritus. Tu es Christus filius Dei uiui. Cui Christus. Beatus es Simon Bariona quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cęlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam. Ad ostendendum autem firmitatem huius Ecclesiæ sequitur. Portę inferi non præualebunt aduersus eā, idest omnis potestas siue infernalis, siue temporalis, quæ quidem fides figurata est per nauiculam Petri. In naui sunt quinque. Primo 24. remiges. Secundo lignum. Tertio gubernaculum. Quarto uela. Quinto nauta. Moraliter. Nauis est

fides

fides Petri, quę habet uiginti quatuor remiges ex una parte duodecim Prophetas, ex alia duodecim Apostolos: quia sunt conformes in sententiis uetus, & nouum testamẽtum. Secũdo lignum crucis, super quem Christus iacet, qui hanc nauem rectã tenet. Hieronym. Fides fidei mei Christus est. Tertio gubernaculum, idest Spiritussanctus, qui ipsam gubernat. Quarto uela, id. st martyres, qui sanguinem pro ipsa fuderunt. In prima Ecclesia a tempore Petri usque ad S. Syluestrum 32. Papæ martyrio coronati sunt.

Quinto Deus pater nauta de naue, qui eam gubernat: vnde non potest errare. Vnde Christus orauit pro Petro, & ipsa fide: Luc 22. Ego oraui pro te Petre, ut non deficiat fides tua. O dignitas Petri, qui talem meruit intercessorẽ. Et ut dicit Bon. 4. di. 17. ar. 2. Christus Iesus semper fuit exauditus in orationibus suis. Vnde patet primum, uidelicet de Petro.

Secũdus dicitur &c. Quia Ecclesiæ cura est illi commissa. Tu es inquit Petrus, Secundum Alber. Christus sex habuit, inter quæ habuit Ecclesiam, quam ipsi Petro commisit, non alteri. Vna dierum uocauit ipsum Petrum dicens. Simõ Ioannis diligis me? Respõdit. Domine tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Iterum secundo Simon Ioannis diligis me? Tu scis inquit, quia amo te. Iterũ. 3. Simõ Ioãnis diligis me? Pasce oues meas, pasce uerbo, & exẽplo. Quod fecit: quia pro ipsa Ecclesia sponsa, duo pertulit opprobria.

Primum fuit derisionis: quia Anthiochiæ fuit decaluatus, ut habent historiæ. Ex hac Ecclesia accepit honorem, quod suo pastori factum est in contumeliam. Applica si placet de præsbyteris, qui comas &c. Archiepiscopus de Florentia præcidebat omnes &c.

Secundum fuit suspitionis: quia in cruce uersis oculis in cęlum crucifixus est. Quod facere uoluit triplici ratione. Prima quia indignum se reputabat, cũ tali pęna dominus eius, & magister esset punitus. Secũda quia Christus passus est ad mũdum redimendũm: ideo uoluit ad mundum respicere. Ipse autem patiebatur, propter acquirendum cęlum: ideo debuit ad cęlum respicere. Tertia ratio ad significandum humani generis lapsum: Christus enim semper rectus

ſtetit,& nunquam in pĉm cecidit. Homo uero caput men tis in terram defixit,& contra Deum recalcitrauit. Paſce o ues meas inquit,i quibus uerbis, dignitas Eccleſiaſtica pa tet,quõ præcedit ſecularẽ. Vnde Papa ut dicit Th.li.de re gi.prin. Dum coronat Imperatorem pede ſiniſtro coronat, in ſignum ſubiectionis. Clama cõtra eos qui Eccleſiã perſequuntur,qui tandem mala morte uitam finierũt,ideo Da uid in pſ.dixit. Thronus eius ſicut ſol.ſ. Eccleſiæ in cõſpe ctu meo. Et ſicut luna &c. Vnde patet ſecundum. Tertius dr̃ peccati deploratio. Quanta ſit hęc prętogatiua oñdit Th. 1.2.q.99.ar.10. Poſtquam aliquis eſt in gratia poſitus,& per gratiam Dei iuſtificatus,neceſſe habet petere a Deo do num perſeuerantiæ,ut.ſ.cuſtodiatur a malo,uſq; in finem. Nam multis datur gratia,quib.nõ datur perſeuerare in gra tia. Ille. Vnde optimum donum homini cõceſſum eſt, ut co gnoſcat peccata ſua,ut illa defleat in pñti,ne plangat in in ferno. Quod Iob 10.oſtendit. Dimitte me,ut plangam pau lulum dolorem meum. Et Mat.5. Beati qui lugent,qm̃ &c. Aſc. Nil proſunt lachrimæ ſine animæ cõſenſu, oculorum triſtitię,dolor interius correſpondeat. Iuſte.n.tales lachry mæ ſunt ſatisfactoriæ. Vnde Petr.peccauit,ſuper omnes ha buit donum,ut fleret. Mat.26. Et recordatus eſt Petrus uer bi Ieſu quod dixerat. Prius quã gallus cantet &c. Et egreſ ſus foras fleuit amare. Canta in cantu paſſionis. Secundum Alb. Fleuit tres lachrymas. Primo amoris. Quia mori ſecũ uoluit. Lu.22. Paratus ſum tecum,& in carcerem, & in mor tem ire. Secundo doloris lachrimas:quia inquit Euangeli ſta. Fleuit amare. Tertio lachrymas conſolationis. Cum au diuit in camera a Magdalena Chriſtum eſſe reſuſcitatum, præ gaudio lachrymas non continebat. Vnde Clemens de Petro dicit,ꝙ ſudarium portabat in ſinu ex conſuetudine, ut ſæpiſſime oculos tergeret,ſic erat pronus ad lachrimas, eiuſque facie erat aduſta. Et tu cum Petro anima chara plã ge,ſi uis remiſſionem peccatorum. Quartum iocale dr̃ &c. Quia miraculis claruit ſecundum T.2.2.q.178. Deus mira cula fecit triplici de cauſa, Inter quas una eſt pp ſãctitatis alicuius demõſtrationem, quem pro merito uitæ,uult aliis præponere,in exẽplum ſuæ uirtutis. Miracula geſſit. Tria

milia

milia hominum cōuertit in die Penthecoſtes, ſua prædicatione. Eneam paralyticum curauit. Cornelium baptizauit. Tabitam ſuſcitauit. Vxorem propriam, animauit ad martyrium. Memento mei coniux mea, umbra ſui corporis infirmos ſanauit. vnde Christo aſsimilatur. Chriſtus latronem ſua umbra conuertit; & Petrus umbra, infirmos ſanabat. Vnde patet ſecundum.

Tertium principale dicitur &c. Hiſtoria diei dicitur hic. Dum in Hieruſalem eſſet, quidam magus, nomine Symō, qui ſuis artibus magicis, oſtēdebat populis magna facere. Petrus autem hoc audiēs, Hieruſalem ingreſſus, ipſum cōfudit. Quod uidēs magus iratus terribiliter, omnes libros ſuos in mare proiecit, atque Romam adiit, ibi Neronē Imperatorem in amicitiam copulauit. Petrus autem Hieruſalem deſerens, magumque Romam inſequitur. In nocte ſequenti a Chriſto uiſitatur, ut non timeat: quia ſocium illi dabit in prædicationis officio. Die ſequenti Paulus aduenit. Simō autem Magus, gloriabatur in populo, quod etiā mortuos ſuſcitaret. Iuuenis autem quidam mortuus effertur, dic quomodo ſuper hoc confuſus eſt & cætera. Alia die gloriabatur ſe poſſe uolare in cœlum. Vnde in aera arte magica deportatus eſt. Simon autem Petrus, præcepit Dæmonibus, ut ipſum in nomine Chriſti dimitterēt. Qui dimittentes, fractis ceruicibus expirauit. Ex morte autem Symonis, Petrus in carcere ponitur. In nocte autem conuertit milites cuſtodes, et ductus precibus fratrum fugit. In porta autem quæ dicitur ſancta Maria ad paſſus, Chriſto illi occurrenti, dixit Petrus. Domine quo uadis? Vado inquit Romam, iterum crucifigi. Intelligens autem de morte ſua, hoc eſſe dictum, reuerſus eſt iterum in carcerem. A militibus autem captus, ipſe cum Paulo, ſimul ſunt morti ſentētiati. Paulus quia ciuis Romanus erat, capite punitus eſt. Petrus uero, quia forenſis, cruce ſuſpenditur, prout Chriſtus dixerat ei. Ioannes ultimo. Sequere me ut ſic uerificetur uerbum illud. Sapientiæ decimooctauo. Simili pœna ſeruus cum domino afflictus eſt.

Poteris āt uidere quō Pet. & Pau. hodie abinuicē ſe ſepararunt; unus ab altero uolentes pergere ad martyriū. Quæ

separatio non amoris,sed personæ fuit. Ecclesia. Gloriosi principes terræ,quomodo dilexerunt se in uita &c. In quibus uerbis,merito insurgit dubium in mente tua:ut uideo. Quis Apostolorum Petri & Pauli sit maior? Respondeo q triplicitér loqui possumus. Aut quo ad cōditionem apostolicam:aut quo ad prælationem Ecclesiasticam:aut quo ad prædicationem Euangelicā. Si primo modo sic sunt æquales,sicut unus,ita alius est apostolus Christi,quamuis primo sit Petrus electus in Apostolum Vnde Deus tantum dedit uni,quantum alteri. Quo ad prælationem uero Petrus est maior quàm Paulus qui Papa est maior, quàm legatus. Petrus fuit uniuersalis Christi uicarius. Cui dixit Christus. Tu es Petrus:tu es Simō:tu uocaberis Cephas, q grece dicitur maior,& primus,quia scilicet fuit Papa. Tertio modo Paulus fuit excellentior Petro, in ardenti prædicatione:& alijs Apostolis. Ideo per excellentiam ipsius dicitur ad Gal. 1. Notum uobis facio Euangelium: quod scilicet excellentius ad ipsum pertinet. Insuper quia a Christo uocatus ore proprio. Sed quo ad meritum in cęlo,sunt pares,ut habet plene Greg. in j lib. Dia. ad Petrum. Meritum utriusque inquit:dispar non est in cęlo.

In festo Beatissimi Dominici Patris nostri.

MAgnus uocabitur in regno cęlorum. Matthæ. 5. Ab eloquentiæ flumine,& aureo pelago Mar. Tullij Ciceronis. nullam maiorē uictoriam, & singularem triumphum esse diffiniebat. excepto homine præoccupato circa curas,& bona temporalia huius nostræ ignobilis,uilis,& caducæ uitæ mortalis, ut tali mō disponeret omnes suas humanas operationes, ut p sua benemerita,reportaret immarcescibilem,& incōtaminatam coronam:in regno beatorum. Vnde Lactan. in 1. c. 9. Hercules qui ob uirtutem præclarissimus; quasi Apricanus inter Deos habetur. Nonne orbem terræ quem peragrasse,& purgasse narratur stupris,libidinibus,adulterijs inquinauit? nec mirum cū esset adulterio genitus Alcmenæ. Quid tandem potuit

in eo esse diuini, qui suis ipse uitiis mācipatus,& mares,& fœminas, contra omnes leges, infamia, dedecore, flagitio affecit. Sed ne illa quidem quæ magna,& mirabilia gessit talia iudicanda sunt ut uirtutibus diuinis tribuenda uideā tur, quid enim tam magnificum, si leonem aprumq; supera uit? si aues sagittis deiecit? si regium stabulū egessit? si uirginem uicit? & cingulumq; detraxit? si equos feroces cum domino interemit? Omnia sūt ista fortis uiri, hominis tamē. Illa enim quæ uicit, fragilia,& mortalia fuerunt. Nulla est enim, quod ait orator, tanta uis, quæ nō ferro, aut uiribus debilitari, frangiq; possit. At animum uincere, iracundiam cohibere, fortissimi est, q̄ ille nec fecit unquā nec potuit. Hæc qui faciat, non modo eum summis uiris comparo, sed simillimum Deo iudico. Ille. Vulgariza sic. Serenissime Imperator Constantine, inquit Lactan. Inter omnes cęlebres,& admirandas pugnarum,& bellorum uictorias, quas possit habere homo, in præsenti militia, excellētissima potest uocari uictoria suimet, eo quod multi principes, & milites mundi suppofuerunt eorum imperio,& dominio, multas nationes,& populos. Non subdierunt tamen praua desideria sua, imperio rationis, essendo dediti uitiis & peccatis. Hercules immanissimus & uitiosus princeps, apud gręcos, per suam ingentem & grādem magnanimitatem, a populis infra Deos fuit connumeratus. Hic est qui dum esset paruulus in cuna strangulauit duos serpentes, occidit Leonem, uicit Idram, Porcum erimanthium uicit Acheloum, Antheum, Busyridem, Diomedem regem Thracię, fecit comedere equis suis. Occidit Centaurum, sustinuit cęlum, descendit ad regnum stygium,& ui traxit Cerberū,& multas alias experientias supra numerum. 30. fecit, alios uicit, se autem non, cum esset deditus obscęnæ libidini,& carni, at animum uincere dicit Lac. &c. Vnde Sene. Nulla est maior uictoria, quam seipsum uincere. Secūdum Egidium triplici de causa quis dictus est magnus. Quidā a Pugna. Dominicus uicit hostes, uicit se &c. Secundo a scientia, Dominicus dicitur doctor Ecclesiæ. O lumen Ecclesiæ &c. Tertio a sanctitate, Dominicus, in utero matris sanctificatus. Magister Rainaldus dicit de eo. Hic est in quo Adam

nō peccauit. Et merito dictus est Dominicus. Quia vt dicitur. 4. Matt. Et institu. de donationibus. §. Est & aliud. & 2. q. 1. c. Clericus. Et extra de præben. c. cum secūdum. Nomina imponuntur secundum proprietates rerum. Dicitur Dominicus, quasi totus domini. Vel Dominicus, quasi custos domini: Vel Dominicus, quasi a Domino custoditus. Ideo merito, iure de eo dr̄. Magnus uocabitur &c. In præsenti sermone intendo prædicare de. 7. prærogatiuis, quibus pijssimus Deus decorauit beatum Dominicum, & quia vt habēt Theologi. 7. sunt uirtutes, quibus anima tanquam per gradus vnius scalæ cœlum ascendit. per quos beatus Dominicus, & ipse ascendit. prout Ecclesia canit. Scala cœlo prominens &c. Ideo dicamus. Magnus uocabitur &c.

Primo: in virtute charitatis.
Secundo: in virtute fidei.
Tertio: in virtute spei,
Quarto: in virtute iustitiæ.
Quinto: in uirtute temperantiæ.
Sexto: in virtute fortitudinis.
Septimo in virtute prudentiæ.

Prima prærogatiua dicitur &c. Pro declaratione, notanda est sentētia Augu. in sermone de. 5. panibus. Et ponitur de conse. di. 1. c. Qui uult. §. si quis habuerit charitatem tantam, vt paratus sit pro fratribus mori: perfecta est in eo charitas. Ille. Super quo Tho. 2. 2. q. 23. arti. 1. Et Phil. 8. Ethi. c. 4. & Cice. de amicitia. quod tres sunt species amicorum: Quidam pro bono utili, qui durant solum tempore prosperitatis. De quibus Ecclesia. 6. Est amicus secūdum tempus. Idem. Est amicus, & socius mensæ. De quibus Ouid. lib. tristium. Dum fueris fęlix: multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila, solus eris. Et Ascula. libr. 2. c. 9. O quot amici. O quot coniuncti nobis adherent in fęlici statu: cōtratrijs non flantibus ventis. Amor talium, fructu tantū durante permanet. Et Ambr. Facilis uox, & communis: tuus sum totus, sed paucorum effectus. Talis non est bona amicitia. quia vt habet Phil. 9. Eth. Amici existentes propter bonum vtile, & delectabile. His cessantibus cessat amicitia. Hoc amore, multi Deum diligūt, dum habent temporalia

ab eo:quæ dilectio mercenaria dici potest. De tali dilectio ne.di.Sen.deridendo eam. Mel muscæ sequuntur: formicę frumẽtum, cadauera lupi. Secũdo quidam sunt amici, pro bono delectabili,& inhonesto,ut luxuriosi,& carnales:tali amore adamauit Dauid Bersabeam. Tarquinius Lucretiã. Paris Helenã, Iason Medeam, Romulus Floran. Hercules, Deianirã. Et M. Antonius Cleopatrã. O pr̃ est bonus iuuenis.di.mulier. Nunquã aliquod malum uidi in eo. Bene ui debimus quãdo uirga turgescet. Ideo. Tul. de amici. Hoc unũ sentio nisi in bonis amicitiã esse nõ posse. Tertio quidã sunt amici, pro bono honesto:& iste est uerus amor, quę fundatur in uirtute. De quo Phil. 9. Eth. Perfecta amicitia est, quæ est propter uirtutẽ. Et eccl. 25. Beatus qui inuenit amicũ fidũ: quia amico fideli, nulla est cõparatio. Cõditio huius amoris est, qđ nõ solũ pro amico tẽporali ponat tpalia. Iuxta illud Eccl. 29. Propter amicũ perde pecuniã, sed ẽt ponat uitã corporeã, qua nihil charius. Io. 15. Maiorem charitatẽ nemo &c. Quia Iob 1. Pellẽ pro pelle, & cũcta q̃ hẽt hõ: dabit pro anima sua, in qua amicitia fuerũt illi duo Romani Damõ & Phitius: de quib. Ci. li. de amici. di. Qui adeo se amarunt, ut unus pro altero mortẽ uellet subire: qui ergo habuerit tantam charitatem &c. Hac charitate fuit decoratus Patriarcha Dominicus, qui paratus fuit ꝓ fratribus mori: sicut canit Ecclesia. Sitiebat seruus Christi martyrium, sicut sitit ceruus ad aquę fluuium. Legitur de eo quod multo tempore barbam nutriuit, & alium loco sui fratribus præfecerat: intendens ire prædicare saracenis: & infidelibus pro fide. Sed diuina prouidentia aliter dispo suit: unde ipse remansit. Prætерea quædam uidua dum lamentaretur apud patrem sanctum, de filio unico capto a saracenis, & postularet ab eo subsidium. Argentum inquit & aurum non est mihi; sed ecce offero me pro redemptione filii tui. O charitas immensa. Voluit seruare illud. 1. Ioan. 3. Non diligamus uerbo: neque lingua: sed &c. Vnde precibus sancti, filius fuit libertati datus. Pręterea cum esset iuuenis, & studeret pacientiæ in artibus liberalibus: & cerneret in urbe esse grande penuriã, motus pietate pauperum, vẽdidit omnes libros, & supellectilẽ, & dedit pauperis

bus.

bus.Vñ poterat dicere illud Iob 31. Ab infantia creuit mecum miseratio,& de utero egressa est mecum.Hac charitate uictus & munitus:omni diedabat sibi tres disciplinas,duras. Vnam pro se. Aliam pro peccatoribus. Tertiam pro animabus purgatorii.Pro hac charitate discurrebat per uillas:castella:prædicans uerbum Dei. Et dum appropinquaret terræ plorabat peccata quæ ibi fiebant. Sequens exéplũ illud Lu.19. Videns Iesus ciuitatem,fleuit super illã. Præterea de Nouitio,quæ a cõuentu recessit:quomodo cũ lachrymis impetrauit eum a uirgine.Cum semel esset Romæ,& pdicaret corã Innocentio & cetu Cardinalium.: miranda & inaudita Papa in stuporé uersus:interrogauit ubi ista didicerat?Ille beatissime pf. i libello paruo charitatis. Magnus ergo uocabitur.Secunda prærogatiua,qua fuit magnus dicitur fidei secundũ Tho.2.2:q:178.ar.1. Virtuti fidei attribuitur operatio miraculorum:iuxta illud:Lu:17. Si habueritis fidẽ sicut granũ synapis: diceretis huic arbori eradicare & obediet uobis:Ad propositum. Hanc habuit quia inusitata miracula fecit:cũ olet Perusij 60. Peregrinos obruptos in illo lacu suscitauit.Præterea miracula fecit, pane,vino, & aqua.Primo in pane quia Bononię 16.fratres satiauit in mensa,de pane multiplicato in manibus suis. Et Romæ in sancto Sixto.24.fratres satiauit ; de pane asportato manu Angelorum. Præterea ueniens in Italiam cum fratre Ioanne conuerso: inter alpes Lombardiæ cœpit socius deficere fame:adeo quod ire non poterat. O pater fame deficio. Cui ille spiritu prophetico plenus. Vade ait, ad talẽ locũ: & quicquid inueneris tolle. Qui iens inuenit optimum panem: inuolutum mappa alba, portatũ a cęlo precibus sancti:qui satiatus aliã parte ibi reliqt. Præterea de uino Romæ in sancto Sixto. Cum canecuarius quæreretur publice in mẽsa.Pater non est de uino in uegete.Cito respõdit.Cito uadas ad uas illud:& dic ei hæc uerba.Dñicus Iesu Christi seruus:cominatorium uino.Dic bis literali sermone,statim tale uinum exiit de uegete: quod nũquam fratres tale vinum biberant illius bonitatis. Præterea in aqua fecit miraculum Cræmonæ in conuentu sancti Francisci. Dũ esset ibi aqua turbida, & amara,qua fratres infirmabantur : coram

ram Francisco fusis precibus, aquam illam clarificauit, & dulcorauit, qua aqua sanantur infirmi, usque hodie.

Tertia praerogatiua &c. Habuit enim maximam spem in Deo suo, ultra quod dici potest, quod ostēditur multis exē plis, sed omissis alijs unico exemplo ostenditur. Cum quidam Prior Cisterciensis mutuo loqueretur cū eo, inter loquendum protulit sanctus pater noster illud uerbum mirabile. Quod omnia quae a Deo petebat, ad libitum impetrabat. Cui Prior. Si sic est impetra cōuersionem magistri Conrandi Teutonici uiri docti, quem fratres ualde affectant. Rem inquit difficilem flagitasti. Vnde per totam noctem orationi insistens. In mane dum cantaretur. Iam lucis orto sydere. affuit ille doctor cum magna comitiua, in medio chori se prosternēs. Misericordiam inquit peto o pater, vna cum pluribus discipulis, habitū suscepit. Quo facto, ita uox insonuit omnibus Bononiensibus, qd plures relictis bonis paternis, ad ipsum confluebant Seruus autem non ingratus, ut apis argumentosa cępit legere publice in sancto Petro quatuor libros.

Primo super Matt. & ipsum postillauit. Super Epistolas Canonicas. Super ps. Et super Apo. Audiens autem Innocētius Papa famam huius uiri, illo accersito fecit magistrū sacri palatii, cū omnibus pertinentiis, & gratiis. O dignitas singulariter ordini cōcessa. Quo facto ad pedes pontificis, & cardinalium legit publice Epistolas Pauli, & eas commētatus est. In quo tempore cū maxima haeresis pullularet in partibus Tholosanis, misit ipsum cum duodecim Abbatibus Cistercienfibus, & pluribus fratribus ipse Innocentius pro exequendis negotiis fidei. In quo tempore Dominicus cępit ordinem suum anno mille. 192. Sed confirmatio adhuc non erat cum effectu, quae fuit anno 1225. Dū esset ibi summus pontifex, ordinās quaedam in partib. Tholosanis agenda, & deliberans scribere super his B. Dominico, uidit in uisione Ecclesiam minātem ruinam magnam, & B. Dominicum humeris eam sustentātem. Accersito igit notario dixit ei. Scribe sic fratri Dominico, & cū eo prędicantib. in partib. Tholosanis. Deinde dixit. scribe sic fratri Dominico, & sociis cum eo praedicantib. Tertio dixit. Non

non

non:sed scribe sic. Magistro Dominico & fratribus prędicatoribus. Sic enim iubet dominus. Vnde quod a Papa Innocẽtio petierat:eo defuncto, a successore suo Honorio impetrauit:confirmationẽ, scilicet sui ordinis:qui diceretur fratrum prędicatorum. Qui ordo dicitur primus inter mendicantes:ut expresse habetur in glossa.in c. Quia ex eo.li.6.& in c. Quorũdã. De electione.li.6.& in c. Cum ex eo. De excessibus prælatorum,& de priuilegiis.c. In his. Et in clem. dudũ. De sepulturis. Magnus &c. Quarta prærogatiua &c.
4 in 7. Pol. Sine quatuor uirtutibus, non dicitur quis beatus. B. Dominicus habuit primam prærogatiuam iustitiæ: quæ est reddere unicuiq;, quod suum est:ut patet insti. de iust.& iu.§. Iustitia,& ff. eo. l. Iustitia. & 12.q.2.c. Cum deuotissimam. Summum in rebus bonum, est iustitiam colere:& sua unicuique iura seruare. Quę clamat unicuique reddere, qđ suum est. Cum habeat in se tria officia.

Primum, malis reddit supplicia.

Secundum, indigentibus pręstat subsidia.

Tertium: sibiipsi parat remedia.

Primũ &c. Augu.4.de ci.c.4. Remota denique iustitia: quid aliud sunt regna, nisi aperta latrocinia? O quot mala fiunt. ff. ad l. Aquiliam. l. Ita uulneratus. Delicta non debẽt remanere impunita:quia. C. de pœnis. l. si quis. Impunitas delicti, inuitat homines ad malignãdum,& di.50.c. Si qs: Quæ est ista iustitiæ inimica bonitas:palpare criminosos: & uulnera eorũ incurata seruare? Clama cõtra dominos tẽporales. Punire malos bonum est. Vnde Sen. ad Lu. Bonis nocet:qui malis parcit. Hãc habuit Dominicus. Quod patet exemplo illius conuersi, qui recepit a muliere quendã panum lineum, sine sui licentia:quem grauiter disciplinauit. Rogatus a fratrib. ut desisteret. Respondit. Vult Deus delicta puniri. Secundum bonum est &c. Augu. Perfectio christianæ religionis, in pietate consistit. De qua Ouid. li. de Ponto. Regia crede mihi res est, succurrere lapsis. Plato in Timeo. Bonos uiros commodos esse decet. Et Iuuenalis Saty.8. Miserere inopum. Beatus Dominicus fuit multum pius erga pauperes, q uoluit fieri eleemosynas ad portas: patet exẽplo illius ĩ cõuẽtu sanctæ Sabinæ: cui dedit capã.

Tertio

Tertio sibi ipsi &c. Quod maximè fit per orationē. Vita hu
ius patris fuit in oratione, quia reperit plures modos oran
di. Nam aliquādo probat inclinatus, ubi referebat Christū
de cęlo ad terram descendisse, in uterum Virginis. Aliquā
do in terra prostratus, repræsentabat orationē, quam Chri
stus fecit ad columnam. Aliquando manus tenebat in cru
ce, repræsentans orationem Christi pendentis in cruce. Ali
quando manibus leuatis in aere, repræsentabat quod Chri
stus, eleuatis manibus ferebatur in cęlum. Vnde in legenda
dicitur de eo: Claustrum & altaria, lachrymis consecrabat.
Quinta prærogatiua &c. Quæ nihil aliud est secūdum Al-
ber. li. 5. Cōpend. j. c. 35. nisi quædam uirtus, quæ modera
tur omnes passiones freno rōnis. De qua Apostolus Ephe
se. 5. Modestia uestra no. &c. Dominicus fuit admodum tē
peratus in omnibus modis; uiro claustrali plurimū necessa
rijs. Secūdum Ber. in sermone ad monachos. Verus religio
sus, debet esse tēperatus quo ad quinq;. In quibus fuit ple-
ne beatus Dominicus. Primo quo ad potum. Quia Eccle.
31. Nullum est ibi secretū, ubi regnat ebrietas. Et Aposto
lus Ephe. 5. Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Quo
ad hoc Dominicus fuit parcus, quia per. x. annos stetit sine
uino. Coactus tādem ab Episcopo Oxoniensi ut biberet.
ita temperatum sumebat, quod saporem nō habebat. Secū
do quo ad cibum. Prouerb. 29. Qui delicate nutrit seruum
suum, postea sentiet eum contumacem, non credo homini
bene pasto, esse saltē sine malis cogitationibus, quia dicit
Bergomensis. A bucha clibanus calefit. Dominicus fuit tē
peratus. Nā dicitur de eo, quod in Tholosa in quadragesi-
ma, ieiunauit in pane, & aqua. i sequēti. 40. in Carcassona
fecit similiter. De quo ieiunio di. Her. Panis & aquæ ieiu
niū, inter cætera Christiani ieiunia amarssimū esse scias.
Præterea carnes nō comedit. A quibus se abstinent. 14. re-
ligiones antiquæ. & 24. phi. Vñ Xenocrates tria pcepta de
dit discipulis suis: Venerandos Deos. Honorādos parētes.
Carnibus nō utendum. Ideo Gre. in morali. Vbi carnes co
meduntur, modica pęnitētia est. Et Philosophus. j. Pol. Bo
num est corpus regi ab anima. Tertio temperatus quantū
ad indumenta. Cum sit mortuus mundo. Ideo Augu. in re-

c gula

gula. Non sit notabilis habitus vester: cōtra pomposos religiosos. Vnde Hieronymū. Sordide vestes, mundæ mentis indicia sunt: Dominicus fuit temperatus: quia vilissimas vestes ferebat, vt patet videnti eas in conuentu nostro Bononiæ. Quarto quantum ad dormitionē: quia omni nocte surgebat ad matutinas, & super stramenta dormiebat. & in Ecclesia super bradelas. Quinto parcus quantum ad locutionem. Secundum Alber. propter duas causas homo debet esse taciturnus. Primo quia lingua est occasio mali. Prouer. 10. In multiloquio non &c. Xenocrates Philosophus, cum inter multos taceret: interogatus quare hoc faceret? Respondit: quia locum me esse aliquando pęnituit tacuisse autem nunquam. Secūdo quia signum est stultitiæ. Eccl. 10. Stultus uerba multiplicat. Solon Philosophus cum aliis loquentibus taceret: rogatus vtrum taceret propter inopiam verborū: aut quia stultus esset? Respōdit. Nullus stultus tacere potest. Ideo quātum ad hoc Dominicus fuit parcus: quia in arduo silentio se seruauit. Vnde magnus &c.

Sexta prærogatiua &c Secundum Albertum. Officium fortitudinis est: aggredi ardua, & aduersa æquanimiter ferre. Quod est summe necessarium seruis Dei. Cū perfectio vitæ Christianę sit semp̄ bona agere: & mala pati: Et in his hō debet semper esse fortis: ut patet periura. l. Inter stipulantem. §. Sacramenta. ff. de ver. obli. Aduersa fortuna, non est desperandum. Dominicus hāc habuit: quia ab hæreticis multa passus est. Sed in omnibus costans fuit. Vna die cum pertransiret loca: in quibus paratæ erant sibi insidiæ: intrepidus canere cępit. Salue regina mis. &c. Preterea alia vice dum quandam syluam transiret: vbi erant hæretici. cum sociis canere cępit. Aue maris stella: Preterea rogatus quare plus morabatur in Tholosa, q̄ in Carcassona vbi erat sic beneuilus. Respondit. Quia ibi plus persequebatur. Præterea Tholosæ per edictum publicū factum est: vt nihil cibi ferretur fratribus. Qui sic steterunt per annum: in quo sanctus Dei eos amorose ad patientiam animabat.

Septima prerogatiua &c. Fuit .n. prudens. De eius prudentia Ecclesia canit in missa. Fidelis seruus & prudens: quem

quem &c. Quod patet: quia potuit omnia media peruenire di ad paradisum in suo ordine. Ordinauit studia de quibus Sene. ad Luc. Scio neminem beatæ uiuere posse: sine studio sapiētia. Ordinauit ieiunia. Ordinauit ardua silētia: & qd ultra habitum a Maria suscepit. Legitur enim in chronica ordinis, quod fuit quidam magister Reginaldus: sciētia, & uirtute præditus: qui in iure canonico quinq; annis legerat Parisiis. Hinc Romam ueniés cuidam cardinali cor suū aperuit se uelle per mundum discurrere: vana relinquere: & Christum in paupertate prædicare. Sed mediū ignorabat. Respondit ille. Nouus ordo prædicatorum nunc oritur: q est secundum quod desyderas: & officium prædicationis, & paupertatem uolūtariā profitetur. Et magister huius ordinis qui in hac vrbe prædicat, ordini insistit. Ipso autē inuē to voluntatem suam ei aperuit, & ingressum ipsius ordinis deliberauit. Sed mox infirmatur: & a medicis ꝑ mortuo relinquitur. Dictus autem, per totam noctem orationi se dedit: & perseuerāte in oratione: Virgo duabus puellis sociata, prædicto magistro Reginaldo uigilanti, apparuit. Pete inquit a me quicquid uis: & dabo tibi. Deliberanti qd peteret: una ex domicellis suasit vt nihil peteret: sed Reginæ cęli se committeret: quod & fecit. Tunc illa habitum ordinis ei ostendit. d. Ecce hic est habitus tuus, & tui ordinis: & cō tinuo disparuit: sano ipso facto: Mane ueniens beatus Dominicus, ei omnia, quæ uiderat intimauit: & habitū quem ibi Virgo reliquerat: dedit beato Dominico. Qui se & magistrum Reginaldum, & fratres suos induit. Nam antea vestiebantur, vt uestiuntur canonici regulares, cum camisia. Quia tūc temporis sub Episcopo uiuebāt in communi canonici regulares: sicut nunc religiosi: quæ omnia fuere anno. 1216. Vnde nulla religio gloriari potest, habitum suum se habuisse a Virgine, præter hanc. O cum quanta reuerentia debet portari: nec uacat mysterio magno. Cappa nigra significat mortificationem carnis, scilicet ut de eis dicatur illud Col. 3. Mortui estis: & uita uestra abscondita est cum Christo. Tunica alba puritatem mentis: quam debent habere prædicatores, si uidere Deū cupiunt: iuxta illud Matthæ. 5. Beati mundo corde. &c.

Scapulare obedientiam, quę est iugũ Christi. De quo Matthæ. 11. Colligite iugum &c. Zona castitatem, qua pollere debent. Calciamenta imitationem sanctorum exemplorũ. Ephe. 6. Calciati pedes ĩ præparationẽ Euangelii. Hæc est illa religio, quæ in ueteri testamẽto est figurata. Zacha. 6. Vbi Propheta dicit. Ecce quatuor quadrigæ, egrediẽtes de medio duorum montiũ. In quadriga prima equi rufi, idest minores. In quadriga secunda equi nigri, idest eremitani. In quadriga tertia equi albi, idest carmelitæ. In quadriga quarta equi uarii & fortes: & quærebant ire & discurrere per omnem terrã Ibi. Quod intelligitur de prędicatorib. prout Alexander Papa quartus, declarauit. di. Hi sunt uiri probati ĩ lege domini, fratres ordinis diui Dominici, efficaces quidem in opere, atque potẽtes in sermone, qui ubiq; per totum mundum, ipsorum ora intonãt, uelut tubæ: & in omnem terram exiuit sonus prædicationis eorũ. Et usque ad fines orbis terrę, sua salutifera uerba sonãt. Ille. Et Pius Papa illustri Maumeto, scribens de religionib. di. *Vera*, & catholica est lex christiana, quæ diuinis est magnificata oraculis. Et infra. Dominicus in extremis horis Hispaniæ natus, quasi uespere emicuit, qui nouum uiuendi modum, suis auditoribus tradidit. Et prædicatorũ instituta regula, uniuersum illustrauit orbem. Ille. Vbi not. Quod quatuor sunt regulæ religionum. Prima fuit Basilii, sub qua militãt monachi oriẽtales, seu Gręci, & fratres Armenii, uulgo dicti. Quæ regula est satis dubiosa. Secũda fuit Aug. sub qua militant Canonici regulares, Prędicatores, Eremitani, Seruitæ, Scopetini, Hierosolymitani sancti Ioan. Ordo sanctę Brigidæ, & plures alii. Tertia est Bñdicti, sub qua militãt multi ordines, ut monachi nigri, de quibus de statu monachorum. c. Ne in agro. Qui cum essent relaxati, reformati sunt speciali congregatione, quæ dicitur Sanctæ Iustinæ. Militant etiam Cistercıẽses, quos Bern. dilatauit mirabiliter. Camedunẽses instituti per beatum Romaldum ordinis vallis vmbrosę. Ordo montis oliuarum. Ordo montis Phani. Ordo cęlestini, omnes sub regula Benedicti. Quarta regula est Francisci, ut ponitur in clemen. exiui de paradiso. De uerborum significatione. Sed dicis. O pater. Vbi uos habetis

betis regulam ſicut iſti?Reſpon.quia ultra regulã Aug.eſt ſecunda regula,quæ dicitur Cõſtitutiones,ut patet hic per Papam.Et prædicatorum inſtituta regula,ſicut Cartuſien. Qui nullam acceptant regulam,pręter cõſtitutiones ſuas, quæ regula appellatur.Nec oportet dicere . Iſta regula nõ ponitur ĩ iure,ſicut Franciſci,& Benedicti. Cui reſpódeo, ꝙ & Pilatus ponitur in ſymbolo,& Herodes in Euãgelio: tamen ſunt damnati.Loca ſancta,dicit Hieronymus , non faciunt hominem ſanctum,bene eſt pater. Sed hæc regula modo ſatis conſtat,ſicut facilia ſolẽt. Sed ſuper firmam petram. Petra permanens nunquam habuit hæreſes.Hic Patriarcha ſocium indiuiduum ſanctum Franciſcum habere uoluit in uinea domini Sabaoth, ꝓ corroboratione Eccleſiæ.Legitur enim in chronica ordinis,quod anno domini 1211.magna guerra fuit inter Genuẽſes & Piſanos per mare:& tunc urbs Hieruſalem erat militum ſancti Ioan. Rhodii.Qui ex triumpho ibant induti pannis aureis.Sed perdito ſepulchro Chriſti,induuntur de nigro.Tũc temporis aſſediata fuit ab infidelibus.Tunc Papa Innocentius fecit cõcilium generale, dictum Lateranenſe , in quo fuere prælati numero 1500. Concluſum fuit quod fieret pax inter Genuen.& Piſa. Et fuerunt miſſi unus poſt aliũ circa legatos triginta.Nec aliquis eorum unquam reuerſus eſt,nec propter Deum,nec propter ſepulchrum.Tandem Innocentius ſe mouit in perſona,ut iret ꝓ pace fluẽda,& infirmatus Peruſij mortuus eſt,cui ſucceſſit Papa Honorius,& uoluit ꝙ unuſquiſque ueniret ad dãdum ei obediẽtiam. Et hoc modo perdita eſt urbs Hieruſalem.Et tũc anno domini 1216. Apparuit Chriſtus in aere totus furibundus , cum tribus lanceis,contra tria peccata.Superbię, Luxuriæ, Auaritiæ. Virgo autẽ Maria genibus flexis ad pedes Chriſti prouoluta. Parce peccatoribus , quia dabo tibi duos ſeruos meos. Dominicum , & Franciſcum , qui mundum conuertent ad te.Quod & factum eſt.quia hi duo ordines ſunt duo cãdelabra in mũdo.Quod bene innuit Dantes,11.Paradiſi.Diuina prouidentia,quę mundum regit eo conſilio quo omnis creatura ſeparatur, antequã in perditionę caderet, propter ſuam libidinem,¿Sponſam Eccleſiam in ſublimi.

Clama. Despōsauit eius cruore sacro. In quam ponit curas & cōfidētiam. Creat duos principes, qui in eius fauorem hinc & inde, essent illi duces. Vnus totus fuit amore seraphicus. Alter sapientia Cherubico splendore fuit in terris. Conductus autem Bononiæ post conuersionem multorū, morti uicinus. Conuocatis 12 fratribus ad se, testamentū fecit di. Hęc sunt quæ uobis iure hæreditario, tanquam filiis possidēdā relinquo. Charitatem habete. De qua Aug. Sola dilectio, discernit inter filios regni, & Diaboli. Humilitatem seruate De qua Mat. 11 Discite a me &c. Paupertatem uoluntariam possidete, de qua Mat. 5 Beati pauperes, &c. His dictis, & fratribus osculatis, lugentibusque de suo recessu, consolatus est di. Gaudete uiscera mea, quia ad patrem uado, & pro uobis, & ordine meo orabo, & quod promisit non fefellit. Nam in breui post suum obitum, creuit ordo mirabiliter, tam in numero fratrum, quam in scientia. Sumptis omnibus Ecclesiæ sacramētis: tunc audita est uox. Veni ad gaudia uitæ, ueni dilecte mi. Et sic fratrib. uale fecit ductus ad illā patriam sempiternā. In uerbo. Veni, fiat practica: Veni gubernator Ecclesiæ. Veni tuba Paradisi. Veni splendor tenebrosi mundi. Veni dè triumphali uexillo crucis indefesso milite. Beatus autem Gualla tunc Episcop. Brix. qui aliquando fuerat ibi prior, uidit in uisione scalam, quam Christus ex una parte, & mater ex alia tenebant ascendenti Dominico. Quæ scala habebat 7. gradus. s. charitatem, fidem, spem, iustitiam, temperantiā, fortitudinem, prudentiam. Et interrogantibus fratribus. Quare sic fleret amarissime. Respondit, quia una columna cecidit Ecclesiæ, scilicet Pater noster Dominicus mortuus est. Magnus ergo &c.

In festo diui Thomæ Aquinatis, Doctoris eximij.

MAgnus uocabitur in regno cęlorum. Mat. 5. Anima peregrina ad imaginem & similitudinē summi factoris creata pro tanto appellatur, grandis, excelsa, & alta in triumphanti patria Paradisi, quāto se inuenit esse uestitam, & adornatā uirtutib. & bonis moribus

In præsenti uita. Hier. Ad Celātiam. Nobilitas summa est, apud Deum clarum esse uirtutibus. Nam ille apud Deum præest potior, non quem nobilitas generis: sed quem deuotio fidei, & uita sancta commendat. Et C. flāmineus in oratione contra P. Cor. Scipionem. Ego enim non in aliena gloria, aut falsis fortunæ bonis: sed in propria, ueraque animi uirtute, nobilitatem esse existimo. Secundum Egidium Ro. in li. de reg. prin. Et Phi. in Pol. Triplici ratione aliqui sunt dicti magni.

Primo quidam a pugna.

Secundo quidam a scientia.

Tertio quidam a sanctitate uitæ.

Primo a pugna, ut Alexāder Magnus, qui circa 5000. ciuitates subiugauit, & quasi totum Orientem. Ex Karolus rex Francorum, qui totum quasi Occidentem subiugauit. Et de Pōpeio Magno, qui dictus est magnus apud Romanos, ut refert Orosius, ob rerum egestarum multitudinem, populos innumeros subdidit populo Romano. Et 22. reges Orientales uicit.

Secundo a scientia, ut Albertus Magnus. De quo Pius Papa ad Turcum. Præcipua est Alberti Magni scientia, qui nullum doctrinæ genus creditur ignorasse. Vere magnus, ideo quia Monarcha Philosophorum nominatur.

Tertio a sanctitate uitæ, ut Iob 1. Erat autē Iob uir magnus super omnes orientales, qui morabantur in terra. Super quo Greg. dicit. Magnus enim inter Oriētales efficitur, qui non inter actiones malorum querentium, ima & fugitiua, sed inter choros conatur proficere supernorum ciuium. & Ioan. Bap. Luc. 1. Ait Angelus Zach. Erit magnus coram domino. Et Matth. 11. Inter natos mulierum non surrexit, &c. scilicet maioritate uirtutum. Isto triplici modo fuit Thomas magnus.

Primo a pugna contra mundum. Secundo a scientia, quia doctissimus uirorum. Tertio a sanctitate uitæ, quia nūquā peccauit mortaliter. Ecclesia canit hodie. Collaudetur rex glorię, qui per Tho. lumen Ecclesiæ, mundum replet doctrina gratiæ. Magnus fuit triplici ratione.

Primo ratione, diuinalis prænominationis.

Secundo ratione, diuinalis ordinationis.
Tertio ratione, diuinalis glorificationis.

Primo ratione &c. Vna maxima est in Theologia. Qđ diuina prouidentia, quotiescunque voluit mittere hominem aliquem, pro uniuersali reformatione mundi: prius ipsum ostendit dupliciter.

Primo uerbo prophetico.
Secundo signo diuino.
Quod patet triplici lege.
Primo lege Naturali.
Secundo Scripturali.
Tertio Euangelicali.

Primo naturali. Quando misit in tempore naturæ Noe, pro mũdi reformatione: ipsum ostendit uerbo prophetico. Gen 5. Quia eius pater Lamech ĩ nominis impositione dixit. Vocabitur nomen eius Noe. Iste consolabitur nos in operibus manuum nostrarum in terra: cui maledixit dñs. q d. Veniet diluuium, per quod terra maledicetur, & sterilis efficietur. Sed Noe consolabitur nos, quia uineã plantabit, & ui nũ bibemus, per quod natura iuuabitur. Ecce quia ipsum ostẽdit uerbo prophetico. Secundo scripturali. De Moyse quando ipsum misit, cum esset puer educatus a filia Pharaonis, ostendit ipsum signo diuino, q a coronã capitis de rege abstulit, ac in terrã proiecit. In signũ quod in futuro tpe, destruere debebat regnũ Pharaonis. Vnde ex hoc secretarii pharaonis clamare cœperũt. Moriatur puer iste. O rex: quia destruet regnum tuũ. Volentes experiri imposuerunt ori eius prunas: Propter quas balbutiẽs erat Moyses. Qđ ostẽditur: quia postea uoluit ipsum dñs mittere ꝑ ambasiatore: excusabat se, quod esset impeditioris linguæ. Tertio lege Euangelica. Quando mittere uoluit. Io. Bapt. ostẽdit ipsum uerbo prophetico. s. per Angelũ. Luc. 1. Erit magnus coram domino. s. sanctitate & uirtute. Ad propositum: Dum mundus esset in maxima ignorantia pctõrum: & piissimus Deus, compatiens humano generi, ut ipsum reformaret: uoluit mittere, scilicet. Tho. qui ut lumen scientiæ & sanctitatis. Ecclesiam illuminaret. Quẽ uoluit ostẽdere tali signo sicut dictum est. Sed dicis, O pater. Nũquid

erant alii doctores?Athanasius.Remigius. Damasce. Ambro.Gregorij?Respondeo secundum Bona. & Alber. super Luc.Quod habent homines reperiri in triplici differentia in præsenti vita,& seculo.Quidam habuerunt scientiā profundam:sed non habuerunt claritatem · ut Euangelistæ: q licet dixerint magna,tamen obscura. Ex hoc quidem plures sunt effecti hæretici:ut Manicheus.Valētinianus:Apollonius.Fuerunt insuper doctoris Ecclesiæ,& antiqui doctores, qui fuerunt obscuri, intantum quod multi sunt facti hæretici,non bene intelligentes dicta sua.Quidam alii habuerunt scientiam claram,& profundam:sed non habuerūt sanctitatis sigillum,quod est principale in doctore:quia ut dicit Philosophus in lib.de pomo & morte.Docētes alios, mentiri non debent.Lac.li.1.c.Nec tam de rebus humanis bene meretur,qui scientiam bene dicendi affert: quàm qui pie atque innocenter docet uiuere.Hier.ad Paulinum presbyterum. Episcopi & Presbyteri habeant ad exemplū Apostolos, & Apostolicos uiros,ut quorum honoré possidentes,habere nitantur & meritum.1.q.1.ca.Vilissimus cōputandus est,nisi præcellat scientia & sanctitate,quę est honore præstantior.Ille.in 1. Meth. Signum sapientis est posse docere:ideo Christus.Matt.5. Qui autem fecerit & docuerit:hic &c.Quidā alii fuerunt,qui habuerunt sciam profundam & claram:non dubiosam, nō scrupulosam,nō fantasticam. Et habuerunt titulum sanctitatis,& bonæ vitæ,sine qua nihil factum est, Et in numero istorū fuit Thomas Aquinas,qui missus est a Deo ad declarādum dubia,& obscuritates.Sed antequam mitteret ipsum, uoluit prius piissimus Deus ipsum ostendere dupliciter.

Primo uerbo Prophetico.

Secundo signo diuino.

Primo prophetico: quia cū eius mater domina Theodora esset grauida:ipsa ignorante,missus est quidam Eremita à Spiritusancto illuminatus,nomine bonus:qui dixit. Gaude dña Theodora:quia concipies,& paries filium: & Thomas uocabitur.i.abyssus.Hic erit magnus, scilicet in uirtutibus:in toto terrarum orbe in uita,& scientia,eritque ordinis fratrū Prædicatorū.Nō erit ordinis Minorū.Eremitarū

sed

ſed prædicatorum. Nota in uerbo prædicatorum, quod iſte ordo fuit prenunciatus triplici uia. Prima prophetali. Secunda humanali: Tertia diuinali. Prima prophetali. Zacha. 6. Vidi & ecce quatuor quadrigę. In quadriga prima, equi ruffi. i. Minores. In quadriga ſecũda, equi nigri. i. Eremitani. In quadriga tertia, equi albi. i. Carmelitę. In quadriga quarta, equi uarii & fortes. i. Prædicatores, qui exierunt, & quęrebant diſcurrere per omnem terram. Ille. Sup quo Alexander quartus Papa. Hi ſunt uiri probati in lege domini, fratres ordinis diui Dominici, efficaces quidẽ in opere, atque põtẽtes in prędicatione, qui ubique per mundum ipſorum ora intonant uelut tubæ. Et in omnem terrã exiuit ſonus prędicationis eorum, & uſque ad fines orbis terrę ſuæ ſalutifera uerba ſonant. Secunda humanali. Abbas Ioachim in ſancto Marco Venetiis, ante aduentum huius ordinis, fecit depingi habitum eius, ꝑ plures annos ante. Pręterea in Cõſtantinopoli, in ſancta Sophia eſt ibi ſanctus Paulus cũ literis aureis ſuper caput di. Agyo Paulus id eſt ſãctus Paulus. Deinde apud ipſum eſt quidã in habitu prędicatorum, cum literis ſuper caput d. Calo Dominicus, id eſt bonus Dominicus. Vere bonus. Quę quidem figure factę ſunt per annos quadringentos ante ordinem. Tertia diuinali, cœlebrato Lateranenſi cõcilio 1215. ſummus pontifex ordinãs quędam in partibus Tholoſanis agẽda, circa negotium fidei, & decernens ſuper his ſcribere beato Dominico, & his qui cum eo erant, accito notario dixit ei. Sede, ſcribe ſuper his fratri Dominico, & cum eo prędicãtibus in partibus Tholoſanis, ſtatimq; aliquãdiu plus conſiderans, ſic dicit, magiſtro Dominico, & fratribus prædicãtibus, ſic dixit dominus. Et ſic ſcripſit notarius. Et deinceps in curia, & ubique, cœperunt ipſe, & filii eius ſe fratres prædicatores nominare. Ad propoſitum. Eritque ordinis prædicatorũ inquit ille. Audiens autem mater uerba, tota leta reſpõdit. Fiat uoluntas domini. Ecce quomodo uerbo prophetico.

Secundo ſigno diuino, iuxta illud uerbum Eremitæ: Naſcitur filius cum omni ſolemnitate domus, totus elegans. Cũ nutrix ipſum lauaret in uaſe, inuenit in manu ſua ſce-

dulam

dulam quandam, in qua erat scriptum. Aue Maria. Quæ charta fuit desuper data diuinitus. In signum o detractor, scilicet Thom. Quod de beata Virgine debebat scribere alta, super omnes doctores. Admirantes omnes de domo erant stupefacti super puero, tam alta tamque sublimia, imo potius diuina de ipso perspicientes. Pater autem rem tacitus considerabat. Vnde patet quomodo fuit magnus ratione prænominationis, quia &c.

Secũdo ratione &c. quia ordinauit suam uitam, ad Dei, & proximi vtilitatem Conclusio est Philosophi in prohœmio Methaphysi. Quod quatuor sunt conditiones ueri sapientis.

Prima est ordinare debite.
Secunda est uitare discrete.
Tertia est docere perfecte.
Quarta est proficere complete.

Prima est ordinare &c. in sexto Ethicor. Ordinare est principalis pars Prudentię, quæ est Prouidentia. In primo Methaph. Sapientem ordinare oportet, non ordinari. C. de Episcopali audientia. l. Humanum. C. de le. & fideicommiss. l. 1. A sapiente omnia bona fieri intelliguntur. Sapiens & peritus Nauta dicitur ille, quando nauem deducit securam inter procellas maris, ad portum. Finis creaturæ, est uita beata. Vnde ille dicitur sapiens, qui nauem animæ perducit securam inter pericula huius uitę ad portum Paradisi. Vnde Apocalip. secundo. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Idem. Qui uicerit non ledetur a morte secunda. Thom. Angelicus habuit hanc sapientiam, quia cum esset annorum 5. & mater recordaretur uerborum Eremitæ, misit ipsum ad scholas, de consilio patris eius, scilicet Domini Landulphi comitis aquinorum, ad monasterium montis Casini sancti Benedicti, ut monachi ipsum instruerent. Primo in moribus, quia ut dicitur Prouerbior. uigesimosecundo. Adolescens ambulans iuxta uiam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Secundo in litteris, quia ut dicit Senc. Sine literis æger est animus. Instructus ergo suf-

sicienter

ficienter in grammaticalibus, patri suaserunt: ut ipsum mitteret ad studium. Qui misit ipsum Neapolim, ubi uigebat studiũ, infra 12. annũ factus est optimus philosophus, & intantũ profecit puer ingeniosus, quod lectiones quas a magistro audiebat, subtilius aliis repetendo discurreret, & non habebat in studio parem sibi: non immerito, quia eius sapientia potius fuit infusa, q̃ acquisita. Vñ legitur de eo, qđ semper anteq̃ legeret lectioné aliquam, prius ad orationé ibat, & cum semel disputasset nimis, & acute ultra uires humanas, quidam religiosus ordinis minorũ admirãs de eo, sup̃ tanta sapientia, in ipsum respiciens, uidit radios splendentes procedere ad eius faciem ut Sol, in hoc Deus ostendebat, quod debebat esse Sol & lumen ecclesiæ. Vidẽs autem non esse tutum habitare inter scorpiones. Spiritusancto illuminatus, ordinem prædicatorum decreuit eligere. Sed quare potius elegit hunc quàm alios? Respondeo: quia aliarum religionum dicitur dignior, probatur hoc modo. Illa religio dicitur dignior, quæ continet in se uitã actiuã & contemplatiuam. Aliquæ sunt quæ sequuntur uitã contemplatiuam. Aliquę aliæ actiuam, ista autem utramque. Primo actiuam, quia opera misericordiæ operatur, pascit esuriẽtes diuino uerbo prędicationis, infirmos peccatis uisitat: non occupatur circa uerum affaturæ. Secũdo cõtẽplatiuam, quia habet studiũ orationis, & meditationis. In hãc igitur ingredi uoluit. Ad priorem conuentus Neapoli uadit, & erat frater Ioan. da sancto Iuliano, & tũc attingebat annum 13. petens habitum prædicatorum. Cui prior. O fili minimis iuuenis es. Cui Tho. O pater Prior. Scriptum est Hier. 3. Bonũ est uiro si portauerit iugum, ab adolescẽtia sua. Et Prior, pete licẽtiam a Patre & Matre. Cui Tho. Scriptum est Matt. 10. Qui amat Patrem, aut Matrem plusquã me, non est me dignus. Et Hiero. ad Rusticum. Licet in limine Pater iaceat: licet Mater pectus, & ubera ostẽdat, per calcato perge patre, percalcata perge matre, & siccis oculis ad uexillum crucis euola. Ille. Et prior. Non poteris portare onera religionis. Respondit Tho. Scriptum est per Hiero. Nihil amantibus difficile. O Th. es bono animo. Vnde cum summo gaudio ciuitatis, & cõuentus, fuit indutus hoc

san-

 316

sanctissimo habitu. O iuuenes in exéplum Thom. Audite Ber. Fugite de medio Babylonis,& saluate animas uestras, & conuolate ad urbes refugij ubi possitis:& de præteritis agere pęnitentiam, & in præsenti obtinere gratiam, & in futuro præstolari gloriam. Ille. Secunda conditio. Sapientis est uitare offendicula,& occasiones. quæ possunt impedire hominem a cursu uitæ eternæ, quia habet Phil. 10. Metha. Duo contraria non possunt simul stare. Et in. 2. Ethic. Vnum contrarium destruit alterum. Thom. uitauit omnia peccata mortalia, quia nunquam mortaliter peccauit: imo de uenialibus, nunquam fuit auditum. Vnde dicitur de eo. Hic est in quo Adam nõ peccauit, quia in religione cępit uiuere cum omni sanctimonia. Fama uolat ad parẽtes, præcipue ad matrem. Ex una parte gaudet, propter uerbũ Eremitæ, ex alia dolet, ratione teneritudinis, quia 7. Politicorum. Generantis ad gentium, naturaliter est amicitia. Fratres qui erãt magni domini in curia Imperatoris. Ro. ęgre ferũt. O si fuisses seculari præsbyter, potuisses episcopari. Exemplum Geffredi. Si fuissem de numero Episcoporum, fuissem de numero damnatorum. Mater autem cum nobili comitiua, Neapolim uadit, ut filium uideat. Audientes fratres, Zelotypi de tanto thesauro, duxerunt ipsum Ro. Iterũ Ro. uadit: fratres ipsum occulte mittunt Parisius. Mater super hoc turbata, insinuat filiis negotium. qui licentia petita ab Imperatore ipsum sequũtur, quem inuenere ad quendam fontem, cum quatuor fratribus, qui rapuerunt eum de manibus eorum, sed habitum nunquam potuere euellere: quia diuina potẽtia &c. Duxerũt ipsum in castrum matris. quod dicitur Rocha sicca, cũ optima custodia, in quo loco ociosus nõ fuit, per duos an. quibus ibi fuit: totam bibliã legit, textus sentẽtiarũ memoriæ mandauit, fallacias Aristo. compilauit. Quærentes autem fratres suis diuersis modis, ipsum a bono proposito reuocare. duobus modis usi sunt. Primo introduxerunt sorores suas duas ad eum, quæ blanditiis ipsum alloquuntur. Ipse autem conuertit ad uitam sanctam, eis legens scripturas, unde maiorem sororem conuertit, ut mundum relinqueret & monasterium sanctæ Mariæ de capua ingressa est, ubi quã cito Abbatissa facta

est.

est. Secundo mittunt iuuenem nudam, qui cum debeat inclinare ad mollitiem carnis cum esset anno 1 . Nota quod Dæmon sagittat hominem, per mulierem, tribus modis. Primo per colloquium. Eccle. 9. Colloquium illius quasi ignis. Secundo per aspectum. Ecc. 19. Ne respicias mulieris pulchritudinẽ, qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem. Tertio per tactum. 1. Cor. 7. Bonum est mulierem non tangere, quia per illam cecidit Dauid, Salomon, Sanson, M. Ant. Paris, Hercules, Iason. Thomas autem cęlitus inspiratus, titionem manib. cępit, ac ipsam de camera eiecit, signo crucis se muniens. Aduenere statim Angeli post hunc conflictum, qui eum strinxerunt cingulo dicentes. Ex parte Dei te cingimus cingulo castitatis, quod nullatenus dissoluetur Vnde habuit in terra priuilegium beatorũ. Et tunc nunquam sensit stimulum carnis. Videns aũt mater propositum filii, timens facere iniuriã Spiritui sancto, permisit ipsum abire, & sic ordini est restitutus, & Neapoli associatus est, a fratribus cũ ingenti gaudio. Vnde auide operam dedit literis, ut ebrius. Ad paucos dies missus est Parisius, deinde coloniam ad Albertum Magnũ, ubi sub eo apicem magisterii adeptus est. Tertia conditio est docere perfecte. Docuit autem populum Thomas, duplici modo.

Primo exemplo.

Secundo uerbo.

Primo exemplo, quia Christus cœpit primo facere, deinde docere Th. hoc egit. Qđ patet in triplici uirtute, quib. sctũs Dei fuit ornatus mirabiliter, ut patet in eius legẽda.

Primo in humilitate.

Secundo in austeritate.

Tertio in paupertate.

Primo &c. Fuit humilis ore, quia nunquam superba uerba exierunt de ore eius. Fuit humilis corde, quia nunquam de se pręsumpsit superba, nec nunquã superbiuit de aliquo actu studii. Fertur dixisse sæpe discipulis suis. Regratior Deo, q̃ nũquam de mea cathedra magistrali, aut actu scholastico, motũ habui inanis gloriæ. Quadã uice quidã côuersus, ipsum in suum socium accepit per ciuitatem Bononię. Sanctus Dei nõ dedignabatur. Secũdo in Austeritate, non

comedendo

comedendo carnes,non dormiendo super saccos. Ecclesiæ seruans ieiunia.Nō est religio in Ecclesia Dei, tam austera ut nostra:quia habet studia,hēt comestiones graues.Frater Thomas non iuit ad ætatem maturam, caro carnem nutrit:sed audiant uerbum. Proue.29.Qui delicate nutrit seruum suum,postea sentiet eum contumacem.P.Bergomens. A bucha Clibanus calefit.O Th.uoluisti &c.Antiquę religiones,Benedicti,Basilii,Bernardi,Cartusiēses,carnes nō comedunt,nec Christus nisi in cęna.Vnde est de perfectione uitæ Apostolicæ.Tertio in Paupertate. Dū semel cum scholaribus rediret de sancto Dionysio,& uideret ciuitatē propinquam Parisiensem,dicunt ei studentes.Vtinam esses tis o magister,dominus huius ciuitatis.Respondit:Potius uellem habere Chrysostomum super Mat. Quia scriptū est in 1. Poli.Desiderium diuitiarum uadit in infinitum.

Preterea recepta bula a Clemente Papa.4.de promotione ad Archiepiscopatum Neapolitanum, cū additione red dituum monasterii sancti Petri de Ara,renuit omnino,rogans eum,ut amplius non promoueret.

Præterea dum magistrari deberet,tunicam habebat fractam.O pater esset bonum inquiunt discipuli,haberetis tunicam bonam. Respōdit non curo:quia pater meus Dominicus sic incedebat, & illud byretū quod ferebat in nocte, idem in die.Clama cōtras fratres pomposos &c. Oportet incedere pauper.dist.40.c.Multi.Qui desiderauerit primatum in terra,inueniet confusionem in cęlo, nec inter seruos Christi cōputabitur,qui de primatu tractauerit. Ille: Secundo docuit populum uerbo doctrinæ sanctissimę,quę apparet optima triplici signo.

Primo in frequenti eleuatione.

Secundo in sanctorum apparitione.

Tertio in multorum approbatione.

Primo &c.Eleuabatur sæpe a terra. Cum esset semel ad castrū sororis,in camera fuit abstractus. Vñ soror eius ipsum credidit esse mortuū:qa se nō mouebat,aut aliq̄d dicebat:uñ clamare cępit.O T. Socius āt eius narrauit ei cōdō nē sancti. Et sic p̄ tres dies stetit imobilis,sine cibo. Vidēs socius tātā dilationē, ipm excitauit. Cui dixit T. Parcat

uobis Deus,quia bonum prandium mihi abstulistis. Præterea cum esset in prandio coram Rege Franciæ dixit. Consummatum est, & conclusum contra Manicheos, tunc faciebat libros contra Gen. Præterea dum legeret librū Boetii de trinitate difficilem,candela combussit eius digitos.

Secundo in sanctorum &c.Cum quadam nocte orationi insisteret feruenter,ut impetraret declarationem dubii scripturæ,apparuerunt ei Petrus & Paulus,certificantes dubiū illud.Pręterea alia uice apparuit ei Virgo,declarās aliqua dubia sancto doctori.O Thoma gloriosæ, quanti æstimanda est scientia tua.

Tertio in multorum approbatione. Doctrina eius est approbata,per quatuor generationes personarum.

Primo per Iesum Christum.

Secundo per Virginem Matrem.

Tertio per Pontifices.

Quarto per Doctores.

Primo per &c. Cum scripsisset de corpore Christi, quæ est materia difficilis,posuit opus super altare Neapolis,petens informari. Vtrum bene,an non dixisset. Respōdit crucifixus.Bene scripsisti de me Thoma. Quam mercedē accipies pro labore tuo?Respondit.Te solum excepto.

Secundo per Virginem,quæ semel apparens ei,dixit sciētiam eius ueram esse,& filio gratissimam. O socie,quis dubitare potest de doctrina Thomę,quam Christus,& mater confirmarunt?

Tertio per &c.Vrbanus in 4. i Epistola canonizationis, quam mittit Archiepiscopo Tholo.quę incipit.Laudabilis Deus in sanctis suis.Volumus,& tenore præsentium iniungimus,ut beati Thomæ doctrinam,tanquam ueridicam,& catholicam sectemini, eamque totis uiribus,studeatis amplifare.Ille. Innocentius in sermone.Ecce plusquam Salomon hic.Huius Doctoris sapientia præ cæteris,excepta canonica,habet proprietatem uerborum, modum dicēdorū, ueritatem sentētiarum,ita ut,nunquam qui eum tenuit:inueniatur a tramite ueritatis deuiasse, & qui eum impugnauit,semp fuit de ueritate suspectus.Ille. Præterea Ecclesia canit.Stylus breuis grata facundia,celsa,clara, firma sentē

tia.

tia. Firma, non dubiosa, non fantastica. Ex hoc o socie, non legitur alia lectio Romæ apud Cardinales, nisi Thom. O scientia. O doctrina irrefragabilis, & morota.

Quarto per doct. Bona dum composuisset officium corporis Christi de mandato Vrbani 4. cũ audisset illud Tho. ipsum summe commendauit, super doctrina aliorum. Præterea Nic de Ly. laudat Thomam, quia super Iob ad literam scripserit tam egregie. Aug. de Anchona laudat. Egid. Romanus discipulus Thom. ipsum laudat mirabiliter. Vide ergo quomodo eius scientia sit æstimanda, quando &c. Quarta conditio &c. Perseuerantia sola coronatur. Thom. fuit perseuerans usque ad mortem Greg. 10. Lugduni fecit concilium generale, & Tho. de eius mandato fuit uocatus ut contra hereticos disputaret. Declinauit monasterium fossæ nouæ, a quib. gratiose fuit receptus, in claustro dixit fratri Reginaldo. Hæc requies mea in seculum &c. Posuit se in lecto, ubi composuit librũ super cantica. Apparuit stella super locum, propter mortis euentum. Thom. Approximans morti data est ei communio. Cum quæreretur a priore si crederet ipsum corpus Christi esse. Respondit. Credo utique. Vbi fecit sermonem mirabilem, ante ipsum sacramentum. Hora transitus sui audite sunt uoces Angelorum canentium. Albertus Magnus Coloniæ existens, habuit ui sum mortis eius. In mane cum legeret dixit. Heu me quod cecidit columna Ecclesiæ, mortuus est Thom. fleuit, quia Ecclesia carebat bono auxilio. Præterea eo mortuo sub prior cœcus & cætera. Mortuo eo, mulus eius cui insidebat, fracto fune in Ecclesiam uenit ad feretrum, & ibi dolore crepuit.

Tertio magnus ratione &c. Dum frater Alber. Brixiæ existens oraret, uidit gloriã Thom. Apparuit ei. August. & Thom. August. dixit, æqualis mihi est in gloria, sed me præcedit in uirginitate, lapis præciosus in pectore, est bona intentio quam semper habuit de Deo. Torques ad collum obedientia. Mortuus est anno. 1274.

In festo S. Vincentij Confessoris. Ordinis Prędicatorum.

MAgnus uocabitur in regno cœlorū. Math. 5. Pro prologo huius sermonis accipite illū. B. Dominici: De B. Vincentio, tria erunt uidenda.

Primum dicitur congruitatis.

Secundum dicitur adæquationis.

Tertium dicitur consummationis.

Primum dicitur &c. Vtrum Vincentius ex suis meritis meruit præmium æternæ beatitudinis? Omissis argumentis. Respondeo secundum Thom. 1. parte. quæstio. 12. arti. 4. Alexander de Ales. 1. parte. q. 5. art. 9. ponendo hanc cō clusionē. Quod opera nostra possunt procedere a duobus principiis. Aut ab agente creato, aut increato. si creato tā tum, idest a libero arbitrio nostro simpliciter, non supposita gratia Spiritusſancti: tunc impossibile est hominem purum, mereri uitam æternam. Et ratio, quia operationes nostræ sunt finitæ, & modici ualoris. Rom. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis &c. & Luc. 12. Cum feceritis hæc omnia, dicite, quia inutiles serui. Et in 8. Physico. Impossibile est in corpore finito, uirtutem esse infinitā. Si ergo finitæ uirtutis: ergo finitæ operatur: q̄ ut dicit Boe. 4. de conso. Agit enim unuíscuiusque natura, quod est proprium ei: sicut ignis qui non agit ultra suam speciē & Sol, & de aliis. Vnde temporale opus non meretur mercedē uitæ æternæ: prout est a principio creato. Aut procedit a principio increato, s. a Spiritusſancto: qui per gratiam gratum facientem, mouet principium creatum, id est liberum arbitrium ad operandum. Sicut sessor mouet equū ad ambulandum, & dominus seruum ad operandum. Isto modo homo meretur ex condigno, quia ualor attenditur secundum uirtutem Spiritusſancti, mouentis nos in uitam æternam. Iuxta illud Ioan. 4. Fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Sanctus Vincentius de condigno, ex suis meritis, meruit fieri magnus in cœlo propter uirtutes quas habuit ī præsenti uita. Quæ fuere tres principales in pñti.

Primo

Primo in uirtute austeritatis.
Secundo in uirtute fidelitatis.
Tertio in uirtute humilitatis.

Primo in &c. Cum Dei seruus esset, de ciuitate Valentiæ in Cathalonia, de nobili familia Ferrariorum oriundus, a Catholicis parentibus est nutritus, in disciplina ac ꝓbatis moribus. Pater eius fuit publicus notarius. Mater eius tres habuit filios. Primus dictus est. Petrus, Secundus Bonifacius, in utroque iure doctor. Tertius Vincētius, qui. 18. annum ætatis attingens, animaduertens non esse tutum cum scorpionibus habitare: religione Prædicatorum ingressus est. In tantaque austeritate uixit, quòd non potest exprimi lingua, per annos 40. fuit in religione, sine carnium comestione. Sciebat enim esse uerum illud. Prouerb. 29. Qui delicate nutrit ser. su. postea sentiet eum cōtumacem. Et Grego. 2. lib. mora. Vbi carnes comeduntur, modica pœnitentia est. Ieiunia ordinis integre seruauit, a festo crucis, usq; pascha. In lecto nunq̄ā uisus est dormire, licet ei pararetur, sed semper, uel sup paleam, aut tabulam quiescebat, semel tantum in die, per totum annum cibum sumebat. Sub uestibus humilibus cilicium portabat. Vnde dicere poterat illud Apostoli. 1. Cor. 9. Castigo corpus meū & in seruitutē redigo. Super quo Ber. super Cātic. Tria homines mundani possidēt in præsenti sæculo. Primo temporalia, Secūdo corpus. Tertio animā. Quæ omnia uerus religiosus abnegat, Primo temporalia reliquit, per uotum paupertatis. Secūdo corpus proprium, per uotum castitatis. Tertio animam, ꝑ uotum propriæ uoluntatis. i. obediētiæ. Quæ omnia seruauit sanctus Vincen. Primo fuit pauper, quia solum unā tunicam, & unum byretum habuit pro die & nocte, Solam bibliam, & breuiariū habebat. Nō immerito, quia dicit Chryso. super Matt. Doctor debet esse pauper, ut auaritiā libera uoce castiget. Secundo fuit castus quia nunquā carnem suam contaminauit: imo nec unquam corpus suum uidit. Tertio fuit obediens, quia nunquā suis maioribus restitit, quod ostendit Ber. super Matth. 17. di. Bonum est nos hic esse. s. in religione, quia homo uiuit purius cadit rarius, surgit uelocius. Ille. Viuit purius, quia segregatus a tempo-

 ralibus.

ealibus. Cadit rarius, qa habet lectiones & diuina officia. Surgit uelocius, quia inspiratur. Et religiosus non potest diu esse in peccato mortali. Beatus ergo Vincentius fuit magnus in prima uirtute, quæ dicitur austeritatis.

Secundo in &c. Secundum Thom. 2. q. 178. ar. 1. Virtuti fidei attribuuntur miracula, Iuxta illud Mat. 17. Si habueritis fidem &c. Beatus Vincentius infinita miracula fecit, in patria Tholosana. Cum mulier lunatica filium peperisset, diuisit ipsum in quatuor partes, & coxit. Vir autem eius, cũ lachrymis portauit ipsum sancto Dei. Ad cuius preces filium suscitauit, reseruatis insigniis in corpore, usq; ad mortem, in signum miraculi. Præterea cum in ciuitate Hilerdensi prouinciæ Aragoniæ esset, omnesque meretrices ad Deum conuertisset, indeque recedens, societas quæ eũ comitabatur, uidens lenones earum meretricum armatos cõtra sanctum Dei, ei q̃ citius insinuauit, quibus dixit. Isti sunt lenones qui me quærũt interficere, sed precedatis me, & ego uos sequar. Approximantes autem, illi arma contra sanctum Dei parant. Vir Dei signo crucis se muniens dixit. Per signũ crucis de inimicis nostris, libera me domine. Immediate armis depositis in terram se prosternunt, ueniã petentes. Mirandum ualde de seruo Iesu Christi. Præterea dũ prædicaret Cathaloniæ, & essent ibi plura hominum milia in quodam loco: qui dicitur gragnose, ubi non erat uinũ; peruenit ad quandam Tabernam, in qua non erat nisi paruum uas uini: data benedictione creuit uinum: ex quo omnes biberunt, & iterum uas plenum remansit. Christo assimilatur qui in nuptiis &c. Præterea eo uiuente cum in Clarualle esset maxima pestis inter monachos, uir Dei aquã benedictam aspersit per totum conuentum, & sic cessauit pestis. Petrus de Tarantasio habet in 4. dist. inci. 45. ar. 2. quod datum est quibusdam sanctis, patrocinari super infirmitates, ut Antonio super igne: Luciæ super oculos, Sebastiano, & Rocho super pestem. Et huic datum est.

Tertio magnus &c. Humilitati datur premiũ exaltationis. Luc. 1. exaltauit humiles. In eodem. Qui se humiliat &c. Iacob. 4. Humilibus Deus dat gratiam Eccle. 3. Quanto maior es, humilia te in omnib. Lucifer superbus dedit

locum Christo humili: Eua superba locum humili Mariæ, diues superbus, dedit locum Lazaro humili. Vir autē Dei fuit humilis, cum enim benedictus. 11. Papa ordinis sui, uellet eum cardinalem facere, ex humilitate renuit. Intellexit esse uerum illud, quod dicitur di. 40. cap. Multi. Quicunq; primatum desiderauerit in terra, inueniet confusionem in cœlo, de talibus ubi sunt? Cum enim plures eum sequerentur, & inciderent ei tunicam ex deuotione, & acciperent pilos asini sui, eos arguebat inquiens. Nolite hoc facere filii mei. Ego non sum quem quæritis. Et quando recedebat de una terra, nolebat quod aliquis eum sequeretur, nō curabat de gloria, licet dicat Vale. Nulla est tam excelsa uirtus, quæ dulcedine gloriæ non tangatur. Vnde patet primum.

Secundum dicitur &c. Verum sanctus Vincentius ex suis meritis, sit æqualis Angelis in uita beata, qui hodie in epistola dicitur. Vidi alterum Angelum uolantem per mediū cœlum? Respondet Tho. 1. parte q. 20 arti. 4. Quod de Homine, & de Angelo est loqui dupliciter. Aut quo ad naturam. Aut quo ad gratiam. Si primo modo: Angelus est dignior homine, nec potest ei adæquari, quia Deus maiora dona naturalia ei contulit, quam homini, & minimus Angelus est perfectior quolibet homine, excepta anima Christi, Angelus præcedit decorem, & perfectionem quarumlibet rerum creaturarum corporalium, & spiritualium. Vnde Augus. 11. de ciui. Dei dicit de natura angelica, Cætera omnia quæ Deus condidit, naturæ dignitate præcellit. Et Dio. Angelus est imago, manifestatio occulti hoīs. Sed si loquimur quo ad gratiam, sic homo potest Angelis æquiparari ex uirtutibus suis, & ut dicit Tho. 2. sen. dist. 9. Homo Angelū præcedit triplici ratione, & rōne difficultatis quæ est in Homine, non in Angelo. Et ratione diuturnitatis, & merito passionis Christi, quæ fuit pro hominibus, non ꝓ Angelis, Vincentius dicitur Angelo similis. Magnus uocabitur. Quæ magnitudo habetur in triplici uirtute.

Primo in perfecta Charitate.

Secundo in sancta Oratione.

Tertio in sancta Virginitate.

Primo in charitate. Habet Aug. in sermone de quinque panibus. Si quis habuerit tantam charitatem, ut paratus sit pro fratribus mori, perfecta est in eo charitas, hanc habuit Vincetius, quia pro amore proximi, totum Occidentē circumiuit prædicando pro zelo animarū. Vnde Cathaloniæ dicitur Tertiusdecimus apostolus per excellentiā, quia sicut Apostoli prædicauerunt per totum Orientem, iuxta illud. In omnem terram &c. Ita sanctus Vincentius per totū occidentem, & sicut Apostolis Spiritussanctus descēdit in specie ignis, ita in die Penthecostes uidentib. omnib. Spiritussanctus in specie ignis uisus est descendere super eū, dū prędicaret. Prędicauit. n. Aragonię, cathalonię, Hispanię, Franciæ, Britaniæ, Burgundiæ, Angliæ, Ripariæ, Ianuæ. Mediolanū uenire uolens, impeditus fuit. Habuit priuilegium Apostolorum, qui sicut intelligebantur ab omnib. in lingua sua; ita Vinc. ad omnib. nationib. prædicationi aūt eius aderant reuerēdę personæ, Benedictus Papa 11. cuius erat confessor. Imperator Sigismundus, Rex Ferdinandus, Rex Aragoniæ, Domina Violanta eius uxor, & alii Barones, Comites, ex qua prædicatione ad fidem Christi cōuertit plurimos. In regno Granatę ubi sunt Ethiopes de Mahumeto, conuertit de illis 8. milia. In Hispania circa 5. milia. Numerus autem conuersorum, tam Iudęorum, quam Saracenorum fuit 25000. ut inuentum est in quodam processu. Sciebat uerum esse illud Grego. 1. homel. Nullum est maius sacrificium, quam zelus animarum. Vero prædicatori, qui uult bene & fructuose predicare uerbum Dei, quatuor sunt necessaria. Omnia autem ista habuit sanctus Dei. Primo in sciētia. 16. q. 1. c. Si clericatus. Multo tempore disce, quod postmodum doceas. Et Apost. Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Canta.

Secundo est sanctitas uitæ. Greg. Cuius uita despicitur, restat ut eius prædicatio contemnatur. Et Lac. in 4. Homines malūt exempla, quam uerba, quoniam loqui facile est, præstari difficile. Et 1. q. 1 Vilissimus computandus est, nisi præcellat scientia, & sanctitate, qui est honore præstātior.

Tertio patientia. Ps. Bene patientes erunt, ut annūcient.

Quarto est charitas. Apost. 1. Cor. 13. Non quæro quod

mihi

mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant.

Secundo magnus &c. Quia orationi se dabat, & dicitur de eo, quod quando orabat, se claudebat in aliquo loco secreto, ne impediretur ab aliquo. Et ut multi uiderunt, sepe lux immensa erat circa eum, que totam cameram illuminabat. Quod audiens Rex Aragonie, curiosus super hoc factus, uidere uoles si hoc uerum esset, quod dicebatur, uenit ad locum in quo orabat, & uidit eum prostratum in oratione, & a terra eleuatum, quo uiso territus recessit, quē sanctus Dei dure increpauit di. Quare huc uenisti? & socium suum qui eum permiserat uenire di. Nonne dixi tibi, ne pmitteres aliquem uenire, febris eum uexauit septē annis.

Tertio in uirginitate, Prouer. 22. Qui diligit cordis mūdiciam diligetur a domino. Fuit purissimus in carne sua, qui per 40. annos fuit, quod nunquam uidit carnem suam. Et sic patet secundum.

Tertium dicitur &c. Consummato cursu præsentis uitæ, mirabilis Deus in sanctis suis, miranda operatus est in seruo suo, ex hoc in omni tempore magnus inuentus est.

Primo magnus uiuens in mundo.

Secundo magnus iacens in sepulchro.

Tertio magnus regnans in cœlo.

Primo magnus &c. Quæ magnitudo apparet tripliciter.

Primo in bona Christi apparitione.

Secundo in futurorum prænunciatione.

Tertio in mortuorum suscitatione.

Primo in bona &c. Cum. n. Auinioni grauaretur infirmitate, apparuit ei Christus cum Angelis suis di. Eligo te in meum predicatorem generalem in occidente, & statim ui sum tetigit, & sanus surrexit. In mane uero surgens, cœpit discurrere prædicando, ob famam autem eius per omnes partes a Petro Cardinali de luna, in confessoré assumptus est, quo tempore scismate crescēte, præfatus Cardinalis in Papam electus canonice nō est, qui dictus est Benedictus. 13. qui sanctum Dei instituit magistrū sacri palatij. Cū seruus Dei illū sæpe persuaderet, ut Papatū relinqueret, ut sic scisma de Ecclesia tolleretur, & tardando dissimularet recessit ab eo, & in terram Saracenorum introiuit, & ad pri

ftinum rediit officium. Dicitur de eo, quod dũ femel prædicaret de iudicio uniuerfali, & diceret illud uerbũ. Surgite mortui, uenite ad iudicium, quod uox illa fuit tanti terroris, quod omnes qui aderant trina uice, quafi mortui in terra cecidere. Et tunc ad eius prædicationem aderant quafi. 30. milia hominum. Præterea de eius uoce. Exẽplum illius monachi, qui cupidus erat ipfum audire, fed nõ ualẽs in campanili p 10. milliaria audiuit. Vnde patet quomodo magnus fuit uiuens &c. Secundo magnus &c. Fuit Propheta, & plufquam propheta. Officiũ prophetæ eft futura prænunciare, præterita, & præfentia cognofcere. Sanctus Dei fecundum omne tempus prophetauit. Primo prophetauit futura, ut patet de Calixto Papa. cum Valentiæ prædicaret, auunculus Calixti Papæ dictus Ferrandus, conduxit paruũ Calixtum ad fanctum Dei, ut ei daret fuam benedictionẽ. Cui dixit fanctus Dei. Mittatis hunc puerũ ad fcholas. qa magnus adhuc erit in Ecclefia Dei. f. Papa, qui me honorabit. Quod factum eft, quia ipfe fuit qui eum canonizauit. Præterea exemplum illius, qui caput fratris fui fub clamyde ferebat, credẽs habere caput uituli, prædixit eum mori iubente iuftitia; dum effet in prædicatione.

Secundo fuit plufquam propheta; quia annunciauit præfentia. Cum Aragoniæ miffam cœlebraret præfente Rege Aragoniæ, moram traxit in miffa, & lachrymas fudit plus folito. interrogatus fi quid noui accidiffet? Refpondit illa hora patrem fuum migraffe ad Deum, qui locus erat multũ diftans. Præterea alia uice in Britannia prædicãs, in ipfa prædicatione orationi fe dedit per longã moram, & poft ea prædicationem profequẽs dixit populo. Nõ miremini, quia genitricem meam agnoui migraffe ex hac hora. Vnde pro illa oraui nunc.

Tertio annunciat præterita, cum fanctus Dei haberet focium fuũ in quadam ciuitate infirmum, dixit fanctus Dei fociis fuis. Filii mei, focius uefter mortuus eft, pro illo rogetis; quia eius anima ad purgatoriũ iuit: & fic infra dies tres ad paradifum iuit.

Tertio magnus &c. Examinatis miraculis a Nicolao. 5. & Calixto eius fucceffore, inuenti funt 28. mortui ab eo fufcitati.

fcitati. Præterea Cremæ de Mattheo armigero sācti Angeli a medicis desperatus, apparuit ei in uisione, & mane sanatus est. Præterea ibi puella inuenta est mortua per horas. 3. in puteo inuenta est: sed merito serui Dei suscitatur. Præterea Mantuæ, Domina Marchesana, peperit sine dolore, uouens sancto Dei. Præterea dum missa cantaretur de eo, quæ dā perperit sine forma, dū diceretur introitus apparuit caput. Dum Kyrieel. apparuit digitus unus. & sic deinceps. Vnde in calce missæ totus apparebat homo.

Secūdo magnus &c Cum Dei seruus esset annorum 77. mortem prædixit suam, in præsentia Ducissæ Britanniæ. Sumptis sacramentis, eleuatis in cęlum oculis, spiritū tradidit. Episcopus autē ciuitatis cū manibus suis sepeliuit, quo mortuo, Ducissa Britanniæ tenuit corpus eius sup terram tribus diebus, quibus claruit miraculis: & demū in tumulo positum est. Dū processus fieret de miraculis suis 66 peste percussi, sanati fuere: sepultus est ciuitate Nantes, in Ecclesia cathedrali, quia forte ordo, couentum non habebat.

Tertio regnans in cœlo, ubi coronam accepit. Secūdum T. 2. de reg. prin. Quadruplex est corona, qua coronabātur Imperatores. Prima aurea, quā Reges coronati sūt. In monarchia Iudæorum, Saul, Dauid, Salomō, Roboam, Abias. in monarchia Troianorum. Pryamus, Alexander, Hector, Paris. In monarchia latinorū. Saturnus, Pyrrhus, AEneas, Ascanius, Romulus. In monarchia Persarū. Cambises, Darius, Xerxes, Alexandes Magnus. Secunda corona argētea, qua Reges & Imp. coronātur. Tertia ferrea, qua Imperator ex uilla Modoetiæ in signum quod primus Imperator germanus Karolus Magnus sic dictus, colla regum Longobardorum, suarumque gentium perdomuit, ibi accepit coronā ferream: quia ibi sepulti sunt reges Lōgobardorum. Quarta laurea, qua uictores Romanorū coronabantur, quibus dabatur triumphus triplex, nec triūphare quis poterat, nisi prius quinque milia hostiū in bello uicisset, ut habet Vale. sub rub. de iure triumphandi.

Ad propositum. Deus coronat, & coronauit S. Vinc. hac quadruplici coronā. Prima aurea, q̄ datur omnib. pro præ

mio essentiali. Secunda argẽtea, quæ datur uirginibus pro premio accidentali. Tertia ferrea, pro cõstantia in tribulationibus: & datur Martyribus. Quarta aurea, quæ datur doctoribus in signum scientię. His omnibus coronatus est beatus Vincẽtius. Applica eas tuo modo. Dicq; aliquod miraculum in fine si uidebitur. Ideo magnus uocabitur &c.

In festo sanctæ Catherinæ Senensis.

HAncamaui & exquisiui a iuuentute mea, & quęsiui mihi sponsam assumere, & amator factus sum formæ illius. Sap. 8. Diuina sapientia illius supremi excelsi, & alti Imperatoris Dei, quamuis diligat uniuersaliter omnes creaturas, ut scribitur Sap. 11. c. Diligis oĩa q̃ sunt, & nihil odisti eorum, quę fecisti: quia sunt bona in sui natura. Genes. 3. Vidit Deus cũcta quę fecerat &c. Et Apostolus 1. Timo. 4. Bona est omnis natura. Vnde specialius diligit hominem, quem formauit ad sui imaginem, & similitudinẽ. Vnde Lac. in 4. Deus ueri patris officio functus est, ipse corpus effinxit: ipse animã qua spiramus infudit; illius est totum quicquid sumus. Ille. Primo quo ad corpus nõ curuum sed rectum. Oui. 1. Meta. Pronaq; cum spectent animalia cętera terram. Os homini sublime dedit: cœlumq; uidere. Iussit & erectos ad sydera tollere uultus. Et Lact. in li. de opifi. Dei & hominis: ad Demetrianum. Cum statuisset Deus, ex omnibus animãtibus solum hominem facere cœlestem, & cętera uniuersa terrena, hunc ad cœli contẽplationem rigidum erexit, bipedẽmq; cõstituit. Ille. Secundo quo ad animã, cum suis potentiis. Memoria, intelligẽtia, uoluntate. Quod considerans diuus Ber. super Can. Parum ne tibi uidetur o homo. Cogita qualem te fecit. Nempe secundum corpus egregiam creaturam: secundum animam magis imagine creatoris insignem, rationis participem, æternę beatitudinis capacem. Ille. & licet amauerit omnem creaturam intimo amore, tamen particulariter amauit sponsam suam Catherinam, quam dignatus est ornare altis, immensis, & angelicis priuilegiis. Vnde bene dicit. Hanc amaui &c. In reassumptione thematis, & declaratione

ne fiat practica. Illa est illa, quæ habuit omnem scientiam; Hæc est quæ habuit desponsationem cœlestis sponsi. Hæc est quæ facundia sua obtinuit a summis pontificibus quicquid voluit. Hæc est quæ habuit triplicem coronā: virginitatis, martyrij, doctoratus. Quapropter consideranti mihi maxima merita, lingua heret palato, omne humanum ingenium deficit, tamen paulo conemur, ꝙ de multis pauca perstringamus, in eius laudem, & ad nostram consolationem spiritualem. Et hoc faciemus in tribus mysteriis.

Primum dicitur puritatis.

Secundum dicitur conformitatis.

Tertium dicitur sublimitatis.

Conclusio est Phi. in 8. Eth. ut etiam habet Plato in Thimeo, & Tho. 1. 2. q. 25. arti. 3. Quod similitudo est causa amoris, & Sap. 13. Omne animal diligit simile sibi. Exēpli gratia de cane ad canem, de catta ad cattam. Et ratio huius dilectionis est: quia sunt vnius speciei: unde mutuo se diligūt. Et similitudo est causa amoris. E conuerso quidē, Dissimilitudo est causa odii: qa ut habet Phil. 2. de Generatione. Contrariorum contrariæ sunt causæ. Vt patet de odio inter canem, & cattā: canem & lupum. Et si diceres. O pater in domo meo habeo canē & cattam, qui se mutuo diligūt. Respondeo, ꝙ non est naturale, sed per accidens, quia se associauere pēr assuefactionem. Ad propositū Similitudo est cā amoris. Creatura est similis suo factori, p uirtutes. Gen. 3. Faciamus hominem &c. Et quanto est melior, purior, & sanctior, tanto plus a Deo diligitur, quia plus est ei similior. Similitudo est causa amoris. Deus est summa puritas, & pulchritudo. In Ps. Speciosus forma præ filiis hominum. Can. 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus. Cū sit pulcher, nō nisi pulchros spūali pulchritudine diligit. Vñ Damasc. Sāctus Deus nō nisi in sanctis habitat Ps. Domū tuā domine decet sāctitudo. De primo ad ultimū. Deus diligit creaturā bonā, & sanctā, & plus quanto fuerit pulchrior: & sanctior, & melior. Ad propositum nostrum. Catherina fuit purissima. Et hoc quidem triplici puritate.

Primo puritate Baptismali.

Secundo puritate Virginali.

Tertio

Tertio puritatē Cordiali.

Primo &c. Et eſt quando homo baptizatur, tunc purgatur à peccato originali. Et tu dicit Ric. in 3. diſ. 3. arti. 4. q. 4. Anima ſanctificatur ī baptiſmo vniuerſali ſanctificatione, quando purgatur à peccato. in qua ſanctificatione gratia confertur: ſed nō confirmatur, quin poſsit ab illa recedere: hęc autē ſāctificatio datur omnibus baptizatis. Quia baptiſmus vt dicit Th. in 4. diſt. 4. art. 1. habet purificare baptizatū ab omni peccato, & actuali, & mortali, & originali: vt patet in adultis, qui contrite accedunt. Vnde ſi Iudęus nouiter baptizatus moreretur: ad cęlum ſtatim euolaret. Catherina Senēſis habuit puritatē propter quam fuit adamata à Chriſto ſponſo, quia à principio ſuæ natiuitatis ſe immunē ſeruauit ab omni peccato mortali. Quod de omnibus ſanctis noſtris legimus. Si tamen in aliquo minimo errabat, cū Ioanne dicebat: Si dexerimus ꝙ peccatum nō habemus &c. Ita flebat ac ſe macerabat, ac ſi fuiſſet mortalē. Vnde dicere poterat cū Tob. Mūdam ſeruaui animam meā. Similiter in 2. parte legēdę ſuæ. c. 6. Quod in conuerſione Pauli dum contemplaretur eius conuerſionem: cœpit amariſsime flere ſuper uitā ſuam. Et Chriſtus illi apparuit di. Noli flere ô filia mea cōtemplatiua Catherina: quia tota ēs in gratia mea. Secundum Tho. 1 2. q. 22. Quibuſdam ꝑſonis fuit declaratus ſtatus gratiæ ſuæ in pſenti. ut Abrahæ. Ge. 22. Moyſi. Exo. 22. Paul. 2. Cor. 12. Magdalenæ, Lucæ. 7. Mariæ Virgini Lucæ. 2. Ioan. Bap. Hiere. Latroni ex priuilegio ſpeciali. Sic etiā ſpōſæ Catherinæ Senenſi, ut hic patet. Ecce qūo habuit primam puritatē baptiſmalē. Beatus q hāc cuſtodit, quia pauci ſūt. Secūdo fuit pura puritate &c. Secundū Th. in quodlibet. 9. q. 10. Ad uerā uirginitatē duo cōcurrunt. Vnū materiale: aliud formale. Materiale ēſt priuatio omnis delectationis. Formale vero, eſt propoſitū, nūquā experiendi delectationes carnales. Et ſi quis haberet virginitatē quo ad primū, & non quo ad ſecundum: non proprie diceretur uirgo. Nec ſi talis moreretur, haberet coronam ſiue aureolam, quæ datur uirginibus in patria. Vnde puellę quę ſunt in domo parētū; & cupiūt habere uiros: quia tales ſunt uirgines ſecundum corpus: &

nõ secũdũ mẽtem, priuantur aureola uirginitatis. Que ergo uere est uirgo, coronatur ab altissimo. Maxima gratia est ista quæ Deo summe placet. Prouerbio. 12. Qui diligit cordis mundiciam, diligetur a domino. Et Lactan. in. 6. Nihil enim sãcta, & singularis illa maiestas, aliud ab homine desyderat, quàm solam innocentiam. Quã si quis Deo obtulerit satis pie religioseq; litabit. & Ambr. lib. de virginibus. Supergreditur uirginitas, conditionem humanæ naturæ. Figura Apoc. 14. Quod Ioannes uidens cetũ uirgineũ, de eis mentionem fecit: quod non est de aliis. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati &c. Hanc puritatẽ habuit beata Catherina. De ea legitur, q; cum esset septennis uotũ uouit Christo uirginitatis. Et ut melius posset eã conseruare, uoluit assumere remedium. s. sanctam penitentiã, quia corpus hominis est sicut equus bene pastus, qui recalcitrat. Prouerb. 29. Qui delicate nutrit seruum suum, postea sentiet eũ cõtumacẽ. Dũ esset iuuenis, cepit abstinere a carnibus. Greg. Vbi carnes comeduntur modica pñia est. Et uinũ lymphatũ sumebat, sine omni sapore. Non immerito, q2 ut dicit apostolus Ephe. 5. Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Et Prouer. 22. Luxuriosa res est uinum. Et Hiero. Venter uino æstuans, facile despumat in libidine. O iuuenes, seruate uos a uino. in 7. Politi. Iuuenes maxime ab ebrietate custodiri opportet. Catherina se priuauit ĩ ætate. 15. annorum, isto uino totaliter, & per 20. annos solum bibebat liquorem, de succis herbarum. Præterea erga carnem induebatur cilicio & cingebatur quodam cingulo ferreo, quod erat sanguine intinctum. Dormiebat super asseres. Et pro ceruicali, habebat quodam lignum. Ad tantum deuenit, q; non dormiebat plusquam per horam. Præterea se disciplinabat quadam cathena ferrea, tribus uicibus omni nocte, ad modum patris sui Dominici. Ex quo factum cit, ut corpus eius macilentum redderetur, & in signum huius, cũ mortua esset, pellis umbilici inuẽta est adherere ossibus renũ eius. Vide quõ se: fl: xit p cõseruatione uirginitatis. Magna fuit penitentia Mariæ ægyptiacæ, q. 17. annis stetit in deserto, cũ herbis crudis. Magna penitentia Mariæ Magdalenæ, q. 30. annos in penitentia fuit. Magna pñi: Thaidis

meretricis, quæ Alexandriæ combussit omnia sua, & deser tum petiit. Magna pœnitentia Hierony: qui in deserto fuit pluribus annis. Sed non minor Catherinæ Senen. De Hiero. Scribitur quod non gustauit uinum ad reprimendam libidinem. De Catherina habes quod quindecim annorum existens, priuauit se uino, & per annos 20. fuit cum succis herbarum. De Hier. dicitur quod induebatur sacco. Hæc au tem cilicio, & cingulo ferreo. De Hier. dicitur, quod dormiebat super terram nudam. Hæc autem super asseres. De Hieronymo dicitur, quod se disciplinabat cathena ferrea: virgo autem hæc idem agebat. De Hieronymo dicitur. Quotidie lachrimæ, quotidie gemitus. De Catherina dicitur, quod semper in meditatione peccatorum suorum, etiã minima deflebat. Quod totum egit hæc sancta pro conseruatione suæ virginitatis. Vnde Dæmones inuidẽtes suę pu ritati, & uirginitati, quadam uice intulerũt ei plures molẽ stias, apparentes in diuersis formis bestiarum. Vnde ex hac uisione cœpit sctã Dei uiriliter dimicare. Cui Christus ap paruit cum maximo lumine, & effugauit illos spiritus immundos. Quod illa uidens, tanquam alter Antonius di. Vbi eras o bone Iesu? Quare permisisti me, tot percussioni bus perturbari? Respõdit Christus. Bene aderam. O Cathe rina in corde te fortificans. Si non fuissem tecum, nequaq̃ uictoriam habuisses, contra Dæmones.

Tertia puritas &c. Et Philosoph. 2. Physic. Omne agens agit propter finem, ad quem finem creatur homo? Certe ad finem uitæ æternę, ut dicit Magister in 2. di. 1. Ad illum finem non possumus peruenire, nisi per media. De quibus Matth. 19. Si uis ad uitam ingredi, serua &c. Quia 2. Physi. Nemo potest tendere in finem, nisi per media. Sed nullum medium efficacius, quam puritas cordis, quã quærit Deus. Prouer. 23. Fili præbe mihi cor tuum. & 24. quæst. 5. cap. Si quid Deus interrogat cor non manum. Ideo Christus Mat. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi &c. Qui cupit uidere Deum habeat cor mundum. Ad hoc alludit beata Catheri na. Cũ enim semel diceret. Miserere mei Deus, & peruenis set ad uersum illum. Cor mundum crea in me Deus, apparuit sibi dominus, & abstulit eius cor. In tempore triũ die

rum,

rum, quibus flerit sine corde. Dedit ei dominus cor nouum di. Filia mea Catherina, dedi tibi cor nouũ, ut sis totaliter munda in conspectu meo. Et claudens, locum illum cõsolidauit. In huius signum semper remanet cicatrix quædam. Vnde in oratione sua di, Domine cõmendo tibi cor tuum, & non meum. Vnde ex hoc ad tantam uenit puritatẽ, ꝙ nihil cogitabat aliud, nisi Christum, & matrẽ eius. Cum quibus sibi apparentibus, officium in camera dicebat. Vnde patet primum. Secundum dicitur &c. Sponsa se debet conformare sponso. Quia Catherina fuit Christi spõsa. Quæsiui inquit mihi sponsam, ideo fuit ei conformis in tribus.

Primo in proximi dilectione.

Secundo in mundi despectione.

Tertio in stigmatum susceptione.

Primo &c. Tho. 2. 2. q. 44. art. 1. Diuina præcepta ad duo reducuntur.

Primo ad Dei dilectionem.

Secundo ad proximum. Sine dilectione nihil agimus ad uitam æternã. Beata Catherina hanc habuit, quia ardebat proximi charitate. Senis fuere duo iuuenes, ad mortẽ sententiati. Dum super currum ducerentur, ui doloris clamabant. Deum blasphemabat, & sanctos. Sancta autem erat in domo, & uidens eos desperatos, cępit eis prædicare, & iram eorum conuertit in dulcedinem. Vnde ad mortem libẽter iuerunt. Migrãtes ad purgatorium, eos liberauit. Præterea in eadem ciuitate, quidam Nicolaus nomine, de Perusio q morti sententiatus, quia uerbum cõtrã statum dixit. Caue dominium. Exẽplum domini Ciechi, qui dixit in morte, ꝙ sui filij non se intromitterent de curia, quia dominorum curia, est fortunæ similis, desperans de uita sua, uirgo ipsũ in carcere uisitauit, & uerbis suis, ad mortem deduxit gratãter. Præterea quidam ciuis nomine Andreas, qui habebat vulnus cancri in stomacho, cui nullus seruire uolebat, propter horrorem uulneris, ipsa eidẽ seruiuit. Et dum haberet uomitum, sumpsit pro potu reliquias uulneris. O charitas immensa. Pręterea cum populus Romanus occidere uellet Vrbanum Papam. 6. ipsa orauit Christum, quod hoc non permitteret. Et Christo respondente. Quod tanta erat

nequitia

nequitia illius populi; qui illo scelere perpetrato, uolebat ipsum populũ submergere. Respondit illa, se uelle omnem pœnam portare, dummodo illud malum auferret, quod, & factum est. Fuit.n.data in manibus dæmonum, qui eam crudeliter vulnerauerunt, quasi mortuam finętes. Assimilatur Paulo Aemilio, qui a Diis petiit fortunam sequitur in domũ suã, ut Resp. incolumis seruaretur. Et Codrus Atheniensis, in oraculo Apollinis cognouit patriam fore uictricem contra Dorienses, si ipse in prælio moreretur. Qui habitu mox mutato, in medium hostium se iniecit, ubi interfectus est, & patria uictrix extitit. Secundo conformis fuit Christo, &c. Christus Iesus semper mundum despexit, qui per Ioannem dixit: I Ioan. 5. Nolite diligere mundum neque &c. Et Aug. ad eremitas. Scriptum est fratres charissimi, quod mũdum non diligamus, quia qui uoluerit mundum diligere, inimicus Dei cõstituetur. Ille. Ex hoc matrẽ pauperem elegit patrem Ioseph carpentarium. 12. piscatores. Catherina Senensis fuit Christo conformis, quia mundum *despexit*. Cum.n.esset annorum. 12. cogitantes parentes eam nuptui dare, miserunt eam ad sororem suam nuptam, ut eam hortaretur ad politias, & mundi delitias. Sic pater & mater ad hoc prætendebant, unde offerunt ei ornamentum capitis, iocale, torques. Respõdit uirgo. Christus meus portauit in capite coronam de spinis. Vnde non decet sub capite spinoso, membrum fieri delicatum. Secundum ornamẽtum, anulos, & chirothecas. Respondit uirgo. Christus meus habuit clauos. Tertium ornamentum pedum caligas, pulchre in trepide respondit uirgo. Christus meus habuit clauos in pedibus. Quartum ornamentum fuit uestis, cum cauda, cũ aliis indumentis. Respondit uirgo. Christus meus fuit indutus alba ueste in derisum. Quintum ornamentum est in pectore, anuli decori cum adamante. Respondit uirgo. Christus meus habuit latus perforatum. Et ego misera talia deferã? Videntes aũt hæc parentes, in despectũ dederunt ei uilia officia ad faciendũ. s. coquinã. Voluit aũt in hoc humiliari, ut exaltaretur, quia ut dicit Luc. in 6. c. 5. Quisquis uitam animæ uoluerit, uitã corporis contemnat necesse est. Et Eccl. 3. Quanto maior es, humilia te in omnibus. Posuit autem

se in oratione: in qua rapta est; & uidit cẽs patres ordinis cum habitibus suis. Quærentes autem qualem uellet habitum recipere, oculos suos fixit ad habitum prædicatorum, s. ad patrem Dominicum se cõtulit, quia est religio sancta, realis non phantastica, non duplex. Vnde dr̃ ordo malleus hæreticorum, ortus delitiarũ. De quo ordine dixit Alexã. quartus Papa. Hi sunt uiri probati in lege domini, fratres ordinis diui Dominici; efficaces quidem in opere, atque potentes in prædicatione. Quia ubique per mundum, ipsorum ora intonant uelut tubæ. Et in omnem terram exiuit sonus prædicationis eorum, & usque ad fines orbis terræ sua salutifera uerba sonant. Ille. Euigilans autem, ipsum cum summa deuotione suscepit. Qui dicitur ordo tertij habitus sancti Dominici, quia est altercatio minorum contra nos, de isto tertio habitu, ideo audiant Beatus Dominicus fecit scholares de militia Iesu Christi, sic nuncupati: q̃ dicuntur sic adhuc Romæ in memoriam illius scholæ. Eliminatis autem hæreticis, per ipsum sanctum Dominicum. per Italiam, & totam christianitatem, illud nomen de militia fuit mutatum in nomen de pœnitentia sancti Dominici, qui dicunt tertij ordini. Qui tertius ordo fuit solenniter approbatus, per pontifices, inter quos per Io. 3. Per Bonifacium nonum, per Innocentium 7. qui plura priuilegia eis concessit. Vnde nec plus nec minus, habet tertius ordo minorum, sicut iste.

Tertio fuit cõformis &c. Quatuor legimus habuisse stigmata, sed diuersimode.

Primus fuit Paulus: q̃ de seipso dicit Gal. 6. Ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto, non corporaliter. s. signa passionum in manibus & pedibus, sed dicuntur stigmata. i. passiones & tribulationes, quas Apostolus habuit præ cæteris Apostolis, ut ipse alibi dicit. Crucifixus sum. Secundus fuit B. Margareta de Vngaria Regina, quę realiter habuit. Tertius fuit Franciscus, sed modo particulari, quo nullus alius habuit in monte auerni. Cui Christus in modo Seraphin apparuit, & impressit manibus & pedibus, & lateri, signa suæ passionis. O dignitas.

Quartus fuit Cather. in S. Christina de Pisis, q̃ die dñica

communicatura, ante altare exiſtés, cum diceret ſacerdos. Domine non ſum dignus ut intres &c. Reſpondit Chriſtus uocaliter. Et ego ſum dignus o Catherina. Eleuata eſt in extaſi poſt communionem, & petiit a Chriſto experiri dolores ipſius Chriſti, quos habuit in cruce, non cõtenta mori, donec habuiſſet hanc gratiam. Vidit Ieſum in forma crucifixi ſibi apparentem, ſuper ſe radios ſanguineos emittentem, ex quinque cicatricibus ſui corporis: uidentib. plurib. utriuſque ſexus. Ipſa autem petiuit ne apparerent uiſibiles illi radii in ſuo corpore, & mutati ſunt in radiis ſolaribus. Et ex hoc quaſi mortua remanſit. Reuerſa ad ſe, narrauit patri ſpirituali per ordinem rem. O fatuitas quorundam. O dementia, qui grunniunt contra ſanctam Dei, prædicát prædicatores Antichriſti. O ſine ratione. O inuidia. O peruerſi, applica ad libitum.

Tertium dicitur &c. Sublimauit eam Chriſtus ſponſus in tribus priuilegiis.

Primo in fidei deſponſatione.

Secundo in miraculorum choruſcatione.

Tertio in gloriæ coronatione.

Primo &c. Magnum priuilegium eſt eſſe ſponſam Regis Franciæ, Neapolis, Vngariæ, ſed magis Ieſu Chriſti, ut fuit Catherina. Semel in camera exiſtens uirgo ſanctiſſima, apparuit ei Chriſtus cum matre ſua, & cum his Ioan. Euang. Paulus Apoſtolus, Dauid cũ harpa in manibus, & beatus Dominicus. Virgo Maria porrexit manum Catherinæ filio ſuo. Et Chriſtus eam deſponſauit anulo ſuo. De quo Oſeę ſ. Deſponſabo te mihi in fide. O priuilegium magnum, nõ eſt conceſſum hoc, niſi huic virgini, & Catherinæ martyri. Ecce de primo priuilegio.

Secundum eſt &c. Claruit miraculis tripliciter.

Primo in uita, quia dum eſſet Romæ cum triginta perſonis in conuentu, nec eſſet panis pro prandio, publice multiplicauit panem in menſa in abundantia. Præterea alia uice multiplicauit uinum dum non eſſet in uegete.

Secũdo in morte, quia plurimos infirmos ſanauit uarius languoribus detentos, cæcos illuminans &c.

Tertio poſt mortem, qu ia non ceſſat implorare pro nobis

bis auxilia. Exéplum de byrcto suo, quomodo dux Galeaz Maria fuit sanatus a febre continua, qui in palatio suo, pi ctam habet, cum stigmatibus suis.

Tertio dicitur &c. Anno Domini 1385. Ciuitas Florentia contra Pontificem circa quadragintas ciuitates detinebat, & innumera castra. Quamobrem Greg. Papa 11. excommunicauit eos. Vnde coacti sunt implorare Catherinam pro ambasiatrice, quam miserunt Auinionem ad Grego. 11. Qui tunc Papa erat. Papa autem commisit causam Catherinę. Quæ reuersa est Florentiam: & exhortationem maximam fecit populo, super pace. Interim res aliquantũ dilata est. & Greg. 11. moriens: succesfit sibi Vrbanus 5. sub quo per sanctam Dei facta est pax. Dũ autem uirgo Senas esset reuersa, vocata est per eundem Vrbanum Romam. Quæ ueniens fuit rogata, ut sermoné haberet corã Papa, & Cardinalibus super scisma, quod erat inter eos, quod & fecit, & eos ad pacem reduxit. Sed quæris. Quare prædicauit: cum Paulus inhibeat mulieribus prædicare? 1. Cor. 14. Mulieres in Ecclesiis taceant. & 2. Thim. 2. Docere mulieri non permitto. Respondeo quod est uerum: sed tamen cum quibusdam dispensatum est, ut prædicarent, propter maximas uirtutes in eis existétes. Vt Magdalenæ, quæ Marsiliã conuertit. Catherinæ martyri, quę quinquaginta oratores conuertit, & Ceciliæ, quæ conuertit Valerium. Theodorę quę conuertit Sisinnium, ut sic uerificaretur uerbum Apostoli. 1. Cor. 7. Sanctificatus est uir infidelis p mulierem fidelem, inter quas sanctas mulieres: præcipue Catherina Senensis. Dum esset Romæ consummato uitæ suæ cursu, collectis filiis, & filiabus suis, nunciauit eis ultimũ cursum uitæ suæ, dando eis quatuor regulas.

Prima fuit ad timorem, ut Dei timorem in se haberent. De quo ps. Initium sapientię &c. Et Thom. in prohemio super Iob. Nihil est quod tã reuocet homines a malis, & inducat ad bonum, sicut Dei timor, & amor. Vnde tot mala? quia non est timor.

Secunda regula, ne ponerét spem in diuitiis, sed in Deo. ps. In te domine speraui.

Tertia ut cauerent a iudicio temerario. Matth. septimo.

Nolite iudicare,& non iudicabimini. Videas o socie librū propriæ conscientiæ.

Quarta quod perseuerarent in bonis usque in finē, quia ut inquit Bern. Sola perseuerantia coronatur His auditis ab eis,& dictis, beató fine quieuit. Post mortem autē apparuit cuidā mulieri Romanę cum tribus coronis in capite. Vna de argento érat, alia de auro, alia de lapidibus præciosis. Prima de argento, quæ datur uirginibus, quæ rara est. August. de Agone Christiano. Inter omnia christianorum certamina, duriora sunt prælia castitatis, ubi continua pugna,& rara uictoria.

Secunda de auro, quæ datur martyribus, de qua Ps. Corona aurea super &c.

Tertia de lapidibus præciosis, quę datur doctoribus. His coronata fuit Catherina de Senis. O fęlix mulier. Mater Christi ostendit pectus,& ubera, filius latus,& uulnera, & Catherina beata, sua sacra stigmata, quibus eam inuocantibus pręstat sua beneficia.

In festo sancti Michaelis Archangeli.

VIdete ne cōtemnatis unum ex his pusillis. Mat. 15. Inter omnes miras & stupendas operationes, quas Deus operatur in præsenti mundo, excellentissima uocari potest sua clementia, per quam miserrimus nephandus, prophanus,& scelestus peccator, de iniusto efficitur iustus, de lupo rapace,& leonē feroci efficit̄ bonus, seruus Iesu Christi. Ber. super Can. Domine dominus noster q̄ admirabile est nomen tuum in uniuersa terra. Quid est homo, quia innotuisti ei, aut filius hominis, quia reputas eum? Denique mittis ei unigenitum tuum, immittis spūm tuum, promittis uultū tuū, & ne quid uacet in cęlestib. ab opere solicitudinis tuę, illos etiā beatos spiritus, propter nos mittis, in ministerium nostrum. Ille. Vulgarizate. O benigne & dulcis,& clemens dominus inquit Ber. quantū est immensus,& ardens amor, quem geris homini ingrato, & incognoscēti, quod non cessas indefesse illi communicare admirāda beneficia, ut uideatur, quod nihil aliud cures:

nisi

nisi illū sublimare. Illi namque misisti filium tuum. de quo Io. 3. Sic Deus dilexit mundum ut filium &c. Misisti continue Spiritum sanctum. De quo Io. 16. Mittam spiritum ad uos. Promisisti etiam uidendum uultum tuum. Exod. 33. Ostendam tibi omne bonum. Quarto non sufficit, quod illum creasti elegantem, quantum ac corpus, sed etiam donasti ei animam rationalem cum libero arbitrio, quod nulli alii inferiori creaturæ uoluisti concedere, & in auxilium illius dedisti Angelum bonum, qui de illo, solicitam curam haberet. Vnde Ps. Angelis suis Deus mandauit &c. Quod Ber. declarat di. Magna est dilectio charitatis, quis, quib. de quo, & quid mandauit. Si quidem Deus mādauit, & Angelis suis mandauit. Et de homine mandauit. Et ut custodiant te, in omnibus uiis tuis mandauit. Quandam reuerētiam debet tibi hoc uerbum inferre, afferre deuotionem, afferre fiduciā, in quouis diuersorio, in quouis loco reuerētiā exhibe Angelo tuo; ne audeas illo præsente, quod me præsente non auderes. Ille. Videte ne &c. In quibus uerbis de laudibus Angelorum erit hodie sermo, de quibus tria uidenda sunt.

Primum dicitur necessitatis.
Secundum dicitur nobilitatis.
Tertium dicitur localitatis.

Primum dicitur &c. Vtrum fuerit necessaria homini in præsenti, Angelica custodia? Arguitur pro una opi. qđ nō. Et ratio. Illi non est necessaria custodia, siue auxilium alterius, qui per se potest. Sed homo est liberi arbitrii, p quod eligere potest bonum, & malum. Ecc. 15. ante hominem bonum & malum, uita & mors, quod ei placuerit dabitur ei. Igitur &c. Alia opinio dicit ꝙ sic, quia inter pericula moratur. Apoc. 12. Ve terræ, & mari, qa descendit Diabolus cū potestate magna. Respondeo secūdum Th. & omnes doct. Quod homini uiatori fuit necessaria omnino custodia. Quæ cōclusio probatur triplici medio. Rōne, Autoritate, exēplis. Primo ratione. Vna maxima est Th. 1. par. q. 23. ar. 3. Quod illa creatura indiget custodia, adiutorio, atq; subsidio, cui imminet periculū animæ alterius. Sed in statu uitæ huius seculi, hō est cōstitutus, quasi in uia quadā, i qua

tēdere dētad Paradiſum. In qua uia plurima imminēt pe ricula. Et ideo ſicut hominibus per uiam non tutam ambu lantibus, dantur cuſtodes, ita cuilibet homini quandiu eſt uiator, cuſtos deputatur qui dicitur Angelus, qui eū adiu-uet. Igitur &c. Quæ ſunt iſta pericula oſtendit Dauid. In uia hac qua ambulabā, abſconderunt ſuperbi, ideſt Dæmo nes laqueum mihi. Et Pſ. 55. Multi bellātes aduerſum me. Et Ber. ſuper Can. Caſtrum animæ tuæ, & in terra inimi-corum ſitum eſt, & undique oppugnatur. Sed a quibus? Re ſpondeo quod a tribus hoſtibus, de quibus Bernard. Mun-dus, caro, Dæmon.

Primo a mundo. Io. 16. In mundo preſſuram habebitis. Secundo a carne. Gal. 5. Caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritū. Et Auguſt. Inter omnia chriſtianorum certamina, duriora ſunt prælia caſtitatis, ubi continua pugna & rara uictoria. Tertio a dæmone qui rationem ſeducti, uoluntatem abii-cit, uirtutem operatiuam opprimit. Quod bene conqueri-tur gubernator Eccleſię Petrus. 1. Pe. 5. Fratres ſobrij eſto te & uigilate, quia aduerſarius ueſter Diabolus &c. Et in tātis periculis eſt homo poſitus. Quod ut dicit Bona. in 3. diſt. 25. ar. 2. Impoſſibile eſt hominem eſſe ſine ueniali, ex cepto Chriſto, & eius matre. In tantis ergo periculis indi get cuſtodia Angelorum bonorum, qui ipſum adiuuet. De quibus Pſ. Angelis ſuis Deus mandauit de te, ut cuſtodiāt te in omnibus uiis tuis. O benignitas Dei, quæ nos in om nibus uiis noſtris defendit. Secundum Dominicum Tholo ſanum. Triplex eſt uia hominis.

Prima, qua mundum ingreditur.

Secunda, qua in mundo progreditur.

Tertia, qua de mundo egreditur per mortem.

Prima qua naſcitur. In hac defendit. Et niſi eſſet Ange-lus noſter defenſor, nos deſtruent Dæmones. Bernar. Si bo nus ſpiritus ſe elongaret, malorum impetus quis ſuſtine-ret? Quando creatura naſcitur, a Dæmone ſuffocaretur, ne baptiſmum haberet: ſed Deus omnipotens cito Angelum uocat, quando mulier debet parere filiū, uel filiam di. Vi-des hanc mulierem. Tali hora pariet filium uel filiam, tibi eam commendo contra Dæmonem. Reſpondet Angelus.

O mi

O mi domine, mihi reputo ad magnā dignitatem, q creatura tua ad tuam imaginem facta, & sanguine redempta, mihi sit commissa, unde nata nunquam deserit eam, quousque est in Paradiso, aut in inferno, aut purgatorio. Vnde Hierony. super Mat. Magna dignitas animarum est, ut unaquaeque habeat ab ortu natiuitatis suæ Angelum delegatum. Vere dignitas, quia pastor multis ouibus, dat unū pastorem ad custodiendum, & non cuilibet, sed Deus cuilibet personæ dat vnum Angelum. O sublimitas animæ. Sed dubium quæritur. Quo tempore datur iste Angelus, an in utero, an extra uterum? Respondeo, quod cum duplex sit natiuitas, secundum Canon. de consecra. distin. 4. Firmissime tene. In utero. Et ex utero. Quidam uoluerunt dicere, quod datur prima in utero. Quæ opinio fuit Bonau. in 2. dist. 11. in declaratione literę. Sed communis opinio est, quod natis immediatę. Quod tenet Magister in 2. dist. 11. c. 1. quod incipit. Illud quoque sciendum. Sed quare non datur in utero ad custodiam? Respondet Thom. 1. par. q. 3. ar. 6. Quod cum tales sint adhuc aliquid matris, custodiũtur ab Angelo matris. Sicut fructus arboris in arbore existens, est aliquid arboris, qui custodit arborē, patet quod etiam fructus habet in custodiam. Vnde ille Angelus qui matrem custodit, custodit & filium.

Secunda uia est, qua in mundo progreditur, dum usum rationis habet, in qua peccare potest, ī hac ipsum custodit. Quod facit secundum Tho. in 2. sen. di. 11. ar. 3. ipsum præseruando a malo culpæ, & a malo pœnæ, primo culpæ non cogendo, sed persuadendo, ut peccata sinat, aut nō faciat. Dicit peccatori. Ne retineas adulteram, o libidinose, nec usuram, o usurarie, nec odium, o odiose. Et sicut Dæmon persuadet, & incitat ad malum, ita Angelus ad bonum. Figura de Balaham. Nume. 22. cap. Cui Angelus euaginato gladio occurrit; reduxit eum ne populo malediceret, apparens ei in uia.

Secundo præseruat a malo pęnæ, quia cum quis mortaliter peccat, meretur statim ut Dæmones possint sibi frāgere collum, & ducere ad infernū, sed Angeli boni arcēt ipsos, ne possint exercere suam malitiā in peccatorib. quo-

modo uellent, scirent, & possent. O bona custodia. Figura. 3. Regum. 19. De Helia ambulante per desertum tendēs ad montem Oreb, dormiuit sub umbra. Cui cito Angelus occurrit di. Surge, quia grandis tibi restat uia. Mortaliter. Helias est peccator qui dormit ī peccatis, nec cogitat peccata propria, offensam Dei, futuram pœnam, sed semper in uoluptatibus pompis & delitiis. De quibus Iob 22. Tenēt tympanum, & cytharam: & gaudent ad sonitum organi in puncto autem ad inferna descendunt. Facetia Cardinalis, qui existens in domo magnifici Laurētii, in conuiuio positus, ubi erant pulchræ iuuenes dixit. Vellem habere hic meum paradisum. Præterea de Cardinali Ianuēsi Ianuæ, cum fratres nostri accessissent ꝑ eleemosyna petēda. Illa accepta, fratres egere sibi gratias dicētes. Deus det uobis, & ipse paradisum. Respondit. Tardius quo poterit. Sed huic peccatori sic dormienti, occurrit Angelus ipsum excitās di. Surge o infœlix ab usuris, a malis, a peccatis: nec magis differt, quia senex, quia prope mortē, unde quidam. Iam senescis, & barba canescit, nec contereris. Anima damnata, ne unquam tardes ad ultimum hiatum. Nā multos decepit, bene faciemus. Et Petrar. 6. diuinitatis. Fœlix qui semitam reperit huius nostri montuosi, & rapidi torrētis, qui est uita nostra: multis adeo grata, infœlix mortalium gentium cecitas, in talibus rebus spem constituens, quas leue tempus tam rapacitatis aufert. Ecce quomodo Angelus &c.

Tertia uia est, qua de mūdo egreditur. s. per mortē, quia in morte moliuntur, & nitūtur dæmones rapere animam, sed ipsi eos fugant atque adiuuant. O dulcis cōsolatio mortui. Ab omnibus derelinquit amicis, sed solus Angelus adsistit: atque animam associat. Vnde Exod. 13. Mittam Angelum meū, qui præcedat & custodiat te in uia, & introducat te in locum, quem præparaui. Ille. Exemplum illius monachi, qui impugnabatur a fornicatione. O bellū grande. Augu. inter omnia Christianorum certamina &c. Sic tentatus reliquit eremum, & in uicū egypti perrexit. Et uidēs filiam pulchram, cuiusdam sacerdotis paganorum, eam adamauit, & dixit patri eius, da mihi eam in uxorem. Ille respondit. Non possum: nisi prius Deum meum interrogauero. Et

abiens

abiens ad dęmonem quem colebat, dixit ei. Monachus quidam uenit uolens accipere filiam meam. Dęmon respondit. Da ei, si negat Deum suum, & baptismum, & propositum monachi. Ipsum interroga. Veniens sacerdos dixit ei: Nega Deum tuum, & baptismum, & propositum monachi, & dabo tibi filiam meam. Ille autem consensit, pergens autem sacerdos ad Dęmonē dixit, se tria illa. facturū cui Dęmō clamare cępit. Noli eam dare, quia quàmuis renunciauerit istis tribus tamen Deus suus est ita bonus, qđ ipsum non deseruit, sed adiuuat eum, & ab eo non recessit. Et bonitas diuina. Fiat practica. Peccator centies, immo millies, Dum blasphemat. Dat ei ficus ad oculos, tamen peccatorem non dereliquit. Ad propositū. Sacerdos dixit. Non possum tibi illam dare, quia Deus tuus a te non recessit, sed adhuc adiuuat. Frater autem audiēs ingemuit, & pęnitentiam egit de peccato, manens in pęnitentia plurimarum hebdomadarū. Ecce o anima chara, quomodo Deus ꝑ Angelum suum, peccatorem nō dereliquit. Secundū dr̄ &c. Duplicē naturā creauit ille opifex uerus Deus, Sed inquirendum est, Quā naturā nobiliorem cōstituit. An Angelicā an Humanā? Ad hoc Tho. 1. par. q. 108. Magister in 2. dist. 2. Bona. in 2. dist. 11. Qđ de homine & Angelo possumus loq duplicitęr, ut sic uideri posit eorū dignitas, aut quo ad cōditionem naturæ, aut quo ad efficaciam gratiæ. Quo ad primum Angelus præcellit hominem in quatuor.

Primo in creationis dignitate.

Secundo in uitæ puritate.

Tertio in seruitii facilitate.

Quarto in præmii citiori perceptione

Primo &c. Sunt enim creati dignius, quàm homines ratione loci, quia in cęlo Empyreo, ut dicit Magister in 2. dist. 2. Hō uero de limo terre in terra, qua nihil est vilius inter omnia elementa. Illi in mōte gloriæ, homines in ualle miseriæ. Illi ante hominē in die letitiæ. s. dñica die sūt creati, homines uero post Angelos in die tristitiæ. s. feria. 6. Illi immortales, immateriales, impasibiles, homines uero materiales, mortales, pasibiles. Vnde Philosophus in 12. Methaph. appellat eos substantias seperatas, quia imma-

mate-

materiales.psal. Qui facis angelos tuos spiritus. Vñ Christus quantum ad hoc fuit minor. Minuisti eum paulominus &c. Secũdo in uitæ &c. Angeli enim qui in cęlo perstiterunt: nũquam aliquod ueniale commiserunt, & in omnibus Dei uoluntatem perficiunt. Homines autem, ad minus uenialiter peccant. Eccle. 7. Non est homo qui non peccet. Prouer. 20. Quis potest dicere mũdum est cor meum, & purus sum a peccato. In aut. de monachis. §. triēnii. Natura humana labitur ad delicta. & 12. q. 1. Omnis ętas ad malũ prona est ab adolescentia sua. Et Prouer. 24. Septies in die cadit iustus. Tertio in seruitij &c. Angelus est spiritus: nõ aggrauatur per corpus ut homo, homo enim in seruiendo Deo, plus laborat una die, quã omnes Angeli ab initio mũdi. Cum quantis laboribus miser homo, & fatigationibus oportet perueniat ad paradisum? quilibet ex nobis experiẽ quotidie. Nam labor est ieiunare, uigilare, orare, abstinentias facere, quorum omnium Angelus est immunis ab his. Vnde patet, quomodo præcellũt nos in his. Quarto in præmii citiori &c. Angeli enim percipiunt præmium suum citius, q̃ homo, quia in prima die suę conuersionis ad Deum suum, præmium essentiale acceperunt. Homo uero cęleste præmium potest mortẽ suam accepit a Deo. Sunt beati iã per tot annos, homo autẽ tardius beatificatur. Ideo Aug. 11. de ciui. dei. Cętera omnia quæ condidit Deus, naturæ dignitate pręcellit. & Greg. In Angelo similitudo diuinæ imaginis insinuatur expressa. Vñ patet de ipsis, quomodo nobiles sunt, aut loquimur quo ad efficaciam gratiæ: tunc dico quòd natura humana præcellit angelicam, ut ponit Tho. in 9. distin. secundi libri sentẽtiarum. Quod probat triplici ratione in præsenti.

1. Primo ratione unionis.
2. Secundo ratione reparationis.
3. Tertio ratione acquisitionis.

1. Primo ratione &c. Quia naturam nostram uniuit cum sua, & naturam angelicam reliquit. Heb. 2. Nusquã Angelos appræhendit: sed semen Abrahæ. Vnde patet maior fraternitas, inter Christũ & hominem: q̃ inter Christũ & Angelum. Et in signum huius Christus nominat homines fra-

tres suos. Vnde psalm. Narrabo nomen tuum fratribus meis.& Ioã.20.dicit Christus Magdalenæ. Vade ad fratres meos;& dic eis.Ascendo ad patrem meũ, & patrem uestrũ. Nunquam in scripturis inuenitur q Christus Angelos nominauit fratres. Hãc dignitatem nouerat bene Angelus: qui ante hanc vnionem incarnationis,permittebat se adorari:quod post prohibuit.Apocal.19.cap. Vide ne feceris: quia conseruus tuus sum,& fratrum tuorum. Et ideo circa hanc vnionem,& incarnationis mysterium: administrauerunt ipsi Angeli mirabiliter.Primo ad Conceptionem nuncius fuit Angelus.Luc.1.Ecce concipies.Secũdo ad Natiuitatem.Lu.2.Annuncio vobis gaudium magnum.Tertio ad Passionem.Luc.22.Aparuit Angelus confortans eũ. Quarto ad Resurrectionẽ.Marci,16.Angelus domini descendit de cęlo:& dixit mulieribus.Scio q &c. Quinto ad Ascensionem Act.1. Ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis;scilicet Angeli.Ideo dicit Leo papa.Et habet de conse.dist.1.Duo hymni in nouo testamento per Angelos fuerunt decantati.Primus Alleluia.Secundus Gloria in excelsis Deo.& ratio.Quia ordines Angelorũ facti sunt ruinosi per eorum superbiam.Vnde uidentes Deum hominem natum,cecinerunt.Gloria in excelsis Deo.Videntes per Resurrectionem animas liberatas,cecinerũt.Alleluia. Quod fecerunt propter eorum utilitatem, quæ in hoc cõsistebat, q eorum ruina ex hominibus debebat restaurari:quia homines saluandi intrabunt in locũ cadẽtiũ Angelorũ.Aug. Vnde Angeli ceciderunt illuc uenturi sunt homines. Secũdo rõne reparationis:qa hõ peccauit mortaliter. Angelus similiter.Sed tamẽ homo reparatur p Christi sanguinẽ de quo Apostolus.1.Corin.6.c. Empti estis ꝑtio magno. Sed quo o Paule:auro,argẽto?nõ:sed precioso sanguine.Apoc. 1.Lauit nos a peccatis nostris ĩ sanguine suo.O priuilegiũ mirabile.Angelus,aũt nõ est reparatus.O amor Dei ad hominem.Ideo Gregorius O mira circa nos tuæ pietatis dignatio.Canta.Ex hoc,conclusio hæc extrahitur:quod quoties peccat homo,toties diuina bonitas est parata ipsum suscipere:si reuertatur quam dignitatem non habet Angelus. Vnde addit Alber. quod & Angeli gaudent de nostra conuersione.

uersione. Primo quia uident tam gloriosum fructum suæ custodiæ. Secundum gaudent quando uident ex peccatoribus conuersis, suum adimpleri numerum. Tertio gaudent quando uident in laudando Deum tale se habere consortium. Olim quidem laudabat Deum natura angelica; sed nunc addita est natura humana: & ideo modo ueraciter dici potest illud Iob.48. Cum me laudarent astra matutina. Hoc pertinet ad laudem Angelorum: & iubilarent omnes filii Dei Hoc pertinet ad laudem hominum. Tertio ratione &c Tho.2.dist.9 Homo potest acquirere, & mereri amplius & copiosius præmium, q̃ Angelus triplici ratione. Et ratione difficultatis quæ est in homine, & non in angelo. Angelus unico actu consecutus est præmium suum, homo autem reiterat actus suos per ieiunium, per uigilias, & huiusmodi. Et ratione longiturnitatis quæ est in homine: qui diutius moratur in pœnitentiis: quod non Angelus. Et ratione meriti passionis Christi, quę operatur infinite ꝑ homine, quod non facit pro Angelo: qui pro illo non est mortuus, non crucifixus, non derisus. O dignitas humana. Ex quo &c. In quibus uerbis duæ sunt uidendæ difficultates. Prima quãtus sit numerus Angelorum. Vtrum possit sciri? Ad hoc sunt duæ opi. Vna. Tho.1.par.q.50.ar.3.& in 3.dist in 2.ar.3. Quod Angeli sunt ĩ maxima multitudine: omnem materialem multitudinem excedentes. & Iob.25. Nũquid est numerus militum eius? Vnde non potest sciri, cũ sit numerus infinitus. Et tu dicit Damascenus in 2. dist.3. c.4. Angeli non solum dantur omnibus hominibus: sed omnibus creaturis ĩ sua specie, omnibus equis ĩ sua specie &c. Qui sunt plures boni an mali? Respondeo quod boni ut dicit Tho.1.parte.q.63.ar.9 Secunda opinio est Alber. in 3. lib. cõpendij Theo. c. de casu locali Angelorũ, quod chori Angelorum diuiditur in nouem choros, & quilibet chori diuiditur in 6666. legiones angelorum secundum Albertum. Legio facit angelos 6666. unde in summã. 6666. Legiones faciunt trigesies nouies cẽtena milium nõgentesies nonagintaseptíes mille. 3096. Secunda difficultas. Vtrum Angelus differt specie? Vna opinio Scoti quod nõ. alia Th.1.par.q.50. quod sic, quæ uerior tenetur. Vnus

præcedit

ꝑcedit alium in decuplo pulchritudine,O nobilitas Ange
li.Vnde patet secundum. Tertium dicitur &c. In quo locò
collocantur animæ nostræ.Respondet Tho.in 2.dist.9 . ar.
3.in cor.q.Et Grego.in homel.de angelorum distinctione.
Magister.2.di.9.Bona ibidem. Quod homines assumũtur
ad ordines Angelorum.Et secũdum quod plus,uel minus
habent in merito supra,uel infra cũ angelis,collocabũtur,
quia præmia corr領spõdent meritis. Nam infimi in meritis
erunt cum infimis in cælo . Mediocres cũ medijs , supremi
cum supremis ordinantur.In primo ordine angelorum po
nũtur virgines corpore & mẽte , quia Angelis est cognata
virginitas,vt Lucia.Agnes &c.De quib. Matt.5 . Beati mũ
do corde,quoniam &c In 2.ordine Archangelorum ponũ
tur pœnitentes , qui cũ maximis lachrimis fleuere sua pec
cata.de quibus Mat.5.Beati qui lugent quoniam &c.Ascu-
lanus.Nil prosunt lachrimæ,sine animæ cõsensu, oculorũ
tristitiæ dolor inferius correspondeat; iuste enim tales la
chrimæ sunt satisfactoriæ.In tertio ordine Thronorũ , po
nũtur misericordes , q proximo fuerũt pii , de quibus Mat
thæ 5.Beati misericordes,quoniam &c.O auare aperi ma
num, quia hi sunt qui te debent perducere, ad paradisum.
In 4 .ordine Dominationum , ponuntur patientes in tri-
bulationibus . De quibus Matth.5. Beati qui persecutio-
nem patiuntur propter iustitiam.Rom.duodecimo. In tri
bulatione patientes . In 5 . ordine Potestatum , ponun-
tur contemplatiui & boni religiosi , qui regulam , & ma-
iorum suorum instituta seruauerunt . In 6 . ordine Prin-
cipatum,ponuntur Prælati,& personæ Ecclesiasticæ,iudi-
ces, & officiales , qui iustitiam fecerunt . De quibus Psal ,
Iuste iudicate filii hominum , & non per munera quia 11.
q.3 Pauper.Munera peruertunt iudicia.In 8 ordine Vir-
tutum,ponũtur virtuosi omnibus virtutibus Theologicis,
&cardinalibus , quæ faciunt hominem beatum , & laude
dignum.Hieron.Nobilitas summa est , clarum esse virtuti
bus.In.8. ordine Cherubinorum , ponuntur Prædicatores
& doctores,qui uerbo & exemplo docuerunt .In hoc ordi
ne Dominicus.Vincentius,Franciscus.De quibus Dantes:
11.Para.Diuina prouidentia,quæ mundum regit : creauit
duos

duos principes,fuit in eius fauorem hinc & inde essent illi duces. Vnus totus fuit amore seraphicus. Alter sapientia cherubico splẽdore fuit in terris. Qui duo cãdelabra fuerunt in mundo. In 9. ordine Seraphinorum ponuntur ardẽtes charitate,& amore Dei.In hoc sunt Apostoli. Ioan. Bapti.Super choros Angelorum nullus est,nisi Maria.Videte ergo ne contemnatis &c.

In festo Apostolorum Simeonis, & Iudæ.

PRopter te mortificamur tota die:estimati sumus sicut oues occisionis Roma.8. Postq̃ natura humana cecidit ab altitudine suæ dignitatis.s.a statu innocẽtiæ in miseriam peccati,& quod sensualitas facta est rebellis rationi,propter infectam & corruptam radicem, & culpam primorum parentum nostrorum,opus est ut homo laboret in exercitiis bonis:pro acquisitione uitæ eternæ,unde Gẽ.3.dixit figurate Deus primo homini. In sudore uultus tui uesceris pane tuo; donec reuertaris in terrã de qua sumptus es, quia &c. Quæ sententia affirmatur a Hierony.ad Ctesiphontem.Tepidum discipulum non amat Christus.Sed q uult inquit,meus esse discipulus,abneget semet ipsum,& tollat crucem suam,& sequatur me. Oportet nos p multas tribulationes, introire in regnum cœlorum.Beati estis cũ maledixerint uobis homines,& psecuti fuerint. Gaudete & exultare,quoniam merces uestra copiosa est in cœlis.Futuræ uitæ gloria, præsentis uitæ incommodis cõparatur.Ille. Et Pius Papa.Pius Episcopus seruus seruorũ Dei. Charissimo in Christo filio nostro Federico Romanorum Imperatori Augusto,salutem, & apostolicam benedictionem.Omnes qui pie,& iuste uiuere uolunt, persecutionẽ patiuntur.Odit mũdus quietos principes, raptores, sanguinarios omni scelere inquinatos,& infideles,ut sui similes,amat & diligit.Tu uero qui mitis es,uellesq; quiete & bene uiuere,mundo aduersaris,& mundus tibi aduersabitur.Sed beati qui persecutionem patiũtur,propter iustitiã. Ille.Et Ambro.libro de Abel & Caym. Sicut bellator sine armis

armis esse non potest, ita nec uirtus sine exercitio. Vnde Christus in Euangelio. A diebus Ioã. Bap. regnum cęlorũ ui in patitur, & uio. ra. il. Nõ dormiẽtibus, sed uigilantibus pollicentur pręmia. Ille. & Dantes super hoc. Regnum coelorum uiolentiam patitur ob amoris feruorẽ, & spem diuinam, qui diuinam superat uolũtatem. Et quia prius posset terreri, consyderata fragilitate propria. De qua Gen. 7. Sẽsus enim & cogitatio cordis humani, prona sũt ad malum ab adolescẽtia sua. Cõsiderare habet illud quod dicit Au gu. in hom. Opus cum fine, merces sine fine. Et Apostolus Rom. 8. Non sunt condignę &c. & 1. Corin. 2. Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit q̃ &c. Apostoli ergo hoc considerantes, tormẽta sustinuerũt pro pter Deum, ut mercedem cõsequerẽtur. Iuxta illud Hebr. 11. Operati sunt iustitiã, adepti sunt repromissiones. Vnde dicunt uerba assumpta. Propter te &c. In quibus uerbis uolo hodie disputemus unam altam materiam satisq; curiosam, quę est de prouidẽtia diuina. Si Deus habet prouidẽtiam de hoc mũdo, qui sciuit charis suis euenire tot mala. De illo ergo tria uidebimus mysteria.

Primum dicitur oppositionis.

Secundum dicitur declarationis.

Tertium dicitur responsionis.

Primum dicitur &c. Dubium quęritur. Vtrum Deus habeat curam, & prouidentiam de nobis, & de hoc mundo? Circa hoc duę sunt opini. Vna dicit quod non: alia quod sic. Prima dicit quod non, sed omnia euenire a casu, & fortuna siue fato. Quę opinio fuit antiquorum Philoso. Vt fuit Epicurus, Democritus, & plures alii. Quę probat intentum suum triplici medio.

Primo ratione. Secundo autoritate.

Tertio figura.

Primo rõne &c. Et hoc dupliciter. Primo ratione diuinę sapientię. Secũdo ratione diuinę iustitię. Primo diuinę sapientię. Conclusio est Philosophi. 1. Meth. Sapientẽ ordinare oportet, & non ordinari. i. regere & non regi. Exẽpli gratia. De patre familias, qui quantum potest debet expellere omnes errores, omnes defectus a domo, & familia

sua

sua,& rex i regno suo debet malos expellere,furcas planta re,quia ut August.4.de ciui.dei.c.4. Remota deniq; iusti tia quid aliud sunt regna nisi aperta latrocinia?Quæ sententia uerificatur.C.de episcopali audientia.l. Humanū.& C.de lega.& fideicom.l.1. A sapiēte omnia bene gesta esse intelliguntur.ad propositum. Deus hoc non facit,quia ui demus tot errores,tot defectus,tot mala,tot peccata fieri i mundo.Vnde oportet unū de tribus dicere,aiunt isti Philosophi. Aut qđ Deus nō potest remouere huiusmodi defectus,& sic non est omnipotens.Aut nō uult,& sic est causa peccati,quia ut dicitur di.86.cap.Facientis proculdubio culpam habet,q quod potest corrigere,negligit emēdare. Scriptum quippe est.Nō solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus,digni sunt morte.Aut nescit,& sic est ignorans Sed ista nō sunt ponēda in Deo.Primo quòd non posit,quia est omnipotens.In psal.144. Omnia quæcunque uoluit &c. Et alibi.Dixit & facta sunt,& Be. in home.zachei. Quæ ipossibilia sūt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Secundo quod non sciat,cum sit sapientia infinita.psal.Omnia in sapiētia fecisti.Ro.8. O altitudo diuitiarum &c.Tertio quod nō uelit, cum sit causa nostri boni Qui uult omnes saluos fieri:inqt Apostolus.Sed ista non sunt ponenda in Deo.Et quod non tollat hos defectus,hoc nō est,quia non possit,& non uelit, & nō sciat, Sed quia eius prouidentia,nō se extendit ad ista inferiora, sed omnia eueniunt a casu,& fortuna, a casu & fato.Intelligendo fatum dispositionem sydcrum,sub qua quis est cōceptus uel natus,ut dicit Tho.2.dist.39.Vnde Iob.22.Nubes latibulum eius,& circa cardines cœli perābulat.nec nostra considerat.Deus non curat nostra infirma, inquit noster Lombardus.Vnde patet prima ratio huius &c.

Secūda rō, est diuinæ iustitiæ, Iustitiæ distributiuæ cōuenit reddere unicuique quod suū est.A Canonistis 12.q. 2.capit.Cum deuotissima.Summum in rebus bonum est iustitiā colere:sua unicuique iura seruare. Et instituta de iustitia & iur.l.iustitia.Iustitia est constans & perpetua uolūtas,ius suum unicuique tribuēs.Et Ascu.lib.2.cap.5.Iustitia aliud non est meo uideri.dando culibet quod suum est,

quàm

uàm constans propositum, & perpetua uoluntas. Sed hæc
astitia non uidetur esse in Deo, quia non reddit secundũ
erita, & demerita, & bona bonis, & mala malis, ut dicitur,
C. de officio rectoris prouinciæ, l. Vt uirtutum, & C. de sta
uis & imaginibus. Boni sunt remunerandi, mali uero pu
iendi. In 4. Ethi. Honor est exhibitio reuerentię, in testi-
nonium uirtutis. In eodem. Solus bonus est honorandus
ecundum uirtutem. Et per oppositum, malus non. In 4.
thic. Prauus non est dignus honore. In præsentiarũ uero
nali prosperantur, boni deprimũtur. Qui sunt cõiter, quæ
ublimantur ad aliqua officia? Ad dignitates? Ad honores?
Mali, proterui, prophani. Si uacat aliquod beneficium, pro
ıefas accipitur. In præsentiarũ sententia Salomonis. Prou.
o, fallit. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter,
mo ambulat insipienter, qui simulat se ouẽ a lupo rapitur.
Vnde Hier. admiratur. c. 12. Quare uia impiorum prospe-
ratur? Bene est omnibus qui preuaricantur & inique agũt.
Plantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt, & faciũt fru
ctum. O bone Iesu si iustus es, quare usurarius, dissipator
pupillorum, uiduarum, orphanorũ, uiuunt sub cœlo? Qua-
re concubinarius? quare amici tui tribulantur? deridentur?
triumphantur? Non est dicendum quod non sis iustus. Sed
qa non extẽdit se ad ista inferiora prouidentia tua. Et hac
ratione dicit Epicurus. de quo Lactã. in 4. cap. 17. Videbat
Epicurus bonis aduersa semper accidere paupertatẽ, labo-
res, exilia, charorum amissiones, malos contra bonos esse,
augeri potentia, honoribus affici. Videbat innocentiã mi-
nus tutã, scelera impuue cõmitti. Videbat sine defectu mo
rum, sine ordine ac discrimine annorum sæuire mortẽ, sed
alios ad senectutem peruenire, alios infantes rapi, alios iã
robustos interire, alios in primo adolescentiæ flore, imma
turis funeribus extingui, in bellis potius meliores, & uin-
ci, & perire.

Maxime autem commouebatur, homines in primis reli-
giosos, grauioribus malis affici. His autem qui aut Deos
omnino negligerent, aut non pie colerent, uel minora in
commoda euenire, uel nulla. Ipsa etiam templa fulmini-
bus conflagrare. Cum hæc igitur cogitaret Epicurus ca-

rum rerum uelut iniquitate inductus sic enim causam ignoranti uidebatur, existimauit nullam esse prouidentiā. Ille. Et sic patet rationibus quomodo non uidetur &c. Secundo probatur authoritate, & hoc triplici authoritate.

Primo Diuinali. Secundo Paganali.
Tertio Philosophicali.

Primo Diuinali. Iob 21. Quare impii uiuunt, sublimati sunt confortati sunt diuitiis. Et Abacuch. 1. Vsquequo dñe clamabo ad te & non exaudies? Vociferabor ad te uim patiens & non saluabis? Quare non respicis cōtemptores, & taces conculcāte impio iustiorem se. Vnde patet prima.

Secundo Paganali. Ouid. lib. tristium. Ratio factum uincere nula ualet. Tul lib. 1. de diuinatione. Fato oia uiuūt. Iuue. lib. 3. satyra 1. Seruis regna dabunt, captiuis fata triūphos. Quintilianus in declamationibus. Fato uiuimus, cōualescimus, morimur. Vnde patet secunda authoritas.

Tertio authoritate 1. Philosophica li. Commen. Auerois. 11. Metha. Intellectus diuinus uilesceret, si minima naturæ attenderet. Boet. 1. de consolatione loquens Philosophiæ dicit.

O stelliferi conditor orbis.
Qui perpetuo nixus solio.
Rapido cęlum turbine uersas.
Omnia certo fine gubernas.
Solos hominum respuis actus.
Merito rector cohibere modo.
Nam cur tanta lubrica uersas.
Fortuna uices præmit insontes.
Debita sceleri noxia pœna.
Latet obscuris condita uirtus.
Clara tenebris iustisque tulit.
Crimen, inqui. Ille.

Huius opinionis fuerūt Parmenides, Simonides, & Manichei, de quibus. 24. q. 3. c. Quidam autem hæretici, q aiebant principium esse Diabolum. De quo Ioann. 13. Venit enim princeps &c. Et bonum. i. Deum. Vnde patet authorita. Tertio figura utriusque testamenti. Primo ut dicitur. 4. Re. 6. Benadab rex Syriæ: dū Samariam opprimeret, ad

tantam

tantam miseriam deduxit, ut mater proprium filium come-
deret, & ibi caput asini fuit uenditum 80. argēteis. Si in te
est providentia o Deus &c. Præterea in nouo. Matthæ. 8.
de Christo ascendente in nauiculam cum discipulis cœpit
dormire, cumque nauis periclitaretur fluctibus, cœperunt
clamare Apostoli. Domine domine salua nos perimus. Ip-
se ergo (inquit Euāgelista) dormiebat. Moraliter. Illud ma-
re denotat mundum, ubi est nauis animæ nostræ. Vere ma-
re, quia amarum in principio, in medio, amarissimum in fi-
ne. In quo tot mala, tot periuria, tot blasphemiæ, tot odia
perpetrantur. Fides christianorum quasi ad nihilum deue-
nit. Vbi est cultus diuinus? O regnum græcorum: o Cōstan-
tinopolis, o Capha, o Argos, ubi estis? In manu Turchi, ubi
non est religio Dei. Nō cœlebratur officium. Ecclesię Dei
sunt muschitę Turchorum. Vbi est prouidentia diuina? Vn-
de Hiero. ad Eliodo. Horret animus nostrorum temporū
ruinas, & mala prosequi. Viginti & eo amplius anni sunt,
quòd inter Constantinopolim & alpes Iulias, quotidie Ro-
manus sanguis effunditur. Scythiam, Thraciam, Macedo-
niam, Daciam, Dalmatiam, cunctasque Pannonias, Got-
tus, Guadus. Alanus uastant, trahunt rapiunt. Quot ma-
tronæ quot uirgines Dei, & ingenua, nobillaque corpora,
his bellis fuere ludibrio? Capti Præsbyteri, interfecti epi-
scopi, subuersæ Ecclesiæ ad altaria Christi, stabulati equi:
martyrum effusę reliquiæ. Vbiq; luctus, ubique gemitus,
& plurima mortis imago. Ille.

Secundum principale &c. Thom. 1. par. q. 22. art. 2. in 1.
sent. dist. 39. art. 2. in 3. contra genti, cap. 72. Nicol. de Ly.
super Iob cap. 22. Circa diuinam prouidentiam quatuor
fuerunt opinio. famosæ. Quidam posuerunt nullo modo
esse prouidentiam in præsenti uita, sed omnia casu contin-
gere, quæ propositio fuit quasi omnium philosophorū an-
tiquorum. Quidam alij posuerunt Deum habere prouidē-
tiam solum de substātiis incorruptibilibus, & superiorib.
non autem de inferioribus, quæ subiacent corruptioni. Et
si habebat prouidentiam, hoc erat in uniuersali. Ratio eo-
rum erat, quia intellectus Diuinus uilesceret, si talia deter-
minate, & in particulari cognosceret, unde negabant, Deū

habere prouidentiam determinatam, ad ista inferiora particularia, & corruptibilia. Quidam alij posuerunt duos Deos. Vnum bonorum habere prouidentiam, scilicet primam causam Deum. Alium malorum, scilicet Diabolum, habere curam de istis inferioribus, & infimis. Quarta opinio est Doctorum Catholicorum, quæ est uera. Qui posuerunt omnia subiacere diuinæ prouidentiæ. Sap. 8. Attingit autem a fine usque ad finem fortiter: & disponit omnia suauiter: & 12. Non est alius Deus quàm tu, cui cura est de omnibus. Et Ecclesia canit in introitu missę dominica 21. post festum Trinitatis. In uoluntate tua domine uniuersa sunt posita, & non est qui possit resistere uoluntati tuæ. Tu enim fecisti omnia, cœlum & terram, & uniuersa quæ cęli ambitu continentur. Dominus uniuersorum tu es. Vlterius. Si curam habet de omnibus cum sit iustus, cur permittit bonos tribulari, & malos prosperare? Respondeo, quòd ipsa diuina prouidentia, hoc facit quadruplici ratione, ut aiunt doctores.

Primo ratione commutationis.
Secundo ratione præseruationis.
Tertio ratione exemplificationis.
Quarto ratione augmentationis.

Primo ratione &c. Vna est maxima in Theologia, quod non est hic adeo bonus, qui aliquando non peccet excepto Christo, & eius matre, aut mortaliter, aut uenialiter. Eccl. 7. Non est homo qui faciat bonum & non peccet. Prouer. 20. Quis potest dicere mũdum est cor meum, & purus sum a peccato & 1. Io. 3. Si dixerimus, quia peccatum non &c. in aut. de monachis. §. triennii. Natura humana labitur ad delicta. & 12. q. 1. c. Omnis etas ad malũ prona est. Ad propositum nostrum. In Paradisum nullus ingreditur siue puritate uitæ. Apoc. 13. Sine macula enim sunt. Contra illos stultos de macula Bernardi de conceptione. Vnde necesse est ut de peccatis suis purgentur aut hic, aut in purgatorio, ubi sunt pœnæ attrocissimæ quæ superant omnem huius seculi penam. Et quia piissimus Deus aliquos diligit peculiari amore, ideo ex magna sua prouidẽtia purgat eos a peccatis suis, pręsentibus tribulationibus infirmitatibus,

enuriis, persecutionibus, ne crucientur postea in pœnis purgatorii. Vnde August. dicebat. Domine hic vre, hic eca, ut in æternum parcas. Vnde homo murmurare non lebet contra Deum di.ipsum esse partialem: quia hoc agit ut ipsum præseruet a pœnis purgatorii, & purget hominem a peccatis commissis. Quapropter uidemus plures setuos Dei in præsenti uita mala morte mori, quo ad corpus. Quod quidem ab optimo Deo factum fuit, ut electi hic purgarentur pro culpis commissis suis. Exemplis patet in scriptura.3.Reg.13.de sancto Propheta nomine Semeia qui fuit missus a Deo ad Hieroboam ad ipsum reprehendendum de Idolatria. Sed domum reuertens peracto officio in uia strangulatus est a Leone quia habens præceptum a Deo ne in uia biberet aut comederet, sed Deo inobediens fuit occisus. Super quo dicit Nicolaus de Lyra quod propter peccatum inobediētiæ expirauit morte corporali.Ille Glo. Quam dure puniturus est Deus peccata grauia iniquorum qui pęna mortis puniuit peccatum leue sancti hominis.Ille.

Præterea aliud in uitis patrum de eremita qui in deserto per annos.70. fuit in maxima austeritate, infirmus ad mortem misit discipulum in ciuitatem ꝑ medicinis.Qui reperit quendam usurarium mortuum qui cātantibus præsbyteris.Subuenite sancti dei, merito sui thesauri in manu diaboli est.Dum prædicarem mutine quidam demonia cus sub altare sancti Geminiani adiuratus fuit de multis inter alia quare non uexauit illum iam per tres dies?Respōdit: quia associauimus quædam principem in inferno cū tripudiis & honore.ad propositū. Discipulus reuertens ad domum reperit patrem suum a leonibus totū laceratum, cępit contra diuinam prouidentiam clamare,& ipsum partelanum dicens quod ille usurarius cum honore &c. affuit Angelus dicens.Nō mireris: quia usurarius hic suum recepit præmium pro paucis bonis, quia scilicet cū honore ad sepulchrū defertur. Sanctus autē iste ꝑ culpis leuibus punitus ē hac morte.Vñ purgatus ē &c. Pręterea aliud exēplū. Quidā eremita fuit q̄ i corde suo admirabaſ de diuina ꝓuidētia cū boni tribularēt & mali &c.Angelus aūt missus ē

illi ut ei declararet diuina iudicia. Sequere inqt me frater mi. conduxit senem ad domum cuiusdam eremitæ, quē iā uenerunt laceratum a leonibus. Admirans eremita super hoc. Dixit ei angelus, vidisti primum iudicium: veni ad secundum. Duxit eum ad alium senem cuius domus erat sita supra mare ipsum præcipitauit in mari & mortuus est. Cū senex iste fugere uellet, tenēs ipm dixit illi. Venias ad tertium. Venerunt ad domum cuiusdam militis qui eos recepit in nocte gratiose. Mane autē facto dum puer huius militis eis uiam ostēderet præcipitauit ipsum in aqua & mortuus est. Angelus omnia ista declarauit. Primus eremita a leonibus laceratus &c. Longo tempore martyrium affectauit: & Deus ipsum exaudiuit, quia mori pmisit ipsum tali morte qua uolebat. Secūdus eremita quem præcipitaui saluus est quia si superuixisset iterum ad seculum redire uolebat. O quot sunt qui cito moriuntur & bene: quia si vitam haberent prolixam, plura mala facerent. Vnde Sap. 4 c. Raptus est ne malicia mutaret intellectum eius. Tertius. s. illius militis præcipitaui filium: quia antequā ipsum haberet erat liberalis, modo effectus erat auarus. O quot sūt de illis, uñ ipsum occidit vt ille &c. iste autē ædificatus, Deū glorificauit de tali visione angelica. Vnde Pe. Rauenen. in sermone. Ideo te punit, ut eternæ mortis euades interitū. Et sic patet prima ratio quare boni tribulantur, vt. s. præseruentur a penis purgatorii &c. Secundo ratione &c. Conclusio est Tho. in 2. 2. q. 136. art. 1. Quod patiētia in aduersis maxime est custos omnium virtutum conseruans bonum rationis, assimilatur herbę hynnulæ, quæ quando nō est bona &c. comeditur cum cocleari rabido &c. Hugo de sancto victo. 4. lib. de anima. Quosdam sciens Deus in multis peccare posse, flagellat eos ī infirmitate ne peccēt, ut eis utilius sit frangi languoribus ad salutē, quām remanere incolumes ad damnationem. O quot mala committerentur nisi essent tribulationes huius mundi, & ratio est: quia prosperitas huius mundi est causa obliuionis ppriæ salutis & omniū malorū. Deut. 23. Incrassatus est dilectus meus &c. &. Q. Curtius. Fragilitatis humanæ nimia ī prosperis obliuio est &c. Liuius lib. 2. de bello punico, Ferme. n. fit vt se-

ndę res negligentiam creent. Experientia patet. Annis ę
psis in dominio Brixiēsi. O quot chorrę, o quot festiuita
s plurium voluptatum, sed postquam senserūt bella, du
s Calabriæ dimiserunt omnia. Tribulatio ergo est causa
onorum. Exemplis patet. Primo de Paulo. 1. ad Cori. 13.
ui sæpe orauit dominū ꝓ remotione stimuli carnis. Di
t Beda. Si Paulus hac tētatione caruisset fuisset de nume
o reproborum. Et de Martha: quæ. 12. annis fluxū sangui
s sustinuit, ut dicit Ambro. Quę infirmitas ipsam custō
uit a peccatis, quæ nō custodiuit Magda. quæ fuit in cro-
cis & mererrix &c. Et Dauid in tribulatione positus ab e-
mulo suo Saule semper fuit bonus. vndę dę seipso dicebat.
Canta uersum. Tribulatio & angustia inuenerunt me, mań
ata tua meditatio mea ē: idest causa tuæ meditationis. O
uid dicemus de Iob q habuit. 7. filios & 7 filias: eius pos-
sesio fuit. 7. millia ouium. 3. millia camelorum, quinqua-
inta iuga boum, quingentæ asinæ, ac familia multa ni-
is. Quæ omnia abstulit Deus. Et per dęmonem ipsum tri
ulauit, qui Iob tria mala intulit. Primo in substantia. 2.
n filiis. 3. in persona sua, & mulier quæ ipsum deridebat
i. Benedic. deo & morere. i. maledic. tamē gratias in omni
us egit di. Dominus dedit, dominus abstulit &c. Sit no-
nen domini benedictū. Ex his omnibus dicit Alber. c. Visi
atio tua custodiuit spiritum meum. Super quo Hierō. in
pistola ad Paulā. Respice Iob. O paula quāta sustinuit, &
idebis te ī simium delicatam. Ecce quomodo tribulatio
st causa bonorum. In quibus uerbis talis ponitur conclu
io. Quod homo non tribulatus est in pessimo statu dam-
nationis. & per oppositum in statu saluationis: probatur aū
oritate & exemplis. Primo autoritate Greg. li. moralium.
Continuus successus rerum temporalium. eternæ damna-
tionis est indicium. Apoca. 3. Ego quos amo arguo & ca-
stigo. & Prouerb. 13. qui parcit uirge, odit filium: qui autē
diligit, instanter erudit. Hebreo 12. Quem enim diligit do
minus castigat, flagellat autem omnem filium quem reci-
pit quod si extra disciplinam estis: cuius principes facti
sunt, omnes ergo adulteri & nō filii estis. Super quo Aug.
Si exceptus es a passione flagellorū, exceptus es ab amorę
 filiorum.

illi ut ei declararet diuina iudicia. Sequere inqt me frater mi. conduxit senem ad domum cuiusdam eremitæ, quẽ in uenerunt laceratum a leonibus. Admirans eremita super hoc. Dixit ei angelus, vidisti primum iudicium: veni ad secundum. Duxit eum ad alium senem cuius domus erat sita supra mare ipsum præcipitauit in mari & mortuus est. Cũ senex iste fugere uellet, tenẽs ipm dixit illi. Venias ad tertium. Venerunt ad domum cuiusdam militis qui eos recepit in nocte gratiose. Mane autẽ facto dum puer huius militis eis uiam ostẽderet præcipitauit ipsum in aqua & mortuus est. Angelus omnia ista declarauit. Primus eremita a leonibus laceratus &c. Longo tempore martyrium affectauit: & Deus ipsum exaudiuit, quia mori pmisit ipsum tali morte qua uolebat. Secũdus eremita quem præcipitaui saluus est quia si superuixisset iterum ad seculum redire volẽbat. O quot sunt qui cito moriuntur & bene: quia si vitam haberent prolixam, plura mala facerent, Vnde Sap. 4 c. Raptus est ne malicia mutaret intellectum eius. Tertius. s. illius militis præcipitaui filium: quia antequã ipsum haberet erat liberalis, modo effectus erat auarus. O quot sũt de illis, uñ ipsum occidit vt ille &c. iste autẽ ædificatus, Deũ glorificauit de tali visione angelica. Vnde Pe. Rauenen. in sermone. Ideo te punit, ut eternæ mortis euades interitũ. Et sic patet prima ratio quare boni tribulantur, vt. s. præseruentur a penis purgatorii &c. Secundo ratione &c. Conclusio est Tho. in 2. 2. q. 136. art. 1. Quod patiẽtia in aduersis maxime est custos omnium virtutum conseruans bonum rationis, assimilatur herbę hynnulæ, quæ quando nõ est bona &c. comeditur cum cocleati rabido &c. Hugo de sancto victo. 4. lib. de anima. Quosdam sciens Deus in multis peccare posse, flagellat eos i infirmitate ne peccẽt, ut eis utilius sit frangi languoribus ad salutẽ, quãm remanere incolumes ad damnationem. O quot mala committerentur nisi essent tribulationes huius mundi, & ratio est: quia prosperitas huius mundi est causa obliuionis, ppriæ salutis & omniũ malorũ. Deut. 23. Incrassatus est dilectus meus &c. & Q. Curtius. Fragilitatis humanæ nimia i prosperis obliuio est &c. Liuius lib. 2. de bello punico, Ferme. n. fit vt secundæ

cundę res negligentiam creent. Experientia patet. Annis 63
lapsis in dominio Brixięsi. O quot chorrę, o quot festiuita
tes plurium voluptatum, sed postquam senserũt bella, du
cis Calabriæ dimiserunt omnia. Tribulatio ergo est causa
bonorum. Exemplis patet. Primo de Paulo. 1. ad Cori. 13.
Qui sæpe orauit dominũ ꝑ remotione stimuli carnis. Di
cit Beda. Si Paulus hac tẽtatione caruisset fuisset de nume
ro reprobotum. Et de Martha: quæ. 12. annis fluxũ sangui
nis sustinuit, ut dicit Ambro. Quę infirmitas ipsam custo
diuit a peccatis, quæ nõ custodiuit Magda. quæ fuit in cro
ceis & meretrix &c. Et Dauid in tribulatione positus ab e-
mulo suo Saule semper fuit bonus: vnde de seipso dicebat.
Canta uersum. Tribulatio & angustia inuenerunt me, man
lata tua meditatio mea é: idest causa tuæ meditationis. O
uid dicemus de Iob q habuit. 7. filios & 7 filias: eius pos-
sio fuit. 7. millia ouium. 3. millia camelorum, quinquą-
nta iuga boum, quingentæ asinæ, ac familia multa ni-
is. Quæ omnia abstulit Deus. Et per dęmonem ipsum tri
lauit, qui Iob tria mala intulit. Primo in substantia. 2.
filiis. 3. in persona sua, & mulier quæ ipsum deridebat
Benedic. deo & morere. i. maledic. tamẽ gratias in omni
s egit di. Dominus dedit, dominus abstulit &c. Sit no-
n domini benedictũ. Ex his omnibus dicit Alber. c. Visi
io tua custodiuit spiritum meum. Super quo Hiero. in
stola ad Paulã. Respice Iob. O paula quãta sustinuit, &
ebis te idimilium delicatam. Ecce quomodo tribulatio
causa bonorum. In quibus uerbis talis ponitur conclu
Quod homo non tribulatus est in pessimo statu dam-
onis. & per oppositum in statu saluationis: probatur au
tate & exemplis. Primo autoritate Greg. li. moralium.
tinuus successus rerum temporalium. eternæ damna-
is est indicium. Apoca. 3. Ego quos amo arguo & ca-
. & Prouerb. 13, qui parcit uirge, odit filium: qui autẽ
it, instanter erudit. Hebreo 12. Quem enim diligit do
s castigat, flagellat autem omnem filium quem reci-
uod si extra disciplinam estis: cuius principes facti
omnes ergo adulteri & nõ filii estis. Super quo Aug.
ceptus es à passione flagellorũ, exceptus es ab amorę
 filiorum.

filiorum.& Lactan.in vlti.c.23. Deus homines pro liberis habet,sed corruptos & uitiosos: luxuriose & delicate patitur uiuere,quia non putat emendatione sua dignos. Bonos autem quos diligit castigat sæpius, & assiduis laboribus ad vsum uirtutis exercet. nec eos caducis ac mortalib. bonis corrumpi,ac deprauari sinit.Vnde nemini debet mirũ uideri si pro nostris sepe delictis castigemur a Deo, immo uero cum uexamur ac pręmimur: tunc maxime gratias agimus indulgentissimo patri qui corruptelam nostram non patitur longius procedere:sed plagis ac verberibus emendat:ex quo intelligimus nos Deo esse cure, quoniam cum peccamus irascitur.Ille. Secundo exemplo Cosme de medicis:qui habens podagras cum filiis Laurentio & Iuliano dicebat eis.O filii mei si nõ essemus in infirmitate ceci dissemus in multa peccata.Eccle.31. Infirmitas grauis sobriam facit animam,patet secũda ratio.Tertio ratione &c. Vt exemplum nobis det, quod sine his tribulationibus nõ possumus ingredi paradisum. Et sicut miles non recipit pallium nisi per prius hastiludat viriliter, vt dicitur.C.de his qui non expletis stipendiis.l.2.libro.10.Stipendiũ qđ promittitur militibus,nõ debet solui nisi finita militia.Ita seruo Dei non datur corona nisi militauerit prius ĩ pręsenti seculo.vnde Apostolus.2.Tim.2. Non coronabitur nisi qui &c.Act. 17. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei.Et Christus dixit filiis zebedei Mat. 20.Calicem quidem meũ bibetis.& Hiero.ad Eusto. Quis sanctorum sine certamine coronatus est? Abel iustus occiditur. Abraham uxorem periclitatur amittere. Et ne in immensum uolumen me extendam, quære & inuenies singulos aduersa perpessos. Salomon solus in delitijs fuit & forsitan corruit.& Aug.in lib.solilo.uenale habeo. Qđ domine?Regnum cęlorum.Quo emitur?Paupertate regnum, dolore gaudium,labore requies,ignominia gloria, morte vita.Ille.In huius figuram Exod.14. Dominus conduxit populum suum in terram promissionis per terrã petrosam & spinosam.& Augu.in lib.5.de ciui.ca.12.ponit ꝙ Romani fecerunt duo templa honoris & uirtutis ita contigua, vt nullus posset ingredi templum honoris nisi per templum

plum uirtutis. Moraliter. Duo templa, est præsens uita & futura: sed in templum honoris vitę æternæ, nõ possumus ingredi nisi prius gradiamur p tẽplum virtutis. Præterea Catherina Senẽsis petiuit coronã de spinis, ut in alia uita haberet de rosis. Qui hic paradisum, habet in alio de necessitate habebit infernum. Post placebo sequitur. Heu me. Et qui habet in ludo plus de baculis: & minus de denariis uicit. In proposito qui uerberibus & tribulationibus. Exemplum Petri Martyris cui in cella orãti, apparuit beata uirgo comitata duabus puellis sanctis. Cum loquerẽtur cum Petro Martyre, auditæ sunt a fratribus circunstantib. Accusatus est priori quod fęminas ĩ cella haberet, ob hoc concluserunt eũ in cameram. Cum conquereretur de innocẽtia sua, crucifixus eum allocutus est di. & ego Petre quid feci? Enumera hic totam uitam Christi. Qui de cęlo descẽdit: qui natus in præsepio. Qui miracula: Qui infamatus. Et ego Petre Quid feci? O mi Iesu. O Iesu cęsæ.

Quarto ratione &c. Augmentantur sanctorum merita in cęlesti palatio. Vnde sancti cupiebant tribulari, & gloriabantur in his. Ad Ro. 5. Gloriamur in tribulationibus. Et 2. ad Cor. 12. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis &c. Quare hoc. Glo. Quia per tribulationes Christo assimilantur, cui assimilari est magna gloria. Eccle. 18. Magna est gloria sequi dominum. Super quo glo. Magna est gloria sponsę assimilari sponso. Nihil gloriosius reputatur, quàm Christi portare opprobrium. Et sic patet secundum.

Tertium dicitur &c. Respondet doctor paradisi Tho. 1. par. q. 9. ar. 2. Cum Deus sit uniuersalis prouisor totius entis: ad ipsius prouidentiam pertinet vt omittat aliquos defectus esse in rebus, ne impediatur bonum uniuersi perfectum. Si enim omnia mala impedirentur, multa bona deessent vniuerso. Si non esset occisio animalium, non esset vita leonis. Non esset patientia martyrum, si non esset persecutio tyrannorũ. Ille. practica, quia ut dicit Phil. 10. ethi. Bonum quanto communis tanto melius. Si non fuisset Adæ peccatum, nec Christi incarnatio: per consequens natura humana esset priuata Christi, & matris, pręsentia.

ſentia. Albertus in ſequentiis; nec abhorres peccatores ſine quibus nunquam fores tanto digna filio. ſi non fuiſſet Adæ peccatum, nec Chriſti mors per conſequens, nec ſancti eſſent in patria, & cœlorum aperta ianua. Si non fuiſſet Decius, nec Laurentius. Si non fuiſſet Nero, nec Petrus aut Paulus martyrizati. Vnde prætor ſuſpendit latronem ne bonum commune contaminetur. Eccleſia tolerat meretrices, ut euitet maiora mala, quibus amotis ſequeretur, quod fratres haberent rem cum ſororibus. Quod conſobrini cum conſobrinis, niſi eſſent iudæi qui uſuras darent, quot eſſent Chriſtiani qui hoc facerent? Ideo Deus ut dicit Tho. cum ſit uniuerſalis prouiſor pertinet ut aliquos defectus permittat ne impediatur bonum uniuerſi perfectum. Ad prouiſorem uero particularem non decet permittere malum quantum poteſt, ut authoritates ſupra allegatæ dicunt. Oportet ſapientem ordinare &c.

Ad ſecundum, quia iuſtus non tamen punit malos, aut præmiat bonos. Reſpondet Thom. quod uerum eſt. Iuſtitia Dei in præſentiarum dormit. Si non punit malos, aut premiat bonos in præſenti, ergo in alia uita. Authoritate probatur Hierony. ad Euſtoc. Difficile imo impoſſibile eſt, ut & præſentibus & futuris quis fruatur bonis, ut ventrem hic & ibi mentem impleat, ut delitiis ad delitias tranſeat, & in utroque ſeculo glorioſus appareat. Exemplum diuitis & Lazari. Luc. 16. Vnus tripudiabat in præſenti, nec pro ſuis demeritis puniebatur, alius pauper nec pro ſuis meritis præmiatur. Tamen poſt mortem unus damnatur: alius factus eſt ſaluus. Fili inquit Abraham recordare, quia recipiſti bona in uita tua. Lazarus ſimiliter mala. unde patet reſponſio ad &c. Legendam ſanctorũ dic breuiter tuo modo.

In feſto omnium ſanctorum. De gloria ſanctorum. Vel de gloria Paradiſi.

MErces ueſtra copioſa eſt in cęlis. Mat. 5. A fluuio eloquétię & aureo pelago, Publico Cornelio Scipione.

Nulla

Nulla maior uictoria, uel singularior triumphus diffinitur esse, quam si homo cognosceret præsentem uitam non esse beatam, neque fœlicem: sed subditam multis miseriis, & calamitatibus: ut ostendunt nobis & indicant cœlorum æternorū motus uelox, & influxus suspiraret ad illa bona æterna uitæ beatæ; propterea ut uult Philosophus. 8. Ethico. Natura maxime fugit triste, & appetit delectabile. Et I lib. de bona fortuna. Appetitus naturalis, naturaliter tendit in bonum. Quod quidem bonum ab omnibus desideratur. In 1. Ethico. Bonum est quod omnia appetunt. Et Dyonisi. 4. de diuinis nominibus. Pulchrū & bonum omnia desiderant. Istud autem bonum, maxime est uita beata: & nostra beatitudo. in qua erit perfectio omnium bonorum. Vnde Boe. 3. de cōso. Beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus: sed circa hanc beatitudinem plures Philosophi errauerunt. Quidam posuerunt eam in bonis corporis: ut Epicurus cum suis sequacibus. Quidam in comestionibus, ut Saraceni & Mauri. Quidam in diuitiis. In quorum persona Dauid loquitur. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Sed has opiniones ostēdit falsas ipse Dauid di. Beati q habitant in domo tua domine. Quę sententia per Bernard. affirmatur super Can. O beata regio paradisi, o regio delitiarum, ad quam suspiro de ualle lachrymarum: ubi sapientia sine ignorantia, ubi memoria sine obliuione, ubi itellectus sine errore: ubi ratio sine obscuritate fulgebit. Beati qui habitant ibi & laudabunt Deum in secula seculorum. Ille. Et Philosophus in. 10. Ethic. Speculum ueritatis, idest cognitio ueritatis, est ipsa felicitas: de qua cognitione Ioann. 17. cap. Hæc est uita æterna ut cognoscant te solum Deum uerum, & quem misisti Iesum Christum. Quem petebat Phil. di. Ioann. 14. Domine ostēde nobis patrem, & sufficit nobis. quia ut dicit Augusti. Visio est tota merces nostra: quia nos implebit cum uultu suo. Quod bene uulgares Poetę locuti sunt. Patri Filio & Spiritui sancto datur gloria à toto paradiso: ita ut inebriaret dulcime lodia. Pretrarc. in triumph. diui. Beati spiritus q in summo choro reperientur, uel reperiuntur in tali gradu, quod eorum nomen sit in æterna memoria. Sancti ergo tales cogi

tantes

tantes gloriam, operati sunt bona: pro quibus merces data est. Merces uestra &c. In quibus uerbis de gloria sanctorũ, & paradisi erit sermo. Vbi tria uidebimus, Sermonẽ habes. Feria 2. Paschæ. & est serm. 55. in or.

In commemoratione defunctorum.

De suffragijs.

MIseremini mei, miseremini mei: saltem uos amici mei. Iob. 12. Ad laudem, commendationem, & præconium illius supremę & altæ iustitiæ: & distributiuæ summi Dei: conuenit præmiare illos, qui amore suo laborauerunt, & rebelles, secundum exigentia merita: punire. Hæc est aurea sentẽtia diui Diony. in 4. de diui. no. c. 8. Oportet autem uidere in hoc uero, existentem ueram iustitiam quæ unicuique tribuit secundum uniuscuiusque existentiam dignitatem. Et cythareda modulãte, Dauid in ps. Duo hæc audiui. q̃a potestas Dei est, & tibi domine misericordia. quia tu reddes unicuique secundum opera sua. Et Matth. 16. Reddet unicuique secũdum opera eius. Et 1. Cor. 3. Vnusquisque propriã mercedem accipiet. Et Apo. ult. Ecce uenio cito, scilicet ad iudiciũ, & merces mea mecum est reddere unicuique secundum opera sua. Secundum sententiam Augustini in decre. 13. q. 2. c. Tempus. in Glo. Tres sunt differentiæ personarum, quæ ab hac uita exeunt. Quidã sunt ualde mali. Quidam ualde boni. Quidam mediocriter mali, & mediocriter boni. Primi sũt dãnati, illę dolẽtes animę a cœlesti patre, propter sua demerita reprobatæ, quæ sunt in illo tetro baratro infernali clausæ: pro quibus nullum suffragium alicuius mortalis potest ualere. Iob. 16. In inferno nulla est redemptio. Et August. Si scirẽ patrem meum esse in inferno, non plus orarem pro eo, quã pro Diabolo. Et Dyoni. in. 6. cœlesti hierar. Summus sacerdos, pro immũdis non orat: quia in hoc auerteretur a diuino ordine. In eodem. Diuinus sacerdos, pro mortuis orãs: pro illis orat, qui sanctę uixerunt. Quidam sunt ualde boni: pro his non est orandum. Extra de celebra. miss. ca. Cũ Marthæ. Iniuriam facit martyri, qui orat pro martyre.

Quidam

Quidam mediocriter sunt, qui sunt in purgatorio. Pro hi bene faciendum est, Qui dicunt. Miseremini mei &c. De suffragijs tria uidebimus in præsentiarum. Hunc sermonem habes in Quadragesimali.

In festo sancti Martini Episcopi. De Victoria suipsius.

ECce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. Ecclesiast. 44. cap. Nulla res qualis sit interclusa inter spheras cęlestes, cum tanta cura, & admiratione respicitur, quam humana operatio, mediante qua fragilis, & caduca natura hominis, a statu lubrico, & transitorio, commutatur in statum æternum, neque hic stupor mentis, iam sine ratione habet originem. Cum sit quod influentia cęli, præparato elementorum. dispositio terræ, habent producere uarios, & ita mirabiles effectus, non propterea se permutant a consuetudine: nec ab instinctu qualem semper naturaliter continuerunt. Sed homo qui sua proprietate mortalis, terrenus, & labilis constitutus, per suam solam operationem conuertit se instabilem, immortalem, & cęlestem. Vbi discurrens per omnes res, q̃ possunt a nobis possideri, sola uitius intelligitur illã esse. quæ nos constituit in statu digno omni laude, & honore. Vnde Plautus in Amphytrione. Virtus in se habet omnia. Hęc est, quæ facit hominem Deum. in 7. Ethicorum. Homines dicuntur Dii, propter uirtutis excellentiam. Ab hac ergo eximia, & singulari uirtute, nascitur præmium hominis. Quod secundum Philosophum, 4. Ethicorum. Est honor, & gloria, quæ est hominibus attributa, aut in uita, aut in morte. Vnde Lactan. in libr. de ira ad Donatum. cap. uigesimoquarto. Non faciunt beatum, uitiosę ac mortiferæ uoluptates, non opulentia, libidinum incitatrix. non inanis ambitio, non caduci honores, quibus illaqueatus animus humanus, & corpori mancipatus: æterna morte damnatur, sed sola innocentia, sola iustitia: cuius legitima, & digna merces est immortalitas, quam statuit

uit a principio Deus sanctis & incorruptis mētibus, quæ se a uitiis & ab omni labe terrena integras inuiolatasque cōseruant. Huius præmii cœlestis ac sempiterni, participes esse non possunt qui fraudibus, rapinis, circunscriptionib. conscientiam suam polluerunt, quique iniuriis hominum nephariis commissis, indelebiles sibi maculas induxerunt: proinde uniuersos oportet: qui a sapientes, qui homines merito dici uolunt: fragilia cōtemnere, terrena calcare, humilia despicere: ut possint cū Deo beatissima necessitudine copulari. Ille. Ideo B. Martinus, quia fuit adornatus omni uirtute, quia suas passiones suos appetitus, seipsum deniq; totum subiugauit, ac uicit, a magno Deo dilectus est & sublimatus tandem in regno cœlorum. Ecce sacerdos, &c. In quibus uerbis ad laudem S. Martini, de uictoria sui ipsius hodie erit sermo. Vbi tria per ordinem uidebimus.

Primum dicitur oppositionis.

Secundum dicitur declarationis.

Tertium dicitur confirmationis.

Ad primum. Queritur dubium. Qualis triūphus maior sit, honor gloria, & thesaurus, quem homo possit acquirere, & habere in præsenti uita, & coram hominibus mundi, & tota curia cœlesti? Circa hoc est quadruplex opinio.

Prima fuit militum, quod erat ars militaris & exercitiū bellicum: eo quod fuit prima ars mundi, & nobilior. In quā non nisi homines probi ingrediebantur. De qua Tho. 4. dis. 1. art 5. Apud Gentiles militia sacra reputabatur, pro qua gentiles, & moderni stupenda fecerunt patet per Augu. 5. de ciuitate Dei. c. 18. Hæc duo sunt illa libertas, & cupiditas laudis humanæ: quæ ad facta mirāda compulere Romanos. Ille. Vt patet exemplis. De Magno Alexandro qui Regem Darium uicit, & paruulo interuallo, totum orbem subiugauit. Qui in septem annis totam Asiam, & partem Europæ subdidit. Et siluit terra in conspectu eius, ut dicitur. 1. Reg. j Apud quem fuit Carolus Magnus, qui Occidentem, Saxoniam, Aquitaniam domuit. Et Magnus Pōpeius, qui 22. Reges uastauit: qui dictus est Magnus, ob multitudinē rerum gestarum, ut loquitur Orosius. Et Cæsar Romanus quinque uicibus triumphauit de inimicis suis. Et quia Cecilius,

cilius, qui Philippum Macedonicum e Macedonia uictum eduxit. Et Lelius Tribunus, qui 120. plagas habuit, & sepe uictoriosus fuit: ut ponit Vale. lib. 3. c. 2. Et M. Sergius, qui 24. plagas accepit in pectore, qui manu sinistra amissa ferream fecit. Et Thebanus Epaminundas, ornamentum regie dignitatis. De quo Iusti. 6. li. de bellis externis. Qui faciens bellum uulnus mortale accepit, aliquantisper alleuiatus, petiit a circunstantibus, si scutum remanserat in manib. inimicorum, Responsum est quod non. Ante seipsum ferri fecit: sepe osculans ipsum appellans, consortem suæ gloriæ, & sic expirauit. Quid dicemus de militibus modernis? De Duce Francisco, Bartolomeo Coleo, Nicolao paruo, Seuerino, Roberto, & aliis multis. Qui miranda fecerunt sub armis, reputantes non posse dare gloriam, quam istam. Patet prima opinio.

Secunda opinio fuit antiquorum Philosophorum, quod maior triumphus non poterat homini dari, quam habere scientiam, pro qua mira fecerunt, ut ponit Hiero. ad Paulinum. & Lact. in principio de multis Philoso. de quo Arist. 1. Metha. Omnes homines natura scire desiderãt. De numero quorũ fuit Pythagoras, qui pro scientia acquirenda iuit in Egyptum, deinde Persiam, deinde Italiam. Et Plato multas regiones lustrauit: in quibus grãdia pericula sustinuit, inter alia fuit uẽditus, ut Laertius ponit. Iuit in Aegyptũ, ut audiret legem Iudæorum. Deinde uenit Italiam iterũ, & Simonides occupauit se in studio septuaginta annos. Anaxagoras. 72. Thales. 78. Solon 80. Socrates. 84. Milesius. 97. Apolonius 19. Regiones circumiuit, & Titus Liuius Paduanus aureum pelagus eloquentiæ, qui scripsit de gestis Romanorum 140. libros. Incipiens à Roma condita, usque ad tempus Octauiani Imperatoris, plenus literarum anno ætatis suę octuaginta: Paduæ tumulatus in solenni sarcophago; & Plinius Veronensis, qui Historias scipsit Romanas, a principio Romæ, usque ad tempora sua lib. 38. & de naturali Historia lib. trigesimiseptimi. cum alto & excellenti stylo. Et Salustius ciuis Romanus scripsit exitum Catilinæ, & de guerra Iugurtæ. Isti autem nullum maiorem triumphum posse dare homini iudicauerunt,

uerunt, quam ornatum scientiæ. De qua Macrob. 2. Saturnaliū. Sine doctrina, uita est quasi mortis imago. Et Lact. 4. Nemo enim potest iure dici homo, nisi qui sapiens est. Et iuris. ff. de fideicomm. libe. l. apud Iulianum. Cupiditas discendi est optima ratio uiuendi. & Senec. Otium sine literis mors est, & uiui hominis sepultura.

Tertia opinio est Auarorū, quod maior gloria dari non potest homini, quam possessio auri, & argenti, quia non nisi diues sapiens uidetur, & honoratur. Pauper autē fatuus, & stultus uidetur & reputatur. 1. Eth. Impossibile est indigentem operari bona. In 4. Omnis indigentia mala. O quot mala fiunt propter paupertatem. Prouerb. 27. Propter inopiam multi perierunt. Cice. in arte noua. Duæ res sunt, quę possunt homines ad turpe compendium commouere, inopia atque auaritia. Quot hominibus lapides iacerentur in calcaneis, si pauperes essent, sed uocatur dominus talis: magister talis, dominus talis propter diuitias quas habēt.

Quarta opin. Catholicorum est, quod nulla maior gloria potest dari homini, quā uincere seipsum, & submittere proprias passiones imperio rōnis. Sen. Nulla maior uictoria, quam propria uitia domuisse. Idem libro de clementia. Summa super omnes potētias est regere seipsum, uincere, & bene regere. Multi enim habuerunt potestatem urbium, pauci uero sui. Salomon Prouer. 16. Melior est sapiens uiro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore urbiū. Quod ut melius ueritas pateat, ueniamus ad secundum,

Secundum dicitur &c. Pono conclusionem secundum omnes Theologos. Quod nulla maior uictoria gloria, honor, triumphus potest dari homini in præsenti uita, quam uincere seipsum. Et qui habet uictoriam de se, certe plus acquirit, quam si congregaret, accumularetque omnes thesauros mundi, sapientiam &c. Quę cōclusio triplici medio probatur, Ratione, Authoritate, exemplo, ratione triplici.

Primo ratione libertatis.
Secundo ratione formalitatis.
Tertio ratione fatuitatis.

In prima ratione probabo qđ homo qui uincitur a passionibus, est maximus seruus Diaboli. Pro fundamēto po

no cõclusionem iuristarum.ff.de reg.iur.l.libertas.& inst. ex qui.cau manumit.non potest,§.sed cum libertas.Inesti-mabilis res est libertas & omnibus rebus fauorabilior.& ff. de uerb.obli.l. liber homo . Liber homo æstimationem non habet. Et Esopus: Non bene pro toto libertas uendi tur auro. Hoc cœleste bonum prateerit orbis opes. Quã ue ritatem affirmat Thom.2.2.q.104.art.3.Quod abnegatio propriæ uoluntatis quæ acquiritur per obediẽtiam est ma xima inter omnes uirtutes. Quia ęgredit a nobiliori subie cto. Et quodlibe.3.art. 1. Quod hæresis est si quis diceret quòd secularis ita potest mereri sicut religiosus: ex eo ꝙ priuauit se dono libertatis qua nihil melius. Si ergo nihil pulchrius dét reperiri libertate,ergo nil turpius seruitute. Ideo Cicer.de natura deorũ.Miserius seruitute quid pos-sumus aut dicere,aut excogitare? Et ĩ autẽtico de nuptiis. §.si uero.Seruitus morti æquiparatur.Et ratio est Philoso phi.1.Meta.Nõ est liber qui alterius gratia est,ut patet de illo qui est in compedibus aut in galea:qui maximũ bene-ficium reputaret si redimeretur.Vnde Bergomas . Melius est esse auis in sylua, quàm rex in cauea &c. Ideo in fabula Esopi dicitur.Quod lupus dixit cani.Vnde frater quòd sic nitidus & pinguis es?Domini inquit custos sum,datur mi-hi de pane albo dantur ossa,amat me tota familia.Cui lu-pus . Vnde hoc quòd iugum attriuit collum tuum?Respõ dit:quia in nocte soluor,in die ligor.Et lupus, Tene tuam pinguedinem,& ego pro me meam libertatem.Ad proposi tum?Quæ est maior seruitus mundi.Vnius mauri.Arabis. Idumæi.Aggareni.Tartari.Nõ uere.Sed seruitus peccati. Io.8 Qui facit peccatum seruus est peccati.Et 1.Pet.2.Au quo quis superatus est,huius seruus est.Roma.8. Serui fa cti estis,cui obedistis.Et de pœni.distinctione prima.ca.cõ uertimini . Solo enim peccato diaboli serui sumus . Et Tho.2.2.q.64.arti.2 homo peccando perdit dignita-tem suam & incidit in seruitutem.Ad practicam . Con-cubinarius est seruus illius fęminæ,quæ ipsum priuat om-ni libertate, & bonorum temporalium domus, quia ha-bet claues omnium. Et libertate suiipsius: quia non au-det loqui cum aliqua ne in tristitiam cadat,nec audet in

nitare aliquem: nisi de suo consilio nec eleemosynam face re, nec ad ecclesiam ire. Contra quos Apostolus Eph. 5. Mulieres sint subditæ viris. Asculanus. domus displicet in qua gallo silente galina cantat. Quod bene Cice. in 5. paradoxa. concludit. An liber ille tibi videtur cui mulier imperat leges imponit, uocat, ueniēdum est: eiicit, ab eundū est. poscit dandum est. minatur extimescendum est. Hunc ego nō tantum seruum, sed nequissimum seruū iudico. ibi. Applica hic exēplum illius Romani: qui ad paradisum introire nolebat nisi ibi eēnt fœminæ, & de Petro ciri: in domo magnifici Laurentii de medicis, existētis in cōuiuio puellarū: Vellem inquit paradisum meum esse in hoc loco. Et de cardinali Genuen., a quo cum fratres eleemosynam petiissent dedit. Accepta dixerunt. Deus det uobis paradisum. Ille. Tardius quo potest. Præterea auarus est seruus auaritiæ: quia non audet comedere quantum sufficit. Comedit panem milii ut uendat frumentum, contra famulum clamat. Neq̄: uos comeditis mihi ossa. Et tu o Catherina nescis: q̄ tempore belli saccus siliquæ ualuit unū aureum. quod cō tra Eccle. 6. Est & aliud malum quod uidi sub sole, in uiro cui dedit diuitias Deus, nec tribuit ei potestatē ut ex eis comedat practica. Erūt illa bona temporalia tua in puluerem ollarum. Assimilātur tales bufalis. de quibus Tho. su p Iob. quadragesimo. qui licet sint feroces, tamen si ponatur anulus in naribus eorum: ducuntur quocunque homo voluerit, etiam a puero. Ita & homo: licet habeat uires liberi arbitrii: tamen dū est in mortali, seruus a diabolo ducitur quocunque uoluerit, Grego. 2. moralium. Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur mox suo pondere ad aliud trahit. & 24. q. 1. cap. miramur. Ipse diabolus exercet potestatem in malis tanquam in pectore suo. Ideo Eutropius de histo. Romanorum narrat de magno Alexandro. Quod cum inuenisset Diogenē in sylua: cum uellet ipsum alloqui & sibi suo corpore umbram faceret. Vellem inquit: mihi non auferres quod dare non potes. Imperator hoc intelligens ad aliam partem se uertit, Cui Diogenes. Responsum tibi non facio: quia potentia mea maior est tua quæ variatur per tria tempora. De præterito & futuro

non

non es dominus. De præsenti idem: quia seruus es superbiæ, luxuriæ, gulæ, iræ, & tot demoniorum quot uitiorum: a quibus ego immunis sum. Practica cum discursu. Vince linguam, oculos uita. Et hæc est maior uictoria quàm haberi posit in præsenti uita. Sene. Nulla maior &c. Et Ascul. Qui seipsum non uincit, alium non superabit in se habendo potestatem, dominium, & huius opinionis semper fui. Concludamus ergo rationem sic. Per uictoriam suiipsius acquiritur uera libertas qua nihil melius: & per oppositum, homo fit seruus quo nihil vilius. Igitur patet prima ratio.

Secundo ratione &c. In hac ratione probabitur. Quod homo est bestia permittendo se uinci a propriis passionibus, Conclusio est Aristot. 2. animæ. & autoris. 6. principiorum. Forma est quæ dat esse rei, qua ablata res non est. Exempli gratia. Ecclesia uel domus dicitur, quàmdiu retinet in se formam Ecclesiæ uel domus. Si domus uel Ecclesia destruatur: nō est amplius ecclesia uel domus sed cemētum & lapides. Ad propositum. Forma hominis est ipsa ratio. 9. Ethi. Homo est maxime intellectus. & 2. Poli. Intātum quis dicitur homo, inquantum utitur ratione. In 7. Inter omnia animalia solus homo habet rationem. Et magister. 2. dist. 16. Homo quo ad plura superatur a bestiis. A cane in odore. A porco in auditu. A simia in gustu. Sed in duobus superat omnia animalia. In lingua & in ratione: quia est illis dignior. Qui ergo remouet ab ipso rationē, non est amplius homo, sed bestia. in 6. Top. A quocunque remouetur diffinitio & ipsum diffinitum, & commentator. 9. Metha. Qui tollit a rebus suam operationē, tollit ab eis suam essentiam. Exempli gratia. Remoue ab igne calorē: a sole lumen, non est plus sol, etiam cum tollitur essentia eorum. Clama. Remoue ab homine rationem, non est homo, sed bestia. De quo Ber. Puto iumenta dicerent si loqui possent. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est. Psa. Cōparatus &c. Secundum Robertum Holcot super Sap, & Boe. 4. pros. 3. Homo non uiuens secundum rationem is bestiis assimilatur p imitationem. Primo asino per negligētiā. O mulier uidisti unquā in domo tua asinos bipedes? O

pater non. Et ego dico quòd sic. Qui sunt? Respõdeo. Qui usque ad tertiam stant in lecto: qui nesciunt ire ad diuina. Tu habes in domo tua filium pigrũ: cape baculum, dic heu surge nam iubet prædicator. Secundo assimilatur leoni ꝑ iracundiam, Ita homo impatiẽs, qui plures facit fatuitates. Vidi multos qui biretum de capite proiecerunt in terram frangunt vasa domus percutiũt se pugnis. Deũ dicunt par tesanum.

Tertio porco per luxuriam. Practica contra concubinarios. Cum figura Sansonis Iudi. 16. vbi dicitur ꝙ meretrix Dalida Sãsonem molestauit vt indicaret ei ubi esset fortitudo sua. Et cum eam decepisset: tandem rem ei innotuit di. Nazareus sum, id est, domino consecratus ab vtero matris. Nouacula super caput meum non ascendit. Si ergo septem crines abraseris ero similis aliorum. Cum autem blanditiis demulceret eum in sinu dormiuit & septem crines abrasit: & vocatis philisteis oculos ei eruerunt. Moraliter. Dalida est caro. Sanson ratio: & fortitudo: sunt septem crines, id est, septẽ dona Spiritussancti: sed philistei ipsum rapiunt cum ratio sensualitati consentit, & ei auferunt omnem suam potestatẽ, & ligant eum funibus peccatorum. Et auferunt ab eo lumẽ rationis, ne cognoscat grauitatẽ peccati sui. Applica exemplum illius doctoris. veneti & boni ingenii ꝙ Philocaptus erat de sua sclaua. Venetiis cum prædicarem hoc accidit. Quadam uice coactus amore illius vestiuit se, vestibus illius, & cũ illa buratabat: uocatus ego a propria uxore, ueni inquit pater, vide scientiam nostri doctoris. Reperi ipsum cũ sclaua Cur domine talia facitis? Respondit. O pater nescio utrũ sim homo an bestia, ita sũ philocaptus. Cui dixi. Estis bestia: vbi est sciẽtia tua & doctrina? Quia hõ ergo imbutus peccatis caret ratione, ideo fit bestia per imitationẽ. Vnde patet secundũ mysterium. Tertio &c. Quod peccator est stultior omnibus hominibus mundi, quod probať ꝑ Phil. 5. Ethi. Pluribus bonis appositis, melius semper est eligẽdũ. & Cicer. in Topi Plura bona paucioribus bonis anteponantur. Ad practicã De muliere quæ uult nubere habet in se tria bona. Primum magnam dotem. Secundum pulchritudinem. Tertium

tium uirtutem, quid magis est eligendum? Respondet amatus, quòd dos bona, luxuriosus autem pulchritudo. Respondet ciuilis, q̃ uirtus. Iste dicitur sapientior, quia pluribus bonis &c. Præterea in conuiuio ponuntur ex una parte optime carnes, & alia porra cepole. Quid magis est eligendum? Respondet Philosophus. Quod pluribus &c. Ideo fratres prædicatores sunt stultiores omnibus mundi hominibus &c. Præterea dic mihi, Sapiunt tibi confectiones? O pater hanc conditionem mecum tuli ab utero matris, quod dulcia sunt amica naturæ, si tibi donaretur una species coriandorum, & desuper essent de aurati, sed in fundo esset uenenum, quid super hoc esset eligendum? Dicit Philosophus, quod pluribus bonis &c. Præterea si uis ire Romam ubi nunquam fuisti interrogas de uia, & tibi dicitur, quòd una est plena malendrinis, qui te occident si per eã eas. Alia est secura. Quid super hoc esset eligendum? Dicit Philosophus &c. Ad propositum. Homo qui uincitur uitiis propriis fit de libero seruus.

De capace rationis bestia. A uiro sapiente stultus, cum habeat ante se bonum capit malum, ante se dulce capit amarum, ante se lumen capit tenebras, ante se uiam rectam capit tortuosam. Ideo Augustin. Nulla maior stultitia, quàm propter bonum momentaneum perdere bonum æternum. Exemplum illius Romani, de quo Eutropius dicit. Qui in testamento legauit aureos mille illi qui stultior esset in ciuitate, quo mortuo quidam nobilis iuuentus est qui a senatu honorari poterat, se nolens ad hoc deuenit, ut porcos pasceret. Iste ab omnibus stultior iudicatus est, quia pluribus bonis &c. malum elegit. Vnde Petrarcha 6. triũpho diui. Misera uulgaris & cæca gens, quæ constituit spem in talibus rebus hic, quas fugax tempus tam repente aufert. O uere sordidi & nudi & fragiles iudicii & consilii expertes, totaliter ægri & miseri mortales. Tertiũ dicitur &c. Confirmatur nostra conclusio exemplo Valerii. Qui cũ esset octogenarius, & a pluribus narrarentur eius uictoriæ; dixit. Scitote ciues q̃d nulla uictoria maior fuit apud me, quæ me beatũ fecit, nisi q̃a passiones meas subieci imperio rationis, qua nulla maior [illegible]. Vnde & Plato interrogatus

quis esset inter homines fortior? Qui potest inquit propriã iracundiam uincere. Interrogatus. 2. quis esset debilior inter homines? Respondit. Qui suum secretum non potest celare. Vnde concludit Cice. & Lactan. in 1. Nulla est enim tã ta uis quæ non ferro, aut uiribus debilitari, frangique possit. At animum uincere, iracundiam cohibere fortissimi est, quę hercules nec fecit unquam, nec potuit. Hæc qui faciunt non modo cum summis uiris comparo, sed similimũ Deo iudico. Ille.

Ex historia Martini.

Martinus natus ex parentib. paganis sicut rosa de spinis: ortus ex quodã oppido nomine Sabaria Pãnonię in partibus Franciæ. Pater eius tribunus idest princeps sub imperatoribus Constantino & Iuliano. Ex præcepto illorum filii eligũtur in milities, & Martinus in ętate annorum. 12. cathecuminum se fieri petiit. In ętate uero 20. cum pater eius esset senex militiam commisit Martino, qui uiolenter eam acceptans, erat contentus uno seruo Cum quadam uice tempore hyemali iret ab bellum, in porta urbis ambianen. nudus quidam sibi se præsentauit. Cui medium mãtellum dedit. In sequenti nocte uidit Christum illo indutum &c. Martinus adhuc cathecuminus, &c. Super quo Ber. sermone hodierno. Martine si sciuisses ubi pallium dimidiũ ponebas, puto quod pallium non dimidiasses, sed integrũ dedisses. Ad propositum. Per triennium militauit, tamen integer ab aliis uitiis &c. Clama hoc loco cõtra sodomitas, qđ hoc peccatum maxime regnat in militibus, cũ sit reprobatũ a lege diuina. Leu. 20. A lege can. 33. q. 2. c. hoc ipsum. §. seq. & a lege imperiali. C. de extraordinariis criminib. l. qui puero. Cum esset annorũ. 18. fecit se baptizari, & renũcians militiæ iuit pictauiam ad sanctum Hylariũ Epm: qui ipsum in accolitum ordinauit. Interim autem admonitus a Spiritu sancto, ut iret ad uisitandum parentes adhuc gentiles, dęmonium ei apparuit uia di. Quocunque ieris diabolus tibi aduersabitur. Respondit. Dominus mihi adiutor &c. qui statim euanuit. Peruentus ad patriam matrẽ cõuertit. Et cum hęresis Arriana ibi pollularet, solus restitit, ex quo publice cęsus est. Mediolanum ueniẽs igitur mona

ſteriũ cõſtruxit,ſed inde ab Arrianis pulſus eſt. Qui ad inſulã gallinariam iens, cum ſolo præsbytero uitam artam ducebat. Interim autem cum plebs turonica Epiſcopo uacaret, uoce omnium Martinus in Epiſcopum electus eſt, quã electionem, cum lachrymis acceptauit. C. de Epiſ. & cleri. l. Si quicquid. Non precio, ſed precibus ordinetur antiſtes. 8. q. 1. c. Nullus debet eligi gubernator populi, niſi Deus reuelauerit. Applica ad libitum tuum. Quidã autem Epiſcopus nomine defenſor, qui eo uenerat cum pluribus aliis Epiſcopis ad ipſum ordinandum, uidens eum deformen deſpexit. Quidam autem clericus pſalterium cœpit, & primum pſalmum reperit, in quo erat uerſus. Canta. Ex ore infantium &c. uſque ultorem. Facetia de Gonella, de nouo Papa Romæ. Veni ſanctę ſpiritus. Ordinatus in Epiſcopum extra urbem monaſteriũ fecit, ubi morabatur cum 30. diſcipulis ſine uino & carnibus. Facetia de pręsbytero Cremonẽſi, q ordinatus in Epiſcopum non poterat canere. Deus in adiutorium &c. quia nimis pinguis. Infirmãti grauiter, dęmõ apparuit in forma regali, cũ purpura & corona in capite di. ei. Agnoſce o Martine Chriſtum tuum. Reſpõdit. Chriſtus meus fuit indutus uili ueſte, pauper, nudus. Tu autẽ &c. Receſsit ab eo. Martinus autem obitum ſuũ reuelauit diſcipulis. Et flẽtibus illis & dicentibus. Cur nos pater deſeris, &c. Compatiens eis, orauit dominum di. Domine ſi adhuc populo ſum &c. Super quo Tho. 3. di. 29. Martinus uolebat uiuere & mori, iuxta beneplacitum Dei, quia diligebat per beniuolentiam, & non per concupiſcentiam. Cum diſcipuli uellent ipſum ſuper paleam ponere, quia grauabatur ui febrium di. Non decet chriſtianum niſi in cilicio, & cinere mori. Auguſ. Sub capite ſpinoſo non decet membrum fieri delicatum. Sequitur. Oculis autem ac manibus in cœlum ſemper intentus, inuictum ab oratione ſpiritum non relaxabat. Et congregatis ad ſe diſcipulis, ut ad aliam partem eum uerterent, & tollerent ab eo benedictionem &c. Sinite inquit me cęlum uidere &c. & ſubito uidit dęmonem. Cui dixit. Quid hic aſtas cruenta beſtia? nihil &c. his dictis quieuit in pace.

In festo sanctæ Catherinæ Martyris.

HAnc amaui,& exquisiui a iuuentute mea, & quæsiui mihi sponsam assumere, & amator factum sum formæ illius. Sap. 8. Diuina sapiētia illius supremi et celsi,& alti Imperatoris Dei: quantūcūque diligat uniuersaliter omnes creaturas,ut scribitur. Sap. 11. cap. Diligis omnia quæ sunt,& nihil odisti eorū quæ fecisti,quia sunt bona in sui naturā. Gen. 3. Vidit Deus cuncta quæ fecerat. Et Apostolus. 1. Timo. 4. Bona est omnis creatura. Tamē specialius diligit hominem, quem formauit ad sui imaginem, & similitudinem. Vnde Lactan. in 3. Deus ueri patris officio functus est, ipse corpus effinxit: ipse animam qua spiramus infudit, illius est totum quicquid sumus. Ille. Primo quo ad corpus non curuum,sed rectum. Ouid. 1. Meth. Pronaq; cum spectent animalia cætera terram. Os homini sublime dedit, cęlumque uidere; Iussit, & erectos ad sydera tollere uultus. Et Lactan. in lib. de opific. Dei, & hominis ad Demetrianum. Cum statuisset Deus ex omnibus animantibus solum hominem facere cœlestem, & cætera uniuersa terrena, hunc ad cœli contemplationem rigidum erexit, bipedemque constituit. Ille. Secundo quo ad animam cum suis potentiis. Memoria, intelligentia, & uoluntate. Quod consyderans diuus Bernard. super Can. Parum ne tibi uidetur o homo. Cogita qualem te fecit: Nempe secundum corpus ægregiam creaturam, secundum animam magis imagine creatoris insignem, rationis participem, æternę beatitudinis capacem. Ille. Et licet amauerit omnem creaturā intimo amore,tamen particulariter amauit sponsam suam Catherinā, quam dignatus est ornare altis, immēsis, & angelicis priuilegiis. Vnde bene dicitur. Hanc amaui &c. Immediate in re sumptione thematis Ecclesia canit. Adoretur uirginū rex in seculorum secula. virgini qui Catherinæ contulit cęlestia. Fiat practica. Ista est illa, quæ habuit omnem scientiam. Hæc est quę habuit desponsationem cęlestis sponsi. Hæc est quæ quinquaginta oratores cōuertit. Hęc est,quæ

Re-

Reginam & Porphirium conuertit. Hæc est, quæ super omnes dotata fuit omnibus priuilegiis. Hęc est quæ habuit triplicem coronam uirginitatis, martirii, doctoratus. Quapropter consyderanti mihi copiosissima merita, lingua heret palato; omne humanum ingenium deficit. Catherinæ, quod illa electa sit in sponsam filij Dei. De ea namque scribuntur uerba assumpta. Hanc amaui &c. Secundum sententiam doctorum inducitur quis sponsus naturalis accipere in coniugem, aliquam sponsam tribus rationibus, quibus rationibus inductus est sponsus cœlestialis Iesus Christus, accipere Catherinam sponsam suam.

Primo ratione speciositatis.

Secundo ratione nobilitatis.

Tertio ratione locupletabilitatis.

Primo ratione &c. Pro maiori notitia nota sententiam Phil. 8. Ethico. & Platonis in Tim. Et Thom. 1. 2. quæstio. 27. articu. 3. Quòd similitudo est causa amoris. Et Sap. 13. Omne animal diligit sibi simile, ut patet de cane ad cané, de lupo ad lupum, de catta ad cattam. Et ratio, quia sunt unius speciei, ideo mutuo se diligunt. Figura Genes. 25. de Iacob qui duodecim filios habuit inter quos Ioseph, qui præ cæteris fuit dilectus, eo quod magis esset similis patri. Alii autem matri Rebeccæ. Similitudo est causa amoris. Si igitur similitudo est causa amoris. A contrario sensu dissimilitudo est causa odii, ut patet de discordia inter canem, & cattam, lupum, & agnum. Vnde hoc? Quia sunt dissimiles in specie, & si diceres. O pater, Ego canem & cattam habeo, qui mutuo se diligunt. Respondeo, quod non est per se & simpliciter, sed per accidens. Ad propositum. Tanto sponsus æternus diligit creaturam, quanto plus creatura est magis ei similis, quia similitudo est causa &c.

Deus est miræ pulchritudinis, qui superat pulchritudinem omnium rerum, solis stellarum. In psal. Speciosus forma &c. & spôsam ĩ Can. 6. ca. Dilectus meus cãdidus & rubicũdus. Candidus per uirginitaté. Rubicundus per sanguinem fusum. Cũ sit pulcher diligit pulchros, non pulchritudine corporis, qa parũ ualet decor carnis. Prou. ult. Vana

est

est pulchritudo, sed pulchritudine spirituali, quæ est p uirtutes. De pœ. dist. 2. §. Romanos. Virtutes sunt animæ ornamentorum, ut charitas, spes, &c. Quæ poliunt mentem nostrã. Has uirtutes habuit uirgo Catherina, quibus fuit pulchra, unde meruit amari a Christo sponso. Hanc amaui &c. Ex hoc sponsus Christus, ei communicauit tria priuilegia super omnes uirgines & sanctas, in signum amoris precipui.

Primum fuit uirginitas specialis.

Secundum fuit desponsatio singularis.

Tertium fuit sapientia supernalis.

Primum &c. Vbi no. secundum Alber. super Luc. & Ric. in 4. sum. Quod virginitas tanto est maioris meriti, quanto plura habet impedimenta, aut repugnantia. Exẽpli gratia. De uetula uirgine & iuuencula, quia plus meretur iuuenis, quam uetula, quia plus meretur iuuenis, cum omnia in ea uigeant membra. Vnde Phi. 3. Ethi. Iuuenes magis, quã senes molestantur a concupiscentiis carnis. Virgo autem Catherina habuit tria impedimenta, quæ communiter impediunt uirgines a sua uirginitate.

Primum fuit eius iuuentus.

Secundum fuit eius pulchritudo.

Tertium fuit eius solicitatio.

Primũ fuit eius &c. Quę præcipuæ solet impedire uirginitatem. Erat enim iuuenis, ideo infestabatur a libidine. Vnde 2. Tim. 2. Iuuenilia desideria fuge. Propterea de Paulo, quia ut dicit Salom. Ecclesiast. 12. Adolescentia enim & uoluptas uana sunt. Ista autem iuuentus sibi non nocuit: aut nocere potuit, quia licet esset iuuenis corpore, tamen intellectus erat grauis. Non enim stabat cum iuuenib. ad colloquendum, aut ad fenestram stabat: sed in domo, ut hodie agunt nostrę domicellę, quæ loquuntur cum illis. Et sæpe euertunt situlam aquę ter & quater, ut habeant causam uidendi. Non sic egit beata uirgo, sed grauitate uigebat.

Secundum dicitur &c. Pulchritudo in muliere est causa multorum malorum. Hierony. Gladius igneus est species mulieris. Cum Paris duxisset Helenam, Philosophi faciem & oculos suos cooperuerunt, ne eam uiderent. In uitis patrum.

rum.cum S. Agathon rogaretur a discipulis. Pater dic no bis uerbum salutis. Melius inquit est uidere dæmonē, quā mulierem bene ornatam. Et de Paphnutio, qui uidēs Pelagiam meretricem se ornantē flevit di. Eo quod non ita in anima se ornabat sicut ista in corpore. Ideo Philosophus Theophrastus. Mulier pulchra cito adamatur. Et difficile est custodire, quā multi amant. Et in 2. Poli. Melius est dicere mulieri modicam uel mediocrem esse, quam magnā. Istud impedimentum non potuit frangere uirginitatē Cathe. quia licet esset pulchra corpore: imo admirabilis pulchritudinis, non tamen de ipsa curauit, sed potius de pulchritudine animæ: ut dicere posset ei Spiritussanctus. Can. 4. Quam pulchra es amica, s. quo ad corpus, quam pulchra es, quo ad animam, oculi tui columbarum propter &c.

Tertium eius impedimentum &c. Fuit enim solicitata a tribus.

Primo uerbis.

Secundo muneribus.

Tertio tormentis.

Primo uerbis, quia filius Imperatoris Maximiani uolens ipsam in uxorem accipere, nuncio misit ad matrem ꝑ ipsa habendā, unde mater gauisa est, & filiæ insinuauit di. Filia mea, filius Imperatoris petit te in uxorem. Respōdit Catherina. O mater mea alium uolo sponsum, s. Iesum. O quantum est bonus sponsus. De B. Hylario legitur. Cum esset missus in exilium ab Arrianis, in Frigiam ultra mare. Filia eius Affra nomine de Francia, scribit quod ei de marito prouideat: quia uult nubere. Pater sibi rescribit, q̄d in suo reditu daret ei Christū sponsum: ipsū laudās intātū ꝙ sibi placuit. Unde de cætero nullum alium concupiuit & in reditu patris illa petiit adimpleri. Pater missam celebrauit, & in fine missæ porrexit filiæ hostiam consecratam di. Iste est sponsus tuus filia mea. Suuiens autem hostiā, mortuaq; ad pedes patris: eius anima uolauit ad cœlum. hunc sponsum uoluit Catherina.

Secundo fuit solicitata muneribus: quia Imperator sibi promisit diuitias, & honores, & quod prima esset post reginā in palatio. O quot cadunt propter munuscula, ut par so

tularium,manicæ,increpidæ &c.Vnde in cano.Hæc dona, hæc munera.Respondit Catherina.O Imperator desine talia dicere. Intellexit uerbum Philosophi esse uerum. In 1. Ethic.Bona animę sunt maxima bona.

Tertio tormentis,quia cum sibi minaretur, non timuit: nec uirginitatē suam propter hoc uiolauit, quia Christus dixit discipulis suis.Mat.10.Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & post hoc non habent amplius quid faciāt. Non timuit hoc, quia pro Christo Iesu erat parata mori, & sic patet primum priuilegium nostri sermonis.

Secundum priuilegium &c.Magnum donum est desponsari uni comiti,maius Regi,& Duci,& Imperatori.Sed maximum Iesu Christo.Chatetina fuit desponsata Iesu Christo.Cum quidam Eremita mitteretur a matre ad filiā,pro matrimonio carnali. Sanctus Dei inspiratus Spiritussancto suasit ei matrimoniū spūale. ut s.Christum in sponsum acciperet:¦tūc illa in oratione se ponens,apparuit ei uirgo Maria cum filio in camera di. Salue filia mea : unde a filio despōsata est,matre digitum porrigente. Cui dixit mater. Catherina filia mea,necesse est sequaris uestigia,& conditiones tui spōsi filii mei.At illa. Quæ sunt mater mea illa? Respondit virgo Maria,quod erant tria principalia,uolēti bus ipsum sequi in patria. Primo humilitatē cordis,qa ipse dicit,Mat.11.Discite a me &c. Secundo mūditiam cordis,quia ipse dicit. Mat.5 Beati mūdo corde &c.Tertio patientiam in aduersis,quia ipse dicit per Apost.ad Ephe.3. Obsecro uos,ut non deficiatis in tribulationib.O Catherina.Tertium priuilegium &c.Duplex est sapientia, secūdū doc.Prima est acquisita. Secunda infusa. Prima acquisita, ut fuit in Philosophus:& in aliis, qui insidauerunt literis imbuendis.Vale.rub.de stup.& indu.dicit.Quod Solō Philosopus assistentibus amicis ad eius mortem, & disputantibus de exitu animę a corpore,caput erexit,uolēs illud qđ conferebant discere. Demosthenes cum expletis centum & septem annis,doluit quod ex hac uita discedebat, quando addiscere inciperet.Apollonius 19.prouincias discurrit,ut addisceret, uocatur sciētia acquisita propter labores A.b. c.d.&c.Secunda est sapientia infusa,quæ fuit in Apostolis: qui

qui nunquam ad ſcholas iuerunt.Cather.autem habuit ſapientiam infuſam,& acquiſitam: acquiſitam quia in ſcholis fuit docta i 7.artibus liberalibus. Vnde de ea dicitur in legenda per uarias concluſiones ſyllogiſmorum allegoricè, myſticè,& diſertè coram Cæſare diſputauit. Secũdo habuit ſapientiam infuſam, cui nõ poterant reſiſtere aduerſarii ſui. vñ dicere ei poſſumus illud Prouer.ult. Multæ filię cõgregauerũt ſibi diuitias,tu ſupergreſſa es uniuerſas. Q ᵭ patet in tribus modis. Primo aliæ conuerterunt homines ſimplices.Iſta autem ſapientia ſua, conuertit Reginam & Porphyrium capitaneum Imperatoris. Aliæ conuerterũt homines illiteratos;iſta auté.50.oratores. Aliæ & ſi habebant ſapientiã,deficiebant in aliquo aut ſapientia, aut eloquentia.Iſta autem habuit omnia,& ſapientiam,& eloquẽtiam,& prudentiam.Vnde in eius legẽda. Eſt autem apud nos puella,ſenſu,& prudentia incomparabilis,quæ omnes confutat; & Deos noſtros Demones eſſe confirmat. Igitur hanc amaui &c.Secundo ratione &c.Multi matrimonium contrahunt ratione nobilitatis.O pater eſt de nobili ꝓſapia. Vbi no,ſecũdum Alb, ſuper Luc; quod quadruplex eſt nobilitas,

Prima ex carnis propagatione.
Secunda eſt ex animi formatione,
Tertia eſt ex legali adoptione.
Quarta eſt ex diuinæ imaginis ordinatione.

Prima & cæt. Cum quis reſpicit ad carnis nobilitatem. O pater ego ſum de tali & tali domo. Sed de hac non multum eſt curandum quando deeſt nobilitas uirtutum.C.Flamineus contra P.Cornelium Scipionem. Ego enim non in aliena gloria,aut falſis fortunæ bonis: ſed in propria ueraque animi uirtute nobilitatem hominis eſſe exiſtimo. Et ratio eſt Apulei lib.de Deo Socratis. & Sen. Si pulcher es lauda naturam: ſi nobilis; lauda parentes: ſi diues; hoc fortunæ debetur: ſi uirtuoſus lauda teipſum. Practica per ſingula.De diuitiis De pulchritudine & cætera. Ideo non pronas ſpem in huiuſmodi nobilitatibus;ſed in uirtutibus. In huius figuram Chriſtus 12. elegit piſcatores, matrem pauperculam:patrem Ioſeph. Carpentarium; ut doceret

nos

nos ista relinquere. Catherina fuit nobilis genere: quia fuit filia Costi: tamen de ea non multum curauit.

Secunda &c. Cum quis uirtutibus uacat. Quae nobilitas a Phil. in 2. Rheto. dicitur generositas. De qua Hierony. in Episto. ad Celantiam. Nobilitas summa apud Deū est clarum esse uirtutibus. Hæc est quæ nos filios Dei efficit. In 7. Ethi. Homines dicuntur dij propter uirtutis excellentiā. Et Apule. lib. de Deo Socratis. Nihil est Deo similius, quā uir animo perfecte bonus. Catherina hanc habuit: quia uirtutibus insudauit: unde fuit &c.

Tertia nobilitas &c. & est quādo quis aliquem adoptat in filiū. Figura de Moyse. Exod. 1. Quo nato & posito in fiscella a matre in mari. Filia Pharaonis ipsum in filiū adoptauit: & tanto dignior est filius: quanto qui adoptat est dignior. Iesus autem adoptauit Catherinam in filiam: & cum Christus sit nobilissimus, iuxta illud Prouerbiorū ultim. Nobilis in portis uir eius. Ideo nobilissima dicitur Catherina.

Quarta dicit &c. Quamuis piissimus Deus omnes creaturas amet uniuersali amore iuxta illud Sapien. 11. Diligis omnia quæ sunt. Tamē singulariter amat creaturam rationalem. quia ad eius imaginem est facta: sed qualis est hęc imago Dei? Respōdet Canon. de pœn. dis. 2. §. Illa. similem esse Dei, est habere iustitiam, sapientiam, & uirtute esse pfectum. Hæc autem imago uiuit in homine, quādo uirtuose operatur: & quādo seruat diuina præcepta: sed moritur, & offuscatur quando uitiose uiuit. Vnde conqueritur dominus per Hierem. cap. 3. dic. Quomodo obscuratum est aurum, scilicet bonum uirtutis: mutatus est color optimus: scilicet de puritate i nigredinē peccati. O christiane quis &c. Hanc nobilitatem habuit Catherina: quia nunquam deturpauit hanc per peccatū mortale. Vnde dicitur Catherina a Cata, quod est totū, & ruina quasi uniuersalis ruina uitiorū. Ex hoc sponsus æternus ipsam amauit. Hanc amaui & exquisiui &c. Quia est sentētia. Prouerb. 3. Omni tempore diligit qui amicus est. Et Philosoph. in 8. Ethico. Vera amicitia est intransmutabilis: contra illos qui dicūt O pater aliquando illum dilexi. nunc autem non. Nō fuit uera amicitia:

initia; quia perseuerasset. Omni tépore &c. Tripliciter Christus eam dilexit.

Primo in uita.
Secundo in morte.
Tertio post mortem.

Primo in uita: quia ei donauit tria, quæ sunt necessaria, cuilibet posito in certamine.

Primo perseuerantiam.
Secundo fortitudinem.
Tertio uictoriam.

Primo perseuerantiam. Figura Exod. 12. De agno quod esset sine macula, quod esset cum capite, & quod esset cum cauda. Vnde 2. Regum 5. Cęcus & claudus non intrabunt in templum. & Philosophus in Philosophia. Caue & præcaue a signatis. Nunc autem cœci claudi &c.

Tertio cum cauda, idest perseuerantia. Hiero. Ad furiā. Non quæruntur in christianis initia; sed fines. Catherina fuit perseuerans. Dicere poterat illud Iob 27. Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.

Secundo tribuit ei fortitudinem contra aduersarios. vnde dicit ipse suis fidelibus per Ecclesiam. Estote fortes in bello. Catherina fuit fortis, unde meruit amari.

Tertio tribuit ei &c. Sap. 10. Certamen forte dedit illi, ut uinceret. Hanc amaui &c.

Secũdo amauit eam in morte. Signum amicitiæ est, quādo amicus alium uisitat in tribulatione. Ad Roma. 12. Flere cum flentibus, gaudere cum gaudétibus. Et in 2. Rhet. Verus amicus gaudet bonis amici, & condolet tristibus ipsius amici. Iesus amorosus suę sponsæ Cath. in eius morte quinque dona, ac priuilegia ei tribuit propter amorem intēsū quem ad eum habebat.

Primum est Christi uisitatio.
Secundum est cœlestis refectio.
Tertium est orationum exauditio.
Quartum est Angelorum accessio.
Quintum est lactis emanatio.

Primum est &c. Cum esset in carcere: Christus ad eam uenit cum Angelorum multitudine, ac uirginum dicit ei.

Agnosce o filia tuũ creatorẽ pro cuius amore laboriosum subiisti conflictum. Cõstans esto: quia tecum ero. Assimilatur autem Ioanni Euang. quia sicut ad eũ uenit Christus: ita ad hanc uenit.

Secundum &c. Cum esset in carcere misit ei Deus cibũ p columbam ne fame moreretur. Vnde uerificatur psalm. Non enim uidi iustum derelictũ. nec &c. Assimilatur Magdalenæ, quæ p Angelos cœlesti cibo pasta fuit in Masilia Franciæ.

Tertio &c. quia in sua passione orauit Deum: ut quicunque ageret memoriam, uel in morte se ei commendaret, in quacũque necessitate eam inuocaret: diuinæ misericordiæ effectũ sentiret. Fuit exaudita iuxta illud ps. Clamabit ad me. & ego &c. O christiane habeas ipsam in deuotione: qa est magna apud Deum, & apud sanctos.

Quartum &c. Quia Angeli ei obsequium præstiterũt in martyrio suo: quia Angelus perunxit plagas suas, & rotã confregit, ac inimicos eius confudit.

Quintum &c. Cum decollata fuisset: unda lactis emanauit in signum puritatis.

Tertio amauit eã post mortem: quia eius corpus honorauit, quod per Angelos collocari uoluit in Synai monte, per spatium uiginti dierũ a loco mortis: in quo loco Deus dedit legem humano generi: in quo loco Moyses quadraginta diebus & noctibus loquebatur Deo facie ad faciem: ut uerificetur uerbum Esa. 11. Sepulchrum eius erit gloriosum. Vnde Ecclesia canit. Deus qui dedisti legem Mosi in summitate montis Synai & cæt. Et sic patet secunda ratio & cætera.

Tertio rõne &c. Quia fuit locuples: & ex hoc Deus eã amauit: solẽt mulieres dare uiris suis unam tantum dotẽ. Catherina autem quinque tribuit.

Prima fuit ardentissimæ charitatis.
Secunda fuit purissimæ uirginitatis.
Tertia fuit contemptus mundanæ delectationis.
Quarta fuit maxime perfectionis.
Quinta fuit excellentis prædicationis.
Prima fuit &c. Amore Dei & proximi languebat.

Primo

Primo Dei pro quo omnia mūdana despexit, ut dicere posset illud Can. 5. Amore langeo.

Secundo proximi: qa omnia bona pauperib. dedit, ut dicatur illud Prou. ult. Manum suam aperuit inopi. inter cęteras mulieris pgatiuās: una est q̄ sit liberalis. Vis cognoscere fęminam nobilem, respice liberalitatem eius. Quę sunt uilla hæ, auaræ sunt. Hæ stant post ostium & dicūt pauperi, vade cum Deo. Secunda dos fuit &c. fuit enim uirgo. Thom. in quodlibetis: Duplex est virginitas, mentalis, & corporalis. O quāt plures sunt corpore uirginos, mente meretrices. O quot moniales uirgines corpore. Vt illa canebat post exitum. Iam quia foris sum, nolo esse amplius monacha &c. Catherina fuit mente & corpore uirgo.

Tertia dos &c. Aug. ad Eremit. Scriptum est fratres charissimi omnes mundi amatores Dei esse inimicos. cōtempsit uirgo sāctas honores & dignitates Impatoris: ut Christum lucrifaceret. Quarta dos &c. Nihil in ea fuit repręhēsibile: sed in omnibus exemplum bene uiuendi. Exēplū humilitatibus uirginib. & de puellis dedit. Exēplū uerecūdiæ. Quinta dos &c. Cum fuerit pręceptum prædicare per Apostolum. 1. Timo. 2. Mulieres docere nō permitto. & 1. Cor. 13. Mulieres in Ecclesia taceant. & hoc ut dicit Tho. 2. 2. q. 77. qa sunt intellectu debiles & aspectu prouocabiles ad malum. Cathe. fuit mare grauitatis & sapiētiæ, quod patet. Impator cōduxit. 50. Oratores doctissimos in omni sapientia, ut Catherinam confunderent. Sic aducti unus cępit arguere, O Cath. scriptum est Deuter. 4. Audi Israel dominus Deus tuus unus est. Et illa respōdit. Ostēdo tibi esse tres. in ps. dicit. Benedicat nos Deus noster, benedicat nos Deus: ubi innuitur trinitas personarum,

Secundus arguit. O Catherina 8. Physico. dicitur. Frustra fit per plura quod potest fieri p pauciora. si ille erat uerus Deus quē Iesum dicitis: poterat redimere genus humanum solo uerbo, iuxta illud. Dixit & facta sunt. Respondit uirgo. Verum est quod potuit: sed non debuit. Et ratio est. In Deo est misericordia, & iustitia. Si enim solo uerbo omnes saluaret: maxima fuisset misericordia, sed ubi esset iustitia? si uero omnes damnasset, ubi esset sua misericor-

dia? ideo uoluit incarnari & nasci, ut appareret sua misericordia:& pro nobis uoluit pati:& sanguinem suum soluit in bancho crucis:ut appareret sua iustitia. Confusus 2. Tertius surrexit di. O Catherina tu dicis Deum esse hominem, probo impossibile, quia in 3. Physi. Finiti ad infinitū nulla est proportio. Respon. virgo. A Gentilibus est prædicatum. Sybilla Cumana. Fęlix ille Deus, qui ligno pendet ab alto. Et Sybilla Erithea. In ultima autem ætate humiliabitur proles diuina: unietur humanitati diuinitas, & puellari officio educabitur. Ille: Cōfusi omnes dixerūt imperatori. O Imperator nos sumus cōfusi. Indignatus Imperator iussit eos igne cremari: qui nec læsi cęlū ascendunt. Virgo autem nolens Imperatori assentire, quinque genera tormentorum in eam exercuit.

Primo scorpionibus flagellata.
Secundo in carcere clausa.
Tertio famæ cruciata.
Quarto super rotas posita.
Quinto decollata.
Hanc amauit &c.

In festo Sancti Andreæ Apostoli. De dignitate Apostolica.

Relictis retibus, & naui secuti sunt eum. Mat. 4. Cōclusio est sacrorum Theologorum, quod homines Christum sequentes habent reperiri in triplici differentia. Quidam sequūtur Christum per fidem: sed ab eo recedūt per operationem. De quibus Aposto. ad Titum 1. Cōfitentur se nosse Deum, factis autem negant. & Iacob 2. Fides sine operibus mortua est. Quidam sequuntur Deū per fidem, & operationem: sed non per finalem consummationem: quia cito a uia Dei recedunt. Iosue 2. cito deseruerūt uiam per quam ingressi sunt patres eorum. Hierony. ad Furiam. Nō quęruntur in christianis initia, sed fines. & Tho. 1.2. q. 109. ar. 10. Postquam aliquis positus est in gratia:& per gratiā Dei iustificatus necesse habet petere a Deo donum perseuerantiæ: ut. s. custodiatur a malo usque in finē.

Nam

Nam multis datur gratia, quibus non datur perseuerare i gratia. Ille. Quidam sequuntur Christum & per fidē & per orationem, & perseuerantiam, ut Andreas Apostolus & Petrus. Vnde Grego. in home. hod. Audistis, fratres charissimi: quia ad unius iussionis uocem: Petrus & Andreas relictis retibus secuti sunt redemptorem. Nulla uero hūc facere adhuc miracula uiderant, uel ab eo de pręmio æternæ retributionis audierant: & tamē ad unum domini pręceptū, hoc quod possidere uidebantur, obliti sunt. Ille. Secūdum sententiam Thom. super Ioan. lec. 2. Tribus uicibus a Christo uocati sunt.

Primo uocauit eos ad sui notitiam: ut quādo stante Andrea quadam die cum magistro suo Ioan. Bap. ad Iordanē & dicēte. Ecce agnus Dei. Andreas dixit Symōi fratri suo. Inuenimus Messiam qui dicitur Christus: & conduxit ipsū ad Iesum. O quantum obligatur Petrus Andreæ: quia conuersus est &c. Die sequenti reuersi sunt ad piscationem.

Secundo uocauit eos ad sui familiaritatem, ut quando erat cum eis ad stagnum Genezareth & cœperunt piscium multitudinem. Et iterum ad propria sunt reuersi.

Tertio uocauit eos ad Apostolatum: ut cum ambulauit iuxta mare Galileæ eos uocauit. Venite post me. Hiere. 16. Ecce ego mittam piscatores, & piscabūtur. Ideo illi diuino amore reliquerūt omnia. ut aiunt uerba assumpta. Relictis retibus &c. In quibus uerbis quia Andreas & Petrus cū tā tā prompti audacia omnia reliquerunt & secuti sunt redēptorem. ideo in eorū laudem de Apostolatu uel dignitate Apostolica sermonem texemus: de quo tria contemplabimur.

Primum dicitur opinionis.

Secundum dicitur declarationis.

Tertium dicitur operationis.

Primum dicitur &c. Vtrū aliqui sancti sint maiores Apostolis in patria. Ad hoc sunt duę opi. Vna q̄ sic. Alia q̄ nō. Prima quod sic, qđ probat triplici ratione in præsentiarū ad propositum.

Primo rōne passibilitatis. Scđo rōne contemptibilitatis Tertio ratione humilitatis.

Primo ratione &c. Vna est maxima in Theologia: quod quãto plus homo patitur tribulationes, tãto plus, præmia bitur. Veritas huius conclusionis, probatur per Christum. Matthę. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Et Io. 14. Tristitia uestra uertetur in gaudiũ. Et psal. Secundũ multitudinem dolorum meorum in corde meo: cõsolatio nes &c. Et Chrysost. Quantomagis quis patitur, tantomagis in ęterna uita glorificatur. Et Hieronym. Quot uulnera patitur, tot coronas meremur. De primo ad ultimum, quã to plus patimur, tanto maius præmiũ erit. Ad propositũ. Multos legimus sanctos plura aduersa tolerasse, quã Apostoli Quod patet in utroque testamẽto. In ueteri Abela fratre suo occisus est. Daniel in lacu leonũ. Zacharias est lapidatus. Esaias sectus lignea serra. Hiere. gladio occisus est. Exechiel cerebrũ excussum. Præterea in nouo testamẽto Stephanus est lapidatus. Laurẽtius in craticula exustus. Vincentius pectinibus ferreis dilaniatus. Ignatius de membro ad membrũ &c. Erasmus per uiscera dilaniatus. Sic de uirginibus, quæ per tormenta ad paradisum iuerunt. De quibus ad Hebre. 1. Sancti per fidem uicerunt regna. Et infra. Secti sunt, lapidati sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt. Talia Apostoli non sustinuerunt: igitur eorũ sunt maiores. Secundo rõne &c. Conclusio est Th. in opus. de decẽ præceptis, & incipit. Tria sunt homini necessaria, quod duo maxime augent charitatem.

Primũ patientia in aduersis. Sẽdm separatio a terrenis.

Perfectio ego christianę religionis, ẽ bona agere & mala pati. Et separatio a terrenis. Dico sic. Vbi est maior contemptus rerum temporalium: ibi maius præmiũ in gloria. Veritas conclusionis probatur. Mat. 19. dixit Petr. Christo in persona omnium Apostolorũ. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ego erit nobis? Respondit. Amen dico uobis, quod uos qui reliquistis omnia, & secuti estis me. centuplum accipietis, & uitam æternam possidebitis. O mira benignitas, quæ non uult uinci beneficiis Das pauperi, copiose tibi reddit. Grego. 3. dia. Temporalis substantia cum distribuitur multiplicatur. Ad propositum. Vbi est maior contemptus, ibi est maius præmium: sed qui

dam sancti maiora contempserunt bona pro Christo, quã Apostoli. Sanctus Ludouicus Rex Fracorum. Alexius Romanus, Thomas de Aquino cardinalatum renuit. Sic sanctus Vincentius, sic Bonauentura, Bernardinus episcopatũ Senensem. Igitur sunt maiores. Et si diceres; Nunquid nõ Apostoli talia egerunt, quia Petrus, & Andreas a Christo uocati fuere, & ipsum sunt secuti. Sed quid Matthæ.4. Relictis retibus &c. O diuitiæ decem solidorum. Vnde patet secunda ratio &c.

Tertiò ratione &c. Regula datur a Magistro meo Iesu Christo infallibilis. Lu.14.& 18. Qui se humiliat exaltabitur. Ecclesiast.3. Quanto maior es, humilia te in omnibus. & Iacob 3: Humilibus dat gratiam, nõ immerito, quia sum me ei placet; superbus Lucifer dedit locũ Christo humili. Diues Epulo, Lazaro humili: Eua superba, Mariæ humili. Ad propositum. Vbi est maior humilitas, ibi est maius præmium, sed aliqui sancti maiorem habuerũt humilitatem, quam Apostoli. Gene. 18. De Abraham. Loquar ad dominum cum sim puluis & cinis. Et 2. Regum. 16. Ludam & uilior fiam; plusquam factus sum; & ero humilis in oculis meis. Practica de sancto Marco, de Francisco, de Moyse, de Dominico, hanc humilitatem non habuerunt Apostoli, imo superbi. Luc.22. Facta est contentio inter Apostolos, quis eorum uideretur maior. Petrus se laudabat di: Ego sum princeps omnium uestrum. Andreas ego sum primus christianus, & discipulus fuit Ioann. Bapti. Iaco. & Ioan. di. Nos sumus filij Zebedei, & Bartholomeus di. Ego sum filius Regis. Et Lu. di. Ego sum medicus. Matt. di. Ego fui mercator spoliorum & pellium anguillarum: unde fuerũt superbi, igitur aliqui in patria sunt maiores Apostolis. Vnde patet prima opinio.

Secunda opi. est Doct. Quod Apostoli sunt simpliciter maiores omnib. sanctis. Quid dicis ô Th. super illud ad Rõ. 8. Nos primitias spũs hñtes di. Apostoli sunt pferẽdi omnibus sanctis, quãcunq; prærogatiua præfulgeant, siue uirginitatis, siue doctrinæ, siue martyrii, tãq; abundãtius spiritum sanctum habentes. Et super uerbo ad Ephes.1. Scdm diuitias gratiæ eius, dicit. Ex quo appatet temeritas il-

lorum ne dicam error, qui aliquos sanctos præsumũt æqui parare Apostolis in gratia, & in gloria. Ille. Ad secundum ueniamus. Secundũ dicitur &c. Secũdũ Th. 1.2.q.161.ar.4. In 1. sen. di. 17. in 1. par. q. 44. ar. 7. & super Ro. 9. concl. hęc extrahitur. Quod Apostoli sunt omnibus sanctis maiores dignioresque. Quæ conclusio probatur triplici ratione.

Primo ratione approximationis.

Secundo ratione electionis.

Tertio ratione repletionis.

Primo ratione &c. Conclusio est authoris lib. de causis. Quod quanto magis aliquid appropinquat suo principio in quodlibet genere: tanto magis participat effectũ illius. Exempli gratia. De illo qui appropinquat igni, soli, plus participat de uirtute illorũ. Ad propositum. Approximare Deo anima mea chara, non fit passibus corporis, sed affecti bus mentis, ut ponit Ber. super Gen. 17. Ambula corã me, & esto perfectus. Tribuis eleemosynã pauperi, passum unũ accessisti apud Deum, & sic de sing. Et quanto quis est Deo proximior: tãto est dignior, & perfectior. Christus est principium gratiæ, & origo omniũ gratiarum, atque bonorũ. Io. 1. Gratia & ueritas per Iesum Christũ facta est, sed nullus fuit præter Virginem huic principio Christo uicinior, atq; propinquior, quã collegiũ Apostolorum, qui immediate a Christo fuere edocti, de omnibus secretis uitę ęternæ. Hier. Ad Paulinum. Quod aliis exercitatio, & quotidiana in lege Dei meditatio tribuere solet, hoc illis Spũsanctus suggerebat. Ioan. rusticus & piscator indoctus. Et unde uox illa obsecro. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum? Hoc Plato nesciuit, hoc Demosthenes ignorauit. Ille. Fuit eis reuelatum secretum totius trinitatis. Vñ Christus quadam uice uocauit Apostolos di. Io. 15. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audiui a patre meo, nota feci uobis. Et 1. Io. 1. de se & aliis dicit. Qđ fuit ab initio, quod uidimus, quod audiuimus annunciamus uobis. O cãcellariæ Spũsancti, Non immerito, quia ut habet Phil. 8. Eth. Nihil est tam proprium amicorum, quam simul conuiuere, & conuersari. Cum Christo dormierunt, biberũt, comederunt, confabulati sunt, quę omnia erant amicitiæ, hi

qui sunt miranda uiderunt in ipso Christo, cæcos illuminare, mortuos suscitare, infirmos sanare, & facie uiderunt eum. O priuilegium Apostolorum, uidere Christum oculis corporeis. O si uideres eum. Refert Aug. li. de ciu. Dei. Quod tria concupiuit uidere.

Primo Romam in suis triumphis. de qua Lucanus. Roma quanta fuit, ipsa ruina docet.

Secundo Paulum prædicantem.

Tertio Christum in carne. Adam uixit annis 930. Noe 950. Lamech 772. Mathusalem 969. sed non uiderũt Christum in carne, quem tanto tempore desiderarunt. Isti autẽ sic. Vnde dixit eis. Luc. 10. Beati oculi qui uident, quæ uos uidetis. Dico enim uobis, quod multi prophetæ & reges, uoluerunt uidere, quæ uos uidetis, & non uiderunt. Fuerũt ergo maiores, quia proximiores his. Dan. 61. libr. Para. Isti alij igniti contemplatores homines extiterunt, eo calore accensi: unde flores oriuntur, & fructus sancti. Vnde patet prima ratio.

Secundo ratione &c. Conclusio est Th. 3. par. q. 27. ar. 4. Quod unicuique datur gratia secundum illud, ad quod eligitur. Exempli gratia. De arca Noe, quam gratia Dei pfecit, de Moyse ad Pharaonẽ. Ad propositum. Apostoli fuerunt dicti, ut essent tubæ in Ecclesia Dei, & ambasciatores diuini nominis, & super omnes idonei. Vnde 2. Cor. 13. c. In psona omniũ Apostolorũ. Idoneos nos fecit ministros noui testaméti. Hi fuerunt missi ad prædicandum, ad baptizandum, ad docendum. Mat. 18. Euntes docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Et ut dicit Alb. super Luc. Christus misi illos cũ illa authoritate, qua pater misit filiũ suum. Io. 20. Sicut misit me pater. s. cum eadem authoritate, & ego mitto uos. O quomodo staret mundus nisi fuissent Apostoli, qui suis sermonibus mũdum conuerterunt. De his figuratiue fuit dictum Hiere. 16. ca. Ego mittam uobis piscatores, & piscabuntur. Vbi dubium quæritur. Quare non sunt electi homines Philosophi, ad officium Apostolatus, sed simplices & piscatores? Respon. Alb. super Lu. quod triplici ratione. Sed unã tantum adducã in præsentiarum, uidelicet pp fidei ueritatem.

tem. Non elegit sapientes philosophos, aut doctores, sed ui ros indoctos, ad veritatem fidei comprobandam. Quæ si a sapientibus fuisset introducta, ascribi potuisset scientiæ, & probitati illorum. Sed indoctos elegit, ut ueritas fidei manifestaretur. Apostolus. 1. Cor. 1. Videte fratres uocationé uestram, quoniam non multi nobiles secundum carnem, non multi potentes, non sapientes, sed q stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat fortia. Ille. Et Tho. super Psalm. Apostoli sine literis idiotæ & simplices, destruxerunt omnes inimicos Christi. Et sic falsa est sententia Porphyrij. Qui dixit tres fuisse garrulatores, qui totum mundum ad se conuerterunt. Primus fuit Moyses in populo Iudaico. Secundo Machometus. Tertius Christus. Vnde patet secú da ratio. Tertio ratione &c. Quicunque receperunt Spiritumsanctū excellentius & abundantius, hi profecto sunt perfectiores coram Deo. Sed Apostoli Spiritūsanctū receperunt & tēpe prius, & cæteris abundantius, iō sunt maiores. Act. 2. Repleti sunt oēs Spūsancto, & cœperunt loqui. Super quo Alber. Quadruplex est plenitudo Spūsancti. Prima est affluentiæ, quæ sola fuit in Christo. De qua Ioā. 1. De plenitudine eius oēs accepimus. Scda est excellētię, quæ sola fuit in Maria. de qua Luc. 1. Aue gratia plena. Tertia est sufficientiæ qua pleni sunt oēs sancti. De qua Lu. 1. Et Zacharias pater eius impletus est Spūsctō. Quarta est abundantiæ, quæ fuit in Apostolis, qui præ cęteris fuerunt pleni. Vnde ex hoc nullus potest Apostolis æquiparari. Glo. super illud. Constitues eos principes &c. Beatæ Virgini nulla mulier comparatur, sicut nec aliquis sanctus potest Apostolis comparari. Ille. Cur frater Gabriel? Quia fuerunt Ecclesiæ fundatores. Apo. 21. Murus ciuitatis Hierusalem habens fundamenta. 12. Et nomina 12. Apostolorū erāt in eis scripta, & Matth. 16. Tu es Petrus, & super hāc petrā edificabo Ecclesiam meā. Vbi dicit Albertus super Luc. Quod Christus in hac uita quinq; habuit;

Primo corpus, quod tradidit Iudæis.
Secundo animam, quam patri commisit,
Tertio substantiam temporalem, quam tradidit Iudæ.
Quarto matrem, quam Ioān. donauit.

Quinto Ecclesiam, quam solum Petro, & Apostolis com misit. Sunt ergo maiores. In huius signum Ecclesia in suis ceremoniis, post summũ pontificem, qui est Ecclesiæ caput: immediate collocat cardinales, qui sunt præ cæteris dignio res. Quod ideo facit, quia Papa in Ecclesia Christũ repre-sentat, cũ sit eis eius uicarius, ut patet di. 20. §. ul. Cardina les autem loco Apostolorum ponuntur. Ex quo patet, quod Apostoli in Ecclesia, post Christum, & eius matrem, primũ locũ tenẽt. Præterea Ecclesia in cãtico. Te Deũ laudamus. post Cherubin & Seraphin, ante Patriarchas, & Prophetas, sequitur Apostolorũ chorus. Cãta. Te gloriosus Apostolo rũ chorus. Cõcludamus ergo sic. Vbi est maior gratia, ibi maius meritũ, per cõsequens & gloria. Quanta est gratia, tanta est charitas. Quãta est charitas, tm̃ est meritũ. Quã tum est meritum, tantum est præmiũ. Apostoli fuerunt hu iusmodi. Igitur patet cõclusio nostra. Ad solutionẽ ar. Vni ca responsio nobis sufficit, quæ est Ioã. Scoti in 4. sent. sic. Perfectio & sanctitas uitæ alicuius, nõ consistit principali ter in paupertate, aut in patiẽtia, aut humilitate, sed in cha ritate, iuxta illud Apostoli. Super omnia charitatẽ habete quod est uinculum perfectionis. Et de pœ. di. 6. Sine chari-tate non est salus. Et ratio: Quia paupertas, uel uitæ auste ritas, & hmõi, non notãt perfectionẽ, nec hominem pfectũ faciunt, cum sint instrumenta iuuantia ad perfectionem, ut habet ẽt Thom. non sequitur, quòd Ioann. Bapt. uel alius sanctus uiuendo in maiori paupertate, quàm Christus, q̃ fuerit Christo perfectior. Absit a seculo. In proposito. Si aliqui sancti inuenti sunt, qui maiora egerint, quàm Apo stoli, non propter hoc fuerunt perfectiores, quia fundamẽ tum omnium uirtutum est charitas, & ipsi super omnes ha-buerunt. Plus meruit Petrus relinquendo nauiculam, q̃ Zacheus dando tot diuitias, quia cum maiori charitate hoc egit: sic dico de aliis. Vnde Gregorius super uerbo. Matthæ. 4. Relictis retibus &c. Multum dedit, qui totum reliquit. Vnde patet. In uitis patrum legitur de quodam patre, qui optabat informari, cum quo erat glorificandus in cœlo. Respondit Angelus. Cum Gregorio Papa. Re-spondit. Ille abundauit deliciis. Ego autem pauper. Respon dit.

dit Angelus. Tu magis delectaris in una catta, quam habes in cella, quàm Greg. in omni gloria sua. Ad propositum de Apostolis. Vnde patet, q sunt maiores, & sic per consequés debent plus honorari. Sed plus hodie sancti noui uenerantur, & ueteres relinquuntur.

Tertium dicitur &c. Tres sunt operationes quas Apostoli sunt operati in præsentiarum.

Prima dicitur prædicatio.

Secunda dicitur miraculorum patratio.

Tertia dicitur martyrij consummatio.

Prima dicitur &c. Ad hoc officium fuerunt prçcipue electi Apostoli, tanquàm primi prædicatores, & fundatores Ecclesiæ. Ioan. 15. Ego uos elegi de mundo, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat. Et postquàm resurrexit a mortuis: dixit eis. Marci ultim. Euntes in mundum uniuersum, prædicate Euangelium &c. Matth. ulti. Euntes docete omnes gentes. Et hoc officium prædicationis dicitur Apostolicum, ad quod assumi non debent, nisi personæ sufficientes. Fiat practica. Apostoli habuerunt principatum in toto mundo, iuxta illud. Constitues eos principes &c. Albertus super Luc. Andræas fuit princeps populi Achaiensi in Græcia. Iacobus maior princeps populi Hispaniæ. Thomas Indiæ. Philippus Scythiæ. Bartholomæus Indiæ minoris. Matthçus Ethiopiæ. Simon Mesopotamiæ. Thadèus Aegypti. Matthias Iudæam in sortem accepit. Petrus princeps totius Ecclesiæ. Vnde Chrysostom. super Matth. Tria totus mundus mirabatur. Primum Christum post mortem resurrexisse. Secundum carnem in cœlum ascédere. Tertium duodecim Apostolos piscatores, totum mundum conuertisse. Ille. Secundum opus &c. Secundum Thom. 2. 2. quæstio. 178. Deus miracula fecit maxime propter tria. Primo propter sanctitatis alicuius demonstrationem, quem pro merito uitæ uult aliis proponere in exemplũ suæ uirtutis, ut fecit de Antonio, & de aliis sanctis. Secundo miracula fecit, ut fidem approbet. Gloss. super illud. Vt det illis hæreditatem gentium. Hæc fuit intentio miraculorum, ut gentes crederent. Quæ quidem miracula non sunt in alia natione, nisi in Catholica.

Tertio miracula fecit Deus ad confirmandam uirtutem prędicatam:& sic sunt facta miracula, & signa prędicantibus Apostolis, qui super omnes, miraculis & signis claruerũt. Nam post Christi passionem, maiora miracula fecerunt in uirtute nominis Christi, quàm fecit ipse Christus, secundũ quod ipse promiserat eis. Ioan. 14. Quid redit in me opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Quod patet. Maius miraculum fuit, quod ad umbram Petri, infirmi sanarentur, quàm quod ad tactum Martha sanaretur a fluxu sanguinis. Maius miraculũ fuit quod Paulus Dionysium conuerteret, quàm quod Christus Lazarum suscitauerit. Maius miraculũ fuit, quod Roma ad uocẽ unius piscatoris omissis secularium studiis, & deposita omni infidelitate, ad Christum se conuertit, quàm ꝙ Christus filiũ uiduæ suscitauerit. O miraculum miraculorum. O tuba Paradisi. O rectores sanctę Ecclesię. O ueri patres & amatores Christi fidelium. O splendores tenebrosi mundi. O baiulatores triumphantis uexilli sanctę crucis. Tertium opus est martyrii consumatio. Apostoli antequam haberent Spiritumsanctum, erant debiles in fide. Vnde Leo papa. Ante aduentum Spiritussancti sub ipso crucis dominicę tẽpore, alii ex discipulis effugantur, alii unius uoce ancillæ terrẽtur. Ille. Sed post Spiritussancti confirmationem, cõstãtes fuerunt ad omnia sustinenda. Act. 5. Ibant gaudentes a cõspectu &c. Et ad Roma. 8. Quis nos separabit a charitate Christi? q. d. nullus. Nullum genus tormentorum intactum remansit. Petrus crucifixus. Paulus decapitatus. Vnde Rabanus sermone omnium sanctorum. Apostolis est subiectũ triumphale martyrum nomen, qui per diuersa tormẽtorũ genera, Christi nomen ubique professi sunt. Vnde patet ꝓpositum. Historia sancti Andreę succincta Post domini Ascensionem apostolis dispersis per mundũ ad prædicandũ Euangeliũ. Andreas in Achaiã ingreditur, & ipsam Ecclesiis repleuit, ut & rex Hispanię in Granate, expulsis infidelibus, ipsum laudo su ꝑ oẽs principes. Et populum ad Christum conuertit, & super omnia uxorẽ Egeæ procõsulis Romani ad fidem cõuertit, atque eam baptizauit. Audiẽs hoc Egeas iratus ingreditur ciuitatem, q̃ dicitur Patras, & christianos

stianos omnes compellebat ad sacrificia idolorum. Cui occurrens Andreas di. Oportebat, ut te qui iudex hominũ es se meruisti, iudicem tuum, qui in cœlis est, agnosceres, & agnitũ coleres, & colendo animum tuum ab his diis pœnitus reuocares. Cui Egeas. Tu es Andreas, qui superstitiosam sectã prædicas, quã Romani principes iusserunt exterminari? Cui Andreas. Romani principes nõ cognouerunt, quõ Dei filius ueniens in mundum, docuerit idola esse dæmonia: Respõdit Egeas. Quia docuit hęc, cruci est affixus merito a Iudæis. Cui Andreas, Pro nostra salute nõ ꝑ suã culpa mortuus est. Quod patet per scripturas. Esa. 53. Omnes nos quasi oues errauimus, & dominus posuit in eo omnium nostrum iniquitatem. Cui Egeas. Nisi mihi obtemperaueris, o Andrea, ipsam crucem te faciam experiri. Respõdit Andreas. Si crucis patibulum abhorrerem, crucis gloriam non prædicarem. Ecclesi. 3. Pro iustitia agonizare. Et in 6. Ethic. Duobus existentibus amicis sanctũ est honorare ueritatem. Extra de regu. iur. in 6. Si de ueritate scandalum nascitur, tutius scandalum nasci permittitur, quam ueritas relinquatur. Iratus Egeas ipsum in carcerem posuit. Et mane facto pro tribunali sistitur, & ab ipso inuitatur ad sacrificium idolorum, aliter quod ipsum suppliciis grauib. afficiet: Cui Andreas. Quicquid uis fac, quia tanto domino meo ero gratior, quanto fuero in tormentis constantior. Ad hoc propositum. Cice. 1. Tuscu. q. d. De Theodoro, dum ei Lisimacus rex minaretur facere mori in patibulo. Respondit uoce uiua. Istis tuis purpuratis ista horribilia minare quæso Theodore, nihil inter est humi an sublimi putrescam. Vnde iussit a 20. hominibus ipsum cœdi, & cœsum manibus, & pedibus cruci alligari, ut sic longiorem cruciatum reciperet. Cum ad crucem duceretur, factus est concursus populorum di. Innocẽs eius sanguis effunditur, sine causa damnatur. Videns crucem a longe eam salutauit di. Salue crux præciosa, quæ in corpore Christi dedicata es, & ex mẽbris eius. tanquam margaritis ornata. O bona crux diu desyderata, accipe me ab hominibus, redde me magistro meo Christo, ut ꝑ te me recipiat, q per te me redemit. Hæc dicẽs exuit se & uestes ministris dedit.

Sicque

Sicque eum in cruce (vt iussũ fuerat) suspẽderũt. In qua bi duo viuens, 20. milibus hominũ astantium prædicauit. Mi nante autem turba Egeæ mortem, & dicente. Virum sanctũ mansuetum & piũ non debere ista pati, uenit ut ipsum deponeret. Quẽ uidens Andreas di. Quare uenisti Egea? Si pro pœnitentia ipsam a nobis cõsequeris, Si aũt ut me deponas scito q uiuus de cruce nõ descendam. Iam enim video regem meum qui me expectat. Et cum uellent eum sol uere nullo modo potuerunt ad eum pertingere. Tunc splẽ dor nimis de cęlo ueniens dimidia hora eum circundedit, ita ut nullus eum uidere posset. Et abscẽdente lumine Spiritum cũ lumine similiter tradidit. Maximilla uero tulit corpus eius, & optimo loco cũ aromatibus sepeliuit. Egeas autem antequã domũ redisset arreptus a Dęmone in via, coram omnibus expirauit. Fęlix gloriosissimus fuit illius martyrii finis: nam Andreas per illud meruit secreta scãdere celi: ubi cũ Christo fuit æterna pace: in secula seculorũ.

In festo Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ. In quo sermone explodiтur, ac confutatur opinio quorundam & asseritur. secundum dicta omnium sapientium: et maxime sanctorum doctorum Christianæ religionis.

Qui elucidant me, uitam æternam habebũt. Ecclesia. 24. Quãta sit Marię Virginis laus, dignitas & excellẽtia, nulla pura creatura enarrare põt. Au. i quo dã ser. De te o Virgo Maria: quid dicã pauper ingenio, cũ de te qd dixero minor laus est: q tua dignitas mereat. Si cęlũ te uocẽ: excelsior es. Si matrẽ gratiarũ dicam, præcelsis. Si formã Dei appelle: digna es. Si dominã Angelorũ te clamitem, per omnia sic esse ꝓbaris. Quid ergo dicã? quid ve referam? cum non sufficiat lingua carnis, tuas enarrare virtutes. Ille. Ideo ipsa de se ait. Qui elucidat me, hoc est qui me uenerantur: qui me laudant, qui me inuocant, uitã æternam habebunt. Verum quia quidam falso illam laudare uidentur, asserẽtes eã sine originali cõceptã, De hac Cõceptione erit sermo. In quo tria sunt uidenda per ordinẽ.

Primum dicitur opinionis.
Secundum dicitur declarationis.
Tertium dicitur confirmationis.

Primum dicitur &c. Quæritur dubiũ. Vtrum Virgo Maria sit concepta in peccato originali? Circa hanc difficultatem, duæ sunt opiniones famosæ. Vna dicit, q̃ non, alia q̃ sic, quas videbimus p̃ ordinem: Sed prius videbimus breuiter. Quid est peccatũ originale, ut sic intelligamus materiam. Egidius in tractatu de peccato originali. & Tho. 1.2. q. 77. ar. 1. In. 2. distin. 30. in 4. dist. 4. ar. 4. Peccatum originale est carentia iustitiæ originalis. Ille. Aduertendũ est secundum Theologos, q̃ Deus fecit hominem rectum, iuxta illud Eccl. 15. Inueni quod Deus fecit hominem rectum. Quia scilicet in eo omnia ĩferiora erãt subiecta superioribus. Caro enim ĩ eo erat subiecta animę. Quia nullus motibus nulla passio, aut indispositio poterat insurgere in carnem, quæ animæ ipsius repugnaret. Præterea vires inferiores erant subiectę superioribus, vt cõcupiscibilis, & irascibilis, ita erant subiectę mẽti, & rationi, ut nihil ĩ eis insurgeret, nisi secundum dictamẽ rationis. Iste ordo dicebatur iustitia. Quia iustũ est ut inferiora superioribus subijciãtur. Dic ergo in diffinitione. est carẽtia iustitiæ. Dicebatur autẽ hæc iustitia originalis, quia erat in posteros, per originem transferenda. Adam ergo peccante, & à suo superiore se auertente, ordo rationis poscebat, quod cum ipse nollet suo superiori esse subiectus, q̃d eius ĩferiora superioribus rebellarent. Propter quod caro statim cępit rebellare animæ, & insurgere in corpore, contrariæ dispositiones ipsius formæ. Ideo Adam qui potuit non mori, si non peccasset, eo peccante, necessitatem habuit moriẽdi, quàmdiu stetit, Adam in sua rectitudine, poterat non mori, & poterat nõ peccare. Poterat non mori, quia eo sic stante, nihil insurrexisset in corpore quod repugnaret animæ. Poterat nõ peccare, q̃a vires inferiores, erant omnino subiectæ superioribus. Acceperat enim Adam propter hanc originalem iustitiam vt posset stare. Poterat enim peccata vitare, Eo autẽ peccante, & à Deo se auertente, perdidit hanc originalẽ iustitiam, & hanc rectitudinem, qua inferiora superioribus erãt subiecta. Et quia huiusmodi rectitudinẽ peccando perdidit, non potuit in posteros eam transfundere. Hoc est ergo peccatum originale, quod diximus, quia ipsum origine

contrahi-

contrahimus:scilicet carentia huius rectitudinis,huius iu stitiæ originalis:cum debito habendi eam. Secūdum enim ordinem naturæ institutæ : necessariū erat iustitia originalis,ad salutem cōsequendam.Quia ergo ea caremus: & eā tenemur habere,vt sumus mēbra.Adæ.Priuatio vel carentia originalis iustitiæ cum debito habendi:est peccatū originale.Et sic patet denominatio huius vocabuli. Nōnulli tenent,Virginem fuisse immunem ab hoc.Quam cōclusionem probant tripliciter.Ratione Authoritate : Exemplo.

Prima ratio hæc est.Virgo Maria in matrem Dei electa: erat exaltāda super omnes Angelos,ut Ecclesia canit.Exaltata es sancta &c . Sed Angeli fuerunt præseruati ab omni peccato:igitur & Virgo Maria, a fortiori cū esset superior.

Secunda ratio . Absurdum est credere Virginem Mariā fuisse aliquādo in odio,& indignatione filii sui Christi,& obligatam supplicio:cum esset mater charissima:sed ꝑ peccatum originale persona dicitur filiæ iræ & deputata æterno supplicio:igitur &c.

Tertia rō &c. Virgo Maria debebat fieri speciale habitaculum Dei,ergo debebat specialius præparari,sed si cōcepta fuisset in peccato originali, non fuisset specialius ꝓparata,igitur non fuit cōcepta.Quarta ratio. Quod Deus potuit facere,& decuit,fecit. Sed Deus potuit & decuit facere ipsum, qđ Virgo Maria sine originali conciperetur igit̄ fecit.Quinta ratio . Nulla dignitas cōueniens Virgini,est ab ea auferenda. Sed concipi sine peccato originali conueniens fuit virgini,igitur nō &c.Sexta ratio.Dicitur,ff. de officio quæstoris.l.1.Illi opinioni standum est,quæ plurimorū testimonio probatur.Et Phil.li.de som.& Vig.Quod ab omnibus uel pluribus dicitur,fidē habet qđ ita sit . Et . 1.Ethi.Fama quā omnes famant,vel exclamant , nō potest in toto esse falsa.Ad propositum.Sed quasi omnes,& maxime uulgus,tenent vel exclamāt,ipsam sine originali peccato conceptā,igitur &c.De centum.94.hanc tenent opi.igitur &c.Septima ratio.Festum non celebratur nisi de re sancta.Sed festum conceptionis ipsius celebratur , igitur fuit sancta,ex cōsequēti sine peccato originali igitur &c. Octaua ratio.Indulgentiæ nō dantur nisi pro re sancta,sed Sixtus

tus Papa.4: dedit celebrantibus conceptionem indulgentiam per totam octa. Igitur fuit &c. Noua ratio. Miracula non possunt fieri nisi a sancta. Sed conceptio Virginis fecit & continue facit multa miracula: quæ continue recitantur a prædicatoribus, igitur ista cõceptio fuit sancta. Decima ratio arguunt quidam. Illud quod est per Angelum reuelatum, est firmiter tenendũ: sed beatam Virginem fuisse conceptam, sine peccato, fuit a Deo reuelatũ, ut patet de quodam Helsino abbate, qui cũ in medio mari fluctibus mergeretur, apparuit ei Angelus di. Qđ si voluisset annuatim celebrare celebrandamque prædicare, conceptionem Virginis a naufragio liberaretur. At ille cum se hoc facturum promisisset, statim sedata tempestate, saluus cum uniuersa comitiua in patriam reuersus est. Patet de primo. Secũdo arguunt authoritatibus. Primo Aug. li. de natura & gratia Excepta Virgine Maria, cũ de peccatis agitur, propter honorem domini, nullam volo prorsus habere quæstionem. Præterea Tho. in 1. sum. di. 64. q. Beata Virgo semp immunis ab oi peccato originali, & actuali fuit. Præterea indu cũt. S. Dominicum de quodam li: quem edidit de corpore Christi contra Albigẽses sic di. Sicut primus Adam fuit in agro Damasceno de terra uirginea, & immaculata formatus, sic secũdus Adam scilicet Christus, fuit de carne virginea, & immaculata cõceptus. Præterea Ansel. in Epistola ad coepiscopos Angliæ de celebranda Conceptione: Non est deuotus nec uerus amator Virginis q̃ respuit colere festum Cõceptionis Mariæ &c. De illo prædicatore qui Tholose prædicans contra hanc conceptionem, exiens de pulpito quidã canis niger affuit, qui ipsum fratrem deuorauit. Et sic patet prima opinio nostri sermonis. Secundum dicitur &c. Opi. 2. dicit oppositũ. Et probat intentum suum duplici modo.

Primo ratione Theologicali.

Secundo authoritate legali.

Primo rationib. plurimis efficacissimis. Prima hæc est. Id quod maxime resistit fidei nostræ est impiũ & crudele, & omnino non tenendum: imo respuendum, quia est resistere spiritui. S. Sed dicere. B. Virginem fuisse sine peccato ori

ginali conceptā,est resistere fundatissimæ fidei. Igitur fuit concepta in peccato origi. Maior est uera. Minor probatur. Aug. in 5. li. contra Iulianū. Omnes homines uulneratos esse peccato protoplausti Apost. approbat cū di. Omnes. n. peccauerunt, & egent gratia Dei. Dicendo omnes, nullum excepit, sed totum declarauit genus humanum, peccauerūt enim oēs, cū ex uno pctōre omnes nascātur pctōres. Vos autem dum aliquē excipitis, resistitis fundatissimę fidei, ubi Apost. ait. Per unum hominem pctm̄ intrauit in mūdū, & per pctm̄ mors, & ita in omnes pertransiit, in quo omnes peccauerūt. Nunquid hæc falsa sunt? Quis audeat hoc dicere, nisi diuinorum eloquiorum apertissimus inimicus? Idē in Epist. ad Optatum de origine animæ. Illud ubi permaxime fides christiana consistit est, ut credamus q per unū hominem pctm̄ intrauit in mundum, & per pctm̄ mors, & ita in oēs pertransit, in quo omnes peccauerunt. Scda rō. Contradicere sacræ scripturę est erroneū, & impium, ut dicitur in decr. di. 9. c. Ego solis. c. Quis nesciat. c. Si ad sacras, & 24. q. 3. c. Quidā autē, & c. Hæresis. Sed dicere Virginē fuisse conceptam sine peccato originali, est contradicere sacræ scripturæ, igitur fuit cōcepta &c. Quid dicis o Paule. Ro. 3. Omnes peccauerunt, & c. 5. Per unū &c. Super quo August. Apost. dicendo omnes, nullum excepit, quinimo totū genus declarauit humanū. Ille. Cur o pr̄ Augu. non excepisti hic mrēm Dei: cum de illa fueris deuotus? Rn̄. Nō possum in hoc loco, quia in numero aliorū est. In quo oēs inquit Apost. Excepi eam qn̄ debui: & bene locutus sum de pctō actuali. Et ubi o pr̄ Augustine? in lib. de natura & gratia, ut etiam ponitur a magistro in 3. di. 3. Si oēs sancti & sanctę, cum hic uiuerent interrogati fuissent, an peccatum haberent, omnes una uoce clamassent. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus: & ueritas in nobis nō est. Vbi Aug. loquitur de actuali, non originali peccato, ut quidam garrulāt. Vnde patet ratio. Tertia ratio. Nullus damnatur pœna mortis, nisi ex peccato originali: patet Gen. 2. vbi dicitur. Morte moriemini. Virgo Maria mortua est. Imo patet. quia Ecclesia confitetur: igitur fuit subiecta morti. Mors fuit pœna peccati originalis. Ipsa cum aliis

mortua est, igitur fuit concepta in originali. De Christo dē quod pro nobis. Quarta ratio. Attribuere Virgini qđ est solius Christi, est impium & nefarium. sed concipi sine originali est solius Christi: igitur &c. Vnde Bon. in 3. dist. 3. q. 1. art. 2. Non enim omnis honor, qui attribuitur filio attribuendus est matri, quia sic non esset Virginem honorare, sed potius contumeliam facere. Et Bernar. Virgo regia falso non eget honore, ueris honorum titulis cumulata. O stulti seculares, qui putant Virginem honorare & ipsam ui tuperant. Quinta ratio & ultima erit: asserere contrarium & oppositum eius, quod fere omnes famosi doctores tenent, est impium & temerarium. Sed Beatam Virginem non fuisse conceptam in peccato originali, est oppositum eius quod fere omnes doc. tenent: Igitur dicere uirginem non fuisse conceptam in originali est impium. Vnde Glos. super c. Decimam de decimis ubi. di. Inn. Opinionib. magistrorum non uult derogare. & de restitutionibus spolia. c. Literas & ff. de origine iur. l. 2. §. post origenem. Vnde qđ a pluribus & præcipue sapientibus dicitur; firmiter est tenendum, & illud negare est temerarium. Ad propositum. Non solum antiqui docto. sed etiam posteriores tenuerūt, & in scriptis reliquerunt, ꝙ Virgo Beata, & omnes homines, præter Christum, in sui conceptione peccatū cōtraxerunt, quod patet triplici testimonio, in præsentiarum.

Primo Ecclesiæ Doctorum.
Secundo Canonistarum.
Tertio Religionum.

Primo Augustini in 5. contra Iulianum. Omnes ad mortem per Adam. Omnes ad uitam per Christum, quia sicut in Adam omnes moriuntur, & ita in Christo omnes uiuificantur. Vos aūt dum non omnes, sed multos, siue per Adā cōdemnatos, siue per Christum liberatos uultis intelligi, horrenda peruersitate, Christianę religioni estis infesti. Ille. O Gregor. quid dicis in 12 moralium. Nullus sine peccato fuit, nisi ille qui in hoc mūdū uenit sine peccato. O Hiero. quid dicis super illo uerbo Psal. 21. De manu canis unicam meā. Vnica est anima Christi: quia sola est sine peccato. O Ambros. Quid dicis super Lu. 2. Quod enim ex te na

scetur

ficetur sanctum, Solus enim per omnia est natus de fœmina sanctus dominus Iesus. Et Ber. in Epistola ad Lugdunēses de festo Conceptionis non celebrādo. Libenter Virgo hoc honore carebit, quo uel peccatum honorari, uel falsa uidetur induci sanctitas. Nulla enim ratione placebit cōtra ritum Ecclesiæ præsumpta nouitas, mater temeritas, filia superstitionis, soror leuitatis. Ille. Sic tenet Leo Papa in multis suis sermonibus. Sic Ansel. in li. Cur Deus homo. Et Beda in homilia super Missus est. Cassiodorus super Psal. Hugo in lib. de sacramētis. Alanus in expositione symboli. Guilelmus Durādi in rationali diui. offi. Henricus de Gādauo in quodlibetis. Præterea iterū Aug. in 2. contra Iulianū. Omnes inquit homines illi primorum parentū peccato nascuntur obnoxii, hoc qui negat. Christianæ fidei fundamenta subuertere conatur. Vna est enim omniū Catholicorum firma fides, qui per unum hominem peccatum intrasse in mundum, & ita in omnes pertransisse, uno corde credunt, uno ore fatentur, & uestras nouitas præsumptiones catholicas antiquitate subuertunt, propter quā catholicam ueritatem, sancti ac beatissimi diuinorum æloquiorum clarissimi sacerdotes Hyreneus. Cyprianus. Reticus. Olympius. Hylarius. Ambrosius. Gregorius. Theophilus. Innocentius. Ioannes. Basilius, quibus, uelis nolis, addo Hieronymum Præsbyterum, ut omittam eos, qui nondum dormierunt, aduersus uos proferunt de omnium hominum peccato originali obnoxia successione sentētiam, vnde nemo excipitur, nisi solus ille, quē uirgo sine lege peccati concepit. Ille. Ad Canonistas uenio. Gratianus compilator decre. de conse. dis. 3. & 4. per totum inter alia in c. firmissime tenē. sic dic. Firmissime tene, & nullatenus dubites q. omnis homo qui per concubitum uiri & mulieris concipitur, cum peccato originali nascatur. Ioan. Theutonicus glosator decreti. de conse. di. 3. c. pronunciandum. & di. 4. super. c. Per Bap. vbi sic dicit. Festum Conceptionis Virginis Mariæ non est celebrandum, quia fuit concepta in peccato, sicut cæteri sancti: excepta unica persona Christi. Ioānes Andreas doctor Bonon. super c. conquestus. extra de feriis. Idem dominus Hostiensis, in Sum. sua. titu. de pœn. &

remiſ. Idem dominus Ioãnes Calderinus doctor Bono.ſu per.c.conqueſtus,ſupra.Idem dominus Petrus de Bruto in ſuo repertorio,in litera conceptionis.Ordo minorũ Bona. in 3 Si Beata uirgo non habuiſſet aliquod peccatum, non fuiſſet Chriſti morte redempta, quod eſt impiũ & nefariũ. Alexãder de Ales Doctor Pariſiẽ.in 4.par.ſum di. Si beata uirgo Maria non fuiſſet cõcepta in p̃cõ originali, non fuiſſet obligata peccato,nec pœnæ,nec habuiſſet reatũ peccati,ſed qui non habet reatum peccati, non indiget redemptione,quia redemptio eſt ſolum propter obligationẽ peccati, uel pœnæ, & propter reatũ peccati,ergo Beata Virgo non indiguiſſet redẽptione facta per Chriſtum, quod non eſt ſecũdum Catholicam fidem ponendum.Ille. Idẽ tenet Ric.de media uil.in 3.di.3.Anima inquit.Beatæ Virginis ex ſui unione ad carnem,originale peccatum contraxit.Et Nic.de Lyra ſuper illud.Spiritusſanctus ſuperueniet in te. Bene dixit ſuperueniet in te;quia uenerat Spũſſanctus ſup Virginem adhuc in utero matris exiſtentẽm,eam ab originali peccato purgando, ut cõiter dr̃. Et frater Iacoponus de eodem ordine,in laude uulgari, ſic eleganter & optime loquitur.O Virgo ſupra fœminas.Sancta Maria beata: ſupra fœminas dico. Quilibet naſcitur inimicus,poſtquam anima in uentre clauſa, fuit infuſa uirtus altiſſimi te ſanctificauit,diuina unctio te ſanctam fecit,& omnis immunditię fuiſti expers. Ab originali peccato,quod Adam ſeminauit, & cum quo quiſque naſcitur tota fuiſti mundata. Idem dicunt Doc.ſequentes. Aluarus Hiſpanus eiuſdem ordinis.Ioannes de Rupella.

Robertus Canton.

Reginaldus Archiepiſcopus Rothomagenſis.

Ioannes Rigaldi.

Bertrandus de Turri Cardinalis.

Bartholomeus de Piſis.

Gerardus Odonis in lib. de figuris.

Ordo Eremitarũ.Egidius de Roma in quodlibet. Beata inquit Virgo ſine dubio originale peccatum in ſui cõceptione contraxit. Aug.de Anchona ſuper Epiſtolas Pauli. Facinus de Aſt.in 3.ſen.di.3.Gregorius de Arimino in 3.

ſen.

sen.di.30.q.2. dicit secũdum authoritatẽ sacræ scripturæ: Et Au. Et Ambro. Et Ansel. Firmiter tenendũ est Virginẽ in originali peccato fuisse cõceptam. Ordo Carmelitarũ, Guido Episcopus in 3. quodlibet. q.3. Sequẽdo rationes, & authoritates canonum & sanctorum: salua puritate Virginis teneo, quòd beata Virgo, fuit concepta in peccato originali. Et Paulus de Perusio in 3. dist. 3. Firmiter tenendum est beatam Virginem fuisse in originali peccato conceptam, tum quia fuit concepta per concubitum viri & mulieris, tum quia solus Christus fuit conceptus sine peccato. Ordo Cartusiensium qui per totum orbem festum hoc nõ celebrat nisi sub nomine sanctificationis, dicens in prima oratione. Supplicationem seruorum tuorum Deus miserere exaudi, ut q in sanctificatione. Idem Dominus Ionnes Calcar ĩ sermone de natiuitate, & cœteri alii. Ordo Cistercienfium. Oddo abbas in homil. super Euãge. Stabat iuxta crucem Iesu. Et dominus Anibaldus super. 3. dist. 3. & alii plures. Præterea doctores seculares deuotissimi, & in sciẽtia famosi. Hugo de sancto uictore li. de sacramentis lib. 2. parte. 2. ca. 6. Ricardus de sancto Victore super illud. Spiritus sanctus superueniet in te. Petrus Lombardus in suo. 3. lib. sen. di. 3. Ordo prædicatorum. Tho. in 3. par. q. 23. arti. 3. in 1. 2. q. 71. ar. 4. in 2. senten. dist inct. 13, ar. 2. Sic Petrus de Taran. in 3. dist. 3. & Hugo Gallicus in 3. di. 3, & Durandus in 3. di. 3, Petrus de Pal. in 3. distin. 3. Alber. in. 3. dist. 3. Dicere inquit, beatam Virginem non fuisse cõceptam in peccato originali, est hæresis condemnata a. b. Bern. Et ab omnibus magistris Parisius Herueus ordinis generalis. Vgo Cardin. in expositione Luc. Nicolaus Traueth. Robertus Holcot. Martinus qui fecit cronicas. Vincentius qui fecit specula. Iacobus de Voragi. & omnes alii qui sunt ĩ numero, 49. huius ordinis, affirmantes hanc opinionem. Quid uobis uidetur ciues mei super hoc? Quare omnes religiones non pugnant pro doctoribus suis? Ecce quot doctores, quot sapientes hoc affirmant. Sed dicunt emuli nostri quod fuit priuilegiata: quia a peccato præseruata. Ostendant illud priuilegium, & eis fidem dabimus. Tertiũ principale dicit responsionis ad ar. Vbi suprà

& ad rationes.Respondeo ad singula. Ad primũ de Angelis,qui preseruati fuerũt,multo magis Virgo Maria.Angeli non habuerunt possibilitatem, ad contrahendũ peccatũ originale,qui fuerũt oẽs immediate creati a Deo, & nõ p originẽ seminaliter ppagati,sicut Virgo Maria, sed bene habuerũt possibilitatẽ ad peccandum actualiter,& ideo nõ fuerunt præseruati a peccato originali,sed ab actuali,quia præseruatio a malo,præsupponit possibilitatẽ eius,q præseruatur ad illud malũ,quantũ est in se. Et sic patet responsio ad primum. Ad secundũ de indignatione filii,esse odio sum Deo potest cotingere dupliciter. Vno modo per actũ uoluntatis proprie,& hoc non fuit in Virgine.Alio modo, non propria uoluntate,sed uterina conceptione, pter inordinatam uoluntatem primi parentis, a quo seminaliter persona propagatur.Et hoc non est absurdum,sed necessarium credere hanc iram habuisse. Sed postquàm fuit mater Dei,uel postquam fuit ex utero nata, nunquàm fuit Deo odiosa,uel in indignatione filii, sed sp fuit ab eo dilecta. Ad tertium de habitaculo. Respondeo. Virgo Maria fuit speciale habitaculum,dato quod in peccato originali fuit cõcepta:quia præceteris sanctis,specialius fuit ab eo originali peccato mũdata. In sua sanctificatione copiosius cęteris,munus gratiæ accepit,ut non solum purgaretur a peccato,sed ut etiam tota eius uita redderetur immuuis a peccato actuali,mortali & ueniali,quod nulli sanctorum concessum est.Vnde excessit omnes in sanctificatione.

Ad quartũ respõdeo, quod licet Deus de potentia absoluta potuisset præseruare uirginem a peccato originali,cũ hoc non implicet cõtradictionem, quia nõ erit impossibile omne uerbum;non tamen potuit de potentia ordinata; quæ consideratur circa ordinem a diuina sapientia institutum;secundum quem ordinatum fuit,ut Christus esset omnium redẽptor, quia si fuisset præseruata nõ indiguisset redemptione facta per Christum. Ad quintũ respõdeo secũdum Egidium de Roma.ordi.Eremi.in 6.quodlibet.Cõceptio in originali peccato non derogat dignitati Virginis, quinimmo plus commendatur,& congruit officio suo,per quod facta est,ut esset mediatrix nostra, & membrũ Christi,

sti, quàmuis enim concipi in peccato originali, non sit secundum se laudabile, tamen inquantum per hoc fit homo membrum Christi, prout a tali peccato liberatur, pertinet ad laudem eius. Vnde negare Virginem originale peccatum non contraxisse, est negare illam ad Christum ordinem habuisse, & negare illam membrum Christi fuisse. Vnde magis est laudabile cum peccato fuisse.

Ad sextum. Respondeo, quòd plures sunt, qui credunt, & affirmant conclusionem de originali, quàm in partem oppositam. Nam ducenti quinquaginta doctores istud asserunt, & quamuis plures uulgares hoc teneant. Nos autem fidem præstamus doctis.

Ad septimum Respõdet Albertus de Brixia, in summa de instructione cõfessoris, quàmuis Virgo in originali fuerit concepta, tamen creditur in utero matris suæ sanctificata fuisse, antequam nata ex vtero, & ideo circa cœlebrationem conceptionis eius, diuersa consuetudo Ecclesiarũ seruatur. Romana Ecclesia consyderans Virginem fuisse in originali conceptam non celebrat festum Cõceptionis eius. Aliquæ uero Ecclesiæ consyderantes sanctificationem eius, in utero matris suæ, post animationem factam, tolerante Romana Ecclesia, festum conceptionis eius celebrant. Vnde celebritas nõ est referenda ad conceptionẽ, ratione conceptionis: sed ratione sanctificationis eius in utero factæ post conceptionem, cuius sanctificationis festum in die conceptionis celebratur. quia quo tempore sanctificata fuerit, ignoratur. Ille. Præterea hoc festum toleratur, inquantum refertur ad sanctificationem Virginis conceptæ, & non ad conceptionem eius. Et ita dicit Oratio, quæ dicitur in hoc festo Romæ in sancta Maria maiori. Deus qui sanctificationem Virginis Mariæ. Vnde non est festum conceptionis: sed sanctificationis. Concordat super hoc Io. An. super ca. conquestus. extra de feriis. & alii quàm plures.

Ad octauum de indulgentiis respondeo, De ipso solo legitur quod sit istius opinionis, cum alii sanctiores fuerint opinionis contrariæ, ut patet de suis antecessoribus. Præterea vt Vicarius Christi errare non potest: se bene ta

lis homo & persona:ideo &c. Ad nonum de miraculis. Respondet Tho. 2.2.q.17. quod miraculorũ aliqua quidẽ nõ sunt vera:sed fantasticę facta:quibus.s. ludificatur homo: ut uideatur ei aliquid quod non est:vt quotidie fieri cernimus per incantationes. Quædam sunt uere facta: sed non uere habent rationem miraculi; quia fiunt uirtute causarum naturalium. Vnde concluditur quod huiusmodi miracula, forte sunt arte demonum:vt demones decipiant eos: & in hoc errore teneãt: vt suscitet discordias inter uiros religiosos. Ad propositũ. Ex deuotione quam homo habet ad Virginem erit miraculum, nõ ratione conceptionis:sed deuotionis matris, quam ad illam habet: & ratione fidei. Ad decimum de reuelatione. Respõdeo quod nõ est uerũ de reuelatione illa:nec sunt ista dicenda de Anselmo: ut ꝓbat Vincẽ. in Speculo lib. 26. c. 36. sed malitiose sunt posita. Ansel. imposita. sicut false beato Ber. de macula in frõte quod est absurdum:imo hæreticum. Vnde scriptura in Apo. Sine macula enim sunt ante thronũ Dei. Et Alibi, nõ intrabit in ea aliquid coinquinatum. Secũda probatur autoritate. Ad uerba Aug. Respondeo: ꝙ loquitur de actualibus contra Pelagiũ: à quibus immunis fuit Virgo Maria: & non in originalibus. Ad illud de sancto Tho. Respõdeo quod Tho. bene dicit, ꝙ Virgo fuit immunis ab omni peccato:pro eo tempore, quo incępit esse mater Dei: & deinceps usque in perpetuũ fuit immunis a peccato originali: cum hoc tamen uere stat, ꝙ fuerit concepta in peccato originali:nã omnes christiani sunt immunes a peccato originali:tamen fuerunt concepti in peccato originali. nõ enim dicit Tho. ꝙ virgo fuerit immunis ĩ sui cõceptione a peccato originali:sed dicit q̄d fuit immunis a peccato originali. quãdo. s. pręparata fuit, ut esset mater Dei: & sic patet respõsio ad argumẽta illius opinionis. Ad illud de. S. Dominico respondeo ꝙ Vicen. histo. lib. 3. c. 96. historiã recitat illius libri: q in flammas proiectus ter exiuit illesus pęnitus. Sed ꝙ fuerit de corpore christi nullam facit mentionem: vnde non præstatur fides talibus. Præterea nunquam fuit reputatum hęreticum tenere beatam Virginem fuisse conceptam in originali:ideo non erat opus, ut ꝑ illam

iam autoritatē;beatus Dominicus impugnaret hęreticos. Præterea talia apud nos non sunt. Ad illud de Anselmo. Non est deuotus,nec verus amator uirginis. Respōdeo q̈ de re non sunt uerba Anselmi: sed confiсta ab aliquo,uolē ti decipere stolidum uulgus. Ad illud exēplum de illo qui comedit fratrem illum.sunt dementiæ & fatuitates.

In festo sancti Thomæ Apostoli.
De fide Sermo magnus.

NOli esse incredulus:sed fidelis.Ioan. 20. Ab optimis, & excellētibus Theologis, cū stabili & firmo fundamento: inter uirtutes Theologicas, & cardinales:maxime est necessaria cunti ad paradisum uirtus sanctæ fidei:quia ut uult Tho.2.2.q.iiii art.1. In primo cōtra gen.c.5.6.7.In q.di.de ueri.q.14.ar.2.Fides est substantia, radix,& origo omnium uirtutum,& bonorum spiritualiū. Dio.lib.de di.no.c.7.Fides est unicum credentium fundamentum,radix & origo omnium virtutum, & bonorū spiritualium, Et sicut radix arboris est fundamentum omniū fructuum,ita fides omnium bonorum spiritualium. Vnde Apostolus.1.cor.2.Fundamétum aliud nemo potest ponere,scilicet necessarium ad salutem, præter id quod positū est,q̄d est Christus Iesus,s.fides Iesu Christi, Quod affirmatur p̄ Aug.de fide ad Petrū.Firmissime tene,& nullatenus dubites,non solum omnes paganos, sed & omnes iudæos,& omnes hęreticos atq; scismaticos qui extra Ecclesiam præsentē finiunt uitam in ignē æternū ituros, qui paratus est Diabolo & angelis eius.Ille.Et Pius Papa Episcopus seruus seruorū Dei illustri Machemeto turchorū principi,timorem diuini nominis pariter, & amorem. Sapientibus,& insipientibus debitores sumus,& oēs cupimus saluos fieri Græcos,Latinos,Iudeos,Saracenos, oībus optamus bona. Sed scimus uera bona neminē assequi posse,qui extra Ecclesiā degit,& a Christo dn̄o alienus est.Ille. Q̄d considerans Apostolus Thom. cū fuisset incredulus p̄ dies aliquot,de xp̄i resurrectione,& dicentibus aliis. Vidimus dominū.Ille dixit.Nisi uidero in manibus eius fixurā cla-

uorum,& mittam manum meam in latus eius, nõ credam: Apparenti autem ei dixit. Dominus meus, & Deus meus, cõfessus est humanitatem in uerbo Dominus meus & diuinitatem in uerbo Deus meus. Et tu dicit Grego. in homel. Plus profuit nobis Thom. infidelitas, quam fides credentium discipulorum. Hoc fuit magnum priuilegium super omnes Apostolos. Secũdum sententiam Alber. super Luc. Quidam cognouerũt Christũ resurrexisse in uisu,& Cleophas & Lucas eũtes in Emaus. Luc. ult. Quidam ex auditu ut Petrus. Mar. 16. Dicite discipulis eius,& Petro. Quidã ex gustu, ut discipuli qui ad piscationẽ fuerunt. Ioan. ulti. Quidam ex tactu & uisu, & Thom. qui Christum tetigit. Vnde Ecclesia. O Thoma dydime, qui meruisti Christũ tãgere. Cui Christus dixit assũpta uerba. Noli esse &c. In quibus uerbis de laudibus fidei Thomæ, nostræ erit hodiernus sermo, ubi tria uidenda sunt de ea. Sermonẽ habes in quadragesimali.

In die Natiuitatis Domini.
Sermo inestimabilis.

EVangelizo uobis gaudiũ magnum, quod erit omni populo, quia natus est uobis hodie saluator mundi. Luc. 2. Grandem facundiam, & stylum, ac uerborum ornatũ requirit solennitas hodiernæ natiuitatis, specialis uerbi incarnati, qđ in tali die, pro recuperatione,& redemptione infœlicis humanæ naturæ, nostra passibili & mortali carne uestitum est. Et uere sicut Deus uoluit ostẽdere suam infinitam potentiã, in principio mundi: in creatione creaturarũ: eas producẽdo de non esse ad esse: iuxta illud. Dixit & facta sunt. Idem. Omnia quæcunque uoluit dominus fecit. Et Beda in homel. Zachei. Quæ ipossibilia sunt apud homines: possibilia sunt apud Deum. Ita in ultima ætate huius temporis, uoluit ostendere suam infinitã miseriam, quod de natura humana, facta captiua in manu Diaboli illã uoluerit liberare, mediãte incarnatione filii sui. O magnum priuilegium nobis concessum. Secundum Thom. super Epistolas Pauli. Deus diuersis modis, uoluit

loqui

Præterea Eusebius in cronica de Octauiano Imperatore, cum totum mũdum subiugasset Romanorum Imperio, intantum placuit senatui, ut eum pro Deo colerent, prudẽs uero Imperator, mortalem se intelligens, nomen immortalitatis, noluit usurpare. An instantiam illorum importunam, sibyllam prophetissam aduocauit, uolens scire per oracula, si in mundo eo maior aliquando nasceretur, cum in die natalis domini in camera Imperatoris oraculis sisteret sibylla, in die media, circulus aureus apparuit circa solem, & in medio circuli, Virgo pulcherrima, stans super aram, puerum gestans in gremio. Tunc sibylla Cęsari ostẽdit. Cum super hoc Cæsar admiraretur, audiuit uocem di. Hæc est ara cęli, & sibylla dixit ei, Hic puer maior est te, ipsum adora. Eadem camera in honorem sanctæ Marię dedicata est, & dicitur camera arę cęli. Præterea fons aquæ in liquorem olei conuersus est, qui erumpens se usque ad tiberim profluxit, tota die emanauit oleum, ut sibylla prædixit.

Pręterea in oriẽte uinea Engadi floruit, quæ balsamum dedit loco myrrhæ. Præterea Romæ 12. annis fuit pax. Vnde Romani templum pulchrum pacis fecerũt, & ibi statuã Romuli posuerunt. Consulentes Apollinem quantum duraret? Respondit eis. Quousque Virgo pareret, posuerũt Titulum pacis æternum. In hac nocte corruit, & est ibi Ecclesia sanctæ Marię noue.

Præterea Angeli cãtauerunt in hac hora. Gloria in altissimis Deo &c. Pręterea Ecclesia signũm letitiæ ostẽdit hodie, quia tres missas celebrat. Quod facit scd'm Rich. 4. dis. 12. & de conse. dis. 1. c. Nocte in glo. hac rõne. Vna dicitur ante lucem in tenebris, signat tempus ante legem, qua

do eramus in tenebris. Secunda cum dies fit, signa tempus sub lege, quando nondum plena agnitio de Deo habebatur. Tertia in die plena, significat tempus gratiæ? quando iam plena cognitio de Deo habetur. Præterea pastores sunt lætati: quia adorauerunt Christum hodie, & nos debemus facere, ut dicit laus sancta. Canta. Laudemus amorem diuinum Iesum illum decorum infantulum, natum de Virgine Maria. Laudemus tota mente Iesum nobis præsentem.

In festo sancti Stephani Prothomartyris.

GLoria & honore coronasti eum domine. In Psalm. 8. Quot fuerint tormenta, angustiæ, & uexationes, quæque strenui & indeficientes uitæ æternæ milites fuerint, & sint afflicti in præsenti uita pro diuino amore, aperte declaratur si scripturas & eorum gesta inspicimus, unde ex hoc quidam antiqui Philosophi nullam dixerunt esse diuinam prouidentiam. Vnde Lactã. in 3. lib. cap. 17. introducit Epycurũ. Videbat Epycurus bonis semper aduersa accidere paupertatem, labores, exilia, charorum amissiones, malos contra bonos esse, augeri potentia, honorib. affici, uidebat innocentiam minus tutam esse, scelera impune committi. Ex hoc estimauit nullam in Deo esse prouidentiam. Ille. Et Dauid in Psalm. Vsquequo peccatores domine &c. Si tu es iustus quare mali prosperantur, & boni tribulantur? Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros libani. Et ne tales admirentur, cogitare habent illud quod scribit Apostolus ad Hebre. 12. Flagellat autem Deus omnem filium, quem recipit. filium suum, quem diligit, ita Deus pater electos suos affligit, ut gloriosius coronentur. Quod pulchre declarat Lactant. in 6. libr. capit. 23. Deus homines pro liberis habet, sed corruptos & uitiosos, luxuriose ad delicate patitur uiuere, quia non putat emendatione sua dignos. Bonos autem quos diligit, castigat sepius, & assiduis laboribus ad usum uirtutis exercet, nec eos caducis ac mortalibus bonis corrumpi, ac deprauari finit. Vnde nemini mirum uideri debet, si pro

nostris

nostris sæpe delictis castigamur, a domino. Imo vero cum uexamur, ac premimur, tum maxime gratias agimus indulgentissimo patri, quod corruptelam nostram non patitur longius procedere: sed uerberibus emendat. Ille Stephanus per hanc uiam fuit coronatus, qui dicebat in tormentis. Video cœlos apertos &c. Secundum Albertum. Quidam sunt in cœlo tanto corde, ut pigri, qui bona proposita quæ habent, opere non implent. Quidam tantum ore, ut prædicatores uerbosi. Quidam tantum opere exteriori, ut uaneglориosi. Quidam omnibus modis, ut Stephanus. Quare a Deo magno coronatus est una incontaminata corona. Sicuti uerba proposita attestantur, quæ in eius præconiis canit Ecclesia sancta. Gloria & honore &c. Et quamuis multæ fuerint causæ coronationis suæ, tamen præcipue constantia martyrii sui. De qua uolo tractemus. Ubi tria uidenda erunt.

Primum dicitur diffinitionis.

Secundum dicitur determinationis.

Tertium dicitur conuersationis.

Primum &c. Ex uerbis Tulii in Rhethorica sua, talis datur diffinitio. Constantia est uoluntaria perpessio rerum difficilium, & arduarum. Circa intelligentiam prænarratæ diffinitionis, & clariorem euidentiam: Notanda est sententia Theologorum, quod opera hominis sortiuntur principium a uoluntate. Et pro tanto peccatum dicitur, quanto a uoluntate procedit, ut & Sancti Canones affirmant 15. quæst. 1. non est. cap. merito. cap. illa. & 23. quæst. 4. cap. Nabuchodonosor. Et per iuristas. C. de postulando. l. Nemo. C. ad l. Iuliam maiesta. l. Quisquis. Et C. de Episcopis & cleri. l. Si quis non dicam. Et C. ad l. Corneliam de sicariis lege prima. Crimen non contrahitur, nisi uoluntas nocendi intercedat. Exemplum de oculo, qui uaghizat & manu quæ occidit. Quod totum a uoluntate procedit, & opus pium sic est bonum, & meritorium, p quãto est uoluntariũ. Ideo Ps. Voluntariæ sacrificabo. &c. & Ambr. Voluntarium sibi militem eligit Christus & Tullius in 2. Rhetoricæ nouæ. Voluntatem in omnibus rebus spectare conuenit. Ideo dicitur Constãtia est uolun-

raria perpessio. Quia si non uoluntaria non est meritoria. Sequitur. Rerum difficilium, & arduarum, non ex punctura dicitur quis martyr, sed difficilium. Quia ut ait Albertus. 5. compend. Virtus constantiæ est aggredi ardua, & aduersa ęquanimiter ferre. In quibus uerbis sunt tres conclusiones notandæ.

Prima est, Quare Deus per aduersam fortunam, & non prosperam uoluit suos coronare.

Secunda. Quale remedium est tépore aduersæ fortunæ.

Tertio. Quale premium datur huic aduersæ fortunę.

Circa primũ. Respondét Theologi. Quod Deus uoluit agitari suos in hac uitā, aduersa fortuna, & non prospera. Quia prospera fortuna, est causa multorũ malorum Deut. 33. Incrassatus est dilectus meus &c. Oseæ. 2. Dedi eis frumentum, uinum, & oleum, & multiplicaui eis argentũ, & ipsi fecerunt Baal. i. conuersi sunt ad idolatriam, & omnia mala. Ad practicam. Ille depręhēditur habere multa bona temporalia, & lumbos pingues, & dicit, Heus qui habet paradisum in hoc mũdo, hēt in alio. Dicāt prædicatores q̃ equid &c. Quę ueritas habetur de altera uita, Nemo ad nos reuertitur. Voluptatem, & tempus bonũ capiam. Et negligit diuina, spernit Deum, spernit proximum. Quis es talis? unus mendicus. Incrassatus est dilectus meus & recal. Qđ patet exemplo, primo de Dauid, qui multis uictoriis adeptis; fortuna prospera eum deiecit, quia commisit adulterium, homicidium, & superbiam. Pręterea Salomon in prosperis positus. In diuitiis quatercenties mille. In sapientia tria millia para. 5000. uersus. In fama, &c. Vbique fortunatus, tamen prospera fortuna deiecit, circa mulieres. Præterea Hieroboam ante regium sceptrum, bonus fuit; rex coronatus, adorauit uitulos. Præterea Nabuchodonosor fretus prosperitate, superbiuit contra Deum di. Nonne hæc est Baby. &c. Præterea Manasses regno habito, pessimus fuit. Fortuna ergo prospera est causa multorum malorum. Vnde o ciues mei quod Italia facta est spelunca latronum, ac uitiorum sentina. Vere ob opulentiam bonorum temporalium, ideo Turchus Romę, quæsiuit ab Antonio de Pistorio di. Italia vbi dormit, inter Crassum & Midam.

Midam. Respondit, id est, piguedine auaritiæ, quia mundus nunquam fuit tam diues, ut nunc, & nunquam sic auarus. Et hoc totum propter pompas quę fiunt. Mulier unius Pelecani uult æquiparari mulieri unius comitis. Non est sermo nisi de rapinis & usuris. O pater hoc anno granum tantum ualebit. Scio quid loquor. Maximilianus. Rex Neapolitanus, faciunt, ueniunt. O hæretice morieris. Vnde quidam uulgaris super Italiam scribens di. Dulcis anti quarum historiarum memoria, me ad cantandum hos uersus inducit de Italia, & Lombardia infœliciter de genere imbastardita dicitur, quia degenerauit a bonis moribus. Et Dantes 6. Purgatorii ab Alberto Alemano, ubi repre hendit Imperatorem, quia non uisitauit Italiam. Et Romã reprehendit propter peccata sua, & q͂a fortuna prospera est causa multorum malorum, ideo pijssimus Deus per aduersam fortunam, quę est causa omnium bonorum nostrorum, suos uoluit coronare. Quid dicis o Dauid. Canta. Imple facies eorum &c. usque domine. Quod patet elapsis annis, dum pestis crassaretur in hac miserabili Italia, sed nondum finis. Populi construebant Ecclesias, ad Deum clamabant, Letaniæ cantabantur. Sancte Petre, Sancte Stephane, ora pro nobis, & tu o ciuis, qui dormis in diuitiis. Prouidentia diuina te tetigit cum aduersa fortuna. Filius infirmatur, quem doctorare uolebas, domus incenditur, æquus moritur, uxor infirmatur, sclaua ingrauidatur. Hæc omnia Deus facit, ut per aduersam fortunam ad eum conuertaris. Quod patet exemplo Vincentij historialis, de illo Duce, qui dicebat Deum partesanum. Cui Angelus apparens dixit ei. Veni mecum. Qui reppetit in uia solum caput cum barba, inde progrediens inuenit aliud caput unius militis abscissum. inde repperit filium unius magni domini submersum in aqua, quem pater cum lachrimis quærebat, exposuit autem ei Angelus omnia ista. Caput illius barbati fuit cuiusdam heremitæ, qui sub prætextu Sanctitudinis & barbæ, multa mala intendebat facere. Cui Deus collum fregit, & dolens saluus est. Caput illius militis fuit unius ciuis, qui plura mala intendens facere, miles fieri uoluit, sed occisus est & saluus. Filius illius ciuis

aqua

aqua submersus est, erat occasio damnationis patris, si uixisset. Sed fortuna aduersa ipsum ciuem ad gradum pristinum pietatis reduxit. Et de Rege Alfonso, qui præuentus in Sicilia di. Collaudo Deum qui me aduersa cum fortuna liberauit, coronam regni abstulit, reginam meam in manibus Barbarorum dedit, ut sic me ad eũ conuerterem Exemplum Melaniæ, de qua Hiero. ad Paulam, quæ orbata duobus filiis, & uiro uno, & eodẽ die oppressa, in uno puncto tot infortuniis, noluit desperare, existimans per aduersas fortunas coronari. Idcirco prouoluta ad Christi pedes dixit hæc uerba. Expeditius tibi seruitura sum domine, quia tanto me onere liberasti. Vnde hoc quod quidam sunt lapidati. Quidam omnibus membris laniati. Quidam ... uere ut per aduersam fortunam ad uerum Deum reducerentur.

Secunda conclusio. Quale remedium est homini posito in aduersa fortuna? Respondeo quod sola constantia. Et rõ Thom. 2. quæst. 136. Quia in hoc mundo positus est in loco certaminis. Iuxta illud. Militia est uita &c. vndique habet angustias. Iuxta illud. In mundo pressuram habebitis. O quot diuitiarum angustie de filiis, de fama. Hierony. ad Heliodorum. Vbique luctus, ubique gemitus, & plurima mortis imago. & si quando fulget gloria, honore, diuitiis, tibi dico o tyrãnæ, tñ expecta modicum, quod fortuna ꝓspera uertit tibi spatulas, quia post prospera succedunt aduersa, post diuitias paupertas. O quanti antiquitus ferebãt uestem & mantellum rosati, & manicas rubras, & edebant panem frumenti, & nunc edunt gemitus, inter ostia clausa magnæ miseriæ. Et quot domini temporales foris uidentur honorati, qui tamen intus cum uxore & filiis comedunt panem doloris. Ideo Sene. Nescit fortuna quiescere, lætis gaudet, tristia miscet nemo sedis confidat. Idem. Neminem eo fortuna prouexit, ut nõ tantum illa minaretur, quantum promiserat. Noli huic tranquilitati confidere. Memento, mare reuertitur eodem die ubi luserũt, nauigia sorbentur. Quod patet exemplis Paganorum, & Modernorum. Primo &c. De Dionysio dño Siciliæ, qui fortunam in omnibus obsequiosam habuit. Tandem de patria expulsus

ſus tranſiit in Græciam, & propter inopiam pedagogus factus eſt puerorum, ut refert Vale. lib. 6. cap. 9. & Craſſo Romano, qui in conſulato fulſit tanta gratia, ut patronus patriæ diceretur. Deinde opinione populi conuerſa, cõtra ipſum procurante, aduerſa fortuna, ante conſpectum totius ciuitatis manus carnificum lacerauerunt. Præterea M. Alexãd. poſt cęlebres uictorias, per Caſſandrum uenenatus eſt in potu in menſa. Quo hauſto in media potione, uelut glãdio perfoſſus ingemuit. Deportatus a cõuiuio, die quarto mortuus eſt, anno ætatis ſuæ 33. & menſe uno, cũ regnaſſet annis 12. 1. Math. 1. Præterea Xerſes Rex Perſarum, qui ſubuertit montes: Maria conſtrauit, bello infœliciter geſto in Græcia, contemptibilis ſuis factus, ſecundum Iuſti. occiditur ab Arthabano pfecto ſuo. Præterea Romulus fundator Romę in paludibus capræ, in tam magna tẽpeſtate amplius non eſt uiſus. Rex etiam Samiorum nomine Policrates. De quo Vale. 6. c. 9. Qui adeo fortunã ad libitum habuit, quod omnia ad uoluntatem perficiebat. Ad quã moderandam, iecit pręcioſum anulum in mare. Quem ſtatim inuenerunt piſcatores, ſibique oblatus eſt. Sed fortuna proſpera uerſa eſt in luctum, quia mouens bellum contra Darium Regem Perſarum, comprehenſus a militibus, in furca ſuſpenſus eſt. & relictus auibus lacerandus. Et qui fęlix in terra fuit, infęlix in furca expirauit. Præterea quid dicam de Galeaz Maria, qui occiſus eſt &c. De Seuerino Roberto, qui in fluuio dilapſus, & de comite Iacobo, Neapoli balſamato? Quid ergo eſt præſens uita, tantæ mutationis, hodie diues, cras pauper. Hodie ſanus, cras infirmus. Iõ ad talia ſuſtinẽda, neceſſaria eſt homini conſtantia. Ipſa eſt quę hominem quietat, ad omnia ſuſtinenda pacificat.

Tertia concluſio. Quale præmium datur huic aduerſæ fortunæ? Reſpondet Hieronym. ad Exuperantium. Nudum Chriſtum, nudus ſequere, durum, grande, difficile, ſed magna ſunt præmia. Et in chronica ordinis de fratribus cãtãtibus matuti. lippis oculis, & uoce rauca, quibus apparuit uirgo B. di. Fortiter fratres mei, quia præmia ſunt uobis maxima parata.

Secundum dicitur &c. Conſtãs debet eſſe homo in 5. ſecundum

cundum Alber. super Luc.

Primo in contumeliarum illatione.

Secundo in temporalium bonorum perditione.

Tertio in charorum amissione.

Quarto in corporis flagellatione.

Quinto in uoluntaria operatione.

Solent namq; homines mali molestare bonos, detrahendo eis, & infamando, aut cōtumelias inferendo, quia ut dicit Hiero. in Epist. Pauli. Sæpe uirtutes ꝓsequitur inuidia. Sed ibi est uirtus constantiæ, & laus homini, quando scit ęquanimiter ferre. Ideo Greg. 23. q. 4. c. Hæc autem uita. si boni estis quandiu in hac uita subsistitis, ęquanimiter malos tolerate, nam quisquis malos nō tolerat, ipse sibi testis est, quia per impatientiam bonus nō est. Abel enim esse renuit, quem Caym malitia non exercet. Ille. Ideo Salom. in Prou. Ne rñdeas stulto. Super quo Dñicus Tholo. Quinq; generibus personarum non est respondendum, nec cum eis litigandum. Primo cum dominis temporalib. Ecc. 8. Nō litiges cum homine potēte, ne forte incidas in manus illius. Secundo cum diuitibus. Idem. Multos enim perdit aurū, & argentum. Et 11. q. 3. c. Pauper. Cito uiolatur auro iustitia, quia par caponum, & caseus Placentinus &c.

Tertio cum homine linguato. Quarto cum homine iracundo. Quinto cum propria uxore. Vnde cum quidam diceret Diogeni. O inertissime. Respondit. Oportet. n. sapientiam ab insipientibus feriri. Pulchrior modus ad uincendū inimicum est, illū patientia, & constantia uincere. Experiētia patet. Quod quidam cum iniuriam inferunt, miro mō affliguntur, quando non respondetur eis, putāt enim se deludi. Quod apparet exemplo Benedictis cum Diabolus nō respōderet d. Benedicte, iratus dixit. Maledictæ nō benedicte. Gre. 3. dial. Gloriosius est iram tacendo frangere, quā respondendo superare, quod pertinet ad magnanimitatē.

Secundo &c. Quādo homo amittit temporalia se despe rat. O quot se occiderūt. Et ratio Philosophi est in 9. Eth. di. Quòd cum magno labore acquiritur, magis diligitur ideo quando amittuntur temporalia bona, maxime homo affligitur, quia diuitiæ cū sudore acquiruntur, exceptis usu

ris.

 370

ris. Vnde quando amittuntur, debet homo esse patiens: q̃a non sunt sua: sed bona fortunæ. Ad hanc inducimur exemplis Paganorum, Crathis, Thebani, Zenoni, Eutigensis, Milesii, Anaxagoræ, Clazomenii, Diogenis, Cinici, Biantis Priennensis, & Fabricii Romani, q̃ bonis amisßis patienter tulerunt: imo ea repudiarunt semper tanquã causa multorum affannorum, & uitiorum. Et Ligurgus Spartauus, uti monstrat Iustinus in suis legibus, omnem usum tulit auri, & argenri. Et Eutropius ponit exemplum ad hoc, scilicet quod non est dolendum. Quod cum urbs Carthago uastaretur a Tito Manilio, & Catone Cẽsorino consulibus Romanis. Quidam Philosophus inuentus est, qui summe gaudebat. Qui rogatus, Quare non tristaretur uidendo bona sua consumi? Respondit, Nihil abstulistis de meo. Sensus, prudentia, intellectus mea sunt, quæ auferri non possunt.

Temporalia autem ista non sunt mea, sed fortunę: ideo expetit quod suum ẽ. Vnde. Seneca. Si pulcher es lauda naturã. Si nobilis lauda parentes. si diues, hoc forrunæ debetur: si uirtuosus, lauda teipsum. Ideo Iob primo, Dominus dedit &c.

Tertio &c. Sunt plures qui impatienter ferunt mortem charorum: Deum dicunt Partesanum, & dolori se committunt, quod cõtra Sen. ad Paulinum. Quid tam muliebre, quã cõsumendum se dolori committere. Et Phil. li. de pomo. Sapiens debet lætari de morte, & non dolere: quia omnibus communis est. Eccl. 22. c. Modicum plora super mortuum, quoniam requieuit. In uerbo modicum: quia non totaliter intercedit fletum super mortuum: cum sit naturale: sed excesßiuum. Thom. super Iob. De amicis mortuis non dolere duri cordis, sed uirtuosi est hunc dolorem non immoderatum habere: quia etiam Christus Lazarum fleuit. Et Dauid filium, Ambrosius fratrem Satyrum, Albertus Thomam.

Ad quam constantiam inducimur exemplis Paganorũ Solonis, Anaxagoræ, Filii Metelli, qui erant 17. nepotes & neptes, tulerunt fortiter mortem eius, quem ipsi per ciuitatem tulerunt, ut Cice. ponit in Tuscu. & de Priamo qui habuit quinquaginta filios, & ꝑdidit fortiter ferẽs. Ferenda

est ergo cõstãter mors charorũ: quia ad hoc nati sumus. Sene. ad Galionem fratrẽ. Hac conditione intraui, ut exirẽ: Hic est humani officii finis. Multi me antecesserunt, omnesque sequentur.

Quarto &c. Prouerb. 31. Infirmitas grauis sobriam facit animam, In chronica prædicta. Dum. s. pater Dominicus præmeretur languoribus, quos sorores uocabat: & semel grauius urgeretur solito: socius eius dicit. Pater ora Deũ, ut mitius tecum agat. Quo audito dixit. Nisi uiderem te simplicem esse: te expellerẽ a me, quod talia dixisti. Et totus fessus, se in terrã nudam proiecit di. Gratias tibi ago domine, de omnibus tribulationibus meis: & da centum si placet. Et Aug. de seme t. d. Domine hic ure, hic seca: ut in æternum parcas.

Quinto constans in ieiuniis, in orationibus, & in omnibus usque in finẽ, Deum benedicere: In chronica ordinis. Deum idem Patriarcha esset Bononiæ, & haberet socium quendam charum, socius præuentus est morte. Videns patrẽ morti proximum di. Nolo pater amplius superuiuere post te. Sed in omnibus benedictus Deus, q mihi uoluntatem promptam cõcessit in omnibus operibus meis, quibus dictis mortuus cecidit ad pedes pri Dominici. Vnde patet secundum.

Tertium dicitur &c. Homo pressus aduersa fortuna, debet eẽ instar boni tabernarii, q carnes putridas suaui sapore cõseruat. Ita & homo debet conseruare constantiam suã tribus saporibus.

Primus dicitur recogitatio.
Secundus dicitur auxiliatio.
Tertius dicitur exemplificatio.

Primus &c. Quotiescũque homo sentit aduersa sibi imminere: debet præterita peccata cõmissa recogitare: & dicere illud Mich. 5. Iram domini portabo, quoniam peccaui ei: & fratres Ioseph. Merito hæc patimur: quia peccauimus in fratrem nostrum: uidentes angustiam animę eius, dum deprecaretur nos. Vnde Seo. in 4. Quod cõstantia in tribulationibus, apud Deum pro merito habetur. teste Greg. Sine ferro & flammis, martyres esse possumus: si patientiam

ueraciter

ueraciter in animo toleremus,& Thom.in 4.dis.16.pestilẽtię,caristię,tempestates,infirmitates: nõ solũ peccata purgant,& a peccatis præseruant:sed merita etiam augẽt sicut patet de Iob &c.

Secundum est &c. Quia diuinum auxilium adest nobis. Iuxtá illud.Cũ ipso sum in tribulatione.Et alibi. Iuxta est dñs his qui tribulato sunt corde. Exemplum Antonii qui dum esset à Diabolo uexatus,& sentiret Christum,clamare cœpit.Vbi eras o bone Iesu?Respondit. Aderam: sed expectabam uidere certamen tuum.Nunc autem qm̃ uiriliter dimicasti,faciam te in toto orbe nominari. Et de primo magistro ordinis,post beatum Dominicum, s. fratrem Contrá dum, in morte positus, audiuit uocem cœlitus dicentem. Surge,surge,ueni mecum,ad gaudia paradisi &c.

Tertium dicitur &c. Adest exemplum Christi & marty. Primo Christi.Si grauaris in infirmitate: audi illum dicentem. Ego à planta pedis pro tua salute non mea,usque ad uerticem:totus sum uulneratus.Si dixeris.Heu iniustè infamor, & mihi inquit dictum est. Samaritanus es,& Dæmonium habes.Si dixeris heu,quia pauper sum. Respondet tibi.Ego pauperior pauper in natiuitate,in uita,in morte.In natiuitate fuit pauper ab omnibus necessariis. Non habuit lectum,ubi requiesceret,sed in præsepio requieuit, nõ habuit pãnos,quibus mater inuolueret,nisi uiles,non habuit seruientes,nisi bouẽ & asellum. In uita, quia nõ habuit domum ad habitandum, Vulpes foueas &c. Non habuit diuitias ad possidendum, non habuit cibos ad comedẽdum, immo ter esuriit,& non habuit quid comederet.In morte qa corpus pauper,& uacuum sanguine, & remansit aridum ut lignum.Anima uacua fuit omni cõsolatione,& plena dolore.Passio sua uacua fuit utilitate,quia in illa die,solũ unũ latronem lucrata est.Mater uacua fuit omni gaudio, plena omni amaritudine,sua familia uacuata fide,quia Apostoli fidem perdiderunt. Ideo Bernard. super Cant. Vtrunque es mihi o domine Iesu, & speculum patiendi, & prẽmium patientis. Vtrunque fortiter prouocat, & uehementer accendit. Ex chronica ordinis. Exemplum nouitii,qui Bononiæ panem portauit in sinu, cum ingrederetur extrá

claustrum,

claustrum,obtulit imagini Mariæ:& ipsa in plagis filii posuit &c. Ideo hoc exéplo prouocatur homo constanter pati:quia ut dicitur.ff.de re mil.l.desertorem.§.ult.libr. 10 Capite puniendus est, qui dominum suũ in bello dimittit mori,& fugit:sic & ille qui fugit persecutiones,& nõ persequerat constanter:cum suo caputio debet puniri.

Secundo exemplo sanctorum:habemus exempla multorum sanctorum:sed maxime Stephani.

Ex legenda Petri de Calo.

Stephanus in Hierusalem ortus est:pater eius Ruben dites:habebat uxorem sterilem, ambo Iudæi,qui Deũ rogabant ut daret eis filiũ quos exaudiuit, & Stephanum uocaverũt.Quo nato Diabolo inuidens tot eorum bonis; & cupies inducere eos ad desperationem:asportauit filiũ de cunis per aera:& loco eius similem illius,in quo Dæmõ intrat,in cunis collocauit,qui die noctuque ululans,clamoribus familiam conturbabat.Cum autem Dæmõ paruulum per aera deferret.quidam.s.pater consistens in deserto præcepit Dæmoni,ut infantulũ ei daret,qui uirtute sancti,posuit puerum ad pedes eius, quem nutriri & lactari cœpit. Peruentus antem ad annos quindecim: cum illo Eremita ab Apostolis baptizatus est.Dominus autem reuelauit Stephano tribulationem patris,& ut Dæmonem de domo sua fugaret,mandauit,qui sumpto habitu peregrini, ad domũ patris peruenit,hospitium petẽs,Cui pater. Filiũ habeo in domo,qui nos omnes conturbat, & neminem quiescere sinit,cui Stephanus,filius tuus sanus est,& quãdo uidebis in calice tuo uinum in sanguinem conuerti,scito quod filius tuus a iudæis interficietur pro nomine Christi, vnde totã familiam baptizauit, & ab eis discessit. Post Ascensioné autem Christi remanentibus Apostolis in Hierusalem: in officio prædicationis,electus est Stephanus,ut prædicaret Euangelium.Inuidentes autem iudæi,& cupientes eũ superare:aggressi sunt triplici iaculo.

Primo disputatione Libertinorũ,Cyrenen.Alexandriorum,Asianorum,quibus uictis,usi sunt secũdo modo, scilicet testium productione: quia falsos testes submiserunt,q eum accusabant de blasphemia in Deũ, & in Moysen. Ipse

autem

autem de his se purgauit, aggressi sunt eum tertio, scilicet tormentorum illatione, redarguit eos. Vos inquit semper Spiritui sancto restitistis, tormenta uestra non timeo: quia uideo cœlos apertos, & Iesum stantem &c. Clamauerunt uoce magna continentes aures suas. Glo. Ne scilicet audirent blasphemantem, & eiecerunt eum extra ciuitatem. Et duo falsi testes iecerunt lapides in eum. Vnde orauit pro se, & pro suis crucifixoribus, pro se rectus stetit, pro crucifixoribus ingeniculauit se. Vbi Beda dixit. Quod si Stephanus non orasset, Ecclesia Paulum non haberet. Et Glo. Disposui in mête mea perdere te, nisi Stephanus meus orasset pro te. Et sic obdormiuit î domino. In illa passionis hora, uinũ uersum est in sanguinê in mensa patris. Quo uiso surrexit de mensa intrauit urbem, & filium lapidatum inuenit.

In festo sancti Ioannis Euangelistæ.

HIc est discipulus ille, qui testimoniũ perhibet de his. Ioan. 20. Est uulgata, & trita conclusio sanctorum doctorum: Quod quatuor sunt differentiæ amoris. Primus dicitur amor carnalis. Secundus amor naturalis. Tertius amor spiritualis. Quartus amor gratuitus. Primus amor carnalis, quo homo nimis diligit corpus suum, de quo Ioann 13. Qui amat animam suam, id est corpus suum perdet eam, id est in inferno. Et Sap. 15. Malorum amatores digni sunt morte, qui spem habent in talibus. Vnde noli illis multùm blandiri. Prouer. 29. Qui delicate nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem. Ideo Philosophus in 1. libro de regimine princ. cap. 12. O Clemens Imperator, noli te inclinare ad coitum mulierum: quia coitus est quædam proprietas porcorum. Quæ tibi gloria erit, si exerceas actus uilium bestiarum, & actus brutorũ? Serua igitur animã tuã nobilissimã, angelicã, & superiorem: quæ data est tibi nõ ut de honestet: sed ut glorietur, & non sit de côditione iniustorũ: sed de numero sapiêtũ. Ille. Et Dan. li. 3. inferni. c. 26. Côsiderate uestrã originê, creati nõ fuistis ut brutaliter uiuerê tis: sed ad îsi quêdã uirtutê, & intelligêtia. Scdus est amor

naturalis,quo non solum homines mutuo se diligunt: sed etiam animalia.Sap.13.Omne Animal diligit sibi simile. Plato in Timeo.Et Philosophus in 8.Ethic.Similitudo est causa amoris in 6.Poli.Generantis ad genitum, naturalis est amicitia. Tali amore diligit Deus omnia quia sunt bona in sui natura.Sap.11.Diligis omnia quæ sunt: & nihil odisti eorum quæ fecisti.Genes.2.Vidit Deus cuncta quæ fecerat,& erant ualde bona. Vnde philosophus in libr. de causis, & propositionibus maximis. Prima causa influit bonitatem suam in omnibus rebus.

Tertius amor ẽ spiritualis;in quo ẽ vera amicitia. Tali amore dilexit Christus naturam humanam; per quã mori uoluit.Hierem.31.In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans.Et Greg:O mira circa nos Dei pietas.

Quartus est amor gratuitus;quo ab æterno dilexit saluãdos in lib.uitæ scriptos.De quo amore Ioan.6. Diligebat autem Iesus Marthã:& sororem eius Mariam, & Lazarum. Et Ioann.6.Ipse enim pater amat uos. Isto amore dilexit. Ioan.Euangelistam.de quo Beda.Diligebat autem eum Iesus non exceptis ceteris:singulariter solum;sed præ ceteris quos diligebat familiarius unũ.Hic est discipulus &c. De quo tria uidebimus.

Primum dicitur opinionis.

Secundum dicitur congnitiobis.

Tertium dicitur conseruationis.

Primum dicitur &c. Dubium quæritur. Qui inter Apostolos fuit magis dilectus?Ad hoc sunt duæ opiniones. Vna dicit ꝙ Petrus Apostolus. Alia ꝙ Io. Prima ꝙ Petrus; per uerba scripturæ.Prouerb.8.Ego diligentes me diligo. Et Ioan.14.Si quis diligit me,diligetur a patre meo, & ego diligam eum,ut sit sicut dicit, & qui uult omnino ab anima amari. Et Mat.22.Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua. Vis amari ab eo?Ama.Et Sen.Epistola.6. Si qris quomodo sis facturus amicitiam;mõstrabo tibi.Si uis amari,ama. Et Martialis lib.Vndiq; suscepto.Miraris ꝙ nullus amat te Ceciliane.Non quod amas nullũ, dilige,charus eris. Nulli charus erat Herodinus:sibi nullus.Et Augu.Nulla est ma-

ior inuitatio ad amorem, quam præuenire amando amantem. Vnde Iulius Cæsar, & Octauianus Imperator: ita amabantur, quod pro Diis adorabātur a Romanis. Et hoc totum, quia diligebant. Ad propositū. Petrus sup omnes Apostolos Christum amauit. Super Ioannem Iacobū &c. Mat. 26. Tēpore passionis super omnes alios di. Et si oportuerit me mori tecum: non te negabo. O magister animam meam &c. In 2. animæ. Omnia appetūt esse. Iob. 1. Pellem pro pelle & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua. Præterea Ioan. 21. Interrogat Christus Petrū. Simō Ioānis diligis me? Respondit, Domine tu scis, quia amo te. Interrogatus 2. diligis me &c. ut prius reſpōdit. Interrogatus 3. respondit. O magister tu es fastidiosus, Domine tu nosti omnia. Tu scis q amo te. Præterea Mat. 16. Interrogauit oēs Apostolos Christus semel di. Quem dicūt homines esse filium hominis? Responderunt. Alii Ioān. Bap. Alij autem Heliam: alii uero Hieremiā: aut unū ex prophetis dixit Iesus. Vos autem quem me esse dicitis? Facti sunt muti. Solus Petrus dixit. Tu es Christus filius Dei uiui. Vbi dicit Alber. quod nūquam repertus ē aliquis ante passionē, qui sit confessus humanitatem, & diuinitatem Christi, nisi solus Petrus. Ante passionē Christi ipsum uocabant Magistrum. Io. 13. Vos uocatis me magister. Solus Petrus super omnes apostolos, confessus est diuinitatem: ideo cū super oēs Christū amaret: super oēs meruit diligi. Et sic super omnes erat &c. Secūda opi. dicit quod est Io. Et ratio est: quia ex uerbis Euangelii & doctorū: uidetur plus Ioan. amasse. Io. 20. hodie. Conuersus Petrus uidit illum discipulū, quē diligebat Iesus sequētem. Et Io. 13. Erat recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu: quē diligebat Iesus Io. 20. Venit ad Simonem Petrum, & alium discipulū, quem amabat Iesus. & Ecclesia in offi. Hic est Io, q priuilegio amor &c. Respōdeo ad hanc dif. secundum Tho. 1. par. q. 20. art. 4. Ad tertium, idem in epistola super Ioan. Duplex ē amoris species. Vna quæ cōsistit in familiaritatis unione. Alia in donorū cōrcatione. Prima est. &c. Quo ad hāc, s. cū quis donat plura encenia & dona, Christus plus donauit Petro q̄ Ioāni, q. ei plura bona cōtulit, quā Io. Nec alteri. Inter

alia dona,duo præcipua sunt primum quia ei curam Ecclesiæ commisit,quod fuit donũ singulare.Matt.26.Tu es Petrus &c.Secundũ quia uicarium suum fecit.Matt.16.Tibi dabo &c.Vnde dicitur princeps apostolorum,quod nulli ẽ cõcessum.Quo ad hęc dona,Petrus plus ẽ amatus. Secũda spẽs &c.Ad hoc magis Io.amauit:q̃ signa amicitiæ ei ostẽdit qđ nulli fecit.Quæ sunt quatuor inter alia principalia.

1 Primũ quia super pectus domini in cœnã recubuit.

2 Secundum quia proditionẽ sibi,& non alteri reuelauit.

3 Tertium quia omniũ sanctorum dignitates sibi cõtulit.

4 Quartũ quia matrem Virginem, uirgini commẽdauit.

1 Primum &c.Tempore passionis immediate in mensa super pectus domini recubuit:quẽadmodum pater filiũ chariorem,tenet inter brachia sua:Quid ibi fecerit in illa dormitione ostendit Isy.lib:de obitu sanctorum: quod raptus fuit usque ad tertium cœlum: & uidit archana & diuina:& fuit ibi doctus de cœlestibus:quod postea ostẽdit in Euangeli o suo.Vñ Ecclesia.Beatus Apostolus cui reuelata sũt secreta cęlestia:& Pet.Damia.ser.hodierno. Hanc autem gratiã diuinæ sciẽtiæ,ex illo cęlesti gazophilatio traxit: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi,quo nõ propheta,nõ patriarcha,non deniq; quisque,ab ipso primordio mũdi cognoscitur aspirasse.Ille. Vñ Ecclesia canit de hoc priuilegio. Valde honorandus est beatus Ioan. Qui supra pectus domini in cœna recubuit. Secũdũ dicitur &c.Scribitur Io.14.quod dum Christus esset in mẽsa cũ apostolis suis, dixit eis.Amen amẽn dico uobis,quia unus ex uobis me traditurus est.Ex hac uoce territi,inuicẽ se aspiciebant,nemo audebat loqui.Solus Ioan.dixit Christo.Domine quis ẽ qui tradet te?Respõdit Christus. Qui inti. pa.i par.Vt amico uero Chrs reuelauit secretũ.Quia ut dicitur Proue.25.Causam tuam tracta cum amico tuo. & Sen.Secretum cum amico per tracta.Christus amico suo Ioanni indicauit secretum.Vnde Pe.Da.O incomparabilẽ uirum,profert Christus uerbum in medio,& totus iacet senatus apostolorum.Tacet lingua quæ clauis facta est cœlorum.Nemo audet os aperire.Io. in se discipulorũ persona accepta, consultor accedit:Ille.Vbi dicũt doc. Qđ si Christus

 373

stus. Petro proditorē manifestasset, ipsum dentib. laniasset. Tertium signum &c. Dignitates Ioan. fuerunt quatuor. Primā Apost. in Epistolis. Euangelistas in Euāg. Prophet. in Apoc. Martyr in supplicio. Vnde. P. Damia. Quid in cūctis uirtutibus. Io. incōparabiliter non excedat? Apostolus siq. dē in epistolis. Euāgelista in Euāgelio. Propheta in Apo. Martyr ēt fuit. Ex quo cæteris Apostolis in carne, ꝓlixius māsit, eo durioris martyrii torméta sustinuit. Ille. De Apo. dr̄. Quod quidam demoniacus Mutinæ dixit. Quod Deus & diabolus tantum, librum illum intelligebant. Quartum signū &c. Io. 19. dicitur quod Christus in cruce positus, uidens matrem ad pedes crucis totam lachrymosam, & mæstam compassus est illi. Et dixit Io. Canta. Fili ecce mater tua. Credendum est, qđ si meliorem inuenisset inter eos, ei utique recommendasset, quod non inuenit secundū snīam Alber. Sex Christus habuit in hac uita, & possedit. Primo corpus suū: quod cōmendauit Nicodemo. Scđo aīam, quā patri suo. Tertio substantia tēporalem, quam Iudęis. Quarto Ecclesiā, quā cōmisit Petro. Quinto Apostolos, quos cōmisit patri in recessu. Io. 17. Pater sanctę serua eos, quos dedisti mihi. Sexto matrē, quā Io. Fili ecce mater tua. Vbi dicit Alber. Qđ sicut Petrus fuit pr̄ Ecclesiæ, ita Ioā. fuit pater spūalis matris. Tria facit pater spiritualis. Primo cōfitetur. Secundo baptizat. Tertio sacramenta Ecclesiæ ministrat. Ita Io. Euāng. uirginem baptizauit, & oīa sacramenta Ecclesiæ ministrauit. Fili ecce mater tua. Hoc aūt fuit maximum priuilegium, triplici ratione. Primo ratione commissionis, quia, s. tantum thesaurum sibi commisit, s. matrē Dei. Secundo ratione recommēdationis, quia oblitus suorum uulnerum, matrem nō dat obliuioni, & de discipulo recordatur. Tertio ratione modi recommendandi, quia nō dixit Matri. Ecce nepos tuus, sed filius. Fili ecce mr̄ tua. Deinde dixit matri. Mulier ecce filius tuus. Quare non dixisti mater. o Iesu, quare non uocasti illam meschinam mater, quia forte crepuisset &c. Circa hoc est duplex opinio, prima est Chrisosto. quia mortua cecidisset, ut dicitur. ff. de offi. præsidiis. leg. Diuus. Afflictio nō est danda afflicto, sed eius miserijs miserendum. Vbi dicit Damia. Quod

omnes dolores fuerunt ei seruati in passione filii, qui supe rarunt omnes dolores. Non dixit mater, ne ei dolor maior augeretur. Quando paruulus patitur magnam pœnam, ma ter ei compatitur. Et si loquitur dulciter conquerendo ei, magis compatitur, & magis affligitur, sic & beatæ Mariç cō patienti filio, cum uideret eum in augustiis, ne dolorem ei Christus augeret, nesciuit ei loqui dulciter di. Mater quod est nomen dulce, sed dixit mulier. Alia ratio ad tollendum op. aliquorum hæreticorum dicentium: Virginem fuisse an gelum, & non mulierem. Mulier ergo, ecce filius tuus. Vbi dicit Rabanus, quod Ioan. fuit perforatus gladio illius do loris, quo pia mater fuit perforata. Vnde Dantes 25. Para disi. Hic est ille, qui iacuit supra pectus nostri Pelicani, & iste fuit e Cruce ad magnum electus officiū. Quid in Cru ce dixerit matri in seipso ostendit. Poeta quidā. Mea be nedicta mater. Valde afflictam te uideo, lachrimæ tuæ sunt sagitta, quæ cor meum transfixit, noli flere mea mater. Nam tuus luctus est mihi pœna, suffer donec a morte resur rexero. Quare non respondet uirgo, ad illud uerbum filii in cruce? Respondeo quòd erat tota fessa, habens cor trans uerberatum doloribus.

Secundum &c. Pone hanc conclusionem quod sapientia profunda Ioan. præcedit omnem scientiam huius mundi, omnium theologorum, omnium doctorum, omnium philo sophorum. Magna fuit sapientia Salo. qui disputauit. &c. Magna Orig. q 6000 vo. li. legit in scholis. Non credo ip sum damnatum. Magna Augu. qui de Epistolis & tractati bus 3000. vol. scripsit. Magna Alber. Magni. De quo Pius Papa. Præcipua est Alberti Magni scientia, qui nullum do ctrinæ genus creditur ignorasse. Magna Tho. de quo Inn. Papa. Huius doctoris sapientia, præ cęteris: excepta cano nica, habet proprietatem uerborum, modum dicendorum, ueritatem sententiarū, ita ut nunquam, qui eum tenuit, in ueniatur a tramite ueritatis deuiasse. Qui scripsit. 113. li bros, sed maior Ioannis Euang. super omnes, quæ fuit fi gurata. Ezech. 17. ubi dicitur. Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & uarie tate, uenit ad libanum, & tulit medullam cedri. Moraliter.

Ista aquila est Ioan. qui comparatur aquilæ Apo. 3. & 4. aslas similes aquilæ. Fuit hæc aquila magnarum alarum, q altissime super omnes uolauit, altitudine scientiæ. Venit ad Libanum idest cœlum, tulit medulam cedri, qui est Christus medullam, diuinitatem non corticem. i. humanitatem. Vnde immerito aquilæ comparatur, propter conditiones quas aquila habet, quæ sunt tres.

Primo in uolatu altitudinem.

Secundo in uenatu generositatem.

Tertio in construendo nidum sagacitatem.

Primo &c. Altius omnibus uolat, & dicitur regina auiū. Sic Io. in eloquēdo de filio Dei. altior omnibus aliis Euā. & Sanctis uolauit, & locutus est. Apud græcos Orig. Chriso. Dam. vocātur doc. eximii: apud latinos; Paulus uocatur doctor Gen. sed Io. Euang. omnes antecellit. Vnde Orig. de Paulo dicit, & de Io. Euang. Paulus raptus est usque ad tertium cœlum. Io. transiuit omne cœlum. Paulus raptus usque ad Paradisum. Ioā. supra omnem paradisum intrat in cām causarum. Vnde Ric. dicit esse triplicem spiritū. Primū Humanum. Secundum Angelicum. Tertium diuinum. Ioā. vero transcendit humanum, & angelicum, & peruenit ad diuinum. Quod patet Ioā. 1. In principio. i. ante omnia, erat uerbum. Super quo Hie. ad Pau. hoc Plato nesciuit, hoc Demosthenes eloquēs ignorauit, quod Ioannes piscator indoctus edocuit. Et August. Si altius Ioan. intonasset eum mūdus capere non potuisset. Secundo Aquila habet &c. Quia cum sit auis generosa, non quærit pastum de prope, sed de longe. s. in cacumine aeris. Ita Ioan. Euange. uenatus est pastum suum, quod sic patet. Alii Euang. locuti sunt de Christo quo ad humanitatē, & quæ erant humanitatis, ut Matt. de incarnatione. Mat. 1. Liber generationis &c. Mar. de Resurrectione. Lucas de morte. Sed Io. de istis noluit se intromittere, sed altior ascendit, quia ad diuinitatem ascendit, loquens de Nat. æternali, qua filius est patri æqualis. Vnde figurate loquens. Eze. 1. dicit se uidisse. 4. facies animaliū.

Primo faciem hominis, per quā Matth. Secundo faciem Leonis, per quam Mar. Tertio faciem uituli, per quā Luc. Quarto faciem aquilæ, per quam Ioā. Et dicitur ibi, & fa-

cies aquilę desu p ipsorũ quatuor. Vñ dicit Tho. sup Ioã. c. 21. Qđ Io. scripsit Euã. post oẽs. Vnde oĩa alia Euang. legerat. Et solus replicat. Amen amen ad maiorem veritatis cõfirmationẽ. Tertio aquila &c. Vbi habet Alber. li. de naturis rerũ, qđ qñ cõstruit nidũ, ponit in eo quosdã lapides p ciosos, habẽtes uirtutẽ fugãdi serpẽtes, ne pullos suos occidant. Sic Io. Euang. in hoc aquilę comparatur, nidũ. i. Euãg. cõstruxit, ubi posuit lapides contra hæreticos. i. tot verba, tot sñias, ut cõfutet hæreticorũ oẽs opiniones. Prima opi. fuit Nestorij cũ suis sequacib. Qui dixit Christum habere principiũ quo ad diuinitatem, & qđ nõ fuit ante Virginẽ. Et qñ conceptus, & natus de uirgine, tunc cępit esse. Io. cõfutat di. In princ. &c. i. in æternitate, & añ oĩa erat uerbum. s. Deus. Si antẽ omnia ergo ante uirginẽ. Secunda opinio Sabel. qui dixit qđ nulla erat distinctio in diuinis quo ad personas. Io. destruxit dicens. Et uerbũ erat apud Deũ. In quo denotauit psonalẽ distinctionẽ realẽ, in diuinis, quia ista propositio apud, dicit distinctionẽ realẽ, sicut nullus dr̃ apud seipsum, qñ secunda psona nõ inuenit. Tertia opi. fuit Arrij qui dixit filiũ Dei esse minorem patre. Io. destruxit di. Et Deus erat uerbum. i. in eadem æqualitate cũ patre, iuxta illud Ego & pater unum sumus &c. Quarta opi. fuit Manichæorum, qui dixerunt omnia uisibilia esse a dęmone, inuisibilia a Deo. Io. destruxit. Omnia p ipsũ &c. uisibilia &c. Vltima opi. fuit etiam Manichęorũ, qui posuerunt Christum habuisse corpus, non de uirgine, sed de cęlo delatum. Io. destruxit di. Et uerbũ caro. &c. Si erat corpus fantasticum, nõ caro dici posset. cum caro dicat aliquid cõpositum ex quatuor elemẽtis. Vnde bene dicitur. Hic est discipulus &c. Tertium mysterium &c. Amor Christi multus fuit erga suum discipulũ Io. quem decorare uoluit duplici priuilegio. Primum dicitur miraculorum coruscation. Secundum dicitur admirandæ conseruationis. Primum &c. Miracula stupenda fecit Io. Cum enim post Penth. diuisi essent discipulis per mundum. Io. in Asia fuit, ubi innumeras Ecclesias fundauit, quod audiens Domitianus Imperator, misit eum in dolio feruentis olei, a quo illesus exiuit, sicut fuit immunis ab omni corruptione carnis. Videns aũt Imperator

 375
peratór quod non ob hoc cessabat a prædicatione, delegauit eũ in quandam insulam quæ dicitur Pathmos: vbi stãs nõ ociosus, scripsit Apo. In capite anni, ipse imperator a Senatu Ro. occisus est. Et Io. Ephesũ reuersus est, cũ maximo tripudio magnorũ & paruorũ. Cũ ingrederetur ciuitatem: nunciatum est ei quod quædã deuota sua, nomine Drusiana ad sepulturam deferebatur mortua: quæ quærebat eum uidere. Ioan. autẽ eã suscitauit, ex quo miraculo, duo iuuenes conuersi sunt ad Christũ cum essent nobiles: post dies aliquot uidentes illi seruos suos bene indutos, fuere male cõtenti. O quot sunt de hoc numero: qui dicunt vt mulier male maritata, quæ dicit: si esset ad &c. Beatus Ioan. vides eos tristes misit eos ad mare, ut portarẽt lapides, & uirgas: quas fecit conuerti in bonum argẽtum & aurum: Accipite inquit, & redimite bona quæ amisistis, quia paradisum ꝑdidistis. Interim autẽ alium suscitauit iuuenẽ, qui narrauit istis de paradiso, & alia vita. Præterea quõ ad tẽplũ Dianę orans, corruit, & ex hoc. 12000. gẽtiliũ cõuersi sunt. & Aristodemus cõuersus est: & de filio quem ipse dedit &c. Secũdũ priuilegium &c. Cum esset annorũ. 80. apparuit ei dñs cũ discipulis suis. d. Veni dilecte mi: quia tẽpus ẽ ut epuleris in conuiuio fratrum tuorum. Dominica die sequẽti, fecit se cõduci ad Ecclesiã, & populo fecit sermonẽ de pace, post modum foueã fecit fieri ĩ Ecclesia ante altare maius: in q̃ ingressus, amplius nõ est uisus, unde sublatus est in paradisum. Vnde Io. fuit dilectus ĩ omni statu. Primo in uita, ut tactũ est supra. Secũdo in morte, quia cũ Apostolis ad ipsũ venit Christus. Tertio post mortẽ, q̃ ipsũ ad cõuiuiũ inuitauit uitę æternę. De corpore eius ẽ quadruplex opinio. Prima di. ꝙ adhuc uiuit ĩ hoc seculo: Rõ: quia dicũt mãnæ scaturire de eius sepulchro. Sed Aug. probat hanc opi. di. Qđ Christus modicam gloriã charo suo fecisset, si cęteris Apostolis, cũ Christo regnãtibus, ipse sub terra esset. Secũda op. Qđ ẽ in paradiso terrestri, & tpe antichristi, ueniet ad pdicãdũ cũ Enoch & Helia in fine mũdi. Sed hæc opi. re pbat a Doctorib. qa cũ ipse Apo. scripserit, fecit mẽtionẽ de duob. Enoch & Helia, de 3. fecisset. s. de seipso: sed nihil dicit: igit &c. Tertia opi. ꝙ ẽ ĩ cęlo tm̃ cũ anima: corpore ãt
est

est in alio loco nobis incognito, sicut de corpore Moysi: quod non inuenitur, sed hæc opi. uidetur falsa, quia Io. esset minus dilectus aliis, cum corpora aliorum apostolorũ reperiantur & honorentur, corpus autem Io. Euan. non inuenitur nec honoratur. Quarta op. uerior uidetur ꝙ Ioan. post mortem statim cum corpore & anima cęlum ascendit: Ratio, cum Christus custodierit Ioan. ne in oleo corrumperetur, ne dolorem mortis sentiret. Si fuit liberalis in mundo, plus in cęlo, quem, in ipso collocauit in utroque. Quęritur dubium. Quare tantum dilexit Ioannem? Respondet Tho. super Io. cap. 21. Quod triplex causa. Prima est puritas, quia uirgo fuit. Ecclesia. Virgo est electus a Domino. Secunda est accelerata conuersio, quia magis est q̃ aliis iuuenis ad Christum est conuersus. Tertia futura adoptio, quia intendebat ipsum ponere in sinum matris.

In festo Innocentium de Virginitate.

Virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocunq; ierit. Apoc. 14. Cum diuina sapientia sit summa puritas, & pulchritudo, ut continent sacræ scripturæ in Psalmo. Speciosus forma præ filiis ho. &c. Can. 5. Dilectus meus candidus & rubicundus, cādidus per puritatem uirginitatis. Rubicundus per sanguinis effusioné. Ideo summę diligit eos, qui ambulant in puritate baptismali. Vnde Lac. in 6 li. c. 1. Nihil enim Sctā & singularis illa maiestas, aliud ab homine desiderat, quàm solam innocētiā. Quam si quis Deo obtulerit, satis piæ, religioseq; litabit. Prouer. 22. Qui diligit cordis mundiciam, habebit amicum regem. Figuratiue Apoc. 14. de turba quàm Ioan. uidit de nullo mentionem fecit, nisi tantum de uirginibus. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coniugati, uirgines enim sunt, & sequuntur agnum quocunque &c. Et cantabant Cāticum. Super quo Greg. Similiter Canticum nouum agno canere, est cum in perpetuũ prę cæteris fidelibus de carnis incorruptione gaudere. Et ideo Amb. in lib. de offi. In cūctis sacrificiis, nullum est Deo gratius, quàm ꝙ innocens conseruet innocentiam, secundum Alb. super Luc, sex sunt

sacrifi-

sacrificia, sed nullum est Deo gratius, q̃ innocẽtia. Primũ est ieiunium. Ioel 2. Conuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio & fletu. Secundum oratio. Iacobi 5. Multũ enim ualet oratio iusti. Tertiũ est eleemosyna. Esa. 58. Frange esurienti panem tuum, & egenos uagosq́ue induc in domum tuam. Quartũ contritio. Psal. Cor cõtritũ & humi. &c. Quintum confessio Psal. Dixi confitebor aduersum me. Sextum satisfactio. Aug. Nõ dimittitur peccatum, &c. ideo in commendationem uirtutis puritatis, matrem uirginem assumere uoluit, ut ostenderet uirginitatis excellẽtiam. Hanc habuerunt paruuli propter quam Deo adhęserunt. Epistola canit. Sine macula enim sunt. Ideo di. thema. Virgines enim &c. Ad laudem ergo horum innocentium, de uirginitate, qua Deo suo placuerunt, loquemur. De qua tria uidebimus in presenti.

Primum dicitur oppositionis.

Secundum dicitur declarationis.

Tertium dicitur præmiationis.

Primum dicitur &c. Dubium queritur Quid sit melius, per consequens nobilius, aut seruare uirginitatem, aut matrimonium contrahere? Arguũt coniugati, quod matrimonium dignius, per consequens seruandum, triplici medio. Primum est tale. Omne quod est contra præceptum legis naturę, & legis diuinæ omnino est illicitum, & a nullo obseruandum, quia scilicet est peccatum. Sed status uirginalis est contrarius legi naturę & diuinæ, igitur &c. Primo cõtra legem naturæ, quia ut habet Philosoph. in 2. de anima, & in 1. cœli, & mun. & in 5. de animalibus: Natura appetit generationem indiuiduorum, propter conseruatio nem suarum specierum. Si non esset matrimonium, iam nõ esset procreatio hominum, & sic mundus deficeret. Contra hanc legem maxime pugnat uirginitas, igitur uirgini, &c. Secundo est contra legem diuinalem. Gen. 1. Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Cõtra hoc præceptum, maxime pugnat uirginitas. Et sicut illicitum est seruare legalia antiquæ legis, sic illicitum est seruare castitatem, unde eam seruantes in ueteri lege, & non relinquentes post se semen, erant maledicti, maledictione opprobrii, ut patet

get de Ioachim &c. Quod figuratur Mat. 21. quando Christus maledixit ficulneæ, quia sine fructu. Secundum arg. Bonum quanto cõis, tanto diuinus, ut patet per Philosophum 10. Eth. Sed matrimonium est ordinatum ad bonum commune, s.ad multiplicãdum genus humanum. Hier. 32. q. 1. c. Nuptiæ, & est ad Paulam. Nuptiæ replent terram, uirginitas autem est bonum particulare, & per se, unde non est seruanda. Ex hoc Plato motus (& vt Aug. refert de uera & falsa religione) uirgo usque ad mortem mansit, imo posuit studium in uilla quæ dicebatur Achademia, quæ erat pestilentis aeris, ut discipulos in terrore mortis poneret, & sic uirginitatẽ seruauit. In morte positus diis sacrificauit, ut ei parcerẽt pctm̃ uirginitatis, pro eo qđ erat cõtra bonum cõe. Vnde uos seculares dicitis, qñ uidetis aliquem religiosum. O fuit peccatum, quia uxorari poterat, quod Apostolus uidetur confirmare. 1. Cor. 7. Alligatus es uxori, noli quærere solutionem, idest genera filios. Tertium arg. Pœna nõ datur nisi pro peccato, ut patet. C. de pœnis. l. Sancimus, & ff quibus ut indignis. l. Rescriptum, & extra de his, quæ fiunt a maiori parte capituli. Et per Can. 16. q. 3. cap. si quis, & per Thom. in 4. dist. 18. q. 3. ar. 1. Pœna imponebatur apud Romanos seruantibus uirginitatẽ, & qui uitam cœlebrem ducebant, ut patet per Vale. & in ueteri lege Deut. 7. prohibebatur seruare uirginitatem. Secunda opinio est uirginum, quæ probant suum intentum uiginitatem esse digniorem, triplici medio.

Primũ est tale. Ille status est dignior, de quo Christus nasci uoluit, sed Xps nõ de coniugata, sed de uirgine nasci uoluit, & hoc totũ, ut dicit Beda super Lucã, ut ostẽderet preconium uirginitatis, & q̃tum ipsam diligebat. Ex hoc Io. Euan. & putatiuũ Ioseph, uirginẽ custodiuit. Vnde Th. in 3. di. 35. q 3. ar. 3. Virginitas supremum decorẽ uẽdicat.

Secundum est. Ille status est dignior, qui maiorẽ recipit fructum, sed uirginibus datur maior fructus, quia uirginibus datur fructus centesimus, uiduis sexagesimus, coniugatis trigesimus, ut patet per parabolam. Matt. 13. Ambr. lib. de uirginitate. Bona est cõtinentia cõiugalis, melior continentia uidualis, optima mũditia uirginalis. Ille, igitur &c.

 Tertium

377

Tertium est tale. Ille status est nobilior, qui primo est institutus in nobiliori loco: sed uirginitas prius fuit, quā matrimonium, & in nobiliori loco. quia angeli uirgines prius sunt creati q̄ homo, & in nobiliori loco: quia in Empyreo cœlo. Præterea & Adam positus est uirgo in paradiso, & de terra uirginea creatus, igit &c. Patet primū. Secūdum principale &c. Tho. in 4. dist. 33. artic. 3. q. 3. & 2. 2. q. 105. art. 3. Ric. in 4. dis. 33. ar 4. q. 2. Petrus de Pal. in 4. distin. 33. Vbi quærunt an status coniugalis sit maioris meriti, q̄ uirginalis, an econuerso, perfectior & excellentior? Respondet, q̄ status continentium, & status coniugatorū potest dupliciter considerari. Vno modo ad tempus legis scriptæ, & tēpus legis naturæ. Alio modo ad tempus legis Euangelicæ, si primo modo maioris meriti fuit status coniugatorum, quàm abstinentium, & status ille præferebatur statui uirginitatis. Et ratio est; quia erat multiplicandum genus humanum. Ex hoc status matrimonij præferebatur, & status uirginitatis prohibebatur, & hoc propter multiplicationem fidelium. Si autem referebatur ad tempus legis Euangelicæ; quia est tempus multiplicationis fidelium, p̄ generationem spiritualem, est maioris meriti status abstinentium, quàm status coniugatorum. Et dico q̄ uirginitatis status, est dignior matrimonio. Quæ conclusio probatur triplici ratione.

Primo ratione difficultatis.

Secundo ratione utilitatis.

Tertio ratione conformitatis.

Primo ratione &c. Conclusio Philoso. 2. Ethi. Quod uirtus & bonum, circa difficile cōsistit. Et Bon. in 37. dist. 39. Virtus est de bono difficili, & arduo, ubi est maior difficultas: ibi rō uirtutis ē maioris pmij & meriti. O pater qn ieiuno, non possum dormire, ibi maius præmium, non possum comedere, orare. ibi maius præmium. Vbi difficultas: ibi ratio specialior uirtutis. Ad propositum. Peto a te mulier: qualis maior difficultas est, accipere uirum, an seruare uirginitatem? uere pater uirginitatem seruare: quia caro hominem stimulat, & stimulus istæ ita grauis est, quod pauci euadunt immunes. Augustin. in

lib.

libro de agone Christiano. Inter omnia christianorum certamina, duriora sunt prælia castitatis; ubi continua pugna & rara uictoria. Ille. Ad practicam. Fortis fuit Sanson q leonē occidit. Iud. 14. similiter & Dauid. 1. Reg. 17. sed ambo amplexibus mulierū mollescunt. Sapiēs Salo. sed tamen a mulieribus deiectus est: Fortis Alex. Quis eloquentior Marco Antonio tamē in Cleopatram insaniuit. Quis fortior Hercule: qui tamen in Deianiram exarsit? Quis prudentior Iasone: qui tamen in Medeam prostratus est? O durum bellum. O magnum prælium uere. Ideo exclamat Amb. lib. de uirginitate. Maior certe est uictoria uirginū: quam angelorum: angeli enim sine carne uiuunt: uirgines uero in carne triūphant. Ille. Et Hier. In carne præter carnem uiuere, non terrena uita est: sed cœlestis. Ille. In quib. uerbis merito dubiū notabile queritur. Quale maius opus est? An pati martyriū, ut martyres: An seruare uirginitatē, opinio una fuit Augu. quod est pati martyriū. ubi dicit super uerbo Matth. 5 Beati qui persecutionem pac ꝓpter iustitiam. Omnes aliæ beatitudines perficiuntur in illa. Alia opinio Amb. cū quo teneo ego Gabriel frater, q maius est opus uirginitatis. Et rō est philosophi 1. 3. Phi. in 3. Top. Bonum quanto permanentius, tanto melius, & si martyres sint passi tormenta, tamen cito prætereunt per horam, per diem, per mensem: sed martyrium uirginitatis, durat per annos. 50. & 60 Magnum martyrium mihi uidetur illius religiosi, qui per annos. 40. 60. & huiusmodi habitat in claustro suo. Et illius monialis quæ hāc seruat. In uitis patrū. Exēplū Anastasii monachi qui annis. 40. a demone infestatus fuit de carne, diebus ac noctibus, qui tamē uictor fuit. Moriēs eius discipulus uidit ipsum pluribus coronis decoratū. Et de patre Dominico, q a fratribus rogatus. Pr dic inquiunt nobis uerbum salutis. O filij uobis commendo carnis uestræ, integritatem: quia maius miraculum est de propria carne fomitem eradicare luxuriæ, quam immūdos spiritus expellere. Et Ber. in sermone ad monachos. Cum mulieribus habitare: & de mulieribus non cogitare: maius est quam mortuos suscitare. Adde rationem secundum Tho. in 4. dist. 49. Quod uirgines maximā pugnam habent cau-

 328

sa experiendi: quia maiorem delectationem existimant; quã sit. Igitur uirginitas est dignior. Secundo ratione &c. Conclusio est autoris lib. de causis. Virtus unita, fortior est quam separata. Exépli gratia. Ignis hincinde dispersus parum calefacit: sed contra simul unitus plurimum calefacit. Ad propositũ, peto a te o ciuis in charitate Dei. Quis plus amat Deum: coniugatus, an uirgo? ô, pater inquit coniugatus, quid dicis? Ego quotidie ad missam propero: & die domini: eo audio sermones; & dico deuotiones meas. Coronã uirginis. Quinque pater. & Aue maria. Tria ad reuerentiã trinitatis quæro a te, cum qua mente? Vere pater, mens est ad filios. Quomodo habeam ad uiuendum? quomodo soluã falcem, quomodo molitur am? & tot angarias? Et tu o mercator. Ad mercãtias. Artista ad artes. Et sepe corpus domini leuatur, ꝙ non recordaris. Ergo amor iste est dispersus. Vna pars mundi, alia Dei. Quid dicis o Paule. 1. Corin. 7. Mulier enim quæ nupta est, cogitat quæ sunt mũdi, & quomodo placeat uiro: Quam uis matrimonium sit sanctũ: sunt tamen plura impedimẽta, quibus mens retardatur ab amore. O iuuenis qui uxorem duxisti: quam speciosa cathena uinctus es; a qua mors sola te liberabit. O quot labores: o quot tribulationes. Si mulier ẽ pulchra, uir est zelotypus. Si nigra, despicitur. Si habet plures filios, vir usurarius efficitur ut ipsos foueat. O quot lachrymæ. O quot gemitus. Præterea de uxore, quæ uirũ increpat. O socio: quod alias præter me respicis. Præterea in domo non sunt ligna: non oleum. Hi sunt fructus matrimonii. Virgo autẽ habet cor purum ad Deum: & fortiorem causam habet diligendi. Hierony. ad sacras uirgines. O fęlix uirgo in cuius corde pter amoré Christi, nullus alius uersatur amor. Ille. Quia. 9 Ethic. Vera amicitia non est nisi ad unum. Secũdum Tho. 2. 2. q. 152. ar. 2. & Philosophi. 10. Eth. Duplex est uita. Vna actiua quæ pertinet ad cõiugatos: alia contemplatiua; quę pertinet ad uirgines, quæ dicitur optima, quę Deum contẽplatur. De qua apostolus 1. Cor. 7. Mulier quę inupta est & uirgo; cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta, & corpore, & spiritu. Ille. Vnde tanquam amicus uirginum, & familiaris: fecit eis mirãda. Ambrosi. recitat exemplum de quadã

uirgine

uirgine Eli sabeth nomine.quæ cũrret cum duab. puellis, quadã uice,per quandã uiã,cum esset nox,uiã perdiderũt per syluam plorantes. Affuit Angelus dñi. Nolite flere,nũ cius sum uestri sponsi.Quę dixerunt. Quis est iste noster sponsus?Christus inquit Iesus; propter uirginitatem quæ Christũ copulat. Prouerb.22. Qui diligit cordis mũdiciã, habebit amicũ regem,s.Deum.Et Sap.6.Incorruptió facit proximũ Deo.Vnde eas regulauit p uiam suam. Pręterea auxilium prębuit uirginibus; ut suæ uirginitatis seruarét decorem.Quis Luciã eripuit de tot malis? Quis Agnetẽ? Quis Appoloniam?Quis Cattherinam?Vere Christus Iesus:ob gratiam uirginitatis.Hãc uirginitatem inuenimus apud antiquos,fuisse in maximo pretio, & eos miranda fecisse,pro conseruatione eiusdem.ut fuit Engoldrada uirginia de Hippo greca,quę uno die iens ad littus maris;fuit a pyratis maris rapta,& conducta in aliam prouinciam, dũ esset ista in uia,sensit loqui pyratas uelle secũ capere amoẽ carnalẽ : ubi cognoscens q huic nõ poterat resistere nisi morte intercedẽte,ne suam perderet pudicitiã, se approximauit extremitati galeę,& se in mare iecit. Eligens potius in aqua,inter pisces uitam finire;quã inter crudeles pyratas;corrumpere suam pudicitiam. De hac Petrar.2.Triũ. Castitatis.Et illa mulier græca,quę in mare se præcipitauit,vt cœlebs morietur,& duram euitaret sortẽ. Pręterea de Thucia uirgine.De qua Vale.libro.8. Quę fuit romana tempore Deæ Veste,dum esset iniuste accusata, quod commisisset sacrilegium, dum esset constituta ante sacerdotẽ, ut audiret sententiã patiendi supplicium ignis, statuti legibus romanis,ab alia parte sciens ipsam suam integritatẽ,& cum non haberet aliam uiam,qua posset se purgare.tandẽ cum ingenti confidentia Deæ Veste,cui pura mente seruierat opprimi innocentiam suę ministrę cribrum cępit, & in pñtia sacerdotis dixit hæc uerba,O dea Vesta,si ego sem p in tuis sacrificiis usa sum manibus meis castis, precor facias q in isto cribro, portẽ aquam a Tiberi in ipso. Quod factũ est,oratione præmissa. De hac Petrarcha libr. supra. Inter cæteras illa uirgo sacra deæ Veste,quæ audacter currẽs ad tyberim,Se ab omni infamia purgatura, ad templũ

retulit

retulit ex flumine aquã cribro. Præterea duodecim Sibyllæ, merito suæ uirginitatis (teste Tho.) prophetiam meruerũt. Longum esset narrare de aliis innumeris uirginibus: ac pudicissimis mulieribus, quę pulchra, & digna auditu essent. Vt de domina Didone: domina Lucretia speculo totius honestatis, domina Hersilia, domina Sapho, domina Penelope, domina Thamira, domina Iudith, domina Hester. Vide Aug. lib. 1. de ciui. & Petrarcham in 2. de Tri. Castitatis. unde patet secunda ratio. Tertio ratione conformitatis. Conclusio authoris li. de causis. Tanto aliquid perfectius est, quãto maiorem habet conformitatem, cum suo principio. Et Tho. 2.2. q. 152. ar. 6. Tanto una uirtus est maior, quãto per eam magis aliquis Christo cõformatur. Ille. Ad propositũ. Homo. n. ꝑ uirginitatẽ cõformatur Christo, modo singulari. Quod patet Ap. 13. cũ Ioã. uidisset hoĩum multitudinem processionaliter incedentem post regẽ: post oẽs uenit comitiua albis induta. Cui Angelus dixit. O Io. Hi sunt qui cum mulierib. nõ sunt coinquinati, uirgines. n. sunt, & sequũtur agnũ, quocũq; ierit. Nota in uerbo Sequũtur ag. Nunquid nõ alii sancti? Vere sic. Sed nõ illo modo, quo uirgines. s. modo singulari. Qualis sit ille modus, ostẽdit Aug. li. de uirginitate, quia gaudent integritate mẽtis, & corporis, Sequitur. cãtabãt Canticũ nouũ, quẽ alius nõ cantabat, qualis cãtus nouus est iste? Ostẽdit Greg. in pasto. Canticũ nouũ cũ agno singulariter cãtare: est cum Deo in perpetuũ de incorruptione carnis gaudere. Ille. Hæc est illa præclara uirginitas, quę Christum de cœlo ad terram conduxit. De inuisibili, immortali, uisibilem, mortalẽ fecit. Vnde ecclesia Sancta & immaculata uirginitas, quib. te laudibus efferã nescio. Quia quẽ cęli capere nõ poterãt, tuo gremio contulisti. Ambr. li. de offi. Quãto est gratia uirginitatis, quę meruit a Christo eligi. Ille. Tertiũ dr̃ &c. Th. in 4. distinct. 46. artic. 1. Duplex est corona. Prima dicitur aurea, de qua Psal. Corona aurea super caput &c. Quę est quoddam præmium essentiale commune oĩbus, qđ cõsistit in uisione diuinæ essentiæ. De qua Aug. Visio est tota merces, & cõis est oĩbus beatis, quamuis unus limpidius, uideat, q̃ alius secundum gradũ charitatis. Secunda corona

dicitur aureola, quæ est quoddam gaudium accidentale, da tum in signum uictoriæ, & uirtutis. Quod quidem datur pugnantibus contra mũdum, carnem, & Diabolum. De qua corona in Psal. Posuisti domine super caput eius &c. Et da tur tribus generibus personarum: Virginibus, Doctoribus, & Martyribus. Sed perfectius Virginibus, quàm aliis: quia nobilissimum genus uictoriæ est, nunquam cessisse. Sed du bia tria sunt quærenda. Primum. Vtrum hæc aureola detur uiduis? Respondeo, quod non. Quia corona non debetur pugnæ, sed uictoriæ de pugna. Vnde uictoria uirginum est perfectior, quàm uictoria uiduarum, eo q perfectissimum genus est uictoriæ, nunquam hosti cessisse, ut uirgines faciunt. Vnde non datur uiduis. Secundum. Vtrum hæc coro na debeatur Mariæ Virgini. Videtur quod non. Aureola debetur uictoriæ de pugna, ubi nulla pugna, nulla uictoria. Sed Maria nullam habuit pugnam carnis, per consequens nec uictoriam, ergo nec aureolam habuit. Respondet Alb. quod Maria habuit aureolam, pro pręmio uirginitatis, & ratio. Quamuis Maria non habuerit pugnam per tentatio nem, quę est a carne, habuit tamen per tentationem, quæ est ab hoste dæmone, qui nec Christum ueritus fuit tentare. Tertium dubium. Vtrum aliqua mulier, ui oppressa si cõ cipiat, an amittat meritum uirginitatis? Tho. in 4. dist. 49. art. 3. q. 6. Si aliqua uirgo per uiolentiam fuerit oppressa, non amittit ob hoc aureolam uirginitatis, dummodo propositum perpetuæ uirginitatis seruandę, inuiolabiliter ser uet, illi actui nullo modo consentiens. Vnde Lucia dixit Pascasio: Si me in uitam feceris uiolari, castitas mihi dupli cabitur, ad coronam, non quod habeat duas coronas uirgi nitatis, sed quod duplex præmium reportabit, unum pro uirginitate custodita, aliud pro iniuria passa in martyrio. IIIc. Historia innocentium. Herodes Ascalonita sub quo natus est Christus, sex habuit filios, inter quos duos plus dilectos Aristobolum & Alexandrum, quos Romam misit literis imbuendos, completo studio domum redierunt, qui cœperunt tractare de morte patris, ut ipsi regnum patris obtinerent: quod pater audiens a se expulit, illi autem Cæ sarem adeunt, & de patris iniuria sunt conquesti. Interim

autem

 380

autem Magi Hierusalem ueniunt, conquærentes de nouo rege nato. Herodes autem nimis turbatus, timens ne a regno auferretur, magos rogat ut eo inuentu, sibi renunciēt, simulans se uelle adorare, quem occidere uolebat. Vñ magi iuerunt per aliam uiam putans autē eos deceptos a, ſtella inquiſitionē pueri Ieſu penitus reuocauit. Citatus autē a ſenatu, & a Cæſare Augusto: ſuper reſponſo filiorum, ſententiā habuit pro ſe.ſ.ut filij patri obedirent. Reuerſus cum uictoria & audacior factus dum audiret de puero, q̄d a paſtoribus & a magis eſſet adoratus, & quod natus eſſet; occidit omnes pueros, q erant in Bethleem, a bimatu & infra, ideſt ab infantibus duorum annorum, uſque ad pueros unius noctis. Sed Deus non eſt paſſus tantam Herodis nequitiam, ſeipſum occidit. Et ita ea morte mortuus eſt, qua alios affecit. Sancti uero Innocentes ſunt in cœlo, & in terra glorificati.

In feſto ſancti Thomæ Cantua. De neceſſitate boni operis.

POſuiſti Domine ſuper caput eius, coronam de lapide precioſo. In pſalmo. Cum alto conceptu, & artificioſa concluſione antiqui Philoſophi lege naturali perluſtrati, in tres differētias uitā hominis declarauerunt. Vna dicta uoluptuoſa, & carnalis. Vna politica, & ciuilis. Vna dicta deuota, & contemplatiua. Cauſa harum poſitionū ponitur à Philoſopho in 1. Poli. Quia Philoſophi hominem conſiderauerunt in tribus modis. Primo inquantū diſcedebat a lege naturali, & lumine rationis, inſequendo appetitum ſenſitiuum. Iſto modo attribuebāt ei uitam carnalem. De hoc noſter Romanus Paulus 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei. Et pſalmus. Homo cum in honore eſſet &c. Et Dantes lib. 1. Cant. 26. Conſiderate ueſtram originem: creati nō fuiſtis ut brutaliter uiueretis: ſed ad inſequendum uirtutē & intelligentiā. Et in 9. Paradiſi. Heu animę deceptę, & creaturę impugnatæ, quæ a tanto bono deflectitis corda, dirigendo ad uanitates ſenſum ueſtrum. Secundo inquantum ſequebatur

 lumen

lumen rationis. Ex hoc attribuebant ei politicam. In 1. Poli. Homo est animal politicum, & ciuile. Apuleius lib. de Deo Socratis. Præstantissimum animal in terris est homo: quia ratione est uigens. in 7. Pol. inter omnia animalia, solus homo rationem est nigés. in 7. PolrIntm̃ inquit est homo, inquantum habet rectitudinem in seipso, per subiectionem passionũ. Tertio inquantũ erat deditus uitæ contemplatiuæ, & uirtutib. Ex hoc dicebant ipsum diuinũ & sanctũ, in 7. Eth. Homines dicuntur dij, pp uirtutis excellentiam. Apuleius de Deo Socratis. Nihil est Deo similius, q̃ uir animo perfectę bonus, inducendo per oẽs res q̃ à nobis pñt possideri sola uirtus intelligitur illa esse, q̃ nos cõstituit in statu digno oĩ laude & honore. Vnde Plautus in amphitrione. Virtus in se hẽt oĩa. Ille. Qualis fuit unquam ille, in quo diuina uirtus habitasset, qui aduersas influẽtias cęli, calamitates terræ, cum animo forti nõ tolerarit? Et Imperator ille supremus, & cœlestis Deus, honorauit suis benemeritis gloriosum Thomam &c. Super quo posuit coronam auream. Posuisti Domine super caput eius coronã martyrii, doctoratus, uirginitatis. In quibus uerbis q̃a sanctus Thomas, de quo hodie Ecclesia festum celebrat, fuit solicitus in opere bono, propter quod Deus eum sublimauit in cęlo. De ipso bono opere loquamur ad nostrum documentum. De quo tria uidebimus.

Primum dicitur argumentationis.

Secundum dicitur declarationis.

Tertium dicitur responsionis.

Quantum ad primũ. Quæritur. Vtrum homo uiator possit coronari sine merito bonorum operũ? Duplex fuit opiuio. Vna dicit quod sic. Alia quod non. Prima arguit tali modo Deus est immutabilis. Mala. 3. Ego Deus & nõ mutor. Et nume. 23. Non est Deus quasi homo, ut mentiatur, neque ut filius hominis, ut mutetur. Et Iaco. 1. Apud quem non est transmutatio. Et Augu. in lib. de natura boni. Solus Deus immutabilis est. Et Bona. in 1. di. 8. Diuina essentia est immutabilis. Et Boetius. Stabilisq́ue manens datis cuncta moueri. In 11. Metaph. Deus est mouens omnia immobilis. Ad propositum. Aut Deus uult omnes saluos

fieri

fieri, Aut damnari. Non uult damnari teste Augusti. libr. 83. quæstionum. Deo authore non fit homo deterior: ergo uult omnes saluare, per Apostoli uerbum. Vult omnes &c. Cum sit ergo immutabilis, erit omnino quod ab æterno ordinauit. Et sic non sunt necessaria bona opera ad mutandũ quod ab æterno decreuit, cum sit immutabilis. Alia opinio dicit quod sic. Thom. 1. par. q. 23. artic. 8. Prædestinatis conandum est ad bene operãdum & orandum; quia per huiusmodi p̄destinationis effectus impletur. Et 1. Petr. 2. Satagite ut per bona opera, certam uestram uocationem faciatis, igitur &c. Ad maiorem intelligentiam conclusionis. Respondeo secundum omnes Theologos. Quod ad salutem consequendam, necessaria sunt bona opera. Quod probatur quadruplici medio.

Primo ratione.
Secundo authoritate.
Tertio distinctione.
Quarto exemplo.

Primo &c. Conclusio est in 2. Phy. Quod nihil potest tẽdere in finem, nisi per debita media. Exemplum de medicina. De cultura uineæ. De scholari. De muliere, quæ filat &c. Ad propositum. Finis noster est Deus. teste Augu. Fecit Deus rationalem creaturam &c. Ad quem finem nõ possumus peruenire; nisi per media. In 11. Ethi. Non peruenitur ad finem nisi &c. Quia finis licet sit ultimus in execu tione: tamen est primus in intentione. Ad quem finem ordinamur p media. Sed quæ sunt ista media. Declarat Christus. Mat. 19. Quid faciendo uitam ęternam &c. Si uis inquit, ad uitã ingredi, serua mandata. Quę in ueteri lege (secundum Albertum super Lucam) erant 663. In lege autẽ noua x. Quæ reducuntur ad duo principalia. Ad amorem Dei: quod diuiditur in tribus: ad amorẽ proximi, quod diuiditur in 7. Serua inquit mandata; ama Deum, nemin ẽ blasphemes, ama proximum, ne diffames per tabernas: quia soli homini conuenit laborare, & operari bona, non alteri. quia hoc medio scriptus est in lib. uitæ. Vnde Philosophus 2. cœli. Eorum quæ nata sunt habere bonum perfectum, aliquid habet ipsum sine motu, aliquid unico motu,

aliqđ pluribus motibus. Quod Tho.declarat.1.2.q.5.art.7. Quod prima persona cui competit summum bonũ sine motu alicuius operationis,ẽ Deus. Ex eo quia naturaliter est summum bonum essentialiter. Igitur illi,& non alteri, cõuenit sine motu alicuius operationis. Et 3.par.q.9.ar.3. Christus Iesus inquit,ab instanti suæ cõceptionis, fuit beatus,quia anima erat uuita diuinitati. Vnde non meruit nec beatitudinem animæ propriæ:nec scientiã,nec diuinitatẽ. Et ratio est,quia meritum est quod nondum habetur. Vñ si Christus ista meruisset,aliquãdo his caruisset:quod nõ est dicendum secundũ fidem nĩam. Vnde Christo hoĩ, sine motu operationis,conuenit ei summum bonum. Secũda persona est Angelus, cui unico motu conuenit summum bonũ, postq̃ fuit creatus. Et rõ est quia talẽ naturã dedit ei Deus ut suas operationes acquirat unico motu li.arb.sine discursu & motu tpis,sed in ĩstanti. Vnde creatus,subito & in instanti,unicoq; motu lib.arbi.consecutus est suam btitudinem. Tertia persona est hõ cum sit inferioris naturæ q̃ Angelus,opus ẽ ut plurib.motib.operationũ lachrimarũ,ieiuniorum,eleemosynarum,ut ipsam beatitudinem acquirat. Et ratio, quia cum beatitudo nostra incõparabiliter excedat facultatem oĩs naturę creatæ,ideo nulla pura creatura potest eam cõsequi sine merito præcedẽtis operis: quæ quãuis sint finita & minimi ualoris, ex eo q̇ a creatura procedunt,quæ est finita uirtutis. Tamen ut dicit Tho.in multis locis,merito passionis Christi, opera nostra infinitãtur,& sũt infiniti meriti:ideo sunt nobis necessaria. Voca inquit Christus Mat.20.operarios &c. Quod patuit ĩ ueteri testamento de Abrahã.Gen.17. Cui Deus di. Non uocabis ultra uxorem tuam Sarai,sed sarram, quia ex illa dabo tibi filium. Quod audiens senex,in corde suo risit di. Putasne cẽtenario nascetur puer,& nonagenaria pariet? Habet Plini lib.5.de naturali historia, quod ut in pluribus post annũ 50.cessat fœcunditas mulierẽ. Vir autem 80.anno generat, sed Masinissa rex Humidarum post.86.filiũ genuit. Et Cato Censorinus ex filia Salemis clientis sui genuit, cum iã transisset.80.annos. Præterea Genesis.17. Apparuit. Angelus Saræ di. Dabo tibi filium. Respondit. Postquam senui,

 382

& dominus meus uetulus est, uoluptati operam dabo. Ec. 21.c.concepto filio di. Risum fecit mihi dominus, & quicunq; audierit corridebit mihi. Ad propositum. Si Deus ab æterno proposuit dare filium Abrahæ cur dedit ei Sarã sterilem? Respondeo quia sic erat ordinatum; q̃ mediantibus precibus impetraret: sicut & filio tuo decreuit dare sciẽtiam, si nõ fugerit ire ad scolam: & tibi dare sanitatem: sed per debita media. Ad propositũ. Ab æterno disposuit dare paradisum domino temporali: iustitia mediãte: diuiti eleemosyna: pauperi patientia: fratribus, s. dominici, nõ comedendo carnes, ieiunare per. 7. menses. dormire cum uestib. Sic dico de aliis. Ad propositũ. Pulsatur campana, dico patersamilias filiis tuis. Eamus ad sermones, q̃a hoc Deus a nobis requirit. Ieiunemus, quia hoc medio sumus scripti. Ideo Mat. 16. Reddet unicuique secundum opera sua. Apo. ult. Ecce uenio cito & merces mea mecum est, reddere unicuique secũdum opera sua. Voca operarios &c. In quib. uerbis duæ conclusiones extrahuntur. Prima quod homo faciat malũ de necessitate, & peccet uenialiter. Secũda quod faciat bonũ: Ad propositũ Quatuor sunt q̃ peccare nõ pñt; Deus, Angelus, bestia, res in aĩata. Inter quæ hõ est medius. Nõ est Deus: non Angelus, non bestia, nõ lapis. Clama. Est homo de carne fragili. Idẽ Matth. 26. Caro autem infirma: propter quam infirmitatem, habẽt Theologi in 4. dist. 17. Quod homo non potest diu esse sine ueniali: Christo & matre eius exceptis. De hoc Canonista 13. q. 2. c. Omnis ætas, & 20. q. 4. c. Proclivis. Et in autẽtico de monachis. §. Triennii. Humana natura labitur ad delicta & §. Si quis ergo. co. 1. Et scriptura Genes. 6. Sẽsus & cogitatio cordis humani, proni sunt ad malum &c. & 1. Io. 3. Si dixerimus quia peccatum non habemus &c. Eccl. 7. Nõ est homo qui non peccet, & Lactan. 4. Natura hominum proclivis est ad uitia. Idem lib. de ira Dei. c. 20. At eũ si Deus statim peccantem puniret, nemo superesset. Nullus est enim qui nihil peccet. Et multa sunt quæ ad peccandum irritant. Aetas uinolentia, egestas, occasio præmium. Adeo subiecta est peccato fragilitas carnis, qua induti sumus, ut nisi huic necessitati Deus parceret: nimiũ fortasse pauci uiuerent. Ad practi-

cam. Talis tenet concubinam, noli scandalizari, quia caro infirma: talis committit usuras. Caro &c. Alius blasphemat. quare? quia caro infirma. de pœ. dist. 1. cap. Petrus fleuit & doluit, quia erraui ut homo. glo. super hoc. Errauit quia homo facile corruit, si fuisset Deus aut Angelus, aut bestia non peccasset. Ideo propter hanc infirmitatem, Christus dimisit adulteram impunitam; ei compatiens Io. 8. Vade & amplius &c. Et Amb. flebat peccata pęnitentium tāq̄ sua eis compatiens. Interpone exemplum beati Cōstantii, de fratre fugitiuo in ciuitate Asculana. Cum frater quidā fugisset a conuentu sine licentia prioris, & redire uellet, prior nolebat eum recipere absque grādi pęnitētia. At uir sanctus b. Constantius, increpauit priorem compatiens fratri. Si inquit sāctus dei, tot labores sustinuisses ut Christus passus est pro peccatore redimendo. nō tam austerus esses. Et exemplum Io. Euang. De capitaneo latronum ad quem clamabat. Reddam rationem pro te. Ad hoc propositum adhuc fabulam Esopi: de rustico, qui serpentem in sinu posuit, quo calefacto ipsum momordit. Cum argueretur a rustico de ingratitudine. Respondit serpēs: facio debitū meū, quia hoc mihi proprium est. Caro autem infirma. Propriū est ei si errat, & mala facit. Patet prima conclusio. Secunda conclusio. Oportet de necessitate quod homo faciat bonū; Quod probatur per Philosophum. 2. de anima. Quia unaquęque potentia facilior est ad actum suum, quam ad alienum. Exempli gratia. Oculus uidit facilius, quā audiat: & auris audit, quam uideat, quia sui officii est. Ad propositū. Potentiā intellectiua hominis, ad uirtutes inclinatur, ut capax rationis. Facis malum, tenes concubinam, exigis usuras. Facis cōtra naturam huius potētiæ, quæ inclinatur ad bonum ex natura sui, utpote capax rationis. Exemplū Xenocratis Philosophi. Qui cum uocaretur ad dormiendum cum fœmina: respondit. Erubesce cęlum intrare in cenum. Ad quod etiam bonū inclinat domina Sinderesis, quę duo facit in homine. De qua Tho. 2. 2. distin. 39. Sinderesis est quoddam lumen rationis: eius officium est retrahere hominem a malo, & incitare ad bonum. Clamat uiatori. Dimitte peccata. Cito confitere, quia cras morieris. in 6. Conf.

Aug. Deputentur tempora, distribuātur horæ ꝑ salute animæ. Clamato damnate, o ribalde qui pro peccatis hic dānaris in perpetuum. Et sic patet conclusio nostra ratione. Secūdo probatur autoritate. Primo diuinali. In psalm. 14. Domine quis habitabit &c. Auarus, luxuriosus, gulosus, piger? Non. Sed qui ingreditur sine macula &c. in psalm. 17. Retribuet mihi dominus secundum iustitiā meam. Mat. 16 Reddet unicuiq; iuxta opera eius. Roma. 2. Red. uni secūdū opera eius. Apocal. ulti. Ecce uenio cito, & merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua. Et Ambr. in libr. de Abel & Caym. Non dormientibus sed uigilantibus pollicentur præmia. Gregor. in dialo. Sine labore certaminis, non est palma uictoriæ. Et. ff. de iureiur. l. Eum qui. & in auth. Constitutio quæ de dignitatibus col. 6. Honorem habere non possumus, sine labore. Quidam poeta. Fęlices puto, qui cęlum corde tuetur. Visibilis Deus his ꝑ secula cuncta manebit. & Hie. ad Paulinum. Nihil sine magno labore natura dedit mortalibus. Et Dantes 20. paradisi. Regnum cœlorum uiolentiam patitur, ob amoris feruorem, & spem diuinam qui diuinam superat uoluntatem. ff. Ex quibus causis maiores. l. Non enim. Negligentibus non subuenit. Facetus c. 2. Absq; labore graui, uix munera magna dabuntur, gratus & est plenus utilitate labor. Et Arist. 10. Eth. c. 10. Sine operatione non fit delectatio.

Tertio probatur distinctione.

Quæritur dubium a Theologis. Vtrum Deus sua potētia possit dare paradisum homini peccatori, absq; meritis? Circa hunc modum triplex opinio. Vna Scoti. Alia Ric. alia Thom. Opinio Scoti fuit in quarta distinct. 44. cum quo est Paulus carmelita. Quod cum in Deo sit duplex potentia, una ordinaria, alia absoluta. Quo ad ordinariam non potest, ex eo quia iam ordinauit quis debeat esse beatus, unde opus est, bona operatione. Sed quo ad potentiam absolutam potest. Secunda est Ric. in 4. dist. 15. art. 1. q. 7. in corpore. Vbi quærit. Vtrum Deus posit hominem saluare absque satisfactione di. Quod aut loquimur de lege communi: aut de priuilegio speciali. Primo cōmuni nūquam dimittitur peccatum sine satisfactione, aut de

priuilegio

priuilegio speciali:& hoc modo peccatū mortale dimittitur absq; satisfactione,& gratię infusione. Tertia opi.fuit Tho.in 4.contra Gen.c.28.& Io.de Biblia in quodlibetis. Quod de potestate absoluta non potest:quia contradictio sequeretur.s.quod peccator simul esset peccator, & beatus. Secundo de ordinaria nō potest,quia iam ordinauit hominē ad paradisum mediantibus mediis.Vnde Amb. sup illud.1.Tim.2.Vult omnes homines &c. Voluntate cōditionata nō absoluta.si domino obediāt in præceptis suis, ergo opus est operatione bona.

Quarta probatur exēplo de monacho,qui desertum petiit relicto claustro,ut melius gulæ & ventri uacaret, accipiens habitum sanctitatis sub pelle ouina.Hiero.cōtra Pelagiū.Et si aliis uitiis carere possumus,maculam autem hypocryseos aut paucorū,aut nullorū est.Exemplum.B. Dominici,qui quæsiuit a dęmonio:Quod erat cōmuniter peccatum religiosorum?Respōdit hipocrisis: qa sancti uideri uolunt.Ad propositū.Rustici autem audita fama eius, uisitabant eum pluribus muneribus. Nota quod quatuor sunt generationes personarum:quæ gaudent in hoc mundo.Primi sunt mansueti,de quibus Mat.5.Beati mites &c.Secūdi adulatores.Tertii fatui. Quarti Gabadei:qui mūdum deludunt,cum velit deludi:aliter sibi homo nō est amicus. Ad propositum Cū in croceis maneret monachus,audiuit primam uocem.Aue porce bene paste.In mane sequenti surrexit,& loca deserta girabat.Audiuit secundam uocem.Aue pecus errans,quod audiens reuersus est ad claustrum, penitentiam religionis amplectens.Audiuit tertiam uocem di. Aue fili,implens Dei uoluntatem.De qua Ioan.8.Nō omnis qui dicit mihi domine &c.qa scilicet bona opera,& diuina præcepta seruabat.Ideo dicit Tho.in q.de ueritate,q.23.ar.8. Quod prædestinatio nostra nō est absoluta,sed cōditionata:mediātibus mediis. Qđ patet in parabola Christi.Mat.20.quā uolo sub breuitate discurrere.De patrefa. qui exiit primo mane;conducere operarios in uineā suam. In qua alios misit sūmo mane,scilicet hora.1.Alios hora.3.Alio horas.6.alios hora.9.alios hora 11.Secūdum doct. Paterfa.est Deus, qui habet tria palatia in quibus hēt tres

familias

familias. Primum est cœlum, ubi est familia filiorum. Psal. Filii tui sicut nouellæ &c. Secundum est mundus, ubi est familia militantium. Iob. 7. Militia est uita hominis sup terram. Tertium est infernus, ubi est familia incarceratorum. Esa. 24. Congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere. Habet vineam .i. præsentem Ecclesiam. De qua Esa. 6, Vinea Domini Sabaoth domus Israel ē: misit operarios in quinq; horis. Quæ sunt .5. ætates mundi.

Prima fuit ab Adam usq; Noe. In hac misit operarios. s. Abel. Caym. Tubal. Iubal.

Secūda a Noe usque ad Abraham. In hac misit Patriarchas, scilicet regem Salem: Melchisedech; Iacob; Isaac.

Tertia ab Abrahā usq; ad Moysē. In hac misit Prophetas.

Quarta a Moyse vsq; ad aduentū domini: Prophetas eos iterum multiplicando.

Quinta ab aduentu domini usq; ad finē mundi: In hac misit Apostolos, doctores, fundatores ordinum. Enumera si libet. Moraliter ꝑ quinque horas significantur. 5. ætates hominis: in quibus Deus hominē uocat ad uineā paradisi.

Prima hora ē pueritia. De qua Mat. 19. Sinite paruulos venire ad me: quos uocat ut incipiāt bene uiuere. Tertia hora est adolescentia, in hac uocat adolescētes ad normam honestatis: de quibus. Hieremiæ 3. Bonum est uiro si &c. Sexta hora est iuuenum, quos uocat ad perfectionē uirtutum, de quibus Ecc. 12. Memento creatoris tui, in die iuuētutis tuæ. In hora. 9. uocat senes. O seniculi cito, cito sepolso trema. Vulgaris. Iā senescit, & barba canescit, nec cōtereris. o anima dannata, ne unquam tardes ad ultimū hiatum, nam multos decepit: bene faciemus.

In hac hora. 11. uocat decrepitos octogenarios, & sexagenarios. Exemplum. Quidam nomine Giraldus miles, cū esset octogenarius, & dux latronum in sylvis existens: cū uidisset capillum canum cadentem de capite suo dixit. Heu me, quia senex factus sum in latrocinio, unde cōuersus est. Vnde patet secundum.

Tertium &c. Respondetur ad argumentum, in quo arguitur qđ Deus est immutabilis. Et si disponit dare alicui bo

nũ,dabit fine opere. Dicitur quod Deus fine fui immutatione,mutat fententiam fuam,fecũdum quod opera noftra requirũt. Quod probatur authoritate,& exẽplo. Primo &c. Hiere.13. Vbi Deus fic loquitur. Si pœnitẽtiã egerit gẽs illa:malo fuo,quod locutus sũ aduerfus eã à aga, & ego pœnitentiã fuper malo,quod cogitaui,ut facerem ei. Et iterũ Eze.33. Deus di. Si dixero impio morte morieris,& egerit pęnitentiam a peccato fuo,uita uiuet,& non morietur. Et hoç eft quod dicitur.22.q.4. Vnufquifq;. Ipfe dominus frequẽter mutat fentẽtiam. Et in c.incommutabilis. Idem habetur.& de pę di.1.c. Nouit Deus mutare fentẽtiã, fi tu noueris emẽdare delictũ. Exemplo Exechiæ regis Ifrael: Cui Deus di. Difpone domui tuæ·qa morieris &c Voluit fe Eze.ad parietem,& fleuit,& præcatus eft Deũ &c. Cui Deus. Exaudiui orationem tuam. Ecce addam 15.an.&c. Ex quibus habetur: Quod fecundnm ꝙ nos mẽtem noftram,& uoluntaria opera,in bonum fiue in malũ dirigimus,ita & ipfe fentẽtiã fuam,aut reuocat,aut immutat, aut exequitur: fine immutatione fui. Nam ut dicit Arifto.8.Phy.& 11.Meta. Deus eft mouens omnia,immobilis, nam non mutatur loco,quia ubique eft,non tẽpore, quia æternitas fimul eft. Non forma,quia pure factus eft, unde mutationẽ fecundũ formam tollit fimplicitas, fecũdũ tps tollit æternitas,fecũdũ locum tollit immẽfitas,& ideo in Deo eft fumma ftabilitas,& inde caufalitas oĩs motus. Sine fui ergo immutatione,produxit in tpe mũdum:fine fui mutatione carnẽ affumpfit,fine fui mutatione petẽtibus,& orãtibus fua dona largitur,& q'fe conuertũt, & benefaciũt dat regnũ cœlorũ.

Hiftoria fancti Thomæ Martyris.

Thomas Cãtuarienfis dum in curia regis Anglia moraretur,& illi fumme effet gratus. Videns multa fieri in curia illa,reliquit curiã regis,quia mala focietas eft caufa multorũ malorum. Vnde.28.q.1. Sepe malorũ confortia, etiã bonos corrumpũt. Et Prouerbio.13. Qui cum fapientib: graditur,fapiẽs erit. Amicus ftultorũ fimilis efficietur. Vnde adhefit Archiepifcopo ciuitatis, a quo licet inuitus,factus eft Archidiaconus eius, & poft eius mortem,quia erat in opinione maxima populi factus eft ciuitatis Epifcopus.

Cui

Cui electione præsentata cum instrumẽto publico, renũciauit, quia ut dr̃ dis. vi. c. Multi. Quicunq; desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in cęlo, nec inter seruos Christi cõputabitur, qui de primatu tractauerit. Ille. Vñ recursum habuerũt ad Papã Alexandrũ, qui ipsum coegit per sentẽtiam excõicationis, qui flens acceptauit. Post aliquantulũ uero tp̃is, uidens tñ onus, uenit ad Papã, iterũ supplicans ei, ut ab hoc onere liberaret, qui dedit ei habitum monachalẽ. Et cum nullus inueniretur sufficiẽs pro episcopatu ciuitatis, iterum coactus est per Papã re assumere. Qui hoc assumpto officio, in alterũ uirum permutatur, & caro eius ieiuniis maceratur. Tredecim pauperũ pedes quotidie lauabat, curuatis genib. & ipsis refectis cuilibet quatuor argenteos dabat, & quia Ecclesia illa, & archiepiscopatus ille, erat magni ualoris, quemadmodũ alias habuit pastores ad sui cõplacẽtiã: dñs & rex Anglię ut suo mõ bona Ecclesiæ dispensaret, credidit & Thomã hoc facturũ. Sãctus Th. oĩno renuit. Vnde Rex turbatus cõtra uirũ Dei: cõmouit oẽs principes suos & magnates. Quod uidẽs Dei seruus a patria sua recessit, & senonas perrexit, ubi tũc erat Alexan. Papa cũ tota curia, a quo receptus est honorifice. Rex autẽ angliæ omnia quæ erant Ecclesiæ confiscauit, & totã progeniẽ Epi male tractauit, nõ parcens ætati, uel sexui: cum in his ãt angustiis esset, ĩ nocte reuelatur ei, qđ ad spõsam suã. Ecclesiã esset rediturus, & ad Christũ cũ palma martyrii migraturus. Septimo die sui exilii redire cõcedit: & ab oĩbus suscipit honorifice. Per dies aliquot ante eius mortẽ, quidã iuuenis de ciuitate moriẽs per sanctum Dei fuit resuscitatus. qui retulit quod ad supremũ ordinem sanctorũ fuit ductus, & inter Apostolos sedẽ unã uacuã uidisset: dũ anxie quęreret, cuius esset illa sedes? Angelus respõdit: quod seruabatur magno prælato. Angelorum. Cũ ergo nõ posset a rege flecti nimis uel præcib. Ecce milites regis armati ad archiepm̃ uociferãdo ueniũt: quibus ille occurrẽs, di. Quid uultis? venimus inquiũt ut occidaris. Respõ. Ego ꝓ Deo meo mori paratus sũ, pro defensione Ecclesię & libertate eius. Vnde ex parte Dei oĩpotẽtis ꝑcipio uobis: ne meorũ quẽq̃ occidatis uel noceatis; deo & Marię & beato

Dionysio & sanctis patronis huius Ecclesiæ causam cõmendo, quibus dictis caput sanctum percutiunt, & coronam capitis amputarunt. Dum autem sacerdotes Requiẽ canerẽt, & officium peragerent, angeli cãtum illorum interrumpũt. & Letabitur iustus in Domino cãtare cœperunt: tunc canonici depositis uestimẽtis funeralibus alia reassumpserũt indumenta festiua. Vnde eadem die fuit canonizatus a Papa. Iesu Christo in cœlo mittens canonizationẽ in terram per Angelos, ut facerent officium martyris, deinde fuit canonizatus a Papa Alexan. in terra.

In festo sancti Siluestri Papæ. De honore sacerdotis.

ECce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. Eccl. 64. c. Est licita congrua, & conueniens homini graui & maturo, de ingenio peregrino & perspicaci, de animo nitido & terso, de corpore uenusto, & omni uirtute adornato, debere cum summa auiditate, & desiderio, appetere, & affectare bonũ. in 1. Ethi. Bonum est quod omnia appetunt. in 3. Ethi. Bonum est obiectum uolũtatis. Dio. 4. de di. no. Pulchrum & bonum, omnia desiderãt. Et psalmus. Delectasti me &c. Deus est summum bonum. In 12. Meta. Deum dicimus sempiternum, & optimum, & Pla. in Timeo. Deus est summum bonum, super omnem substantiam, omnemq; naturam quod bonum, homo postpositis omnibus mũdi curis, cũ omni studio debet amplecti. Aug. in lib. confes. Nouerim te, nouerim me, uulgarizatio. Domine chare præcor te cum summa cura, & indefessa oratione: ut sicut me peccato & ludibrio peccati, de æterna seruitute ueluti apostatam, & indignũ possessorem, ad statum gratiæ conduxisti, ita concedere digneris hoc lumen, quod ego tres faciam in te, & tu tres in me. Primo ut agnoscã in me meam uilitatem, iniquitatem, fragilitatem, ut ueluti in apto uase habites i me, sicut Imperator i uno apparato domicilio. Secundo cognoscam tuam dignitatem, maiestatẽ, bonitatem, quæ quidem bonitas infinita est, immensa, & ineffabilis, quã elegit. B. Siluester totis uisceribus, ac toto

corde amauit,& dilexit.Propter qđ ab ipsa summa, & infinita bonitate,a Deo dilectus est,ac sublimatus,tam in regno cœlesti quā in præsenti Ecclesia, quod illum cōstitueret dignum suum ministrum,& summum sacerdotem fecerit.Ecce sacerdos &c.Ad commēdationem sancti Siluestri, de dignitate sacerdotali loquamur,de qua tria uidebimus.

Primum dicitur obligationis.

Secundum dicitur potestatis.

Tertium dicitur inductionis.

Primum dicitur &c.Vt habent Docto.Duplex est dignitas in mūdo.Vna Ecclesiastica,alia temporalis.Quæritur modo dubium a Theo.Cui maior honor debetur, & reuerētia,dignitati spirituali,aut temporali? Respōdeo simpliciter,quod spirituali sine cōparatione, maior honor,& reuerentia debetur. Vñ si ab una parte essent omnes milites, comites, Barones: ab alia parte poneretur simplex sacerdos,maior honor debetur sacerdoti, quam omnibus mūdi dominis:quæ conclusio probatur triplici ratione.

Primo ratione utilitatis.

Secundo ratione paternitatis.

Tertio ratione finalitatis.

Primo ratione &c.Cōclusio est Philosophi.Quod beneficiatus tenetur reprēdere uices suo benefactori.Et ius ciuile.l.sed si.l.ff.de petitione hæreditatis.§.Cōsuluit.Benefaciēti benefacere debemus.Et Se.li.de beneficiis. Beneficiorum memoria,senescere non debet.Idem.Ingratus est, qui non reddit:ingratissimus omnium qui oblitus est.Ille Canis applaudit domino suo:a quo accipit bucellam panis. Leo.B.Hie.deferebat ligna,quia de pede spinā extraxit,& curiales suis dominis honorem prebent,quia ab eis beneficia accipiūt,& tanto beneficiatus tenetur suo benefactori, quanto maius beneficium ab eo suscipit. Ad propositū.Sacerdos maiora beneficia impendit cuilibet homini,quā simul omnes domini temporales:quę sunt quatuor optima.

Primum dicitur mundationis.

Secundum dicitur remissionis.

Tertium dicitur cibationis.

Quartum dicitur apparitionis.

Primum

Primum dicitur &c. Quia hominem mundat a peccato originali. Conclusio indubitalis est doctorum in 4.dist. 3.& Can.de conse.dist.4.ca.Firmissime tene. Quod homo nascitur cum peccato originali Christo excepto Dauid in Psal.in persona omnium. Ecce enim in iniquitatibus &c. Ad Rom.5.c.Per unũ hoĩem peccatum intrauit in mundũ, & per pc̃m̃ mors,in quo oẽs peccauerũt. Super quo Aug. Vos aũt si quẽ excipitis,resistitis fundatissime fidei, & nullus põt saluari nisi fuerit ab originali mundatus. Mundari non potest,nisi per Bapt.Ioã.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua,& Spiritusancto,non potest introire in regnum Dei. Et Mar.ult.Qui crediderit & Bap.fuerit saluus erit.hoc beneficium baptismi,solus sacerdos potest dare,nõ dominus, nõ rex;nõ deniq; quisquam.Et ratio est Th.& Ric.in 4.di. 3.ar.1.Quia solus sacerdos est minister Bap. & quamuis in necessitate quilibet possit baptizare, aut fidelis aut infidelis,uir aut mulier, dummodo habeat intentionem baptizãdi, & formam seruent non tamen mulier potest baptizare presente uiro,qui est ea dignior,nec clericus præsente diacono,nec diaconus præsente sacerdote, sed bene sacerdos præsente toto mundo.Et hoc totum quia sacerdos est principalis minister,huius sacramenti,unde nullus potest absolute hoc beneficium dare. Non Rex, non Dux,nõ persona mundi,nisi sacerdos,ex hoc honorari debet,Secundũ dicitur &c.Vt uidebimus ad oculum,homo post baptismum cadit in peccatis mortalibus,uel uenialibus propter fragilitatem ipsius.Eccl.7.Non est homo qui non peccet.ad Ro.4. Est autem Deus uerax,Omnis autem homo mendax.In autentico de monachis.§.triennij. Natura humana labit ad delicta.Et 20.q.2.c. Omnis ætas ab adolescentia ad malũ prona est. Vnde frangit fidẽ quam in baptismo promisit: Abrenuncio sathanæ & pompis eius.Sed nullus potest saluari,nisi fuerit purgatus a peccatis.Purgatorio ista fieri nõ potest, sine remissione,quæ quidem remissio a solo sacerdote datur,qui a Christo hanc autoritatem accepit.Io.20. Accipite Spiritum sanctum,quorum remiseritis peccata,remittuntur eis,& quorum retinueris retenta sunt. Vbi dicit Ric.in 4.dist.18.Quod solus Deus effectiue peccata dimit

tit. Lu. 10. c. Quis pôt dimittere peccata, nisi solus Deus, & solus sacerdos instrumẽtaliter, q te absoluit a peccatis, ui clauium. Hoc beneficium nullus dare potest. Non Angeli, non Archangeli, non Cherubin, non Seraphim, non deniq; Virgo Maria. Ex hoc beneficio, teneris sacerdotem honorare, & sicut medicus honorari debet pro sanitate infirmo impensa. Iuxta illud Eccl. 38. Honora medicum propter necessitatem. A fortiori medicus spiritualis sacerdos, pro curatione animæ tuæ honorari debet. Vnde 6. q. 1. cap. Sacerdotes, qui proprio ore corpus domini conficiũt, ab omnibus sunt honorandi, & timendi: non dilacerandi, aut detrahendi. Ille. Vnde pater Dominicus mittẽs fratres ad prædicandum, honorem sacerdotum eis recommendauit. Ex hoc beneficio honora eos.

Tertiũ dicitur &c. Homo componitur ex corpore & anima. Quo ad corpus indiget cõmestione, in li. de generatione & corruptione. Omne uiuens, quandiu uiuit, indiget alimẽto cõueniẽti suæ naturæ, sic aĩa indiget cibo spirituali quo recreetur: quia ut dr̃ Matt. 4. Nõ in solo pane uiuit homo sed in omni &c. Sed qualis est iste cibus? uere de quo Io. 6. Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Canta. In eodem. Nisi mãducaueritis carnẽ filij hoĩs, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis uitã in uobis. Sed hũc cibũ & potũ aĩæ solus sacerdos cõficere põt in uerborũ uirtute. Hoc est corpus &c. ex hoc bñficio teneris honorare sacerdotes. Quartũ dr̃ &c. Si rex terrenus, q magnũ hẽt thesaurũ, claues illius nõ nisi psonis dignis tribuit. Ita rex gloriæ habens thesaurũ paradisi, claues solis sacerdotibus tribuit. Vnde Christus Petro in persona omnium sacerdotum. Matth. 9. Tibi dabo claues regni cœlorũ. Et quodcũq; solueris super terrã erit solutum & in cœlis. Quis est qui tibi aperit cœlos? Quis est portarius paradisi? Quis est clauicularius? Vere est sacerdos. Vnde super omnes honorandus est. Secundo ratione &c. Omnes fideles tenentur de necessitate salutis honorare prælatos, & personas Ecclesiasticas. Fũdamentũ rationis sumitur a Christo. Mat. 19. Si uis ad uitam ingredi: serua mandata. Inter quæ mãdata, præcipue est unũ de honore parentum. Exod. 20. Honora patrẽ

tuum & matrem tuam.secundum Alex.in 3.parte sum.Triplex est pater

Primo cœlestis.

Secundo carnalis.

Tertio spiritualis.

Primo cœlestis,qui est Deus,q dat hominis esse, & omnia bona.De quo Deut.32. Ipse est pater tuus q possedit, & fecit,& creauit te.

Secundo carnalis,qui dat filio substantiã corporalẽ, ut patet p Philosophum lib.de animalibus.Substantia corporis filij,est corporis patris substãtia. Tertio est spiritualis, qui ministerialiter per regenerationẽ & efficaciã baptismi, & aliorũ,sacramentorũ, dat gratiã paruulis,&-adultis. Ad ppositũ.Ex quo oẽs isti sũt patres, ex uigore præcepti meretur honorari.Primo pater cęlestis, quia dedit animã cũ potẽtiis suis,& eam cupit saluare,unde meretur honorari spiritualiter:honore latriæ . Secundo etiam uirtute præcepti honorãdus est pater carnalis,quia ex eo homo habet esse.Hier.Honorandi sunt parentes, quia nobis sunt causa nascẽdi. Eccl.7.Honora patrem tuũ,& gemitus matris tuæ ne obliuiscaris.Memento quoniam nisi per illos,natus nõ fuisses.Tertio uirtute huius præcepti, honorandus est pater spiritualis.s.sacerdos,ex eo,qa dat homini nobilius bonum,q̃ pater carnalis,quia dat gratiam p sacramenta ecclesiæ,unde plus honorãdus est pater spiritualis,q̃ carnalis,& plusq̃ oẽs hoĩes mũdi.De hac paternitate dist.90.cap. Quis dubitet. Quis dubitet sacerdotes Xpi regũ, principũ, omniumq; fideliũ,patres,& magistros censeri?Si ergo sunt patres regũ,& principũ & oĩum dominorũ, cur nõ honorãtur ab istis.Cur uilipendunt?sicut.n.maledicitur filius erga patrem carnalem,ita spiritualẽ.Exo.21.Qui maledixerit patri uel matri morte moriatur.O seculares,honoretis maiores uestros.Tertio ratione &c.Cõclusio Philosophi.3.Thopi.Cuius finis bonus est, ipsum quoq; bonum est.Exempli gratia.Quanto finis artis est nobilior,tanto ars est nobilior,De caligario & aurifice. Quale est officiũ dominorũ temporalium?Respõd.q regere rẽpub. iustitiã ministrare, occupare se ad tẽporalia.Officiũ sacerdotũ est nobilius,q̃

est habere curam animarũ. Io. 20. Simõ Ioãnis diligis me? ter dixit ei interroganti, quod sic, ipse dixit. Pasce oues meas. Cum ergo sit nobilius officium sacerdotum; quam dominorũ, ideo honor maior debetur eis. Vnde patet primũ. Secundũ dicitur &c. Sacerdotum potestas superat oẽm mundi potẽtiam. Secundum Alber. super Luc. Tres sunt potentiæ mundi, quas sacerdos superat, sua potentia.

- Prima est Dęmonum.
- Secunda est Angelorum
- Tertia est Mariæ.

Prima &c. Iob 41. Nõ est potestas super terram, quæ cõparetur ei. Apoca. 2. Ve terra & mari: quia descendit diabolus ad uos; habens iram magnam. Si daretur ei authoritas: posset aquas maris spargere super terram, subuertere montes, & alia magna facere. Hic est qui procurat omnia mala, omnia uitia, omnia crimina. Dio. 3. de diui. no. Multitudo, dęmonum est causa omnium malorum, sibi & aliis. Da. 2. senten. omnis malitia, & omnis immũdicia a diabolo sunt excogitata: sed hanc potentiam superat sacerdos. Quod patet sic. Dęmon claudit regnum cœlorum peccatoribus per peccatum: sed sacerdos sacramenta ecclesiæ ministrando, uirtute clauium, ipsum cœlum aperit. Vnde Petro dictum fuit in persona omnium sacerdotum. Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorum. Et Matth. 17. Amen dico uobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cęlo. Et quod dæmon facit sua iniquitate, hoc sacerdos absoluit sua bonitate. In huius figuram, ut dicit magister in 4. senten. dist. 19. Sacerdotes cum ordinantur ab Episcopo, recipiunt potestatem clauium, & characterẽ, qui character est quædã dignitas indelebilis. Vnde talis casus ponitur in iure. Quod sacerdos a mortuis resurgens, non amplius reuertitur ad suũ beneficium, nisi denuo restituatur. sed tamen eius dignitas semper manet. Et hoc ratione indelebilitatis characteris. Iuxta illud. Tu es sacerdos in æternum. Secundo superat &c. Vnus Angelus (ut dicit Thom. in 2. in 1. parte, quæst. no. argum. 3. In quæst. de malo. quæst. 3. artic. 4.) uoluit totum firmamentum, & singuli singulos cœlos & planetas: sed tamen non ita cito, sicut

sacerdos mouet regem cœlorum, de cœlo ad terram, qui statim prolatis quinque uerbis. Hoc est enim corpus meũ, aperiuntur cœli ad ipsius uocem,& Christus descẽdit cum Angelorum turba. Vnde Gregorius libro Dialogo,& ponitur a Magistro in 3.distinct.11. Quis fidelium dubium habere potest,in ipsa immolationis hora,ad sacerdotis uocem cœlos aperiri in illo Iesu Christi ministerio:angelorum choros adesse:summa ad ima sociari. Ille. In gestis Anglorum. Rex Angliæ dum quodam mane, ad aucupandũ pergeret, Episcopo præcepit,ut ipsum ad missam expectaret. Episcopus in extasi ante altare eleuabatur, & audiuit uoces Angelorum dulciter canentium. kyrieel. Qué cantum Episcopus in partibus illis docuit suis clericis canendum. In signum q̃ missæ adsunt Angeli. Vnde sta cum deuotione. Tertio superat potentiam Mariæ, quã uis uirgo in se susceperit filium Dei, in quo erat diuinitas humanitati coniuncta:tamen tam cito sicut sacerdos,quia ut dicitur. Luc.1. Fuerunt octo uerba inter ipsam, & Angelum: Ecce ancilla domini fiat mihi secundum uerbum tuũ. Sacerdos autem in paucioribus nerbis, mouet uerum corpus Christi de cœlo empyreo, usque ad terram, scilicet in quinque. Hoc est enim corpus meum. Præterea Virgo semel tantum recepit in se filiũ Dei, sacerdos autem toties, quoties illa uerba pfert. Præterea est similis Mariæ sacerdos. Sicut enim illa per quinque uerba. Fiat mihi secundum uerbum tuum, concepit Christum, sic sacerdos. Et sicut post consensum Mariæ, totus fuit Christus in utero eius, sic prolatis quinque uerbis, est totus Christus in altari. Vnde teneris. O homo, ueteri ipsum, propter talem potestatem. Quod bene innuit Pontifex, qui pede sinistro coronam ponit capiti Imperatoris, in signũ subiectionis, & seculari domino exhibẽdus est honor, cum pede sinistro, quia dominus huius uitæ, qui per sinistram designatur. Sacerdoti uero cũ dextero: q̃a est dominus in spiritualibus. Sed non est sic. Exemplum Brixiæ de Rectore Veneto, qui ante Episcopum locum uolebat. Tertium dicitur &c. Tria sunt quæ inducunt ad reuerentiam sacerdotum, siue tria sunt præcepta, quæ inducunt ad reuerentiam &c.

Primum est diuinum.
Secundum est Humanum.
Tertium est Diabolicum.

Primum est præceptum &c. Eccles.7. Honora Deum, & honorifica sacerdotes. Exod.20. Diis non detrahes, idest sacerdotibus, inquit Glo. Esa.61. Vos sacerdotes domini uocabimini, ministri Dei nostri, dicetur uobis. Et in Psalmo. Nolite tangere Christos meos. Et Greg. 11.q.3. Mauricio Imperatori capi. Sacerdotibus. In diuinis scripturis, sacerdotes aliquando dii nuncupantur. Diis nō detrahes. Quid igitur mirum, si uestra pietas dignetur eos honorare, quibus in suo eloquio, honorem tribuens, eos aut Angelos, aut Deos, etiam ipse appellat Deus? Ille. Preterea, de Christo, qui leprosis dixit. Ite ostendite uos sacerdotibus in signū reuerentię, & de Christo, Matt.26. a seruo percussus rndit benigne, quia sciuit hoc esse de Pontificis mente. Et de Aaron, quia uitulum fecit. Vnde mortaliter peccauit. De pœnitentia nihil habetur, tamen egit, sed non est in scriptura ob eius reuerentiam. In signum, ꝙ sacerdotes sunt honorandi. Imperatores hoc egerunt. De Theodosio Impatore, ut dicitur in historia tripartita, qđ cum apud Thessalonicam occidisset octo milia, nullo præcedēte iudicio, & Mediolanum uenisset, ac templū ingredi uellet, occurrit ei Ambro. di. Nescis miser quāta mala egisti, recede hinc. Ad propria est reuersus, cumq; octo mēses trāsissent, & uellet iterum ingredi, quia instabat dies natalis, iterum Amb. acriter reprehendit, unde cum pęnitentia ipsum ingredi permisit non in choro, sed in Ecclesia. In cōstantinopolis positus, dum sacerdotes uellēt ipsum in chorum cōducere, respondit. Per nomē sanctum Dei, nō ponā me in tali loco, quia est locus Deorū sacerdotū. Pręterea in historia scholastica legitur de Alexandro Magno, cū capta Gaza, & tota Græcia, Hierusalē uellet ire, summus sacerdos pauidus orabat pro populo. Cui dominus. Ne timeas: sed uade ei in occursum pontificalibus indutus, & obuiam perge Alexandro sine timore, & tecum sit populus, cum Alexander ipsum uideret, de equo descendens, reuerentiam exhibuit, suis petentibus, quare Iudæorum sacer-

dotem honorauisset: respondit, non hunc simpliciter honoraui: sed illum cuius principatum tenet. Nam per somnium uidi Deű meű, tali habitu indutű, qui nihil promisit dominum Persarum se daturum.

Secundum dicitur &c. In decretis. 11.q.1.c. Sacerdotib. De Constantino Imperatore, qui post susceptum baptisma studuit quantum potuit honorare sacerdotes, cum quadā uice litem adinuicem haberent: Imperatorem adeunt. Respondit Imperator prudens. Ite & inter uos causas uestras disponite: quia non est dignum, ut iudicemus deos nostros. Vocās deos. Et dist. 66. fertur ille duxisse. Vere si oculis propriis uiderem sacerdotem, aut aliquē eorű, qui monastico habitu sunt cincti, peccantem clamydem meam explicarem, & eū cooperirem, ne ab aliquo uideretur. Practica notabilis. O seculares, qui ita lete mala de religiosis dicitis, & contra eos scandalum sumitis, audite quid dicitur. 3. q. 1. c. Nulli. Dominum crucifigunt in suis sacerdotibus, cū persequuntur. Ille. Inspice o secularis, inspice o homo, &c.

Tertium dicitur &c. Tempore Remigij episcopi cum semel corpus Christi deferret cuidam infirmo, ei dæmon obuiauit, quem dæmō intuens, se in terram prostrauit: postq̃ uero reuerteretur: iterum illi dęmon occurrit, genu flectens. Cui dixit Remigius. Cur ꝓsternebaris ante, nūc genua flectis? Respōdit dæmon. Prima uice Deum meum portabas, nunc autē te simpliciter honoro genibus, quia illius es minister, unde concludi potest per hoc exemplum, ꝙ diabolo sunt peiores, qui sacerdotes inhonorant. Summa ergo cum reuerentia sunt honorandi, cum sint maiores omnibus hominibus mundi. Vnde 1. Petri. 1. Vos eūis genus electū regale sacerdotium. Et psalmus. Ecce reges terræ congregati sunt. Reges sunt, quia coronam habent, quam habent triplici ratione.

Prima propter Petri imitationem.

Secunda propter ipsorum distinctionem.

Tertia propter spiritualem significationem.

Prima propter &c. Dum Antiochiæ captus fuisset, & ibi primā missam cantasset, ob Christi iniuriam, summitatē capitis abraserunt, clerici hoc uidentes, idem sibi fieri fecerunt.

sunt. Ecclesia seruare voluit in honorem, quod sibi fuerat irrogatum in contumeliam. O sacerdotes qui comas nutritis sicut seculares, non conuenit uobis. Archiepiscopus florentiæ cum scutella comam rasit multorum. Secunda propter &c. Voluit Deus sacerdotes ab aliis distingui ad hoc signum, sicut olim populum Iudæorũ ad signum circuncisionis & uestimentorum. Num. 15. Loquere filius Israel ut faciant sibi fimbrias per quatuor angulos palliorum. Tertia propter &c. Sicut abrasio capillorũ fit, ita debet fieri in sacerdotibus ut nihil sit negotiationis, aut curiæ secularis, nisi tantummodo uacare cultui diuino, unde 12. q. 1. Ratio coronę in capite, significat depositionem temporaliũ. Debet ergo sacerdos totus absorberi in supernis, & omnẽ suam curam ibi ponere, quod bene egit sanctus Syluester, cuius festum colimus, dic hic legendam tuo modo, & breuiter.

In Circuncisione Domini.

POstquam consummati sunt dies 8. ut circuncideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus. Luc. 2. Quãta fuerit auiditas sanctorum patrum, ueteris testamenti, habendi notitiam huius nominis Christi nati: patet si diuinas scripturas inspicimus. Vnde Gen. 32. Iacob loquẽs angelo dixit. Quo nomine uocaris? Qui respõdit. Cur uis nomen meum? q.d. Sciri adhuc non potest. & Exo. 3. Mittens dominus Moysen ad Pharaonẽ pro liberatione populi, sic dices, inquit, filius Israel, q̨ est misit me ad uos. Qui est. s. potentiæ infinitæ. De qua Psal. Omnia quæcũq; voluit dominus fecit, qui est sapientiæ infinitæ. Rom. 8. O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ Dei, q̃ incõprehensibilia &c. Qui est potius iustitiæ, quàm misericordię. Hiero. de filio prodigo ad Damasum Papã. Lex quippe iustitiæ tenax, clementiam non habebat, sed quicunq; adulter, fraudator, homicida, & ut breuiter dicam mortali crimine detinebatur. nulla uenia pęnitentiæ laxabatur a crimine, oculum pro oculo, dentem pro dente, animam pro anima iubebatur exoluere, sed misit Deus filium suũ natũ

ex mulierę, factum sub lege, qui austeritatem legis, Euāgelij gratia tēperauit. Ille. Qui est, scilicet iustitię qui luciferū expulit de paradiso; qui diluuium misit in terram, qui ignē & sulphur &c. Vnde dixit Alber. super Lu. quod in testamēto ueteri, Deus nō dicitur pater quasi misericors: sed deus quasi iustus & rigidus. Vnde Moysi apparuit di. Ego sum Deus zelotes. i. uindicta: uindicās iniquitatē patrū in filios usque in tertiam & quartam generationē, qui est ergo misit me ad uos. Vnde sancta mater ecclesia auida huius nominis scire conditionem & proprietatē per multos ann. clamauit Cāt. 1 Osculetur me osculo oris sui. i. mihi notificet suum nomen sponsus meus; hodie autem circuncisus: hoc nomē sibi impositū est, uidelicet Iesus. Quod diuinitus fuit impositum ab Angelo Vocatum est nomen eius Iesus, inquit Lucas, quod uocatum est ab Angelo. &c. Iesus. i. saluator, quia Matth. 1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum, hoc est illud nomē quod a patre p generationē æternam est datum filio. Esa. 62. Vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit. Hoc est illud quod a prophetis, est prænunciatum. Abachuch, 3. Ego aut in domino gaudebo, & exultabo in deo Iesu meo. Hoc est illud quod ab omnibus est desyderatum. Esa. 26. Nomē tuum est desyderabile Gen. 49. Salutare tuū expectabo domine, hoc est nomen excelsum. psalmus. Memento quoniā excelsum est nomen eius. Hoc nomen in terra diuulgatum Act. 9. Vas electum est mihi, ut portet nomē meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel, hoc est illud nomen, qđ a Gabriele est impositum. Luc. 1. Vocabis nomen eius Iesum. Vocatum est &c. De festiuitate hodierna tria sunt uidenda, de circuncisione Iesu benedicti.

Primum dicitur congruitatis.

Secundum dicitur conditionis.

Tertium dicitur significationis.

Primum dicitur &c. Vtrum fuit conueniens Christū circuncidi. Circa hoc duæ sunt opi. Vna quod sic: alia quod non: & ratio est. Circunsio data est in remedium peccati originalis, sicut nunc baptismus, sed Christus non contraxit aliquod peccatum: nō originale, quia de Spiritusancto.

Ecclesia canit. Et incarnatus est de Spiritusancto. Non ueniale. 1. Pe. 2. Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Io. 8. Quis ex uobis arguet me de peccato; igitur non debuit circũcidi. Alia opi. quod sic. Quia Gen. 17. dicitur. Circũcidetur ex uobis omne masculinum, ut legem, & ipse impleret; debuit circuncidi. Respondeo secũdum Tho. in 3. parte. q. 37. arg. 1. in 4. dist. 1. art. 2. Alex. de Ales in 4. uol. sum. & Ric. 4. dist. 1. Quod omnino debuit circuncidi, & hoc quadruplici ratione, in exemplum nostrum, & documentum.

Primo ratione manifestationis.

Secundo ratione incitationis.

Tertio ratione liberationis.

Quarto ratione exemplificationis.

Primo ratione &c. Vt ostenderet ueritatem suæ carnis. Fuerunt quidam hæretici: de quibus. 23. q. 4. c. Quidã autem hæretici, ut Manichei, & Valentiniani, & alii quã plures, qui dixerunt Christum non habuisse uerum corpus, tractum de Maria Virgine: sed illud attulisse de cœlo, & habere corpus fantasticum. Machometus uoluit Christum non uere pati in cruce: sed fantastice. O infamis. Christus autẽ ut ostenderet ueritatem suę carnis, & habere corpus uerum, & non fantasticum, uoluit circuncidi, & sanguinem suum a loco carnis emittere, quod non potest emittere corpus aereum & fantasticum. Figuratę ponitur Exod. 10. ubi dicitur. Quod Deus misit Moysen ad populum Israel in Aegypto, ut eos liberaret de manu Pharaonis, & ut daretur sibi maior fides a Pharaone, quod esset uerus ambasiator, cum esset ante Pharaonem, misit manum suam in sinu, & & extraxit leprosam, & sic ostendit se uerum nũciũ. Moraliter Christus uerus nuncius missus a patre, de cęlis ad nos, ut nos liberaret de manu diaboli, ut crederetur uerus messias, & uerus homo, nobis similis: posuit se in uterum Virginis, & leprosum se ostendit & infirmum, & similem uni peccatori, propter carnem quam assumpsit, & circuncidi uoluit. Vnde Esa. 54. Putauimus eum quasi uirum leprosum, & percussum a Deo, & humiliatum. Fecit Christus hodie in hac circuncisione, ut facit bonus mercator,

cator, quia ueniens ad nundinas, & inueniens bonam mercantiam emit eam, sed solũ soluit partem pretij, & dat arram. Christus bonus mercator, ueniens in hoc mundo, inuenit bonam mercantiam, s. animam nostram, sed non soluit totum pretium, sed partem ut hodie, quia cępit sanguinẽ emittere, sed in die parasceues totum soluit in ara crucis: quia ex omni parte sanguis exibat. O diuina bonitas. Figura Leui. 14. præceptum erat in lege, quod vnus leprosus quando mundari debebat a lepra, ut templũ posset intrare: quod acciperet passerem, de eius sanguine tingeret lignũ cedrinũ, & sic liberabatur. Ad propositum Christus uolẽs nos mũdare a lepra peccati, ut possemus ingredi vitã ęternam, de sanguine suo tinxit lignum crucis. Vnde quęritur dubium. Vtrum sanguis iste hodie fusus, fuit sufficiens ad redimendum genus humanum? Dic quòd sic &c.

Secundo ratione &c. Vt nos incitaret in eius amorẽ in 1. Macha. 6. legitur, quod quando uolebant pugnare habebant elephantes, & eis ostẽdebant sanguinẽm uuæ & mori, id est, uinum rubeum, ut eos incitarent ad bellũ. Th. super Iob. 40. lec. 2. dicit, quod elephas est animal pigrum & forte, & ad multa eruditur per uim æstimatiuam. Vnde incitatur ad bella, per colorem rubeum. Præterea dicitur Ioan. 38. Quis dedit gallo intelligentiam? Tho. super Io. Intelligentia in gallo uocatur naturalis ęstimatio, quia sic in horis determinatis noctis canit, ac si intelligeret distinctionem horarum noctis. Tres enim uigilias facit.

Primo circa principium noctis, unde tarde cantat.

Secundo in nocte media, magis frequentat.

Tertio cito canit. Et ratio est: quia quanto res una plus se ꝓximat suo principio plus gaudet. Lux est principium omnium animaliũ. Vnde omnia plus gaudent de die q̃ de nocte, excepta noctua, quæ solem non patitur. Gallus cito canit, quia lux appropinquat. Alex. Magnus in arca Vitrea ipm uoluit cũ cane & catta. Canis ut ederet stercus: catta propter flatum, & gallus propter horas. Ad propositũ. Ex vi ęstimatiua incitatur elephas propter colorem rubeum. Christus vidẽs nos pigros esse, & negligẽtes in amore suo: hodie nobis ostẽdit sanguinem suum in effusione mẽbri:

quasi

quasi diceret nobis; O filioli mei, amorem quem habeo ad uos, non possum ostendere nunc, quia paruus sum, s. 8. dierum, sed facio quod possum, quia uobis mitto a corpore meo sanguinem meum, ut uos incitem ad bene operandũ: sed in die veneris Sancti clare ostendam &c.

Tertio ratione &c. Conclusio est Tho. in 4. di. 1. ar. 2. & Hugo. de Sancto Victore, quod per peccatum primi hominis, originale peccatum est transfusum in homines, ita ut omnes qui nascuntur etiã modo, nascantur cum originali: propter quod omnes erant in potestate diaboli, & quando moriebantur, oportebat, ꝙ omnes irent ad infernũ. Volẽs autem Deus quod merita sanctorum hominum non perderentur, inuenit remedium contra illud peccatum, ita quod nõ ibant in infernum, & hoc fuit omni lege. Quæ remedia fuerunt quinq; in lege naturæ.

Primum remedium fuit oblatio, quæ incepit quidem ab Abel & durauit usq; ad diluuium. Gene. 4. ubi dicitur, quòd Abel obtulit Deo de primogenitis gregis, & de ouibus eorum. Caym uero de fructibus terræ.

Secundum remedium fuit sacrificiorum immolatio. Et hoc incepit a Noe, & durauit usq; ad Abraham. Gen. 8.

Tertium fuit decimatio, & hoc incepit ab Abraham, & Melchisedech. Gen. 14.

Quartum fuit Circuncisio in lege scripta. Gene. 17. Circuncidetur ex uobis omne masculinum.

Quintum fuit Baptismalis sacra regeneratio, & tunc incepit in lege gratiæ, quando Christus uenit. Et sic patet ratio, quare fuit conueniens circuncidi. Sed hic duo quæruntur dubia pulchra.

Pulchrum est hoc dubium. Quare mulieres non circuncidebantur, sed uiri? Respondet Th. in 4. di. 1. q. 2. ar. 2. Quia peccatum originale descendit a patre in filios, & non a matre principaliter, quia pater est causa efficiẽs in generatione, & mater materiam ministrat. Circũcisio data est cõtra originale peccatum: ad tollendũ culpã quæ est a uiro. Et quamuis transgressio a fœmina incœperit, tamen causa transfusionis peccati originalis, nõ fuit fœmina, quia si uir nõ peccasset, originale transfusum non fuisset. Ideo. Apostol us.

Solus?Per unum hominem &c.Hęc Tho.

Secūdum dubium.Quare magis in membro generatiuo fiebat hæc circuncisio quàm alibi?Respondet Tho.in 4.di. 1.q.2.art.2.Alex.in 4.uol.sum.& Ric in 4.in declaratione literæ.Medicina datur,& dari debet,ubi est infirmitas.Facetia de medico grosso.Qui cuidam habenti in oculo festucam,uoluit medicus ad curationem,dare in clysterium.Et ille.Magister nō habeo malum inferius:Sed in oculis. Erat grossus.Ad propositum. Debet circūcisio fieri in loco illo: quia per actum generationis cōtrahitur peccatum originale,& hoc in loco illo.Vnde debuit esse in illo loco medicina,ubi maxime est infirmitas.In huius signum Gen.3. Adam post peccatum cum uidisset se nudum, consuit folia ficus,quia ab illa parte rebellabat rationi. Ille. Et sic patet ratio quare uoluit circuncidi.

Quarto ratione &c. Vt nobis exemplum circuncidendi daret spiritualiter hodie,ut ipse materialiter. Primo circūcidere oculos,ne uideant uanitates. Vnde Dauid. Auerte oculos meos &c.O quot mala procedunt,ex oculis.Tren. 3.Oculus meus depręedatus est animam meam.

Secundo aures ne audiant inhonesta. Legitur quod serpens quando audit incantatorem,ponit aurem unā in terra,in alia caudam,ne audiat incantatorem,sic homo ne audiat mala de proximo.Eccl.18. Sepi aures tuas spinis &c.

Tertio os nostrum ne loquatur malum de aliqua persona,aut dicamus uerba inhonesta, quia ut dicitur Prouerb. 18.Lingua tertia multos commouit,& Dauid. Posui ori meo &c.Prouer.18.Mors & uita in manū linguæ.Apis nūquàm descēdit nisi super aliquos pulchros flores, ad comedendum,sic persona bona non nisi &c.

Quarto gustus ne comedamus ultra necessitatem &c. Prouer.29. Qui delicate nutrit seruū suum,postea sentiet eum contumacem. Accipiter nunquam descendit ad prædam, nisi quando famescit, ita & homo comedere non debet &c.

Quinto tactus,ne alienum tangat.Deut.21.Radet cæsariem,circuncidet ungues. In omnib. his sensibus Christus circuncisus est.Primo in oculis,quia fleuit quinquies.

Primo

Primo in natiuitate. Sap. 7. Primam uocem similem omnib. emisit plorãs. Secũdo hodie. Tertio super Hierusalẽ. Quarto super Lazarum. Quinto in cruce. Secundo circuncisus est auribus Ioan. 19. Aue rex Iudæorum, & dabant ei alapas. Tertio in pedibus, & manibus. Psal. Foderunt &c.

Quarto in gustu. Psal. Potauerunt me aceto.

Quinto in olfactu, quia in caluarie loco &c. Et tu fac similiter: patet primum.

Secundum principale &c. Postquàm uisum est de circuncisione: Nunc uero de nominis impositione, quia cõclusio est Phi. 4. Met. & instit. de donationibus. §. Est & aliud. Et. 12. q. 1. c. Clericus de præbendis & dignitatibus. c. Cũ secũdum Apostolum. Nomina imponũtur a proprietatibus rerũ. Et Tho. 3. par. q. 37. art. 2. Quatuor modis nomen imponitur, uel a patre, sicut imponitur nomẽ alicuius Sancti, qa in tali festo natus est; uel a cognatione: sicut cũ filio imponitur nomẽ patris. Vel alicuius de cognatione eius: ut propinqui Io. Bap. qui nomen patris Zachariæ uolebant imponere. Vel ab euentu: ut sicut Ioseph uocauit primogenitũ suum Manassem. Gen. 41. Di. Obliuisci me fecit Deus omniũ laborum meorum. Vel ex aliqua qualitate eius, cui nomẽ imponitur, ut dicitur Gẽ. 25. Quod Esau erat rufus totus, de egressu matris suæ. Vnde uocatum est nomen eius Esau, quod interprætatur Rubens. Nomina autem quæ imponuntur aliquibus diuinitus, semper significant aliquod bonum gratuitum, eis diuinitus datum, sicut Gen. 17. Dictum fuit Abrahæ. Appellaberis Abraham: quia patrem multarum gentium te constitui. Et Matt. 15. Dictum fuit Petro: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, quia hoc nomen Iesus fuit nomen diuinum ideo ab Angelo impositum fuit, quod est tantæ excellentiæ, quod super omnia nomina tres in se habet conditiones.

Prima est nomen honoris & excellentiæ.

Secunda est nomen amoris, & beniuolentiæ.

Tertia est nomen ualoris & omnipotentiæ.

Prima est &c. Quod ostẽdit Apostolus ad Phil. 2. Dedit illi nomen qđ est super omne nomẽ, ut in nõie Iesu oẽ ge-

nu

nu flectatur,cœlestium terrestrium,& infernorum.Si possibile esset ire ad paradisum,& quis clamaret.O Iesu:omnes se incuruarent.Sic dico de damnatis.Et quantò magis nos in uita, debemus hoc nomen honorare. Ab vrbano Papa dantur.30.dies indulgentiæ: si quis caput inclinet ad hoc. nomen.Et secundum canones, quãdo hoc nomen in Ecclesia nominatur:semper debet caput inclinari. Vnde Dauid. Laudabo nomen Dei cum Cant. & ma. eum in laude. Et quare o Gabriel: quia ut dicitur Act.4. Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.O nomen gloriosum:Vnde processit totius mũdi conuersio?Respondet Bern.de Iesu prædicato:merito dicitur Iesus.i.saluator:quia ut dicitur Matt.1. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Apostoli totum mundum conuerterunt hoc nomine,ut Paulus & Petrus Romam &c Vbi dicit Tho.in 4.di.3.Quod Apostoli ꝑ multũ temporis baptizauerunt in forma Iesu uenturi. Quod factum fuit ex instinctu Spiritussancti,ut hoc nomẽ in cordibus fidelium infigeretur. Vnde patet prima.

Secunda conditio &c.Quid dicis O Iesu? Nomen tuũ, & memorabile tuum in desiderio est animæ meæ. & Ber. Hoc nomen Iesus est mel in ore,iubilus in corde.Exemplo patet de Ignatio martyre;qui in tormentis positus,hoc nomen assidue personabat,a quo cùm pagani quærerent,quare incessanter hoc nomẽ inuocaret?Respondet: q; in corde suo scriptũ habebat, quod obliuioni tradere non ualebat. Cum esset mortuus inuenerũt cor in quo sculptum erat literis aureis.Iesus.Pauli capite abscisso & a corpore separato;tres saltus fecit,clamans ter Iesus,ubi tres fecit fontes. Præterea in epistolis suis quingentis uicibus ipsum nomẽ. Iesus nominauit,& sic patet.

Tertia conditio &c.In uirtute huius nominis nihil nociuum fit homini.Ad Ro.10.Quicunque inuocauerit nomẽ domini saluus erit.Recitat magister historiarũ, quòd uirtute huius nominis Dio.ad fidem est conuersus. Cum q; iã cecus corã populo,& Dio.Athenis duceret dixit Dio.Pau. Si dixeris huic ceco i noīe Iesu uide, & uiderit: & ego credã statim? Et Paulus rñdit.Sũ cõtẽtus.Et Dio.scripsit hæc

uerba

 394
uerba,dans Paulo.In nomine Iesu,nati, crucifixi, mortui, qui resurrexit,& ascendit in cœlum,uide.Dixit,& uidit.Et Dio.conuersus est ad fidem.Præterea Act 4. Quidam claudus ab utero matris uidens Petrum introeuntem in tẽplũ, petiit eleemosynam.Cui Petrus. Argentum & aurum &c. Surge ĩ nomine Iesu,& illico sanatus est. Præterea Gre.in 3.lib.dial.de illis qui ungas acceperunt ad præceptum abbatis Isaac.in 1.lib.de monacha ortulana,quæ serpẽti præcepit,vt ortum custodiret &c.Innocentius.in 3.lib. de Sauino placentino,qui pado precepit ne terras Ecclesiæ inuaderet,de sancto Vincentio nostro,q super ægros &c.Sic patet secundum.Tertio dicitur &c.Hoc nomen Iesus cõponitur ex quinque literis:Sicut etiam nomen uirginis,quæ signant quinque beneficia,quæ recepit genus humanum per ipsum nomen gloriosum.Prima litera est I. idest ianua cęlorum, quia per ipsum regnum cœlorum acquirimus, & in ipsum ingredimur.Vnde ipse dicit Ioann.10. Ego sum ostium.Per me si quis introierit saluabitur. Exemplo patet. Cum quidam esset assuetus quando dormitum ibat & quando de lecto exibat dicere.Iesu nazarene rex iudeorũ miserere mei.O bona oratio.& tria signa facere crucis,orauit Deum ut daret ei hanc gratiã:ut non permitteret eum ex hac uita migrare, sine contritione:cũ subita morte præoccupatus esset:& dęmones uellent eum rapere, uir quidã clamare cœpit.Non faciatis,non faciatis.Dum quærerent quare?Respõdit.Quia in deuotione habuit nomẽ Iesu.Vnde patet.Secunda litera est.E, idest exemplar corruptorũ; quia Iesus fuit exemplar corruptorum.Bene scis o ciuis q quando scriptor habet librum corruptum,omne quod scribit erit corruptum.Ad propositum. Deus dedit homini à principio mundi librum unum,qui debebat esse exemplum totius mundi,& iste fuit pater noster Adã,qui nos instruere debebat,sicut pater filios. Sed malus scriptor.i. [illegible] ipsum falsificauit,s.hunc librum. Vnde omnis qui post cũ uenit,fuit corruptus.Vnde Dauid.Corrupti sunt,& abomi nabiles &c.Et Apostolus.Omnes peccauerũt. Videns autẽ Deus totum mundum corruptum, misit nobis exemplũ uerissimũ,ad quod possemus corrigere uitam nostram,& hic

fuit

fuit Iesu nate, Iesu cesc. Iesu crucifixe. O exemplar &c. Si es superbus respice, quia est humilis. Si auarus respice, qa est liberalis &c.

Tertia litera est. S. i. scutũ bellatorũ. Homo in præsenti uita, est in bellis assiduis. In Psal. 55. Multi bellãtes aduersum me: sed Deus misit scutum cũ quo possumus pugnare, scilicet Iesũ. De quo in Psal. In nomine tuo spernemus insurgentes in nobis: cum hoc scuto ibant Apostoli gaudentes à cõspectu concilii, quoniã digni erant pro nomine Iesu contumeliam pati. Act. 5.

Quarta litera est, V. i. uita mortuorum. Per peccatũ primi hominis duplicem mortem incurrimus, animę & corporis. Ab hac duplici morte nos Iesus dulcis liberauit. Primo a morte animæ, quia pro nobis mortuus est. Io. 10. Animã meam pono pro ouibus meis. Canta. in cantu mensæ. Secũdo, a morte corporis Io. 15. Ego sum resurrectio & uita qui credit in me etiam &c.

Quinta litera est. S. id est sanitas infirmorum. Quando puer infirmatur grauiter, medicus parat medicinã amaram, nec dat puero, quia eam non sumeret ratione amaritudinis, sed dat nutrici, quia est fortis ad ipsam suscipiendam, & uirtus medicinæ transit ad mammillas & efficitur lac, & illud lac retinet uirtutem medicinæ; & puer sugendo ubera recipit uirtutem medicinæ, & sanatur. Ad propositum. Omnes eramus infirmi peccato: Psal. Miserere mei domine, quoniã infirmus sum. sed medicinam pœnitentiæ non poteramus sufferre, quia amara: sed nutrix natura, id est. Iesus Christus istam medicinam, scilicet mortem pro nobis sustinuit, & sanguinę pro nobis fudit, quod fecit sex uicibus.

Primo hodie.
Secundo in oratione in orto.
Tertio in flagellatione.
Quarto in coronatione.
Quinto in crucifixione.
Sexto in lanceatione.

Esa. 53. Vere lãguores nr̃os ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Exemplum præsbyteri, qui cum iudea nego-

tium

cium habens parentes in Ecclesia in sabbato sancto, uolentes ipsum uituperare, præsbyter nomen Iesu implorauit, & omnes sunt ceci effecti & muti. O Iesu. &c.

In Epiphania Domini.

Vidimus stellã eius in oriente, & uenimus adorare eum. Matt. 2. Quam digna sit laude & comendanda, & honoranda, & triumphosa apud oculos mortales hodierna solennitas clare ostenditur, si oculo intellectuali inspicimus stupenda & grandia miracula, & excelsa & alta mysteria, quæ sunt in ea consummata. Vbi secundũ doct. tribus uocabulis decoratur. Primo Epiphania. Scđo Theophania. Tertio Bethphania. Primo epiphania ab Epi. qđ est supra, & phanos apparitio. Quia hodie 13. die stella apparuit magna, quæ ipsum natum illis ostendit, & manifestauit. Matt. 2. uidimus stellam eius in oriente. Secundo Theophania, a theos, quod est Deus & phanos apparitio: quia hodie reuolutis. 30. an. fuit baptizatus Christus a Io. Bapt. in Iordane, in quo apparuit trinitas. Pater in uoce. Hic est filius meus dilectus. Mat. 3. Filius in carne. Spiritus sanctus in specie columbæ. Tertio Betphania, a Beth quod est domus, & phanos apparitio, qa reuolutis. 30. & uno anno, ad nuptias fuit inuitatus. Ib. 2. ubi aquã mutauit in uinum. de quibus miraculis uidelicet his tribus, dixit Maximus in sermone hodierno. Hodie saluator cęlestibus ostensus Idiciis, a Chaldeis est adoratus. Hodie Christus beati Iõãnis ministerio flueta Iordanis benedictione ꝓprii baptismatis cõsecrauit. Hodie inuitatus ad nuptias, diuinitatis suæ potẽtiã manifestans, aquam mutauit in uinũ, aquas quas sanctificauit in baptismo, nobilitauit in nuptiis. Tria quidem hæc mysteria, unius diei per mundũ dignatio trinitatis impleuit. Ille. De istis trib. miraculis canit Ecclesia in hymno. Ibant magi quam uiderant &c. De secundo. Lauachra puri gurgitis &c. De tertio. Nouum genus potẽtię, &c. Et quia hodie de primo miraculo festũ agimus, s. de stella, assumpsi uerba: Vidimus &c. De celebritate hodierna tria deuotissima mysteria occurrunt contemplanda.

Primum dicitur manifestationis.
Secundum dicitur inuestigationis.
Tertium dicitur adorationis.

Primum dicitur &c. Dubium quæritur. Vtrum Christi natiuitas sit conuenienter manifestata? Circa hoc duæ sunt opiniones. Vna quod non, alia q sic. Prima q non: quia fuit occulta cum debuit esse manifesta; ratio est ista. Deus plus inclinatur ad misericordiam, quàm ad iustitiam. De pœ. dist. 1. Quia diuinitatis natura, in c. Multiplex, & C. de nup. l. Imperialis. Iac. 2. Superexaltat autẽ misericordia iudicium. Ad propositum nostrum. Duo fuerunt aduentus in mundo. Primo aduentus misericordiæ, scilicet incarnationis. Secundo aduentus iustitiæ, scilicet iudicij uniuersalis. Aduentus iustitiæ, omnibus erit manifestus. psalmus. Deus noster manifeste ueniet. Igitur debuit eẽ manifestus aduentus misericordiæ, scilicet incarnationis: sed non fuit, igitur &c. Secunda opi. dicit esse cõgrue factum, ut scilicet esset occultus, & secretus, & hoc secundum Tho. 3. par. q. 36. arti. 1. duplici ratione.

Primo ratione curationis.
Secundo ratione perditionis.

Primo &c. Cum enim Adam peccasset: intellexit dęmon diuinum uerbum esse incarnandum pro humano genere, & se expoliandum de lymbo, & hoc quidem sciuit per scripturas: sed tamen ignorabat tempus. Videns autem Angelos canentes, pastores adorantes, boues & animalia uenerantes, ipsum aggressus est in deserto tentans. Primo de gula: Si filius Dei es. dic ut lap. &c. Secũdo de uanagloria: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Tertio de auaritia. Si cadens adoraueris me. Cui respondit Christus. Vade Sathana. Non tentabis dominum &c. Pręterea ut dicit Tho. in 4. dis. 30. Dęmon non nouerat diuinitatem Christi, sed, confitebatur suspicando. Vnde ipsum tentauit in cruce uolens experiri, an esset messias. Vnde Io. 14. De seipso loquitur di. Venit enim princeps &c. Et ut dicit Chri. Dæmones nunquam habuerũt de aduentu Christi, firmam notitiam, sed quasdam coniecturas. Iam conclude rationem. Si ergo Christi natiuitas fuisset omnibus manifesta, per cõ

sequens,

sequens,& dęmoni fuisset nota,& sic fuisset impedita redem-ptio nostra per ipsum dęmonē. Vnde nō debuit oībus &c. Secundo ratione &c. Conclusio est, Thom. 3. parte. q. 36. ar. 1. Quòd Deus piissimus, nō debebat impedire illud, per quod genus humanum debebat liberari, debebat autem liberari p sanguinem, & passionē Christi: quia ut dicit Hie. in epistola quadam. Sāguis Christi fuit clauis Paradisi. Et ideo si fuisset Iudæis natiuitatis Christi manifesta, impedita fuisset redemptio nostra, quæ facta est per Christum. Quia Iudæi nō posuissent manus suas in Christum. Vnde Apostolus. 1. Cor. 2. Si cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent, & Act. 3. Scio fratres q per ignorantiam hoc fecistis. Super quo dicit Nicol. de Ly. q in populo Iudęorum aliqui erant minores, ut rustici & uulgares, nō intelligentes scripturas. Isti non cognouerūt xpm, nec quo ad diuinitatē, nec quo ad humanitatē: qa licet agnouerūt ipsum esse uerū hominē, nō tamē esse Christum a Deo missum. Tales (iuxta Apostolum) si cognouissent nunquam dominū gloriæ crucifixissent. Maiores autē agnouerūt ipsum, esse uerum prophetam, a Deo promissum, non tamen agnouerunt ipsum esse Deum. Et secundum hoc loquitur authoritas Apostoli. Si cognouissent &c. q. d. Nunquam agnouerunt eius dignitatem, sed tamen non excusantur: quia uiderunt plura signa demonstrantia ipsum esse Deum: ut cęcos illuminare, &c. Quæ omnia dabant intelligi ipsum esse messiam, & uerum Deum, ac creatorem. Ad propositum. Debuit ergo paucis, & non omnibus natiuitas Christi manifestari, præcipue istis magis, de quibus aliqua uideamus. Nato Christo in Bethleem, regnante Herode in Iudæa, eadem hora apparuit stella magis, super montem uictorialem. In quo tres magi adorabant. Fuit enim prophetarum, per quēdam astrologū noīe Balaā de hac stella. Nū. 24. Qui in morte positus dixit discipulis. Orietur stella ex Iacob. i. de terra pmissionis, & cōsurget uirga de Israel, Gl. de Israel. i. Hierusalē exiet messias. Discipuli aūt illius Balaam, post eius mortē ordinauerūt. 12. hoīes q oī anno ex eis tres, deberēt obseruare stellā hanc: & steterūt in mōte uictorialē, p tres dies & noctes: unde orabāt O Deus

cœli qñ ueniet ista stella. In nocte aût qua natus est, apparuit eis, qui erant tunc in monte illo. Sed nota, qđ de ista stella tres sunt opi. ut ponit Th. 3. parte. q. ubi supra. Prima quod ista stella fuit Spiritus sanctus, qui sicut apparuit pastorib. in spẽ Angeli, ita istis magis in specie stellæ. Secunda opi. q̃ fuit Christus qui apparuit eis in forma pueri, & allocutus est eos dicens. Ite cito in partib. Iudeæ, & inuenietis messiam nostrũ. Tertia opi. est, & ista est uerior, qđ fuit de nouo creata, quæ officio peracto, redacta est in præiacētē materiã, quę ab aliis differebat in sex, ut ponit. Th. 3. parte. q. ubi supra. & Nic. de Ly. in Euang. hodierno.

Primo in natura.
Secundo in situ.
Tertio in fulgore.
Quarto in motu.
Quinto in manifestatione.
Sexto in magnitudine.

Primò in natura, quia aliæ stellæ semper manent fixæ in firmamento suo, nec desinunt: aut deficiunt, quia sunt incorruptibiles. Hæc autem officio suo peracto, redacta est in prę iacentem materiam. Secundo in situ. Aliæ stellę sunt positæ in firmamento. Hęc autem non, sed pendebat in medi tullio aeris, proxima terræ, quia per eam uenerunt ad locum destinatũ. Tertio in fulgore, quia erat cæteris splẽdidior, quia non solum in nocte: sed etiam in die splendebat, quod erat contra naturam stellæ, & hoc propter præsentiam solis: sed solum in nocte propter absentiam. Quarto in motu, quia aliæ mouentur motu circulari de oriente in occidentem, & de occidentem in orientem. Hæc autem motu progressiuo, recedebat a septentrione, & ferebatur ad meridiem, scilicet uersus Hierusalem, quæ est in medio terre. Quinto in manifestatione, quia quandoque se manifestabat, quandoque se occultabat. Vnde Hierusalem ingressi, se occultauit. Alię autem se habent eodem modo, in apparitione. Sexto in magnitudine, quia hęc erat parua. Aliæ sunt maiores tota terra, ut dicit Origenes super illud. Matth. uigesimotertio. Stellæ cadent de cœlo. Vnde si fuisset una de cęlestibus, totam

n cooperuisset; unde fuit de nouo creata, & peracta o &c. Videntes autem stellam sciprę parauerunt cum o gaudio ad ipsum uidendum, & consilium fecerunt aicem dicentes. Iste est rex. Iste est Deus. Iste est ho uia est rex, portemus ei aurum, quia Deus est; porte ei thus: quia est homo, portemus ei myrrham, qua ui unguntur, in signum quod est mortalis, & mori t pro omnium salute. Et quamuis scripturæ nihil di tamen pie credendum est, q̄ licet diuersa obtulerunt era q̄ etiam essent induti diuersis indumentis. Vnus dutus auro; alius de purpura; alius de scarlato. Sic be duti posuerunt se in uia, & ducebātur à stella: sicut ho ucitur ab alio. Vnde in xiij. diebus pduxit eos in Hie ē. Sed q̄rit anima chara: Quomodo fuit possibile in paruo tempore? Respondeo, q̄ erant super dromeda qui tātum æquitant uno die &c. Iuxta illud. Drome madiam, & essa. Ingressi Hierusalem amiserunt stel Sed quare hoc? Respondet Thō. 3. par. q. 36. artic. 8. triplici ratione. Prima quia quærētes auxiliū huma a scribis amiserunt diuinum. Secunda ratio, ut inde rentur ciuitatem ingredi, & Iudæi uidentes gentiles a e uenire, inexcusabiles redderentur, quem illi de pro on adorabant. unde bene conqueritur dominus Esa. 6. isto la hodierna. Surge illuminare Hierusalem: quia t lumen tuum. surge a peccatis inuidiæ, auaritiæ, odij. uenit lumen tuum. Tuum quidem: quia de Iudæis na st: nata est Maria, nati Prophetæ, nati Patriarchæ, & ia domini super te orta est & ambulabunt gentes in lu e tuo, & re. in splen. ortus tui. Leua in circuitu oculos , & uide. Omnes isti congregati uenerunt tibi. Argu tum fortissimum contra Iudæos, quod natus est mes sed dum cogito in mente mea, unde est quod tamen il t, ut ipsum non adorarent cum aliis, quem in domo ha nt? Respondet quod tunc erat sicut nunc. Non ne ip habemus in altari inuisibilē, immortalē: tamē nō ado us fide? O ignoratia supina, o ignorātia crassa. Dormit istianus cū Iudęo. Secundū illī &c. po q̄ fuerunt in ciui Hierusalem commota est uniuersa ciuitas, inquit

Euangelista glossa Vniuersa ciuitas, idest regi adhærentes. Vel sic. Vniuersa ciuitas, pars ꝑ toto.i. pars ciuitatis. audi tu quod tres erant magi, qui ueniebant cũ maximo comitatu,& quærebant ubi est qui natus est Rex Iudæorum? Secundum Chrysost. Maxima fuit magorum deuotio, qui Christum nondum uiderant, & tamen pro eo mori parati erant, qui regem nouũ confitebantur, quasi nõ timentes herodẽ. Herodes aũt hoc audiens turbatus est ualde: sed qua re turbatus est ualde? respon. quod triplici ratione. Prima ne Iudæi natum regẽ tanquam suum reciperent, & ipsum tanquã alienigenã expellerent. Secũda ne a Romanis posset calumniari si aliquis rex nouus uocaretur, quem imperator Romanus non constituisset. Addit Augu. in sermone hodierno de diabolo. Turbatus est cum Hærode diabolus di. Quis est iste, qui me nesciente ingressus est mũdũ? Huic nato cœlũ radio stellæ arridet, quã nouitatẽ nõ intelligo, quo me couertam? Fortiorem sentio. Puto illum in regno meo uelle regnare. Ne forte Deus sit iste quem nullum potest maculare delictum. Ille. Vnde eos uocauit clam, & causam quęsiuit itineris: quid.s. quærerent. Cui dicunt, Regem Iudæorum quærimus. Vidimus stellam &c. Qui cõgregauit omnes sapientes,& doctores legis,& quæsiuit de loco istius. De sapientibus dicitur Deut. 23. Ad uerbum sapientum sacerdotum dependet omne negotium, qui erãt 24. ut hic dicitur,& certificauerunt ipsum de loco per prophetam Micheam. 6. cap. Et tu Bethleem terra Iuda paruula es in milibus iuda. Et exiet dux, qui regat populum meum Israel, scilicet uerbo & exemplo; quia in lib. de pomo & morte. Docentes alios, mentiri non debent. Herodes autem tristitiam suam simulans, dixit eis. Ite & interrogate diligenter de puero, & cũ inueneritis renũciate mihi, ut & ego ueniens adorem eũ. O ribalde. Quarte occide re quæris? Super quo Gre. Adorare uelle se simulat, ut hũc si inuenire posset extinguat. Ideo Ecclesia canit. Hostis Hærodes impie &c. Cum audissent regem abierunt, & dum fuerũt ad portam ciuitatis Hierusalem, in egressu eis apperuit stella. O quis posset cogitare gaudium qđ habuerunt. Vnde Euangelista. Videntes stellam Magi, gauisi sunt

gaudio

io magno ualde; Sup quo Fulgētius sermone hodiet
le gaudet gaudio magno ualde, qui de Deo gaudet,
st uerum gaudium. Ille. Super quo Chris. super Matt.
uor sunt genera personarum, quæ gaudēt: sed nō gau
magno ualde. Quidam in pulchritudine corporali, ut
eres paganę, Polixena, Cleopatra, Lucretia, Cassādra,
aira, Hersilia &c. quæ in belletis, & hmōi. Si uis pono
e plus se ornāt, q̄ uiri. Cōtra eas. Esa. 40. Vox dicētis.
a. Quid clamabo? Oīs caro fœnū, & oīs gloria eius,
flos agri. Petrar. v. triūpho tpis. Hic humana spes &
iæ: hic miseri hoīes caput attolunt, & nemo scit quan-
uat aut obeat. Quidā in diuitiis gaudēt, sed nō gaudio
no ualde, qa post hāc uitā, nihil restat de bonis huius
i. Unde Dauid Dormierūt somnū suū &c. Iob 14. Hoc
mihi &c. In 6. Pol: Philosophus. In bonis exterioribus
ōt eē fœlicitas. Quidā gaudēt in fama, sed nō gaudio
no ualde, quia ut di. Sen. Ois fortunæ fœlicitas, insta-
est. & Boe. 4. de cōso. Nemo est tam cōpositæ fœlicita
t non aliqua ex parte cū sua fortuna rixetur. O quot
orati deuenerunt ad maximā miseriam. Gloria huius
di, est ludus pilæ. Quidam gaudent in uitæ prolixita
ed non gaudio magno ualde. O pater mi modo mihi
s uitam dederit dicam faciamque. O pauper scire de-
quia mortalis es, & uitam ignoras. Eccl. v. Nescit ho-
finem suum. O &c. Quidam gaudent gaudio magno
le, quia in Deo gaudent, ut hi magi, qui spem suam
Videntes inquit stellam, gauisi sunt gaudio magno
le. Sed nota, quòd uiderunt quintuplicem stellam.

rimo materialem.
ecundo spiritualem.
ertio intellectualem.
Quarto rationalem.
Quinto supersubstantialem.

Primo materialem, quæ eos conduxit. Secundo spiri-
lem, id est fidem quam habuere de Christo, qua uene-
t &c. Tertio intellectualem, id est Angelum, qui eis
aruit in somnis, ne ad Herodem redirent, sed per aliam

uiam &c. Quarto rationalem, scilicet Mariam, de qua stel la Ecclesia dicit. Aue maris stella. Quinto supersubstantialem, id est Christum, Propter uisionem primæ, & secundæ & tertiæ stellæ, gauisi sunt gaudio. Propter uisionem quartæ stellæ gaudio magno. O quã grandis letitia eis fuit uidere Mariam sole splendidiorem. Dionys. dixit. Si de tuo filio non esset mihi reuelatum, facile crederem non esse alium Deum preter te. Propter uisionem quintæ stellæ gauisi sunt gaudio magno ualde. Clama hic. Vere ualde. Ad propositum redeamus. cum essent extra Hierusalem ecce stella antecedebat eos, usque ad locum ubi erat puer, & quando fuerunt prope Bethleem, uenerunt principes illius ciuitatis, obuiam eis dicẽtes. Quid quæritis. Qui dixerunt, Messiam Christum. Vidimus enim stellã in oriente &c. Et illi. Alium nõ habemus. Mentiebãtur in caput quia erat illorum mesias, & eis per scripturas prophetarũ promissus. Tandem deuenerunt ad locum ubi erat puer. Vbi di. Rabã. 6. Virgo adhuc erat, in loco ubi puerum pepererat, & ibi non erat Ioseph, ne pater carnalis putaretur: Virgo Maria sentiens personarum multitudinem, summæ timuit, & puerum abscondit in præsepio. Fulgor stellæ irradiabat super locum tugurij. Videntes autem Magi situm stellæ: mirati sunt, cum ibi non esset aliquod palatium, & mutuo se aspiciebant dicentes. Quid est, stella non mouetur. O Magi deuoti: palatium quæritis, & aulam regiam, pauper est, non quærit ista. Et tu dicit Maximus in ser. hodierno. Stella emittebat nouos radios clariores. Quasi dicẽs regibus. Et hic est rex quẽ quæritis, & de dromedariis descẽderũt, accedentes ad locũ. Bona uita. Maria tota uerecunda accessit di. Quid quęritis? regem natum Iudæorum quærimus. Spiritussanctus intimauit Mariæ de mesia, & de aduentu magorum. O maria noli timere. Virgo Maria ostendit eis puerũ, narrans quomodo de Spiritusancto erat conceptus, & quõ Angeli &c. & quõ pastores &c. quõ circuncisus. 8. die, & quõ Iesus uocatus. Ecce quomodo uenerũt ad ipsum &c. quomodo adorauerunt. Videamus tertium.

Tertium dicitur &c. Magi adorauerunt Christum quatuor modis, secundum doctores.

Primo

Primo per uocalem confessionem.
Secundo per cordialem deuotionem.
Tertio per corporis humiliationem.
Quarto per realem oblationem.

Primo p uocalē &c. In hoc, q̄ dixerūt: Vbi est qui natus est rex Iudæorū? In quib. uerbis cōfessi sunt humanitatē, & diuinitatē: Primo humanitatē cū dicūt. Vbi est, q̄ natus est. Nasci n. tēporaliter pertinet ad hoiem. Secunda diuinitatē cū dicūt. Venimus adorare eum, quæ cōuenit soli Deo, & Christo hoi, f. adoratio latriæ. Nota ut dicit Tho. in 3. dist. 9. art. 2. Triplex est adoratio. Prima latria. Secunda duliæ. Tertia hyperduliæ. Prima fuit magorum, quia latriam ei exhibuere. Secundo per cordialem &c. Quia eo inuēto in terram se prostrauerūt, ipsum adorantes di. O dñe Iesu, qui pro nostra salute uenisti in hunc mūdū &c. Vnde osculabantur eius pedes, & caput, & totum corpus. Super quo exclamat Bern. Quid facitis, O magi: quid facit is? quid aurū offertis? Ergo rex est ipse: ubi aula regia? ubi curiæ regalis frequentia? Illi facti sunt insipientes, ut fierent sapiētes. Ille. Tertio per corporis &c. Qua prouoluti, in terram adorauerunt ipsum: Quod fecerunt duplici ratione, quibus inducitur oīs homo. Hō. n. componitur ex anima & corpore: quo ad aīam, Deū adoramus mente; quo ad corpus, adoramus toto corpe. De istis duobus modis dī. Io. 4. Venit hora i. tēpore legis grē in qua ueri adoratores, adorabūt patrē in Spiritusancto: quo ad animā, & ueritate quo ad corpus. Quarto p realē oblationē: quia di. Euāgelista. Intrātes domū inuenerūt puerū cū Mariæ matre eius, q puer credi, pōt quod applauserit illis senibus & quod mater acceperit manū filij, faciēs dari eis benedictionē, & quod illi oscularent per oīa mēbra filiū, & qd mille rēgratiamēta darēt matri. Chry. sup uerbo. Inuenerūt di. Inuenerūt uirginē nō diademate coronatā, aut in lecto aureo recūbētē: sed uix tunicā unā hūtem. Nō ad ornatū corporis: sed ad tegumentū nuditatis, qualem habere poterat uxor carpētarij peregre cōstituta. Ille. Obtulerūt ei munera, aurū, thus, & myrrhā, qa ut dicit Remigius. Sic erat cōsuetudo antiquorū; ut nullus ad regē ingrederetur uacuus. Aurū primo: qa erat Rex. Apo. j.

Rex

Rex regum &c. Secundo thus, quia erat Deus. Tertio myrrham, quia erat mortalis. Peracto obsequio fuerūt edocti in somnis, per angelum: & p aliam uiam reuersi sunt in regionem suam: quia ad mare descenderunt, & per nauem transfretantes in Tharsis abierunt; propter quod hærodes iratus postea, naues Tharsensium incendit, secūdum quod prophetatū fuerat per Dauid psal. 47. In spiritu uehemēti conteres naues Tharsis. Et ut di. Chryso. Dum Tho. apostolus deuenisset ad regionem illā magorum, eos baptizauit, & facti sunt adiutores christianæ fidei, & pro Christo fuerunt martyrizati. Horum corpora integra, deportata fuerunt per sanctum Eustochium, in Ecclesiam, quæ nunc est prædicatorum, ubi fuerunt per multum temporis. Vbi nūc est camera eorum apud Mediolanenses. Sanctus autem Eustochius, dum horum corpora duceret cum duabus uachetis, in nocte lupus unā rapuit. Sanctus Dei præcepit lupo, ut se poneret sub iugo ad currum, quod & factum est. Post multum uero temporis Federicus barbarossa detulit ea colonia, in conuentu prædicatorum. Vidimus ergo stellā eius in oriente.

In purificatione Virginis Mariæ. Festum est de matre & filio.

SVscepimus Deus misericordiam tuā in medio templi tui. in psalm. Sapida aurea & celebranda sententia est illa, uniuersæ scholæ Theologantium, quod regina cœlorum, aduocata peccatorum, imperatrix angelorum, stella perennis, grandis maris, solidum scutum afflictarum mētium. Maria uirgo: fuerit electa ab æterno in matrem illius ueri Dei: illi merito fuit communicatū priuilegium super omnes creaturas plenitudinis, & abūdātię omnium gratiarū. Maria mater gratiæ: canit sancta Ecclesia. secundum sententiā Tho. in postilla super Io. Et Alb. quadruplex est gratia.

Prima effluens, quæ est in solo Deo:

Secunda sufficiens, quæ est in sanctis.

Tertia abundans, quæ fuit in Apostolis.

Quarta

Quarta excellens, quæ est in Maria: per quam toti mundo debitricem se fecit. Vnde Ber. super Canti. sermone 88. Maria omnibus oīa facta est, sapientib. & insipientibus: copiosissima charitate debitricē se fecit oīb. pœnitētiæ signū aperuit, ut de plenitudine eius accipiāt uniuersi. Captiuus redemptionem, tristis consolationem, infirmus sanitatem, iustus gratiam, angelus letitiam, filius Dei, humanæ carnis substantiam. Alle. Vulgarizatio super uerbo Bern. Non possum lachrymas continere, inquit Ber. ex diuino amore charitatis dum cogito immēsam charitatē ipsius reginæ: quæ oībus debitricem se fecit: gaudeat dulciter peccator: quia per Mariam remissionem peccatorum obtinuit: gaudeat iustus: quia per Mariam gratiam promeruit, gaudeat captiuus: quia per ipsam liberatur a uinculo peccati; gaudeat Angelus, quia per eam sedes uacuæ reparantur: gaudeat filius Dei, quia per eam, carnē de ea assumpsit. Et quē cœli capere non poterant, eius gremium cōtinuit: unde pro sui humilitate & legis obseruatione: hodie obtulit filiū in templo cum muneribus. Quod Ecclesia festiuā, & lætabūda cōgratulatur sponso suo di. Suscepimus Deus. In quib. uerbis, de hodierna solēnitate loqmur, de qua tria uidebimus.

Primum dicitur Purificationis.

Secundum dicitur oblationis.

Tertium dicitur declarationis.

Primum &c. Præcepti Deus Leui. 12. Quod mulier quæ suscepto semine filium perperisset: immūda esset, 7. diebus: a cōsortio hominū: & 33. ab ingressu templi. Cōpletis 40. diebus, templum intrabat, & puerum cum muneribus offerebat: agnum si diues, par turturū, aut pullos columbarum, si pauper, & hoc homo se purificabat, ab illa irregularitate, cōtracta per partum. Quæritur modo dubium: Vtrum Virgo debuit hodie templum ingredi cum filio, & facere hanc purificationem? Vere O Maria uidetur q̄ non, quia filium nō peperisti de semine, sed mystico spiramine. In circūcisione purgabatur puer ab originali, quod a parentibus contraxerat. In purificatione purgabatur mater a pœnis: quia in libidine concepisset: sed nihil horum in Christo, & in matre, igitur incongruum uidetur purificari hodie. Alia opinio

dicit q. sic ut legem seruaret; licet non teneretur. Respondeo secũdum Tho. 3. parte. q. 37. art. 3. Bernar. sermone hodierno quod triplici ratione.
Primo ratione humiliationis.
Secundo ratione occultationis.
Tertio ratione exemplificationis.
Primo &c. Vna est maxima Theologorum, q. omnes gratiæ, quæ sunt in Maria: origiñẽ habuerunt a Christo: qui est fons omnium gratiarum. Vnde debuit cõformari humilitati filii, quæ humilibus dat gratiã, ut dicitur Ia. 5. Christus Iesus ex humilitate cordiali õia onera legis portare uoluit, q b. nõ tenebatur, in sua natiuitate habuit se ut pauper. Qui natus est in præsepio: & in uilibus pannis in nocte media; dum esset frigus. Phi. 1. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. De inuisibili immortali: infinito, uisibilis: mortalis: finitus est factus. O immensã humilitas. O miraculum miraculorum. O bonitas sancta. In circũcisione habuit se ut peccator: quia circuncidi uoluit, cum esset illa in remedium peccati originalis. Cui non tenebatur, cũ esset de spiritusancto conceptus. 1. Pet. 2. Qui peccatũ nõ fecit. Et Io. 8. Quis ex uobis arguet me de peccato? Nõ de peccato oris, cordis, operis. Præterea & baptizari uoluit ex humilitate, cui non tenebatur. Vnde Io. Bap. tremẽs di. Ego a te debeo baptizari, & tu ue. ad me. Cui Christus. Sine modo. Sic enim decet implere omnem iustitiam. Super quo Ambr. Hæc est iustitia, ut quod alterum facere uelles, prius ipse incipias. Hodie autem se habuit ut pauper: in eo q. pauperum oblationem obtulit, ut peccator & seruus: in eo quod sacrificia, quæ erant in expiatione peccati: pro se cõferri uoluit. Vnde hoc o chare domine? Clama ex humilitate. Vnde Aug. Erubescat homo esse superbus? qa humilis factus est Deus. Ad propositũ. Sicut ista facere uoluit, quibus non tenebaẽ sed ex humilitate. Per eãdem rationẽ uoluit, & matrem purificari, licet non teneretur. Vnde Bernardus in sermone hodierno. Vere beata Virgo, nõ habes causam, nec tibi opus est purificatione, sicut nec filio tuo circuncisione. Est inter mulieres quasi una illarum, nam filius tuus, sic est in medio puerorum: ideo Moyses dans præceptum

ceptum de purific. ex diuina ordinatione dixit. Mulier si suscepto semine, Posuit hanc conditionem, si dans intelligi, ꝙ mulier aliquando esset paritura masculum, non suscepto semine. Ex quo doc. dicunt, ꝙ Moyses fuit ita locutus ad excipiendum matrem dei, ab immunditia. Et Ber. in ser mone hodierno. Timuit Moyses in matrē domini blasphe miā irrogare. Vnde Iacob. in mariali. Mulier in suo matri monio cupit quatuor ex superbia, q̄ uirgo respuit ex humi litate. Primo uirū iuuenem. Maria senē. Secundo uirū pulchrum, & diuitem: Maria autem, despectum, & pauperem. Tertio pulchram domum: Maria tugurium. Quarto zelū, & quietem in partu & post: Maria aūt hodie nō est ociosa, properat ad templum cum oblationibus, sollicita de legis obseruatione. O Mariæ humilitas. Secundo ratione &c. Vt occultaretur esse mater Dei diabolo. Hēt Aug. sup Ge. ad literam, ꝙ post peccatum Adę, lucifer sciuit uerbū Dei incarnandum, sed ignorabat tempus & horam. Videns nocte natiuitatis suæ, angelos canere. Gloria i altissimis &c. Pastores ipsum adorare. Magos de longe uenictes, cū muneribus, uocē cœlitus audiēs. Hic est filius meus dilectus. In deserto ipsum aggressus est trib. iaculis; experiri uolēs an esset messias. Sed tali modo respōdit dęmoni: quod pro pter hoc ignorabat, an ille esset. Et ut dicit Th. 4. di. 30. Dę mon cognitione clara, nunquam sciuit: an esset Messias. Quāuis fiat mētio ab Euangelistis, ꝙ dęmones cognoue sūt ipsum esse Christū, ūt dicitur Mat. 4. & Luc. 4. Qđ intelligitur quo ad cōiecturas: nūquā tn̄ sciuit nisi in cruce. Vnde de ipso xp̄s Io. 14. Venit. n. princeps mūdi huius, & in me nō hēt quicquā. Ad ppositū. Si uirgo hodie ad tēplū non iuisset cū filio, & oblationib. in mēte dæmonis uenisset suspitio, quod uere esset mr̄ Dei, ex quo legi nō subiicie bat, & per consequēs impedisset eius passionē aliquo modo. Vnde Th. in 4. dis. 30. art. 1. Dæmon prohibebatur diuina uirtute ab inuestigatione btē Mariæ. Vbi & Alb. sup Missus est. Dæmō nunq̄ agnouit uirginē esse m̄rem dei ante filij passionē. Et dum uixit, miracula nō fecit apperte ne ipse dæ mon agnosceret eam, & per cōsequens impediret passionē filii sui. Vnde patet secunda ratio. Tertio ratione &c. In

excam-

exemplum nostræ purificationis. Secundum Alber. super Luc. Hodie in uerbo: Dies purgationis Mariæ: Triplex est purgatio. Vna uulgaris, quæ prohibetur a iure canoni. 2. q. 3. per totum. & extra de purgatione uulgari. Cũ quis est suspectus de aliquo crimine, ut homicidij, furti, & huiusmodi, & uult purgare suam innocentiam, p aliquod experimẽtum, per modum suspitiosum: ut offerendo se bibere aquã bulientem: ingredi ignẽ sine lesione: quod est peccatum. Et contra illud Mat. 4. Non tentabis dominum Deum tuum. Exemplum Imperatoris Henrici: qui uxorem habẽs suspectam de adulterio, cum quodam milite, uoluit hanc purgationem facere: ita ut nudis pedibus super ignitos carbones incederet. Vnde in morte anxiatus, punitus est. Secũda purgatio dicitur legalis: ut cũ quis grauatur iniuste de aliquo crimine, potest purgari per aliquod iuramentum ut se purget, ut patet. 2. q. 3. in glo. Ad hanc tenebantur mulieres per legem: quæ purgabantur in templo in capite, 40. dierũ, offerendo sacrificia animalium. Et per illa dicebantur purgari. s. ab illa irregularitate contracta in partu, quia prohibebantur ut immundæ ad templum accedere. Hanc Maria fecit hodie. Tertia dicitur spiritualis, quæ est necessaria. Iaco. 4. Emundate manus peccatores, & purificate corda. Clama. O. N. purgate per omnes sensus in exemplum Mariæ. Primo uisum. psal. Auerte oculos tuos ne uideant uanitatem. Tren. 4. Oculus meus deprædatus est animam meam. Quintilianus orator. Oculi nostri sunt tota luxuria nostra. Secundo auditum. Eccl. 28. Sæpi aures tuas spinis, & facito feras auribus tuis. O socie. Tertio linguam. Prouer. 18. Mors & uita in manibus linguæ. Quarto manus, ne aliena rapiant. Augu. Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Et sic per omnes sensus hanc purificationem uirgo fecit. Pura in oculis, psal. Oculi mei semper ad dominum. Pura in auditu. Luc. 10. Audiebat uerbum illius. pura in manibus: quia Prouer. 45. Panem ociosa non comedit. ideo Spiritussanctus Can. 4. Tota pulchra es amica mea. s. in omnibus membris, & Luc. 1. Dominus tecum. Tecum in oculis. Tecum in manibus. Tecum in ore. Dominus tecum. Vnde Apocal. 12. Signum magnum apparuit in

cœlo.

cęlo. Quid q Ioannes: Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarũ duodecim. Vnde quidam. O Maria diana stella &c. Et Petrarcha. O Sole pulchrior, & Luna plena. Dei mater alma. O maris stella, O formosa, licet fusca sis. Vnde patet primum. Secundum dicitur &c. Maria obtulit par turturum: quia paupercula. Diues autem agnũ offerebat. Quæritur dubium. Verũ cõuenienter sacrificia debuerunt offerri domino Deo, pro ut lex præciebat? Thom. 1. 2. quæst. 4. Quod sic triplici ratione.

Primo ratione recognitionis.

Secundo ratione reuocationis.

Tertio ratione præfigurationis.

Primo &c. Vt homo recognosceret omnia bona se habere a Deo. 1. Paral. 3. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus. Ad propositum quod homo nõ est dominus, sed dispensator rerum. Omnia enim sunt Dei. Secundo ratione &c. ut per honorem qui Deo reddebatur, traheretur populus a cultura idolorum. In signum huius, præcepta de sacrificiis non fuerunt data populo Iudæorũ, nisi postquàm declinauit ad idolatriam, adorando uitulum cõflatilem. Tertio ratione. Quia animalibus illis, & singulariter per agnum, præfigurabatur uerus agnus filius Dei, q debebat offerri pro salute mũdi. De qua oblatione Apostolus ad Ephe. 5. Canta. Tradidit semetipsum oblationem, & hostiam Deo, in odore suauitatis. Et uere hæc oblatio sunt necessaria, ratione diuinæ placationis, ut habet Alber. super Lucã. In testamento ueteri inclinabatur Deus ad iustitiam, & non ad misericordiam. Vnde psal. Deus ultionũ dominus, Deus ultionũ. Exo. 22. Ego sum dominus Deus tuus, fortis, zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios usque in tertiam, & quartam generationem. Hic est ille Deus. Sequere uulgarizationẽ. Applica p uindictas quas fecit in testamento ueteri: ut fuit de Adam, de Sennacherib, de Holoferne, de Nabuchodonosor, de Dauid &c. Videntes sancti patres ipsum iratum, decreuerunt ipsum placare muneribus, quia ut dicit in 3. Enei. Vergi. Quid non mortalia pectora cogis. Auri sacra fames? Quidam obtulerũt

ei oblationem lachrymarum, ut Adam, qui peccatum suũ fleuit 4300. annis: sed nõ fuit placatus. Quidam oblatiõe pecuniarũ, ut Dauid qui obtulit templo ædificando centies millia auri, & toties millia argenti pondera. Quidã uitam propriam, qua nihil prætiosius. Iob 3. Pelle pro pelle, & cuncta quæ habent homo dabit pro anima sua, ut Esaias. Qui lignea serra secatus est. Quidam decimas, ut Melchisedech. Quidam immolatiõe animalium, ut Noe, q̃ altare construxit. Quidã humilitatem, ut Abraham. Quidã columbas & agnos, ut Iudæi. Sed tamen placari nõ potuit, vnde Dauid dicebat ei. Sacrificium & oblatiõe noluisti. Et Esa. 1. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem uitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Vnde hoc? quia uera oblatio nõ erat ei oblata: sed hodie in templum ingressa, cum brachio clauso in quo filius erat, dixit illud 1. Reg. 25. c. Suscipe oblationem hanc, quã obtulit ancilla tua. O pater sanctæ. O uere Deus. Ecce filius tuus, q a prophetis, qui a Patriarchis, qui ab Angelis, qui a pastoribus, qui a Magis honoratus est. Ecce tuus filius, qui pro mũdo deridebitur, colaphizabitur, occidetur. O Iesu bone, certe, mortue. Parce o Deus homini p̃ tuũ filium. Quod uides Deus misericordia motus dixit. Nõ pmanebit spũs meus, id est, indignatio mea in homine in æternũ, quia caro est, idest carnalis & infirmus. Vnde bene Ecclesia. Suscepimus Deus misericordiam tuam. In illa hora, ut hodie, quatuor incœperunt esse placabilia, quæ dura fuerunt.

Primo Deus, qui dulcis effectus est.

Secundo Angelus, qui totus iucundus est factus.

Tertio cęlum, quia ante durum, & clausum tãdiu stetit, apertum est.

Quarto mors, quæ mittebat homines ad lymbum, nunc ad cęlum. Suscepimus Deus misericordiam tuã. Misericordiam filii tui, atque misericordiam tuæ matris. O Iesu. De qua Aug. Reuolue diligentius diuinæ historiæ seriem, & si quid increpatorium, si quid durum occurrerit in ea, decetero suspectam habeas, & accedere uereatis. Applica figurã Hester: & Vasthi, concludens quod est mater misericordiæ, & non iustitiæ. Vnde patet secundum.

Tertium

Tertium principale dicitur &c. In præsenti Euangelio, quatuor difficultates sunt uidendæ. Prima, Quare Deus præcepit in lege ut in 40. die, puer portaret in templum. Et in fęmina duplicabantur dies, s 80. dies? Respondeo, quia mulier plus peccauit q̃ homo. Homo enim unum peccatum cõmisit, quia pomum comedit, cõtra diuinam iustitiam, ideo duplici pœna punitur masculus. Prima ĩ utero, qa 40. diebus stat in utero materno sine anima, quãuis Physici dicãt 46. Secunda extra uterum, quia priuatur diebus. 40. ab ingressu templi. Mulier duo peccata commisit. Primum, quia superbiuit. Genes. 3. Erimus sicut dii, scientes bonum, & malum. Secundum, quia hominem conduxit ad peccatum sua persuasione, ideo punitur quadruplici pęna. Prima quia eius corpus stat siue anima. 80. diebus. Secunda, quia totidem priuabatur ab ingressu templi. Tertia, quia subiecta uiro effecta est, quia superbiuit. Vnde ad Col. 3. Mulieres subditæ estote Asculanus. Illa. domus mihi displicet, cuius gallina cantat, gallo tacente. Quarta pœna, ut cum dolore pariat. Gen. 3 In dolore paries filios. Vnde patet prima. Quæstio secunda, quare Maria, & Ioseph obtulerunt in templo par turturum, & duos pullos columbarum, & non agnum ut erat præceptum. Respondeo, quia illa oblatio agni erat diuitũ. Maria erat paupercula, licet nobilis, & Ioseph pauper Mat. 4. Nunquid est filius fabri? Sed dicis. Vbi erant thesauri magorum? Respondet Bern: quod pauperib. Maria erogauit, taliter, quod hodie oblationem pauperũ, oportuit offerre.

Quæstio tertia. Quare potius uoluit offerre turtures, & pullos columbæ, quam alia animalia? Respondet Tho. 3. par. quæst. 37. art. 1. ratione suæ significationis, & proprietatis. Turtur tres habet proprietates, quæ Christo conueniunt. Prima, quia est auis casta. Secunda animal solitarium. Tertia auis loquax. Quo ad primam signat puritatẽ Christi. Quo ad secundam signat eius contemplationem. Christus solitarius aliquando nauem: ortum, montem, elegit ad contemplandum. Quo ad tertiam signat eius prædicationem. Columba uero est animal mansuetum & simplex, mansuetudinem ipsius Christi signat. Quare non

par columbarum, ſicut pulli quæruntur? Reſpondet Thom. ubi ſupra, quia eſt auis libidinoſa, quæ in ſacrificio non debuit offerri.

Quæſtio quarta, quare cādelæ portanť in manib? Reſpō deo ad oſtendendā Virginis puritatem. Aliqui.n. audiētes uirginem purificatā, poſſent credere, ipſam indiguiſſe puri ficatione. Igitur, ut oſtēdatur quod tota fuit puriſsima, or dinauit Eccleſia ut luminoſos cęreos portemus, acſi ipſo fa cto Eccleſia, dicat O Maria non indiges purificatione, quia tota ſplendida es: & tota pulchra, ſicut lumē harū cādelæ quas in manibus gęſtamus, de quo Lumine Dam. Aue ful gēs margarita, ꝑ quā uenit mūdo vita. Xp̄s ſol iuſtitiæ.

De paucitte ſaluandorum.

MVlti ſunt uocati pauci uero electi. Mat. 22. Cōtre miſcunt humana uiſcera, lingua palato hæret, om ne humanū ingeniū deficit, quando humana mēs venit in conſyderationem horribiliū uerborū Chriſti, in E uangelio hodierno, qđ multi ſunt uocati, & pauci electi. Se cundum doctores quadruplex eſt uocatio.

Vna per certum ſignum. i. per inſpirationem.

Secunda per verbum uiuum. i. prædicatores.

Tertia per infirmitates.

Quarta per ſcripturas. Quid clamant Prophetæ. Euāge liſtę. Doctores? Vere illud Apoſtoli. Impleamini agnitiōe uoluntatis filii Dei. Sed nolūt uenire. Vnde Greg. Papa ſu per Matthæum. Ad fidē Chriſti plures ueniūt, ſed ad cœle ſte regnū pauci perducuntur. Ille. Quod & ſaluator affir mat in parabola illa Matt. 22. ubi poſt parabolā intulit in fine Euāgelii uerba aſſumpta. Multi inquit &c. De qua ſal uandorum paucitate, tria uidebimus.

Primum dicitur opinionis.

Secundum dicitur declarationis.

Tertium dicitur reſponſionis.

Primum dicitur &c. Quæritur dubiū notabile in præſē ti. Qui ſunt plures numero, damnati, an ſalui?

Circa hanc materiam duæ ſunt opiniones.

Prima

Prima dicit quod salui.
Secunda quod damnati.
Prima opinio probat intentum suum triplici ratione.
Primo ratione inclinationis.
Secundo ratione reuelationis.
Tertio ratione electionis.

Primo ratione &c. Vna maxima est Phi. in 2. Metha. In 2. de anima. Vnumquodq; agens, operatur secũdùm ꝓprietatem suæ naturæ. Ignis, quia calidus, iõ calefacit. Sol. qa lucidus, illuminat. Lapis deorsum uadit, qa grauis est. In 4. Ethi. Vnuíquisq; dirigit opera sua secundũ optimũ co-sũ, quæ sunt in ipso. Et Boe. 4. de conso. prosa. 4. Agit. n. cuiusq; natura, quod est proprium ei. Ad propositum. Si hoc agit creata, a fortiori Deus; qui est omnium creator, debet operari secũdum proprietatem suæ naturæ, quia ut habet Phil. 2. Meth. Quod est cã aliorũ ut sint talia, illud maxime est tale. Exẽpli grã. Si calida est aqua, a fortiori ignis. Sed quæ est natura Dei, & eius inclinatio; Rñdeo q̃ est misericordia & clemẽtia. In Psal. 19. Apud dñm misericordia &c. De pœn. di. 3. c. Multiplex. Misericordiæ dñi, nec mẽsuras ponere possumus, nec tpe diffinire. de pœ. di. 1. c. Quia diuinitatis natura. Diuinitatis natura clemẽs ẽ & pia. 22. q. 4. c. unusquisq;. & di. 39. c. diaconi, & 26. q. 9. c. si pŕsbyter. & C. de nuptiis. l. Imperialis. Nã ita credimus Dei beniuolẽtiã, & circa genus humanum nimiam clemẽtiam, quantum nostræ naturæ possibile est imitari. Et Dan. 2. Purga. cap. 3. Peccata mea horribilia fuerunt, sed diuina bonitas habet tam lata brachia, quòd capit quæcunque ad illam conuertuntur. Si igitur misericors, ergo inclinatur ad miserendum secundum naturam, igitur plus debet in pluribus misereri, & per consequens plures saluare quàm damnare. Et si quis diceret, quod etiam inclinatur ad iustitiã. Respondeo quod magis ad misericordiam: quàm ad iustitiam inclinatur. Iacobi. 2. Superexaltat autem misericordia iudiciũ. Vnde Ricchar. in 4. di. 46. ar. 2. Misericordia est Deo naturalior, quã iustitia, quia respicit bonitatẽ suæ naturæ, iustitia uero respicit peccata. Si est magis misericors, ergo plures saluabit quam damnabit. Et sic erunt &c.

Secũdo ratione &c.Omnes electi, qui ad paradisum habent ire, sunt figurati in promissionibus factis Abrahæ a Deo, ut Sancta canit Ecclesia. Signifer sanctus Michael, repræsentat eas in lucem sanctam,quam olim Abrahæ promisit & se.eius. Ad propositum. Semen Abrahæ fuit amplissimum.Gene.12.Egredere de terra tua. Et infra. Faciam te crescere in gentem magnam Et.12.ca. Faciam semen tuum sicut puluerem terræ. Si quis potest hominum, numerare puluerem terræ; semen quoque tuum, numerare poterit.Et.15. Antequam Abraham haberet filium, eduxit eum foras di.Suspice cœlum, & numera stellas. Incœpit numerare. Vnum, duo &c. O domine, non possum. Cui dominus. Sic erit semen tuum. Præterea Iob. 15.Nunquid est numerus militum eius?q.d. non. Et Dauid induxit filium loquentem patri. Dinumerabo eos, & super Arenam multiplica: Præterea Apo. 7. Vidi turbam magnam,quam dinumerare nemo poterat, & audiui numerum signatorum, centum quadra. quatuor milia signati,ex omni tribu filiorum Israel.Ex tribu Iuda.12.&c. Ex tribu Gad.&c.Ex tribu Assur.&c. Ex tribu Neptali &c. Ex tribu Manasse &c.Ex tribu Symeon &c. Ex tribu Leui. 12.&c.Ex tribu Isachar.12. &c. Ex tribu Zabulon &c. Ex tribu Beniamin.12. &c. Ecce quanta multitudo electorum.Et sic numerus electorum erit maior. Tertio ratione &c.Deus est immutabilis.Malach.3. Ego Deus & non mutuor.In 10. Metha. Deus est mouens omnia immobilis. Bon.in.1.dist.8.Diuina essentia est immutabilis.Boc.Stabilisque manens das cuncta moueri.Ad propositum. Aut Deus omnes prædestinauit,aut partem.si omnes,ergo omnes saluabuntur,quia ut dicit magister in 1.ca. 4.Prædestinatio est origo,& fundamentum humanæ salutis, quæ sententia affirmatur per Aug.23.q.3. cap. Nabuchodonosor. Si uero dicis,quod non omnes prædestinauit, sed solum partem unam,uideret̃ hoc falsum.aiũt isti. Et ratio, quia uideretur quod Deus esset personarum acceptor, quod est falsum:quia dicitur Act.10. In ueritate cõperi: quia non est acceptor personarum Deus:sed ut dicitur Sap.2.Aequaliter est ei cura de omnibus, ut etiam dicitur 22. q.4. ca.

sicut

ſicut.& extra de præbendis,& dignitatibus. cap. Venerabilis. Et ſic plures erunt ſalui, quàm damnati. Patet prima opinio. Secunda opinio eſt Chriſti, qui non poteſt mentiri. Multi ſunt uocati ad humilitatem, ad bona opera: ſed pauci ſunt electi. Et ſic patet primum myſterium in præſenti.

Secundum principale dicit &c. Pono hanc concluſionē ſecundum omnes docto. Quod pauci ſunt ſaluati reſpectu dānandorum. Quæ concluſio probatur quintupliciter. Primo ratione. Secundo autoritate. Tertio exemplo. Quarto figura. Quinto experientia.

Primo rōne infidelitatis. Secūdo ratione malignitatis. Tertio ratione deuiabilitatis.

Primo ratione &c. Cōcluſio maxima eſt omnium Theologorum. Quod nullus ſaluari poteſt, niſi in fide catholica, neque uera, imo falſa eſt illorum opinio: qui dicunt, unum quemque ſaluari poſſe in ſua ſecta. Ad Heb. 11 Sine fide impoſsibile eſt placere Deo. Ephe. 5. Vna fides, unum baptiſmum, una Eccleſia, unus Deus, extra de ſumma trinita. & fide catholica. cap. Firmiter. Vna eſt fideliū uniuerſalis Eccleſia extra quam nullus omnino ſaluatur. Et 26. quæſt. 5. Epiſcopi. Qui rectam fidem nō habet, hic non eſt eius, ſed illius in quem credit, ideſt diaboli. Et. 24. quæſtio. 1. Quoniam uetus. Supra petram Eccleſiam fundatam ſcio. Quicūque extra hanc domum agnū comederit prophanus eſt. Et Mar. ult. Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit &c. Et Athanaſius. Quicunque uult ſaluus eſſe ante omnia opus eſt, ut teneat catholicam fidem. Quam niſi quiſque integram, inuiolatamque ſeruauerit, abſque, &c. & Thom. 2. 2. quæſtio. 4. & in 3. diſtinctio. uigeſima tertia, & alij doctores idem tenent. Numeremus ergo in hoc loco, multitudinem fidelium, ſi poſsibile eſt à principio mundi uſque ad Chriſtum: & uidebimus quod plures ſint: imo fuerunt infideles, quam fideles. Tempore Abrahæ ſolus ipſe erat cum familia ſua, qui Deum colebat. omnes alij quaſi infiniti idolatræ erant, & omnes damnabantur. Præterea de centum milibus perſonis, nullus ingreſſus eſt terram promiſsionis, præter Ioſue & Caleph, ubi colebatur

diabolus: aut sol, aut luna excepto in iudea cum difficulta te, ubi notus erat. Iuxta illud. Notus in iudea Deus. Post Christi aduētum, quis totus mūdus audierit de Christo, & multi crediderint, tamen parum durauit illa fides: quia uenit Machometus, qui quasi totum mūdum a fide Christi deuiauit. Praeterea iudaei per mundum dispersi, damnantur, quia non credunt. O quid dicam de malis Christianis, qui non habent ueram fidem, peiores paganis, & infidelibus? Non credunt animae immortalitatem. O pater mortuo corpore deficit anima. O Quis reuersus est a partibus illis? Quis uidit deum aut paradisum? negāt aliam uitam. Facetia illius Ianuēsis nomine Ruffus. Hic fecit depingi in targeta sua Christi imaginem ab una parte, in derisione fidei. Ab altera parte diabolum: & se in medio cum breue di. Domine si me nolis iste me rogitat. Praeterea tempore Facini cāni. Cum quidam fratres conuentuales cōquererentur, quod sui milites sibi abstulissent tunicellas suas, respondit. Non sunt de meis: quia simul & tunicas abstulissent, quia sic praecepi eis. Vnde quod domini temporales faciunt tot strages? tot latrocinia pauperum: tot angarias ponunt, quia nō habent ueram fidem, cum non credant recipere poenā acerbam pro suis demeritis. Vnde quod concubinarius tenet foeminam? Vsurarius res pauperum? Vnde quod mercator non facit iustitiam? unde quod hoīes non habent timore Dei? uere quia non ueri catholici, & fundati in fide. Et per consequens in sua infidelitate dānantur. Secundo ratione &c. Tanta est hoīm malignitas quod non debemus mirari, si pauci saluantur. Clamat Io. Totus mundus in maligno positus est. Secundum Egidium. Mundus diuiditur in nouem status: qui omnes corrupti sunt. Et per cōsequens pauci salui. Primus est status praelatorum, & clericorum, qui est plenus malignitate. Qui status adeo perfectus ē: ut nulli liceat accedere, nisi uocatus. Heb. 5. Nec quisquam sumat sibi honorem, sed qui uocatur a deo tanq̄ Aaron, Antiquitus eligebantur praelati ad columbae signum, ut patet de Ambr. de Aug. & aliis. C. de episcopis & cle. l. Si quenquam. Nō praetio, sed precibus ordinetur antistes. Vincētius lib. 3. Speculi moralis dicit. A sancto Petro usque ad tēpora Siluestri

fuerunt.

fuerunt.32.Papæ, qui per martyriũ fere omnes transierũt. Vnde post Sixtum diu uacauit papatus, & nullus uolebat assumere hoc onus.& propter paupertatem, & propter mortem.Sed hodie per munera, per symonias ingrediuntur ad eum.Vnde Dan.19. inferni clamat contra hos. O symon mage,o eius miseri imitatores,qui res diuinas,quæ bonitatis debent esse sponsę,uos rapaces,auro & argento contaminatis:Quid dicam de præsbyteris curatis:Applica ad libitum.Quid de religionibus:Vere deficit calor, illorũ primorum patrum circa pœnitentias:circa austeritates. Conclude.Multi sunt uo.&c. Secundus status est dominorum temporaliũ,qui plenus est malignitate: quia cum deberẽt esse patres populi,iustitiam seruantes,causas pauperum defendentes:oppositum agunt,quia dum interueniunt nummi,& aurũ:iustitia nõ hẽt locũ.Virg.3.Geor.Quid nõ mortalia pectora cogis:auri sacra fames? Lucanus.3. Ferrum mortemq; timere auri nescit amor.Verificatur sẽtẽtia.11.q.3.c.Pauper dum non habet quod offerat, opprimitur.Et 11.q.3.c Qui recte Munera peruertunt hominum iudicia. Vnde cõqueritur dñs Esa.1. Principes tui infideles: socii furum. Vbi sunt quæso iustitiæ paganorum? Iustitia Seleuci.Bruti romani.Constantini?Plures ergo damnãtur.Multi sunt.Tertius est status nobiliũ,malignitate plenus. Qui debent esse mites,liberales,modesti, quæ conditiones faciunt hominem nobilem.Hie.ad Celãtiam.Nobilitas summa est,apud Deum clarere uirtutibus.Peto a te o.N. Quis dicitur nobilis,qui habet aurum possesiones:pulchrã mulierem?Vere non, sed sola uirtus, quæ hominem honore dignũ facit.in 4.Ethi. Honor est exhibitio reuerẽtiæ in testimonium uirtutis·sed hodie sunt miseri,mendaces, usurarii,inhonesti,superbi, pomposi. Quod contra Dãtes.c.10.Purgatorii. O elati christiani, infœlices & uani,qui estis mẽte & intellectu capti, confiditis in spe longæ uitę. Nonne aduertitis quod uermes sumus. Et Apostolus. Pręcipe diuitibus huius seculi,nõ superbe agere.Et contra mulieres pomposas:quæ ualde peccant. De istis.Multi sunt uocati &c. Quartus status est coniugatorum, qui fidem pacemque inuicem debent seruare, & cum omni timore dñi.

Exemplum mulieris, quæ coæquabatur sancto Patricio in
gloria,propter fidē thori,& pacē cū uiro.Sed hodie nō est
fides,nō pax:qa sunt mali:ideo & filij participiāt. De his.
5 Multi sunt uocati &c.Quintus est uiduarū,quæ habent es-
se deuotæ Ecclesiam uisitantes,de quibus.1.Timo.Viduas
honora,quæ uere uiduæ sunt: sed hodie sunt uagabundæ.
6 Multi sunt &c.Sextus uirginum. Vbi sunt.O quot gauine-
li.O quot filij in latrinis.O quot ad hospitale ī nocte defe
7 runtur.Septimus est mercatorum,qui debent esse ueraces,
non iurare,uel periurare,quod Christus docet Mat.5. Sit
sermo uester,est est,non non,sed hodie mille periuria,per
corpus,per sanguinem.Contra Christus Matth.6. Nolite
iurare omnino,neque per cœlum,neque per terram,neque
per caput.& ut dicit Tho.in quodlibetis.Periuriū grauius
8 est homicidio.Octauus ē artificum. Qui artes suas corrū
punt:sed puniuntur dum fallunt alios,artes eos fallunt.O
pater artes nihil ualent.Scis quare: quia committis in eas
mille fraudes.Oseæ ix.Area & torcular, non pascet eos:ui
9 num mētietur eis.Nonus est pauperum,qui æquiparari uo
lunt ciuibus,nō agnoscitur plus uxor rustici,& ciuis.Et ru
sticus uult deferre caputiū cum ueluto. Vade ad custodien
dum pecora.Multi sunt ergo uocati &c. Vnde patet secūda
rō.Tertio ratione &c.Cōclusio est Philosophi.2. Ethi.Vir
tus in medio cōsistit,& uersatur circa difficile. Exēpli gra
tia,de sagitta ad signū.Nam cōtingere punctū siue centrum
est difficile.Recedere autē ab hoc medio est facile,ut patet
in sagittantibus ad signum.Ad propositū, uirtuose agere,
consistit in attingendo mediū,quod est difficile.Recedere
autem ab hoc medio est facile.In 2.Ethic.Difficile est esse
bonum.In eodem.Malum est facile,bonum uero difficile.
Ideo Hiero.aduersus Vigilantiū.Rara est uirtus,nec a plu
ribus appetitur.Quid lib.2.de ponto. Nec facile inuenies
multis e milibus unum.Virtutem prætii,qui putet esse sui.
Cum ergo sint plures uitiosi, quàm uirtuosi: ideo plures
erunt damnati,q̄ salui.Verte te ad crucifixum. O domine
Deus quo uadūt luxuriosi,auari,superbi,blasphemarores,
periuri?Clama ad infernum. Quo uadunt prælati,mali epi
scopi,cardinales,de grege non curantes,sed de canibus ad
infernum

infernum. Quo uadunt monachi mali male uiuentes? ad infernum. Quo incantatores? Quo necromantes? Ad infernum. Quo uadunt tot aduocati, procuratores, notari? ad īfernū. Quo tot mercatores, artifices, laboratores? Quo tot mulieres uanæ, luxuriosæ, carnales? Quo uadūt tot ignorātes, quorū plenus ē mūdus? Quæ ignorātia nō excusat secundū Tho. 1.2.q.71. Et Alex. in 3. par. sum & dis. 20. c. si decreta. Ignorātia crassa, & supina nemine excusat. Nōne est maior numerus ignorantium, q̄ sciētium? O pater sic. Ergo multi sunt uocati, pauci &c. Præterea ciues mei, sancta Ecclesia tenet, qđ nullus in mortali decedens, intrabit æternā uitā, ēt si Christianus sit. Sed quis est hic, & laudabimus eū? Quis hodie ē alienus a Christo domino? Vere ē christianus, qui nō facit opera, & nomen christianitatis falso sibi usurpat. Quo! contra Ambr. 22.q.5.c. Cauete Mendaciū namq; est christianum se dicere, & opera Christi nō facere. Ille. Et per charitatem dicite mihi. Quid sonat hoc nomen dignum? Quid significat; Audite quæso capitulū illud. Cū uenisse. extra de sacra unctione. A Christo christiani dicuntur. Et Aug. lib. 4. de doctrina christiana. Ex sacramento unctionis, uocabulum omnium christianorum descendit & nomen. Quod nomē ille frustra sortitur, qui Christū minime imitatur. Ille. Turba te ipsum. Si christiani nuncupamur, cur nō erubescimus omni timore Dei postposito, in tot facinora uiuere? Non est amplius uerecundia tenere fœminam, usuras dare, odia tene re. Cur non concordant facta cum nomine? quia ut dicitur 12.q 1. clericus, & extra, de præbendis & digni. c. cum secundum Apostolum, & insti. de donatio. §. Est & aliud, in aut̄ de defensoribus ciuitatum. in principio. Nomina debent esse consona rebus, quibus imponūtur. Sed impletum est Apostoli uerbum ad Titum: 2. Confitentur se nosse Deum: factis autem negant. Sed audite auribus cordis Christum. Matth. 7. Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit uolūtatem patris mei. Sed quis est, qui facit eius uoluntatem? pauci sunt in quodlibet statu & gradu, immo male uiuunt. Virtutes fugiunt, uitia amplectuntur. Et sic multi sunt uocati, pauci uero electi. Vnde

de patet ratio.Secundo authoritate Auguft.lib. fecũdo de ciuitate Dei . Plures homiues currunt in pœnas , quam in gloriam.Et in 21.idem affirmat. Et in libro de uero cultu. Arbitror enim tres mundi partes effe damnandas:eo quod in ipfis regnant infideles.De quarta autem quid dicam:ne fcio nifi quod Ioannes dicit. Totus mũdus in maligno pofitus eft.1Ile.Practica in uerbo:ī maligno pofitus eft. Quis fine horrore cogitare queat , quantum hodie abundat iniquitas in fide.Illam perfequuntur fideles, non erubefcunt publice fornicari;adulterari. O quot mala fiunt . Et Gregor.fuper Matth.Ad fidem plures ueniũt; fed ad cœlefte regnum pauci perducuntur.Afculanus lib.4.c.3.O elati chriftiani,infideles,& uani: qui eftis mente & intellectu capti, & confiditis in fpe longæ uitæ:nonne aduertitis, quid uerius fumus?Item affirmat Ioannes de lignago.Et Zabarella in clemen.de fumma Trini.& fide catholica.

Tertio ꝓbatur figura.Iudi.7.de Gedeone. Cũ pugnaret contra Madianitas & fecum haberet.32000. uiros. Dixit illi dominus.Multus populus tecum eft:unde licentiauit ex eis 22000.& remanferunt 10000.cui dominus. Adhuc populus eft multus:duc eos ad flumen,& ibi probabis uiros aptos ad pugnam . Qui aquam biberint in flumine ut canes:hos feparabis ab alia parte ut aptos . Qui autem curuatis genibus biberint: feparabis eos ab alia parte , ut ineptos.Fuit autem numerus eorum qui aquam biberunt manus proijcientes ad os. 1300.uiri,reliqua multitudo remiffa eft:& fic pauciores fuerunt electi . Moraliter pauci funt qui funt apti ad bellum fpiritualem cõtra uitia, quia plus fe curuant in peccatis.Quidam uincuntur uitio gulæ?Quidam uitio fuperbiæ:& ita pauciores erunt falui,quam damnati. Quarto probatur exemplis . Primo facræ fcripturæ . In ueteri teftamento Genefi.7.Tempore diluuij,octo animæ utriufque fexus funt faluatæ in arca , ex tot milibus perfonarum.Præterea Genefis.19.ex Gommora, & Sodoma:folus Loth cum uxore fua faluati funt: omnes alij funt igne confumpti,per peccatum fodomiæ.Præterea numeri, 35.Inuenies quod ex cẽtum millibus(exceptis paruulis & mulieribus)nemo illorum a 20.annis & fupra(excepto Io

fue

sue & Caleph) intrauerunt in terrã promissionis, quæ terra signat uitam beatam. De qua psalmus. Portio mea domine sit in terra uiuentium. Secundo exemplo sanctorum. Ber. post dies. 15. sui obitus apparuit cuidam monacho: cui inter alia interroganti: si difficile esset saluari, ut scriptura testatur: Respondit quod uerum erat. Et intulit. Eadem die qua ex hac uita migraui. 4300. hominum recesserunt: & ego solus cum quodam hæremita. uitam cœlestẽ intrauimus, & quidam bonus secularis, pœna purgatorias saluandus intrauit: Alii autem in infernũ. Præterea quidam monachus Lugdunensis, qui fuerat in eremo p annos tres: in maxima pœnitentia, post mortem apparuit Episcopo ciuitatis Lugduni di. Ha ha iustitia Dei, quam terribilis es. Et mirans Episcopus adiurauit illum di. Quis es? Qui respõdit. O Ioannes age pœnitentiam: grãdis tibi restãt uia. Eodem die quo ego decessi ex hac uita: recesserunt. 8000. animæ: quæ omnes sunt damnatæ: exceptis quinq;. Duo æternam gloriam: & tres purgatorium intrauerunt. Et quid mirum si tot damnantur, cum totus mũdus sit plenus laqueis? Vnde sanctus Antonius raptus in spiritu, uidit totũ mundum plenum laqueis. & flens clamauit. O domine quis euadet tot laqueos? Respõdit ei dñs. Sola humilitas Antoni: sed pauci illam sequuntur. Vnde patet q̃ñ. &c. Vnde Ber. Recessit custodia a Prælatis: deuotio a religiosis: reuerentia a subditis: consilium a senibus: lex a sacerdotibus: iustitia a rectoribus: æquitas a iudicibus, concordia a ciuibus, ueritas a mercatoribus, charitas a mundo. Ille. Vnde patet secundum &c. Tertium dicitur &c. Vbi respondẽdum est argumentis factis. Ad primum respõdeo. quod uerum est de diuina misericordia: sed peccator indignum se facit. Exẽplum de sole: de igne: de pane. Quæ & si agant suos effectus, non tamen in omnes nisi in dispositos, & ad recipiendũ aptos. Peccatores uero reddũt se ineptos: cum opere ei resistant. Ad secundum quod de electis, & dãnatis, est loqui dupliciter. Aut absolute & simpliciter, aut cõparatiue. Si primo modo, sic electorum numerus est magnus, immo quasi infinitus: O quot patriarchæ, quot prophetæ, quot martyres. Vbi dicit Hier. Q̃d posset fieri quotidie

die festū quinq; millium marty. Et sic autoritates & rōnes supra adductæ habent intelligi, quæ dicunt numerū electorum esse magnum, est uerū simpliciter. Aut loquimur scđo modo cōparatiue. Sic dico, qđ electi sunt pauci, si boni malis cōparentur. Quod probo exēplis. Accipe pugillū arenę in manib. a littore maris: obsolute grana arenę sūt magna, & innumerabilia. Sed cōparādo illis quę sūt in littore maris dńr pauca, sic ē de electis. Multi sūt electi absolute, sed cōparatione dānatorum sunt pauci. Ideo Deus absolute loquēdo dixit ad Abrhaam quod semē suum multiplicaret sicut puluerē, & stellas cœli: simpliciter loquendo, non cōparatiue. Ita pauci sunt boni, ut possint stare in pugillo Dei. Sap. 3. Iustorum aīæ in manu Dei sunt. Ad tertium ꝙ uult oēs &c. Bonau. in 1. dist. 46. art. 1. & Tho. in 1. dist. pe. quod duplex est uoluntas. Antecedens & consequens. De prima uult oēs saluos fieri: quia ad hūc finem hoīem creat, & dat ei naturam capacem, liberum arbitrium, documenta salutis: ut possit procurare suā salutem. Secunda cōsequēs: quo ad hanc non uult. Exemplum de mercatore, qui filium adoptat in suum, & ei cōicat oēs libros apothecæ, & oīa bona in manibus, quib. possit mercātiam perficere. Vult hic mercator, quod filius sit bonus, sed post multos annos iste dissipat oīa bona sua. Quid facit mercator? super furcam suspendit, & ei perdit omnem amorem. Ad propositum. Ita Deus de prima uolūtate uult oēs saluos fieri. Sed nō saluantur, quia faciunt oīa mala, quo ad hanc uoluntatem eos dānat. Vnde patet ꝙ multi sunt uocati, pauci uero electi. In fine exēplū patris Dńici, quia pluribus uisitatus. Dic nobis inquiunt uerbum salutis pater. Cū lachrymis respondit. Homo semper stet in timore domini, quia uane esset creatus, si postea dānaretur. Multi sunt.

Sermo de flagellis Dei.

VEnit ira Dei in filios diffidentiæ. Eph. 5. Tāta est dignitas & excellentia ueritatis, quod secūdum oīum Theologorum sentētiam, præcipue Tho. in 4. di. 3.

Nun-

Nunq̃ dẽt prætermitti,etiam si forte aliqui ægre ferãt.Vnde Augu.lib.de libero arbitrio.& ponitur extra de re.iur.in 6.Si de ueritate scandalum nascitur : totius scandalũ nasci permittitur,q̃ ueritas relinquatur.Et Phil.1.Ethi. Sanctũ est præhonorare ueritatem.i.supra oĩa ueritatem. Non immerito,quia nõ est aliquid ita dignum sicut ueritas. Vnde 2.Esdræ.4.Forte uinum,fortis rex,fortis mulier, sed super oĩa ueritas uincit.Ideo Augusti.ad Hier.Incomparabiliter pulchrior est ueritas christianorum,q̃ Helena Græcorum. Ideo Philosophus.1.Eth.Duobus existentib.amicis,Sãctũ est honorare ueritatẽ,de qua nunciando,Es.40. Super mõtem excelsum ascẽde tu qui euangelizas syon.Exalta in fortitudine uocem tuam,qui euãgelizas Hierusalem: exalta: noli timere.Et.1.Timo.4.Arg.increpa:obsecra &c.Cũ igitur in præsentiarum , mihi prædicãdi sit officiũ cõcessum, opus est obedire uoci diuinæ,ac apire scelera populi huius urbis N. Et mala q̃ ꝑ ipsis sceleribus a iusto iudice prouenient cito:nisi conuertantur.Iam pluribus diebus laboraui,clamaui,minas ex parte Dei:ꝓdixi:ac uentura flagella tamen modicam uideo emẽdationem.Nunc autem magis clare , & aperte de flagellis in communi sermonem habere institui,de quibus tria uidebimus mysteria.

Primum dicitur opinionis.

Secundum dicitur inductionis.

Tertium dicitur remediationis.

Primum dicitur &c.Vtrum mala,quæ ueniũt in præsenti uita: fames, pestes, carestię, infirmitates,& hmõi, sint a Deo?Circa hoc triplex est opinio. Vna dicit quod dęmon est horum malorũ cã.Hęc opinio fuit Manicheorũ.De quibus.24.q.3.c.Quidã aũt hæretici.Rõ illorũ est,quia ponebãt duo principia,ut ẽt posuit Parmenides:& Simonides. Bonũ & malum,Malum principium dicebãt esse Diabolũ, de quo Io.14.Venit.n.princeps mũdi huius &c. a quo dicebant omnia esse mala,scilicet pestes penurias &c. De bono principio Deo dicebant se non intromittere.

Secunda opinio quorundã Philosophorũ,qui credebant oĩa ista uenire ab influentia corporũ cœlestiũ,quia ut dicit Philosophus.1.Metheor.A uirtute superiori reguntur ista inferio-

inferiora. Et in libro de regimine principum. Inferiora a superioribus regitur, corruptio aeris, dicebant hi, inducit pestem, & alia mala in psenti. Tertia opi. Quod erat Deus: quia ut dicitur Ecclesi. 51. Bona, & mala, uita & mors, pauperras & honestas a Deo sunt. Igitur dicebant, omnia mala esse a Deo altissimo. Respondet Tho. 1. par. q. 19. ar. 2. in 2. 2. q. 79. Et Bona 2. dist. 33. quod triplex est malum.

1 Primum est culpæ.

Secundum est pęnæ.

Tertium est damni.

De malo culpæ, Deus non est causa mali, quia non est causa peccati, sed nostra uoluntas, imo clamabat homini. Eccl. 21. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Ex hoc dedit liberum arbitrium homini. Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominem, & posuit eum in manu consilii sui. Vnde nō est causa peccati, & mali culpæ. Secundum malum est damni. Vt Iob, cui Deus abstulit omnia bona. Tertium est malum pœnæ. Et sic Deus est causa omnium malorum quæ fiunt in præsenti uita. Infirmitates, carestię, pestilētiæ &c. Amos 3. Si est malum in ciuitate quod Dominus non fecerit. Et Esa. 45. Ego dominus & non est alter: formans lucem & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum. Et hoc de malo pœnæ. Quis conducit infirmitates? Quis pestes? Quis carestias? Quis bella? Vere Deus. Quod quidem facit duplici ratione.

Primo ratione punitionis.

Secundo ratione transgressionis.

Primò punitionis, ut mala, quæ fiūt puniat: quia ut dicitur in l. Ita uulneratus. ff. ad l. Aqui. Delicta nō debent manere impunita. Et ratio est, quia ut dicitur. C. de furtis. l. si quis. Impunitas delicti inuitat homines ad malignandum. Vnde tot mala, tot latrocinia, tot homicidia? Occiditur homo, & adhuc malefactor stat in terminis patriæ sine pauore, quia nō est iustitia, & ut dicit Aug. lib. 4. de ciui. Dei cap. Remota denique iustitia, quid aliud sunt regna, nisi aperta latrocinia. Vnde quando uides aliquē suspendi, aut decapitari, nō doleas, sed potius gaudeas; quia iustitia habet locum. Hiero. Non est crudelitas pro Deo pietas, scili

cet malos punire. Et Boet. lib. 4. de conso. Punire malos iustum est sed ipsos euadere impunitos, iniustũ. Vnde Alex. mag. faciebat honoré furcæ, dicens esse matrem iustitiæ. Ex hoc dicit Aug. lib. de ciui. Dei. Quod imperium Romanorum fuit dilatatum super omnes mũdi monarchias, propter iustitiam, quæ in Romanis regnabat. Et quare tandẽ ad nihilũ deuenit? quia defecit in eis iustitia: sed hodie nõ inuenitur in terra. Vnde bene clamat Io. 1. Io. 3. Totus mũdus in maligno positus est. Nunquam fuit tã malus ut nũc, nec separatus a Dei amore, & proximi, ut nunc est. Primo Dei. Antiquitus homines erant calidi de amore dei, quando ibant dormitũ: orabant genibus flexis propter pericula imminentia in morte, ut pater noster. De quo Matt. 6. Cũ oratis dicite pater noster &c. & credo. De quo de cons. dis. 4. Vos ante omnia symbolum dicatis, & Aue maria, cum signo crucis in fronte cum filiis suis. De qua Chryso. Crux est aduersus dæmones uictoria. De mane ibant primo ad missam: quia Matth. 7. Primum quærite regnum Dei. Et sicut uis corpus reficiare quotidie: ita animam cibo spirituali missæ: quia illa die non potes male capitare. modo autem non fit, imo ut bestiæ dormitum eunt absque oratione & cruce. Ad missas non uadunt: tantum in festis. Et adhuc habent cor ad mundi negocia. Quod contra dicitur dist. 1. c. Quando stamus ad orationẽ fratres charissimi insistere, & inuigilare ad præces, toto corde debemus. Cogitatio tunc carnalis hominis, & secularis abscedat. Murmurant cõtra sacerdotem esse prolixũ in missa. Non sic fuit Mediolani tempore, sancti Ambro. qui ad altare in missa p tres horas raptus fuit, & interfuit exequiis sancti Martini, populus fletit deuote. Præterea diebus festiuis stabant ad uesperas, ad completorium, ad diuina officia. Modo autem super apothecas, per plateas, sub ulmo, ubi aliqui ludunt tesseris, aliqui ad triumphos, in uerbis inutilibus, & inhonestis. Contra Christus. Matth. 12. De omni uerbo ocioso, quod locuti fuerint homines reddent &c. Audiunt mala de proximo. In Meth. Commen. di. Consuetudo audiẽdi fabulas, magnum impedimentum est in cognitione ueritatis. Præterea antiquitus ieiunabant, cum familia, Apostolorũ

uigilias,

uigilias,& aliorum sanctorum de præcepto.Modo nūc irri dent.O pater non possum dormire, incumbit fratribus, & presbyteris.Et ideo si ieiunāt, in sero collatio Cardinalis. Ex hoc ueniūt libidines.Prouer.29.Qui delicate nutrit seruum suū, postea sentiet eum contumacem. Præterea seruabant festa,prout dicitur Exo.20.Opus seruile non facietis in eo.et.C.de feriis.l.Dies festos.Dies festos,dies maiestati altissimæ dedicatos,nullis uolumus uoluptatibus occupari,nec ullis exactionum uexationibus prophanari.Dominicum diem, semper honorabilem decernimus uenerandum, ut a cunctis executionibus excusetur. Modo autem nihil.Mulieres laborant usque ad tertiam, & quartam horam noctis,& artifices, similiter. Præterea confitebantur omni pascate,ut Christianus debet facere.De consе.dist.2. c.Seculares.Qui in Pasca,non communicauerint,catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur.Ille.Modo autem o quot sunt,qui iam per x.annos stant sine communione,unde in amore Dei totaliter defecerunt.

Secundo in amore proximi. Antiquitus si mercator uel alius uenisset ad paupertatem,alij eum adiuuabant. Quia ut dicit philosophus.2.Pol.Amicis auxiliari delectabilissimum est.Et ei condolebant.in 2.Rhe. Amicus gaudet bonis amici,& condolet tristibus amici sui.iuxta illud. Flere cum flentibus. Modo non sic, imo gaudent. O sine nūc, quia nunc Deus eum castigat. Præterea antiquitus si homo uendebat domum,res,uineam,amici ipsi pecunias mutuabant. Modo autem si pauper uenit ad diuitem mutat pecunias cum usuris.O lupone,uideo te.Præterea antiquitus,quādo diues uidebat uiduam puellam,petebat a patre quare non maritabat eam? Respondentes propter inopiā, dabant eis pecunias,& modum.Modo autem quærunt eas pro uitio carnis,mittunt ambasiatores,& lenones. Præterea antiquitus erant homines benigni,charitatiui,largi,liberales,non tenaces,quia ut dicit philosophus.3.Ethico. Amicitia est melior diuitiis. Nunc non curant de amicis, sed solum ut congregent diuitias. Præterea mercatores olim uendebant sine fraude, & sine usura ad tempus, modo autem cum mille rapinis. Ex hoc mittit Deus flagella.

Vnde

Vnde 16.q.1.c.Reuertimini.Si quādo fames & penuria,& rerum omnium ægestas opprimit mundum,sciamus hoc ex ira Dei descēdere.Præterea Auenzoar medicus.Pestis inquit contingit, quia dominus mandat eum ad hominū punitionem.Auicēna.10.Metha.Intendas dispositionē oīum rerum,quæ proueniunt.Et credo quod Deus dederit pestē de flagellis diuinis,quæ descēdunt super ciuitates flagitiorum.Secundo ratione &c.In psal. Propter iram inimicorū distuli.Cur luciferum de Empyreo? Cur adam de terrestri paradiso?Cur diluuium in terra? Cur sulphur super Sodomam ? Cur 70000. peste de populo Dauid mortui sunt? Cur de Sennacherib.185000.Vere propter peccata. Vnde est quod dominus punit Italiam.Ciuitatem unam &c.Propter peccata,quæ ibi regnant.Vnde patet primum. Secundum dicitur &c. Quæ sunt ista peccata, quæ Deum inducunt ad flagella?Sex.

Primum est,mandatorum diuinorum transgressio.
Secundum est,diuini uerbi despectio.
Tertium est,uitij carnal is abhominatio.
Quartum est,pauperum,& orphanorum oppressio.
Quintum est,proximi nostri odiatio.
Sextum est,malorum imprecatio.

Primum est &c. Quando non seruanē diuina præcepta. Deut.17. Si nolueris audire uocē domini Dei tui,ut custodias & facias oīa mādata eius,& cerimonias quas ego præcipio tibi hodie.Veniēt super te oēs maledictiones illæ,& apprehēdent te.Maledictus erit in ciuitate, maledictus in agro,maledictum horreum tuum , & maledictæ reliquiæ tuę.Maledictus fructus uentris tui,& fructus terræ tuæ,armenta bouum tuorum , & greges ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens,& maledictus egrediens, quod ita factum est. Factus fuit seruus. in Egypto quadringentis annis sub Pharaone, postea seruus Eglon sub rege Moab. decem & octo annis,postea seruus in Babiylona,77. ann. sub Nabuchodonosor, sed ex pietate liberati fuere per Hesdram & Zorobabel. Videamus nunc si diuina pcepta seruātur in hac uestra terra,uere non plus,sed plus obedi-

tur dęmoni, quàm Deo. Clamat Deus homini. Non habebis Deos alienos. Et dæmon dicit. Sint tibi dij bona temporalia, quæ magis, quàm Deum diligas. Vnde facit ea suum paradisum. Clamat Deus. Non assumes nomen Dei tui in uanũ. Et dęmõ dicit. Sis periurus: blasphema sepius. Maledic nomen Dei, & sanctorum. In cantilenis inuolue nomen Dei &c. Clamat Deus. Sabbata santifices. Et dæmon, in diebus festiuis nulla sit in te memoria Dei, nulla recordatio salutis tuæ, fuge ecclesiastica officia: Clamat Deus. Honora patrem tuum, & matrem tuam. Et dęmõ. Sis es infestus, uerbera, uitupera. Clamat Deus. Non occides. Et dæmon. Iniuriam noli sufferre. Clamat Deus. Non mœchaberis. Et dęmon. Non erubescas adulterari. Clamat Deus. Non furtum facies. & dæmon, rape deprædare, sgra-figna. Clamat Deus. Non falsum testimonium dices, non cõcupisces rẽ proximi tui, & uxorẽ &c. Secũdũ peccatũ &c. Hier. 29. Hæc dicit dñs Deus exercituũ. Ecce ego mittã in eos gladiũ, & famẽ, & pestem: & psequar eos in gladio, & fame & peste, & per hoc dico: quia nõ audierunt uerba mea, quæ misi ad eos per seruos meos. Ille. Vbi sunt qui audiũt diuina? pauci quidem. O quot plures remanent sine missa. O quot plures uadunt ad solatiũ, nec uacant diuinis. Alij ad tabernas, alij ad chorizandum. O pater scriptum est. Interpone tuis &c. Vtique socie: sed tamen non dimisfis diuinis. Ideo propter hoc ueniunt flagella diuina. August. Omne genus christianorũ, præcepta uitæ accepit, quæ si omnibus seruarentur, nulla in terris essent mala. Tertium &c. In autentico. Vt non luxurientur contra naturam. Col. v. Propter talia .n. delicta, scilicet luxuriæ, sodomiæ &c. fames, & pestilentiæ, & terremotus fiunt. Ex hoc misit diluuiũ in terra. Gen. 8. Ex hoc super Sodomam, & Gomorrã, ignem & sulphur pluit. Gen. 18. & Gen. 13. dicitur, quod dominus Abrahæ apparuit, & indicauit interitũ ciuitatũ Sodomæ, & Gomorræ, propter luxuriam illorum. Abrahã nolens uidere tantũ exterminiũ, dixit ad dñm. Nũquid perdes iustũ cũ impiis? Si fuerint iusti in ciuitate, peribunt, simul, & nõ parces illis. Cui dñs? Si inuenero in sodomis quinquaginta uiros bonos, parcam eis. Iterũ orauit pro quadragin-

ta. Iterum pro triginta. Iterũ pro decẽ. Vnde ciuitas euer sa est propter uniuersalem contumaciam,& Loth solus cũ uxore sunt boni inuenti. Quæ uxor retrospiciens conuersa ẽ in salis statu ã. O quot luxuriæ. O quot sodomię. O quot fornicatione. Clamant latrinæ latibula ubi sunt pueri suffocati. Vnde Exe. 33. Hęc dicit dominus exercituum. Oculos uestros leuatis ad ĩmunditias uestras,& fecistis omnes abhominationes uestras. Vnusquisq; uxorẽ ꝓximi sui polluit: sed uiuo ego dicit dominus: quia dabo terram hanc in solitudinem,& in desertum. Ille. Fugies in syluas cũ filiis propter pestem. Quartum dicitur &c. Quando pauperes opprimũtur, orphani, pupilli. Ex hoc ira Dei prope est Exod. 22. Viduæ & pupillo nõ nocebitis, si leseritis eos clamabũt ad me,& ego exaudiã clamorem illorũ,& percutiã uos gladio. Ille. Opprimunt hodie: qa pauperculæ sunt, ut dicitur 11. q. 3. c. pau p dũ nõ habet qđ offerat, nõ solum audiri cõtennitur: sed etiam contra ueritatẽ opprimitur. Cito uiolatur auro iustitia. Ille. Vis o socie uicere lites? Vnge manus iudicis. ex qua unctione ueritas opprimit̃. 11. q. 3. c. Qui re &c. Acceptatio munerũ, præuaricatio ẽ ueritatis. & Deut. 10. Munera peruertunt uerba iustorum. Ou. de arte Munera crede mihi placant hominesq;, Deosq; Gen. 32. Placabo eũ muneribus,& propitiabitur mihi. Ad uos clamo o iudices, o prætores audite quid per Esaiam dicitur. Esa. 1. Principes tui infideles socii furũ. Diligũt munera, sequũtur retributiones. Pupillo nõ iudicant,& causa uiduæ nõ ingreditur ad eos. Ille. de rege Cambise q fuit filius Cyri. regis Persarum. Cum regnum patris obtinuisset, & depræhendisset quendam suum iudicẽ iniuste iudicasse,& ꝓpter manus patris contrariæ. iussit eum uiuum excoriari, & filiũ, eius loco substituit, ut filius memor supplicij p̃ris, timeret iniuste iudicare. Et Valerius libr. v. ca. 8. de Manlio Torquato, qui filium suum Decium Sylanum nomine, indignum a domo sua abdicauit, eo quia quendam iniuste sententiauit propter munera, unde filius ex tristitia priuationis, se suspendit, cuius exequiis, nec pater interesse uoluit. O iudices notate bene. Vnde secundum sententiam Alber. Quinque sunt necessaria in omni bona ciuitate, ali

ter oportet ut corruat.

Primo bonus pater ſpiritualis,ſcilicet Epiſcopus.

Secundo bonus magiſter ſcholariũ,q paruulos inſtruat.

Tertio medicus materialis.

Quarto apothecarius.

Quinto bonus prætor: quia ut dicit Philoſophus lib.de regimine principum . Tunc ſolent homines timere regẽ, quando uident ipſum timere Deum.Vnde patet quartum.

Quintum peccatum &c. Quando ciues odiunt ſeinuicem,prope eſt flagellum Dei. Vnde dominus Leuit . 19. Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui.Exod.23.Si uideris aſinum odientis te iacere ſub onere,non pertrãſibis ſed ſubleuabis cum eo.Quãdo ciuitates ſunt diuiſæ,a Deo flagellantur.Deute.28.Adiunget tibi dominus peſtilẽtiã, donec conſumet te de terra,percutiet te ægeſtate, frigore, ardore,æſtu,& aere corrupto, & perſequetur donec pereas. Ille . Turcus ſcripſit Pio, quod non timebat quemquam, uſquequo regnabat Guelfus,& Gibelinus: quia ſcilicet eſſent occupati inter ſe ad ſe deſtruendum.

Sextum peccatum &c. Videlicet blaſphemia Dei & ſanctorum:ſed dicitur Eſa.1.Dereliquerũt Deum,blaſphemauerunt ſanctũ Iſrael:ab alienati ſunt retrorſum . Sequitur punitio. Terra noſtra deſerta,ciuitates noſtræ ſuccẽſæ sũt igni.Vnde tot flagella?Certe a blaſphemiis.Pius Papa.Cõfuſa ſunt omnia & turbata, blaſphematur paſsim pietas,& in mãdatis ſuis cõtemnitur Deus,nullus Dei timor , nulla legum reuerentia.

Tertium dicitur &c.Sũt tria remedia. Primum eſt uitæ immutatio.Ephe.4.Renouamini ſpiritu mẽtis ueſtræ & 1. Reg.2.Recedãt uetera de ore ueſtro.

Secuudum, orationum proclamatio . Ouidius de arte. Flectitur iratus,uoce rogante Deus Exemplum Dominici de tribus lanceis &c.

Tertium dicitur ſanctorum inuocatio.Iob.v.Voca ſi eſt, qui tibi reſpondeat , & ad aliquem ſanctorum conuertere. Applica hiſtoriam ſancti cuiuſcunque , cum illo notando Petri de pal.4.diſtinctione 45.art.2 .duplici ratione . Primo ratione dei o i n.s . Secundo patrocinationis, quia

grati am

gratiam habet super mala, ut Antonius super ignem. Rochus super pestem. N. super &c.

De Choreis. Ballo, danza..

DVxerunt in bonis dies suos, in puncto autē ad inferna descendunt. Iob 21. Postquam natura humana decidit in miserandā peccati seruitutem, & ꝙ sensualitas est facta rebellis rationi, propter infectā & corruptā culpam, & radicem primorum nostrorum parentum, est necessarium homini constituto in præsenti uasta solitudine, & ualle miseriæ, se lasset ita in exercitiis corporeis sicut in spiritualibus, in promerendo regnum cœlorum. Hoc habetur figuratiue. Gen. 3. In sudore uultus tui, uesceris pane tuo. Et Hieronym. ad Cthesifontem. Tepidum discipulum non amat Christus. Vulgariza. Et quia quod homo in hoc tempore carni spurij parum cogitat de hac pœnitentia suorum criminum, cum sit occupatus totus circa ineptas letitias chorearum, cantilenarum & conuiuiorum. Ideo ille dulcis & amorosus Deus, auidus salutis filiorum suorum, nos auisat, ut temperemus nos ab ineptis his letitiis, per os sanctissimi, & speculi patientiæ Iob. qui dicit uerba assumpta. Duxerunt &c. In quibus uerbis de choreis loquamur, in quibus homines cum damno animæ ac corporis se occupant. Et hoc sub tribus mysteriis.

Primum dicitur offensionis.
Secundum dicitur malignationis.
Tertium dicitur punitionis.

Quæritur dubium. Vtrum ducere choreas sit peccatum, aut mortale, aut ueniale, aut nullum? Videtur quibusdam quod non. Ratio, quia aliquando conuenit homini recreari. Vnde Philosophus 8. Ethico. Omnis laborans indiget requie. in 10. Ethicor. Ludere per tempus, rationem boni habet. Cato. Interpone tuis interdum gaudia curis. Adhoc respondet Alber. in 4. distinctio. 16. Durandus ordinis minorum in secunda sentent. Archiepiscopus in secunda parte summ. Quod chorea & huiusmodi ludi, secundum

se non sunt mali,quia bene possunt fieri sine peccato,maxime. 5.conditionibus cōcurrentibus,quibus erit licita chorea. Aliter non: sed erit peccatum graue. Prima scilicet qđ fit tempore debito, ut puta tēpore gaudij.s.in nuptiis, tempore uictoriç,aut liberationis patriæ,uel hominis,aut in aduētu amici de terra lōginqua,ut fecit pater filij prodigi.Lu.15. Qui fecit ī aduētu filij fieri magnos triumphos. Secunda,quod fit cum honestis personis,de quibus non sit præsumptio mali,ut cū meretricibus:concubinariis, & huiusmodi quia tales personæ, nō habent dare bonum nomen,ut faciunt quidam,qui chorizant in lupanari. O malevoli quid facitis? Tertia quod fiant a personis secularibus,non religiosis,quia debent se in aliis occupare, in libris,in casibus conscientię. Vnde de eis.1.Machab.1. Habentes solatio libros sanctos in manibus uestris, quia distinct.86.Ignorantia mater est omnium delictorum. Quarta,quòd honesto modo fiant, & non cum gesticulationibus nimis inhonestis, & inordinatis, ut faciunt plures. Stringere digitum uel calcaneum &c. Quinta quod cantus uel musica excitans in his, non sit de illicitis, sed de moribus,& honestis, ne sonetur in eis cantio mala. O excubantes. Istis non concurrentibus,semper est peccatum mortale.Quod probatur triplici ratione,ut chorizantes nullam causam habeant excusationis.

Primo ratione finis.

Secundo ratione priuationis.

Tertio ratione incitationis.

Primo ratione &c. Conclusio Philosophi. 2. de anima & 2.Physico.& Thomæ.1.2.quæstio.prima.articu. tertio. Quod actus humani,speciem sortiuntur a fine, quia si finis bonus est, operatio bona est. Si autem econuerso, operatio erit mala. Exemplum de illo, qui dat eleemosynam,si dat pro amore Dei,bonum est,si ex uana gloria,malū est. Cuius finis bonus est &c. Ad propositum. Finis chorizandi,cōmuniter,& ut in pluribus est malus,scilicet propter libidinem,& petulantiam. Quis te inducit o iuuenis ad choreas,non cum omnibus,sed cum illa & illa, nō cum aliis; Vere propter libidinem uoluptuosam. Vnde Hieron.

ad Heliodorum.Non credam uiro dicenti mihi,se illesum euasisse a spectaculis mulierum: cum Dauid ex eo quod ui dit Bersabem lauantem,in libidinem sit prouocatus.Si Da uid ad uisum cecidit: quanto plus iuuenis ad tactum? Et Bernard.Cum mulieribus habitare: & de mulieribus non cogitare, maius est quam mortuos suscitare. Et Hiero- nym.32.capitu.hospitiolum tuum,aut raro: aut nunquam mulierum pedes terant: quia non potest toto corde cum deo habitare. qui fœminarum accessibus copulatur. Vnde Ecclesi.18. Qui tetigeret picem, inquinabitur ab ea. Et quamuis aliqui hoc agant, ut chorizent bono fine, ut an- tiquitus:tamen pauci sunt.Secundo ratione &c. Illud per quod priuamur gloria paradisi,est mortale peccatum,quia non nisi per mortale damnamur. Sed per choreas priua- mur gaudiis paradisi.Igitur &c. Quid dicis August.in ser mo. Hoc enim decet christianum; toto animo odisse, aut damnasse,quod seculum diligit. Amat enim sermones im pudicos,diligit saltationes,& motus impudicos & incom- positus,& saltationes mundi, cõmercia sunt dęmoniorum, Ille.Præterea exēplo patet per Greg.in 1.dialo.de puella quadam nomine Musa, quæ choreis erat dedita. Virgo ei apparuit cum multis puellis,albis indutis,& cum illa tam deuotam processionem aspiceret,& secũ uellet sociari uir go prohibuit dicens,Quod donec esset choreis dedita; nũ quam uenire posset ad choreas cœli.Die.3.migratus ad cœ lum iuit.Sic in proposito: nec corizans poterit saluari. Tertio ratione &c.Mulier(inquit Origenes)arma diaboli. ideo dęmon bellat contra hominē, per medium mulieris, & hoc tripliciter.

Primo per colloquium.
Secundo per aspectum.
Tertio per tactum.

Primo per colloquium.Apostolus.Corrumpunt bonos mores,colloquia mala.Prouerb. 11. In multiloquio non deerit peccatum. Maxime hoc colloquium est in choreis. O facie singularis.O paradisi oculis,o labra rubicunda & alia uerba inhonesta,prouocãtia ad libidinem.Et tu dicũt doctores: Omne uerbum prouocatiuum libidinis,est mor tale:

tale:O quod dicuntur.Ecclesi.9. Cum saltatrice ne sis assiduus,nec audias uerba illius. Et Prouerb.9.Colloquium mulieris quasi ignis.Ad loquelam homo agnoscitur. Mar. 26. Loquela tua manifestum te facit. Et ff.de tutoribus & curatorib.datis ab his.l. His qui.§.fi. Ex sermonibus,& loquelis cognoscitur,quis sapiens,& iudicatur insipiens.
2. Secundo per aspectum. Hieronymus. Gladius Igneus facies mulieris. Et in uitis patrum, quidem pater dixit fratrib. Melius est uidere dæmonium quam mulierem ornatam. Ecclesiast.9. Auerte faciem tuam a muliere compta, idest, ornata. Practica.Illæ sunt, quæ se ornant diuersis coloribus & unguentis.O Catherina da mihi scardorium, & aliã illam piscidam, quę omnia sunt peccatum, ut Thomas dicit.Contra tales Dauid.Facies peccatorum sumitis,peccatorum.i.dęmonum.Afaitant capillos.Exemplum in lib.de septem donis.Quædam comitissa cum multum esset libera lis ad pauperes,& orationibus dedita,sed multum uana in ornatu capillorum, apparuit cuidã familiari mulieri suæ, post mortem dicens se esse damnatam, propter ornatũ capillorum capitis.Vnde uidit mulier illa, caput habere plenum serpentib. mordẽtib.ipsum loco capillorũ, in pœnã illius uanitatis.O uanę mulieres,deferunt secum mille farlugę. Ex una parte leuitates, ex alia coralla, ab alia pectorale. Ex alia cultos, desunt eis forpices, ut apparerent fabri equorum. Talis ornatus est meretricibus.

Prouerbio septimo. Ecce occurrit illi mulier in habitu meretricio, præparata ad decipiendas animas.Quod dominus conqueritur. Esai. 3. Eleuatæ sunt filiæ,& ambulauerunt extento collo,& nutibus oculorum ibant,& plaudebant, & ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant. Inducuntur plura mala. Cum Paris duceret Helenam pulcherrimam. Troiani Philosophi, ne ipsam
3. uiderent faciem cooperuerunt.Tertio per tactum.1.Cor.7. Bonum est uiro non tangere mulierem,quia palea stat male apud ignem. De Leone Papa legitur. Cum manus eius quędam mulier ex deuotione esset osculata,incidit in grauem tentationẽ,propter quod Spiritusancto dictante, manum abscidit,sed uirgo postmodum restituit. Præterea cũ

queu-

quendam nouitium reprehenderet magister Iordanus ; eo quod mulieris manus tetigisset. Respōdit ille frater. O pater est bona mulier. Cui dixit. Terra utiq; bona est, & aqua bona tamen ex utraque se contingente fit lutum. Vnde patet quomodo chorea est peccatum &c .

Secundum dicitur &c. Tres malignitates huius uitii secundum doctores nostros inuenio.

Primum dicitur diabolica inuentio.

Secundum dicitur diabolica excecatio .

Tertium dicitur facilis periclitatio .

Primum dicitur &c. Diabolus inuenit choreas, quia uti uidemus ad oculum, chorea est quidam circumitus, de uno loco ad alium. Et hoc est iter diaboli. Ipse enim circumit. Iob 1. Interrogatus a domino. Vnde uenis? Respondit. circumiui terram &c.

Et primæ Petr. quinto. Aduersarius uester circuiuit &c. Qui ergo tripudiant, diaboli faciunt officium, quod ipse inuenit, scilicet choreas. In historia scholastica legitur, ꝙ in Aegypto erat quidam taurus, quem testatur Plinius se uidisse. Hic sepe egrediebatur de flumine. Ad quem cum confluerent Aegyptii cum omni genere musicorum, ipse eleuabatur in aere super eos saltando, & chorizando. Et illi Aegyptii ad stationem ipsius in terra mouebantur. Hic erat dæmon in forma tauri, & sic didicerunt a dæmone ballare in tauro transfigurato, & exinde deuenit ille modus ad alias nationes. Preterea in lib. de apib. In quodā castro Alemaniæ apparuerūt dæmones in formis diuersis masculorum, & fęminarum, ballantes, & tripudiātes. Ad quorum spectaculum exiere omnes de castello. Et cū ipsi dæmones complessent suos ballos, euanuere. Vñ uiri & mulieres didicerūt ab eis diabolicas tripudiationes, & inhonestas saltationes. Secunda malignitas &c. Execantur tales a dæmone, quia choreas ducūt in loco, quo nō oportet, quod fatuū esse ostēdo triplici rōne secūdū Archiepiscopū, in 2. parte.

Prima, quia non competit loco .

Secunda, quia non competit statui.

Tertia, quia non competit tempori.

Prima quia nō &c. Sumus in exilio, qui deberemus esse

in cęlo

in cœlo. Vnde flendum est. Augustinus. In ualle sumus miseriæ, in qua magis flendum est: eo quod minus flemus. Figura. 4. Regum. 25. de filiis Israel. Cum inuitarentur ad cātandum dixerunt. Quomodo cantabimus &c. Ad propositū de nobis. Ecclesi. 22. Musica in luctu importuna narratio. Quod insinuat nobis puer dū nascitur, qui statim plangit. Vnde Solinus lib. 2. c. 3. de mirabilibus mundi. Nascentium uox prima uagitus est: sensus letitiæ differtur in 40. diem, solus Zoroastes eadē hora risisse fertur: nec hoc naturale fuit bonum: fuit enim inuentor idolatriæ. Secundo non cōpetit statui, qui est ubique periculosus. Et quocūq; se uertit, reperit ubi tristetur. Primo si sursum uidet cœlū quod amisit. Secundo si deorsum: uidet infernum paratum pro malis. Tertio si ante peccata sua. Quarto si retro: tempus male amissum. Quinto si a dextris est dęmō: caro mūdus. Sexto si a sinistris: mortem cum pharetra & sagittis. Inter tot pericula positus homo, chorizare non debet. Fatuus esset quis si ad furcam ductus, uellet ridere. Omnes sumus sententiati ad furcam mortis, unde non est nobis gaudendum. Tertio non competit tempori. Tempus enim uitæ nostræ est cursus ad mortem. Eccle. 38. Mihi heri: & tibi hodie. Et Pius Papa Domine blanche in epistola, ne obstaret uiro, deliberanti ire pro fide catholica contra Turchū. Fugit uita mortalis, & quasi fumus cito euanescit. Quærenda est altera: quæ neque molestias habet: neque finem. Illic thesaurizandum est: illic aspirandum. Vnde legitur de Alexādro magno: quod eo mortuo accessit Diogenes Philosophus ad tumulum suum, & ait. O Alex. Hieri non sufficiebat tibi totus mundus: hodie autem sepultura quinque pedum contentus es. Ille. Et ideo Petrar. 5. Trium. temporis. Transeunt uestræ pompæ, & elationes. transeunt dominia. transeunt regna. Omnia mortalia tempus intercidit. Tertia malignitas &c. In nullo peccato ira de facili homo cadit: sicut in choreis. Quid dicis o pater Augusti. In saltationibus, diabolus spargit dulcedines luxuriarum. Redit matrona domū multis uocibus stimulata. Redit uirgo iniquitatis auribus, nec uirgo integra, nec mulier maritata, redit turba adolescentium, nec dum mulieribus coniun-

iuncta: & conscientia lacerata. Ille. Et uere non est passus: quos dæmon non numeret. Iob. 31. Nonne gressus meos dinumerasti? Et communiter, tales sunt implicati in dominicis diebus & festis. Et ita fit, ut quia non respexerunt festa sanctorum: in morte neminem habeant aduocatum: & sic desperati moriuntur. Ad quid dedit deus oculos, aures, pedes, manus, omnes sensus? uere ad corporis officium. Sed chorizantes in laudem dæmonis, omnia ista occupant. Præterea iniuriantur Christo in omnibus membris. Quidã sanctus orauit iuxta crucem quid magis irã diuinam prouocaret ad uindictam: Respondet quod chorizantes, præcipue ab illis uituperatur. Extensio brachiorum ræpresentat extensionem Christi in cruce pro nobis. Sertum capitis, Christi coronam signat. Risus qui fiunt in eo, quomodo fuit derisus a iudęis. Belletum signat quomodo fuit uelatus facie. Tertium dicitur &c. Duplex punitio, una temporalis, alia spiritualis. Prima temporalis in præsenti. Eccle. 32. Cum Moyses de monte descendisset, cũ duabus tabulis, & ad castra appropinquasset, uidissetq; choros mulierum, & hominum chorizantium ante uitulũ argenteum, confregit tabulas. Iratusque occidit omnes chorizantes, scilicet. 23. milia.

Præterea Iacobus de uitriaco refert, quod in quadam uilla Saxoniæ, quidam stabant ad chorizandum in natalibus diebus. Præsbyter eos redarguit, cum non uellet desistere, imprecatus est eis ultionem dicens. Placeat Deo ut sic stetis per annum. Quod & factum est. Nam per totum annum, nec fames nec sitis eis aduenit, sed sub aqua, & niue per annum stante quasi bestiæ. In capite anni ueniam postulantes, ueniam obtinuerunt. Episcopus Coloniensis Vbertus nomine, ab hoc uinculo eos absoluit, & eos Deo suo reconciliauit. Præterea Mar. 6. ca. de Ioanne Baptista, qui fuit decollatus ab Herode Antipa, propter saltationẽ puellæ in conuiuio. Punitus est cum muliere, & puella. Vnde tot flagella, caristiæ, bella? Certa a choreis, quia dum deberent Deum laudare, & sanctos, diebus dominicis, & festis chorizant. Vnde Ezech. 25. Pro eo quod plausisti manibus, & gauisa es ex toto affectu super terram, idcirco

eo ego extendam manum meam super te: & tradam te in direptioně,& interficiam te: scilicet æterna morte,& Iob. 21. Tenent tympanum, & cytharam, & gaudent ad sonitum organi. In puncto autem ad inferna descendunt.

Secunda pęna spiritualis. Cyrillus discipulus beati Hieronymi, refert se habuisse nepotem, qui in sua iuuentute mortuus apparuit Cyrillo dicens, se esse damnatum: quia in ludis, choreis se miscuerit. Præterea de muliere choreis dedita.

Quidam iuuenis in ballo quodam uenit, omnibus ignotus, postquam uero multum cum quadam tripudiasset: sustulit mulierem cum qua chorizabat in ulnas, quæ amplius non est uisa. Erat enim dæmon ille iuuenis. Vnde ad infernum conducta est.

Dominica prima Aduentus. De Aduentu Messia.

ECce rex tuus uenit tibi mãsuetus sedens sup asinã. Matt. xxj. Confundit, & admodum inexcusabilem reddit rationalẽ creaturam, bonitas diuina illius supremi Dei, quæ indefesse non cessat uocitare errantẽ animam, a uepribus, & spinis peccati ad statum propriæ salutis, per uarios & diuersos modos, sic per communicationẽ bonorum temporalium. Sic per bonas & sanctas inspirationes. Sic per patibula mundi. Sic etiam principaliter per piam, & deuotam representationem adueniẽtis filij sui in carne mortali: secundum representationem sacrosanctæ, & militantis Romanæ Ecclesiæ. Et sicut grãde fuit desyderium illorum barbarorum antiquorum patrum ueteris testamenti, uidendi illum facie ad faciem, ita etiam nostrum ad sanctæ operandum, quod deuotus Bern. consyderans in secundo sermone super Canon. dicit. Ardorem desyderii patrum suspirantium Christi in carne præsentiam, frequentissime cogitans, cõpungor, & confundor in me metipso, & uix contineo lachrymas, ita pudet temporis temporisque misera-

miserabilium temporum horum. Cui namque nostrum tã-tum ingerat gaudium gratiæ huius exhibitio, quantũ sanctus ueteribus desiderium promissio? Intersere supplicationes patrum. In uerbo confundor. Hic est qui a patriarchis est acclamatus. Esa. 16. Emitte agnum domine dominatorem terræ.

Secũdo ad ꝓphetis. Esa. 66. Rorate cœli desuper: & nubes pluant iustum.

Tertio a regibus. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.

Quarto a mulieribus. O Emanuel rex, & legifer noster, expectatio gentium, & saluatio earum, ueni ad saluandum nos, domine Deus noster. Ab Ecclesia. Excita domine potentiam tuam & ueni: ut ab imminentibus &c. Et quia initium peccati fuit superbia, ad quod curandum, necessaria erat humilitas: quia in 2. Ethi. Contraria contrariis curantur, ideo humilitatem amplecti uoluit, qui ad nos ueniẽs, humilis in carne uenit. Ideo di. Dicite filiæ Syon. i. Hierusalem. Ecce rex tuus &c. In quibus uerbis, quia hodie sancta mater Ecclesia in officiis suis nobis proponit illud stupendum admirandumque beneficium aduẽtus Messiæ filii Dei in carne: quem tanto desiderio antiqui patres petẽdo expectarunt, ideo de eo & nos loquemur. De quo tria contemplabimur in præsentiarum.

Primum dicitur congruitatis. Secũdum dr̃ inductionis. Tertium dicitur modificationis.

Primum dicitur &c. Quæritur dubium. Vtrum fuit conueniens Christum incarnari? Circa hoc duplex opinio. Vna concludit quod non. Ratio illius est, quia ut dicit Philoso. 2. phi. Frustra fit &c. Sed Deus humanam generationem poterat liberare aliis modis, q̃ per incarnationẽ. Aug. li. de tri. c. 10. Dicimus & alium modum possibilem ei fuisse, cuius potestati omnia subiacẽt. Alia opinio qđ sic, quia ille modus fuit dignior. Dan. lib. 3. Canti. 7. Omnes alii modi erant illi inefficaces ad satisfaciendum, nisi Dei filius ad incarnationem sui non fuisset humiliatus. Ad hãc difficultatẽ Tho. 3. par. q. 1. arti. 1. In 3. distinctio. 1. quæstio. 1. ar. ti. 2. In. 4. contra cap. 49. et 55. Bona. 4. distinctio. 20. Magister.

gifter.3.dift.20.Quod conueniens fuit Christum incarnari.Quæ conclufio probatur uera triplici ratione in præfentiarum fecundum doctores.

Primo ratione diuinalis communicationis.

Secundo ratione diuinalis libertatis.

Tertio ratione naturæ humanæ exaltationis.

Primo &c.Conclufio eft Thom.3.par.q.11.art.1.Quod unicuique rei illud eft fibi cōueniens: quod ei conuenit fecundum proprietatem fuæ naturæ.Exempli gratia.Conuenit foli illuminare.Igni calefacere: homini fermocinari. Vnicuique rei &c.ad propofitum. Natura diuina fummi Dei,non eft aliud nifi mifericordia & clementia,ut probat Dion.4.de di.no. Cū ergo fit fūme bonus & mifericors,debet illam communicare homini, oftendere & declarare,& facere nobis intelligibilem,quia ut habet Dio.4. de di.Et Phil.1.Ethi.Et 3.animæ.Bonum eft fuipfius diffufiuum. Proprium boni eft feipfum communicare. De ipfa Dauid. Apud dominū &c.de pœni.di.1.cap.Multiplex. Mifericordiæ domini,nec menfuras ponere poffumus &c.Et de pœn. diftin.1.Diuinitatis natura clemēs eft & pia,magifque ad indulgentiam prona,quam ad uindictam C.de nuptiis.l. Imperialis.Nam ita credimus Dei beniuolentiam,& circa genus humanum nimiam clementiam, quantum noftræ naturæ pofsibile eft imitari. Qui quotidianis hominum peccatis femper ignofcere dignatur, & pęnitentiam noftram fufcipere.Ibi.Et Dan.lib.3.Purga. Peccata noftra horribilia fuerunt:fed diuina bonitas, habet tam lata brachia, q̄d capit quæcūque ad illā conuertuntur.Benignus ergo Deus debebat illam mifericordiam communicare. In teftamēto ueteri Deus erat rigidus,pfal. Deus ultionū dominus &c. Exod.20.Ego fum dominus Deus tuus,fortis zelotes:uifitans iniquitatem patrum in filios,ufque in tertiam & quartam generationem,eorum qui oderunt me. Non dicebatur pater,fed Deus iuftitiæ. Quidam ligna colligēs die fabbati:præcepto domini lapidatus eft. Similiter alius blafphemans.Dānauit luciferum in perpetuum.Expulit Adam de paradifo.Gen.3.Mifit diluuium in terra.Gen.7.Mifit fulphur,& ignem fuper Sodomam &c. Genef.12. Submerfit

Pharao-

Pharaonem. Exo.14. Percussit 23. milia propter adoratio nem uituli. Exo.33.c. Percussit 185. milia est peccato blas phemiæ de populo Sennacherib. 1. Reg. 19. de populo Dauid 70. mortui sũt. 2. Re. ult. Dēbat ergo misericordiã suã declarare, sed meliori modo eam non potuit ostendere, q̃ ut nobiscum conuersaretur: quia ut habet Phil. 8. Ethico. Nihil est tam proprium amicorum, quàm simul uiuere, & simul conuersari. Non te scandalizet, si quem uides asso ciatum. Ipse autem ut hanc amicitiam ostenderet. nobiscũ commoratus est. Baruch. 3. Post hæc in terris usus est, & cum hominibus &c. Sed hęc amicitia plene completa est quando uerbum factum est caro. Vnde Hiero. ad Damasc. Papam de filio prodigo: Quæ maior potest esse dementia. quàm ut filius Dei, filius hominis putaretur? decem mẽsiũ fastidia sustineret: partus expectaret aduentum, inuoluere tur pannis: subiiceretur parentibus, per singulas adoleret ætates: & post contumelias uocum: alapas, & flagella cru cis, pro nobis fieret maledictum, ut nos a maledicto legis absolueret. Ille. O uere beata ætas. O uere aureum seculum, in quo experimur dulcedinem filii Dei pro nobis incarnati. Ex speciali priuilegio uidebis Christũ in carne in præsepio, in feno iacere, ab animalibus adorari, & a pastoribus. Hoc priuilegium non est concessum Abrahæ sanctissimo homini, non Isaac, nõ Iacob. Vnde Christus Luc. 10. capi. Beati oculi qui uident quæ uos uidetis. Secũdo &c. Conclusio est Tho. 3. par. q. 46. arti. 4. Alexan. 3. par. & Bona. 3. distinctio. 19. Quod propter peccatum primorum parentum, nobis clausa est ianua paradisi: ad quam aperiẽ dam nullus inuentus est idoneus. Non Angelus, non Cherubin, non Patriarcha, non Propheta nisi solus filius Dei. Vnde psal. 17. Omnes declinauerunt simul inutiles &c. In scriptura Deut. 25. Secundum mensuram delicti, erit & pla garum modus. & 16. quæst. 1. Secundum qualitatem delicti imponenda est pœnitentia. O confessores notate, sed peccatũ primi hominis fuit infinitæ offensæ & iniurię, igi tur requirebat satisfactionem infinitam, quæ non erat in alia pura creatura. Quod fuerit infinitæ offensæ; probatur hoc modo. Est una maxima Canonistarum, & Iuristarum.

Primo Canonistarũ.de pœniten.distinctione. 1. cap. Duo facta.& 12.q.2.c.gloria episcopi.& 22.q.2.cap.Mouet. Et 27.quæstio.1.c.Nuptiarum.Secundo per Iuristas. l. Item apud.§. Quod ait prætor.ff.de re militari.& l.Omne delictum.§.Qui mapu. Vbi habetur, quod offensio & iniuria mensuratur secũdum dignitatem personæ.Exempli gratia. de percussione serui & domini:de infamia secularis,& religiosi. O socie &c.de cardinali & papa.. Ad propositum Cum Deus sit infinitæ bonitatis:iuxta illud Apocalyp.19. Rex regum,& dominus dominantium.Sequitur quod culpa primi hominis fuit infinita.Si infinita ergo requirebat satisfactionem infinitam, quæ non erat in pura creatura, cum sit finitæ operationis, & secundum Philosophum. 3. Phi.Et primo cœli. Finiti ad infinitũ nulla est proportio. in 8.Phy.Impossibile est in corpore finito esse potentiam infinitam.Vnde Chryso. Nemo inter mortales reperiri poterat qui nõ interim indignus uideretur.Et Dãtes: 3. Par. Cantico.7. Vestra natura sicut tota peccauit in origine,& posteritate: ab his dignitatibus ut a paradiso repulsa fuit: unde se non potuit(si bene inspicias) rediniere aliqua arte,& uia.unde opus fuit,quod Christus mitteretur,ut portaret facinora nostra.Vnde Dauid. Quæ non rapui exoluebam.

Tertio &c.Cõclusio Augustini in.2.dist.1.cap. 6. Fecit Deus rationalem creaturam:ut summum bonum intelligeret,intelligendo amaret,amando possideret, possidendo frueretur.Sed homo deuius factus erat,& uiam perdiderat per peccatum primi hominis, & nemo hanc uiam sciebat: quidam adorabant Solem,quidam Lunã, quidam stellas, Sap.5.Errauimus a uia ueritatis, & iustitiæ lumen nõ illuxit nobis:ut ergo hanc uiam inuenire possemus: missus est nobis bonus dux Iesus dulcis.unde de se dicit.Ioã.14.Ego sum uia. Super quo Augu. Si cœlum desideras: Ego sum uia.Hunc ductorem sancti patres affectarũt.Esai.16. Emitte agnum domine dominatorem terræ,& quia homo poterat terreri, considerata sua fragilitate: in omnibus exemplum dedit patientiæ.Si grauaris in infirmitate,ipse a plãta pedis.Si infamia,ipse a Iudæis derisus. Dæmonium habes.

bes. Si paupertate: ipse pauper. Vulpes inquit foueas habet, & uolucres celi &c. Nudus ponitur in cruce. Spinis coronatur, ut nos sublimaret. Vnde comparatur filio cuiusdam regis, qui philocaptus de quadam rusticana muliere: ipsam in uxorem cœpit, dimissis filiabus ciuium suorum. Quis est filius regis? Est Christus, qui cœpit in uxorem carnem nostram, quæ est filia Adæ. Et super omnes hanc exaltauit: scilicet super Angelos. Hanc dignitatem cognouit Angelus Apocaly. 19. quando Ioan. Angelum adorare uoluit. Vide (inquit) ne feceris. Super quo Gregorius. Timuit adorari a natura humana, propter assumptam cum uerbo, carnis nostræ substantiam. Vnde patet quomodo fuit &c.

Secundum dicitur &c. Triplici ratione inducimur ad ipsum suscipiendum.

Primo ratione status.

Secundo ratione effectus.

Tertio ratione beneficij.

Primo &c. Quia eius status est sublimis: quia est rex. Ecce inquit rex &c. Si enim ad uos uenit aliquis magnus dominus, dux, comes, rex, uere cum tripudio ipsum acciperemus, multo magis Christum, qui nobiscum sociatur in hoc aduentu, qui est rex, ecce rex, qui rex triplex habet regnum.

Primum cœleste.

Secundum terrestre.

Tertium infernale.

De quibus Apostolus Philip. 2. In nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Et sicut habet triplex regnum, sic habet tres differentias militum, quos posuit in his regnis, secundum illorum merita, & demerita. Quidam sunt milites triumphantes. Quidam sunt milites terga præbentes. Quidam &c. qui pugnauerunt contra uitia, mundum, diabolum, occupantes se in bonis operibus, ut Apostoli, martyres, confessores, Dominicus, Fra̅ciscus. Tales coronati sunt in primo regno. Apocaly. 2. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. 2. Tim. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. In chronica ordinis. Dum fratres matutinas dicerent pigre & somnolenter, uirgo eis apparuit dicens. Fortiter fratres: quia

grandia præmia sunt uobis præparata. Non credas coronari in primo regno, nisi fueris strenuus miles Christi. Quidam &c. Hi sunt, qui nolunt regnare: sed in omni strepitu terga uertunt, non sunt strenui milites. Tales non sunt apti, quia pigri. Figura Iudicum septimo, de Gedeone dum pugnaret contra Madianitas, & secum haberet 32000. uirorum, dixit illi dominus. Multus populus tecum est: unde licentiauit ex eis uigintiduo milia, & remanserunt decem milia. Cui dominus: Adhuc populus est multus, duc eos ad flumen, & probabis eos. Qui biberint aquam de flumine, ut carnes, non curando se, eos separabis seorsum ut apti. Qui curuatis genibus biberint, separabis eos ab alia parte, ut inepti. Qui numerus eorum ad bellum fuit. 1300. & reliqua multitudo remissa est. Moraliter. Pauci sunt apti ad certamen in hoc mundo. Tales ponuntur in tertio regno: scilicet in inferno: quia ociosi steterūt. Quidam sunt, qui assidue pugnant contra uitia, de quorū numero erat, qui dicebat Ephes. 1. Non est nobis colucta tio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates. Qui uult poni in primo regno, oportet pugnare: quia ut dicitur. C. de his, qui non expletis stipendiis l. 2. li. 10. Stipendium quod promittitur militibus, solui non debet, nisi finita militia

Secundo ratione &c. Quia frater noster est & propinquus. Vnde dicitur. Tuus. gloss. id est de tua progenie genitus. Duas progenies fecit Deus. Primam, naturam angelicam. Secundam naturam humana. Potius uoluit contrahere affinitatem cum natura humana, quàm angelica. Hebræo. 2. Nusquam Angelos apprǣhēdit. Ideo dicit. Tuus. Genesis, 27. Frater enim & caro nostra est, & Dauid: Narrabo nomen tuum fratribus meis. Super quo Bernard. Puto quod iam me despicere non poterit, os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Despexit Deus generationem humanam, per annos 5000. quia ad lymbum illos mittebat: nunc autem (inquit Bernardus) non sic. Vnde possumus contemplari, quod quando uoluit incarnari, & relinquere suos ciues. Angelici spiritus miserunt ambasiatores. Venit prima ambassaria, quæ missa fuit a

prima Hierarchia di. incuruando se. Domine dominus noster, quid est homo quia magnificas eum? Enumera hic beneficia. Dotasti eum lumine rationis. Ad tuam imaginem creasti, potuisses eum lignum, lapidem facere. Et nunc uis ad illum ire? & te induere sclauina? Respondit eis. Amore langueo. Secunda ambassaria missa est dicens. Cur uis o bone magister ire ad homines malos, & prophanos? Vere si ibis, eris male contentus. Te percutient, te ad columnam ligabunt, oculos bindabunt, te cruci affiget, pedes perforabunt, & manus. Respōdit illud uerbum Prouer. 8. Delitiæ meæ esse cum filiis hominum, O charitas immensa.

Tertia ambassaria missa a tertia Hierarchia di. Vera amicitia fundatur in aliquo horum bonorum. Aut in bono utili, aut delectabili, aut honesto, ut habet Tullius libro de amicitia. Et Tho. 2.2.q.22.artic.1.& Philosophus 8. Ethi. Sed dic nobis, quam utilitatem habebis de homine? Ille est qui te millies blasphemat, qui falsa sacramenta capit, est saccus uermium, mendicus tibicem &c. Respondit eis Christus. Amore langueo. Vnde assimilatur filio cuiusdam regis, qui cum interrogaretur a patre. Fili quantum me amas ostēde? Non potens uerbo exprimere opere ostendit, extendit brachia, & capite inclinato, totum posuit se super patrem di. Tantum te diligo, & me totum do. Ad propositum. Tantum Christus hominem amauit, ꝙ totum se dedit in manibus peccatorum. Ioan. Maiorem charitatem nemo habet, q̄ ut animā suam, ponat quis pro amicis suis.

Tertio ratione &c. Quia nobis beneficia contulit. Vnde dicitur. Venit tibi mansuetus. Glos. Id est ad tuam utilitatem. Vbi nota secundum Philosophum. 4. Ethic. Quod tres sunt differentia amicorum.

Quidam pro bono utili.
Quidam pro delectabili.
Quidam pro uirtuoso.

Quidam pro bono &c. Vt sunt amici mercenarij, qui ad tempus diligunt, scilicet in tempore prosperitatis. De istis Eccle. 7. Est amicus mensæ. In eodem. Est amicus, & socius mensæ. Et Ouidius libro Tri. cum fueris fœlix mul-

eos numerabis amicos. Asculanus. O quot amici. O quot coniuncti nobis adhærent, in fœlici statu, contrariis no flātibus uentis. Amor talium fructu tantum durante permanet. De talibus Amb. Facilis uox & communis, tuus sum totus: sed paucorum effectus. Caue, ne incidas tu miseriam: quia paucos inuenies amicos. Exemplum. Iob. 6. Postquā amisit omnia bona dixit. Ecce non est auxiliū mihi, necessarij quoque recesserūt a me. Vnde Apostoli secuti sunt Christum ad nuptias: sicut amici pro bono utili: sed in passione ipsum reliquerunt. Præterea miluus sequitur mulierem, dum portat tripam ad aquam, quam non sequitur dum uadit ad ecclesiam. Secundo quidam &c. ut sunt carnales, qui iuuenculas amant amore carnali. O pater amat me, & si dedit manicas rubras, illecebri, & alia dona fecit pro bono amore, uidebimus quādo turgescet uirgultus. Talis amicitia non est bona: quia nō est fundata in uirtute: in 8. Ethic. Amicitia tunc est perfecta, qn̄ est propter uirtutem. Exemplum Valerij de duobus amicis, de quibus li. 6. Qui amici inuicem cum unus alterum inuitaret ad malum. Respōdit quidam nomine Publius. Quid mihi de tua amicitia, si ꝓpter eam me oporteat inhonesta agere? Vnde patet secūda differentia. Tertio quidam sunt amici pro bono uirtuoso, isti sunt qui omni tempore amāt, & prosperitatis, & aduersitatis, iuxta illud Prou. 17. Omni tēpore diligit, qui amicus est. Qui ponerent uitā pro amico. In hac amicitia duo fuerunt Romani: Damon & Phythius, de quibus Valerius lib. 4. de amicitia: quorum alterum cū uellet Diony. tyrannus Siciliæ damnare ad mortem, petiit dilationem a rege, ut ire posset ad ciuitatem suam, ut disponeret facta sua, & cum tyrannus peteret fideiussorem, dedit amicum suum di. tyranno. Quod si hora statuta nō rediret ille pro se occideretur. Ille autem expeditis negociis suis hora statuta reuersus est. Tyrannus considerata amicitia eorum, sibi pepercit cordiali animo, & petiit ut acciperēt eū i illa amicitia clamā hic. Solus Christus fuit uerus amicus, qui mori uoluit pro nobis. Ioan. 10. Animam meam pono pro ouibus meis. O immensa amplitudo diuinæ charitatis. O profunda bonitas summi Dei: quod Grego. considerans admirando

 do

do cantabat: O inestimabilis dilectio charitatis, ut seruũ redimeres filium tradidisti. Quid suauius. Quod dulcius potest audiri? O peccatores ingrati: diligite Christum, qui nos redemit, quem patres antiqui illum redemptur expectantes, toto corde dilexerunt: Tertium dicitur &c. Tribus modis suscipiendus est, quemadmodũ Iudęi susceperunt.

Primo cum laudibus diuinis.

Secundo cum munditia cordis.

Tertio cum operibus charitatis.

Primo &c. Sicut Iudęi cum uocibus puerorum. Osanna filio Dauid &c. Ista autem laudatio debet fieri.

Primo ore.

Secundo corde.

Tertio opere.

De qua Ephe. 6. Cantantes & psallentes in cordibus uestris, domino. Nota in uerbo cantantes. Hug. li. de claustro &c. Noli cantare cum Lucifero in cœlo, seu cum primo homine in paradiso. sed cum Christo in tẽplo. Cantus diaboli cupiditas. Cãtus primi hominis superbia. Cãtus Christi humilitas. Ille. Lucifer cœpit antiphonam alte. f. La. dum dixit ponam sedẽ meam ad aquilonem. Adã cœpit ad Sol: dum dixit. Erimus sicut dij. Christus cępit submissæ, ad ut, quę est ultima nota. Laudemus ergo Christum, & ipsum recipiemus. Secundo &c. Sicut ipsi cũ oliuis quæ nõ arescũt. Ita nos cum uiridi conscientia, & cordis puritate. Prouer. 11. Iusti quasi oliuæ germinabunt. Dic cum Tob. 9. c. mundam seruaui animã meã. Hæc puritas est illa uestis, qua cũ debemus Christo occurrere, de qua dicitur Apo. 3. Vestimentis albis induaris, ut non appareat confusio nuditatis tuæ. Tertio &c. quod notatur per hoc quod uestimẽta sua sternebant in uia. Vestimenta spiritualia animæ sunt bona opera. Apoc. 15. Beatus qui uigilat & custodit uestimenta sua. Ista uestimenta in uia prosternimus, quando bona tẽporalia pauperibus erogamus. Ecce rex tuus &c. Practica in uerbo Apostoli. Hora est iam &c. Vere hora quia es uiginti, aut triginta, aut quadraginta annorum, & adhuc es in peccatis. Noli plus expectare, quia ut dicitur. Ne tardes ad extremam &c.

Dominica secunda Aduentus. De Iudicio uniuersali.

Videbunt filium hominis uenientem in nubibus cœli,cum potestate magna & maiestate. Luc. 21. Contremiscunt uiscera,lingua hæret palato,omne humanum ingenium deficit, dum humana mens uenit in cōsideratione,quàm sit horribile & timidum uniuersale iudicium,quod indubie credimus consummandum, supra passibilem,& mortalem carnē. Propterea sicut diuina iustitia nullam rem intendit prætermittere,quæ animabus sanctis & iustis debebat procurare gloriam,& honorem, & laudē, & triumphum. Ita per contrarium dānatis in ergastulis & carceribus inferni,quod possit porrigere tristitiā, dolorē, ignominiam,& confusionem. Vnde Lact. lib. 7. cap. 27. defleratur si fieri pōt uia perditionis, & fraudis, in qua mors uoluptatis illecebris adoperta celatur. Et quāto quisq; annis in senectutē uergētibus appropinquare cernit, illū diē quo sit ei ex hac uita migrādū cogitet,q̄ purus abscedat,q̄ innocēs ad iudiciū ueniat. Nō ut faciūt quidā cœcis mētib. nixi,qui iā deficiētibus corporis uiribus, in hoc admoniti, instātis ultimæ necessitatis,ut cupidius & ardentius hauriendis libidinibus intendant. Qua ex uoragine liberet se quisque dum licet, dum facultas adest,seq; ad Deum tota mente conuertat, ut illum diē securus expectet, quo præses,dominusq; mundi Deus, de singulorū factis cogitationibusque iudicabit. Ille. Declaratio uerbi Lactan. Deus (audi benigne, inquit Lactant.) Quamdiu homo habet in se liberum arbitrium flexibilem ad bonum, & ad malū, dimittat peccata & sceleragines,& īduat se aureis uestimētis uirtutū. Et consideret qđ hēt sese p̄sentare ante tribunal iudicis Christi, & ibi reddere rationē de omnibus operib. suis,bonis aut malis. Hic est ille æquissimus iudex, qui facta nostra omnibus notificabit. Naum. 3. Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam cunctis gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Et Ecclesia in sequentia pro mortuis. Liber scriptus proferetur in quo totum continetur,unde mundus iudicetur. Iudex ergo

cum censebit: quicquid latet apparebit, nil inultum remanebit. Hic est ille, qui rationem exiget de anima. Deute. 4. Custodi temetipsum, & animam tuam solicite. Hic est ille, qui rationem de tempore uolet. Eccles. 4. Fili conserua tempus, deuita a malo. Ille. Conserua tempus ratione preciositatis. Bern. Nihil preciosus tempore. Et ratione breuitatis. 1. Corin. 7. Tempus breue est. De quo in 4. Phy. Nihil habemus de tempore nisi præsens, nunc hic est, qui rationem requiret de uerbis ociosis. Matthæ. 21. De omni uerbo ocioso &c. Sancta ergo mater Ecclesia auida salutis filiorum suorum, facit in hoc aduentu officium bonæ matris, quæ dominica præterita proposuit aduētum benignitatis, s. de incarnatione Christi, hodie autem de iudicio uniuersali, ut qui nolunt se corrigere ex benignitate, corrigant se ex timore, s. iudicio uniuersali, quod hodie dicit Thoma. Videbunt &c. De quo iudicio tria uidebimus. Require in quadragesimali ser. 13.

Dominica tertia Aduentus. De iudicio temerario.

CVm audisset Ioannes in uinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis ait illi. Tu es qui uenturus es an alium expectamus? Mat. 11. Euangelista recitat quod Ioan. Baptista. in carcere positus ab Herode. Antipa, audiens opera Christi miranda, misit duos discipulos dicens ei. Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Secūdum Chryso. Triplici de causa Ioannes incarceratus est. Prima quia reprehendebat Herodem, propter Herodiadē uxorem fratris sui. Mar. 6. Non licet tibi habere uxorē fratris tui. Ad eius suggestionem, ipsum incarcerauit. Secunda quia Ioannes prædicabat iustitiam, & baptismū, ex quo populus eum sequebatur. Herodes cum esset alienigena, & populo odiosus, pertimescēs tumultū populi, ipsum incarcerauit. Tertia quia Ioānes quendam magnum regem post se uenturum prædicabat. Et cū Romani ordinassent, ne aliqs sine autoritate senatus, nouus rex nominaretur, timuit offensam Cæsaris, unde incarcerauit. Et tunc misit discipulos

pulos dicens: Tu es qui uenturus es: an alium expectamus: Videtur dubitasse an esset Messias: sed mirum cum ipsum ostẽdit. Ecce agnus Dei. Vnde ipsum baptizauit. Spiritumsanctum in specie columbe uidit? Respondent doctores nostri Tho. 2. 2. q. 2. art. 7. Archiepiscopus in 4. part. Et Raynerius. Qđ triplex est dubitatio. Prima est infidelitatis, qualis fuit in iudęis. Secũda tarditatis: qualis fuit in discipulis euntibus in Emaus, & quibusdam aliis. Matth. 45. Tertia est amoris, siue pietatis. Et hæc proprie nõ est dubitatio. Talis fuit in Ioan. s. quidam horror, quo anima admodum dubitantis se habet. Vnde Ambro. Nõ fide sed pietas dubitauit. Horrebat enim consyderare, ꝙ filius Dei a inferna descenderet. Respondet etiam Ioannes Chrys. & bene. Quod Ioan. non dubitauit de primo aut secundo aduentu, quia alij prophetæ pronuntiauerũt, sed dum esset morti uicinis curans de discipulorũ salute, qui in Christum non credebant, misit eos ad Christum. Tu es qui uentur. &c. Vt scilicet ab ipso in fide solidarẽtur. Christus aũt factis multis miraculis in præsentia eorum dixit eis. Eũtes renuntiate Ioãnis, quæ ui. & audi. Ceci ui cla. quasi dicat. Si uerbis non creditis Ioannes Baptist. me esse Messiam: saltem operibus credatis. Ioannes. 10. Operà quæ ego facio &c. Sequitur. Beatus qui nõ fuerit scandalizatus in me. Glo. hoc uerbum tangit discipulos Io. Qui in ipsum non credebant, quem purum hoĩem putabant. Recedentibus discipulis; cœpit Christus laudare Io. Bap. Ratio, quia potuisset turba Io. Bapt. leuem reputare, ꝙ in Christũ non crederet. Vnde de quatuor laudat. Primo in constantia. Quid existis in desertum uidere, arundinẽ uẽto agitatam? q. d. non. Secũdo in austeritate. Quid exi. in deser. uidere. Hoĩem mol. ue. quasi d. nõ. Tertio in prophetia. Quid egi. in deser. ui. prophetam, immo plusqnam prophetã. Quarto in natura Angeli. Hic est de quo scriptũ est Mala. 3. Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam ante te. Hoc quantum ad hodiernum euangeliũ. In dñica præterita egimus de iudicio uniuersali, quo omnes Deus iudicabit. Hodie uero de iudicio quo hoĩes se mutuo iudicãt dicemus. De quo Apostolus i Epistola. No

lite ante tempus iudicare. Vbi tria uidebimus. Hūc sermonem habes in quadragesimali.

Dominica quarta Aduentus De receptione Spiritualis Mesiæ Iesu Christi.

EGo uox clamantis in deserto. Ioā. 1. Cum sit famosa opinio apud Iudeos, q̄ tempus aduētus Mesiæ esset de proximo: Et uidētes opera stupēda in ipso Io. Baptista, sunt ad opinandum ipsum esse Christū, ideo cupidi miserunt ad ipsum Ioannem nuncios solēnes, sacerdotes & leuitas, & personas Ecclesiasticas, ut interrogarēt eum: Tu quis es? scilicet an Mesias noster, in lege promissus. Confessus est, & non negauit: Quia non sum ego Christus. Secūdum Chrys. Quadruplici de causa Iudei plus opinabantur Ioannes esse Mesiam, quam de Christo: Primā propter habitus asperitatem. Quia Christus ferebat uestes cōes, & uestem inconsutilem, quam Maria ei fecerat. Io. Baptist. Indutus erat de pilis cameli. Matth. 3. Ipse Ioannes habebat uestem de pilis camelorum. Secunda propter uictus parcitatem. Quia Christus panem & uinum gustabat. Ioannes autem non Luc. 7. Venit Io. non māducans panem neq; bibens uinum. Lucæ. 1. Erit magnus coram domino. uinum &c. Deu. 22. Butirum Mel, & locustæ fuerunt dapes quæ nutriuerunt Ioannē Bap. in deserto, propter qd̄ est tam gloriosus, & magnus. Tertia causa, propter genus illustre: Quia Christus fuit pauper, filius Ioseph. Matt. 13. Nō ne hic est fabri filius. Io. Bap. filius sūmi sacerdotis Zachariæ. Quarto propter baptismi nouitatem. Quia ante Ioannem nullus prophetarum ausus est baptizare, ut ipse. Vnde baptismus Ioan. quandam nouitatem prætēdere uidebatur. Tu quis es? Non sum Christus. Secūdo proponūt aliā petitionē. Helias es tu? De Helia petūt. Quia sicut aduentus xp̄i fuerat promissus Iudeis, ita & aduentus Heliæ, ut dicitur Mala. ult. Ecce ego mittā uobis Heliā proph. Rñdit Io. Nō sum. Sed uidet̄ cōtra illud quod dixit xp̄s Mat. 11. Si uultis scire, & ipse ē Helias. Rñdet Chris. q̄ erat Helias nō p̄sona, sed in operatione. Quia sicut Hel. nō timuit

reprehen-

reprehendere regẽ Achab,& Iezabel de peccato homicidij in Naboth.4.Regum undecimo.Ita Ioãnes Baptista nõ timuit reprahendere Herodem de concubina. Marc. sexto. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Et sicut Helias erit præcursor secundi aduentus ad iudicium, ita Ioannes Baptist.primi ad incarnationem.Non sum ergo &c.

Tertio proponunt aliam. Propheta es tu? Respondit. Non sum propheta. Sed contra Matthæ. 11. Quid existis in desertum uidere? Prophetã? Etiam dico uobis plusquam prophetam. Respondeo, quod erat opinio tunc temporis famosa apud Iudæos, quod ante Messiam ueniret unus magnus propheta, pro eo quod dicitur Deut.18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum,quamuis de Christo intelligatur,licet Iudæi intelligerent eam de alio propheta.Ioan.propheta,negauit se esse illum. Non sum propheta. Quid dicit de teipso, ut responsum demus his qui miserunt nos.Ego inquit uox, scilicet prædicationis de cęlestibus,clamantis in deserto. Matt. 3.Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cœlorum. Quod nunquam fuit auditum ante ipsum. Quid ergo baptizas si tu non es Christus,neque Helias, neque propheta? Respondit. Ego Baptizo uos in aqua,exterius tantum lauans corpus: non interius cor.ad designandum illum,qui suo baptismate lauauit animas. Nota in uerbo baptizo uos in aqua. Gloss. interlinearis. Tantum corpora lauo,quia peccata soluere nequeo.Thom.super Epistolas Pauli ad Ephe. 2. Baptismus Ioan. dicitur baptismus aquæ, quia tantum exterius mundabat,interius autem non sanctificabat. Et ideo de consecratione.distinct.quarta.cap.aliud. Si quos baptizauit Iudas,iterum non sunt baptizandi. Et si quos baptizauit Io.iterũ sunt baptizãdi,ideo dicit.Bap.uos in aqua: Medius autem uestrum stetit,idest communiter uiuens inter homines,quasi unus ex uobis,quia Christus uitam communem duxit. Quem uos nescitis, idest uera cognitione nõ cognoscitis,quo ad eius diuinitatem. Ipse est,qui post me uenturus est prædicaturus & baptizaturus.Qui ante me factus est, idest dignitate pollens, & mihi prælatus, quia ab æterno fuit secundum diuinitatem.Cuius ego non sum

dignus

dignus,ut soluam eius corrigiam calciamenti. In quibus uerbis quæritur. Vtrum Christus portauerit calciamenta? Videtur dicere Nicolaus de Lyra super Ioann. 1. quod hoc calciamentum non intelligitur realiter: sed est quædā metaphorica locutio:& ego dico qđ portauit. Quia ut dicit Apostolus ad Hebr. septimo. Debuit p omnia fratribus assimilari. Cum fuerit communis in uictu:ita in uestitu. Vnde portauit calciamēta,quæ habentur in sancto Ioanne Laterano Romæ. Hoc sufficiat quantum ad Euangelium hodiernum. Hodie uolo uideamus;quia instat dies: quo Dei filius nostro amore incarnatus est:debemus & nos præparare saltem spiritualiter ad eum recipiendum. Quando aliquam personam nobilem expectamus in proximo,quatuor consueuimus facere:quæ sunt faciē da Iesu Christo:quem in proximo expectamus in hac natiuitate, secundum Ecclesiæ repręsentationem. Quæ sunt illa.

Primo uiam dirigere.

Secundo hospitium præparare.

Tertio epulas ordinare.

Quarto uestes pulchras assumere.

Primo uiam &c. Dirigite inquit uiam domini: id est mundate:omnia praua remouetē. Quod faciendum est de necessitate triplici ratione, si Christum hospitē apud nos uolumus suscipere in hac festiuitate.

Primo ratione dispositionis.

Secundo ratione locationis.

Tertio ratione maioritatis.

Primo &c: Quod tu sis bene dispositus. Vnā maxima est Tho. in 1. secunda quæstione. 32. articulo secundo. Quod peccatum mortale facit hominem distare a regno Dei & ab ipso Deo. In psal. Longe a peccatoribus salus. Et Prouer. 15. Longe est dominus ab impiis. Quæ quidē distantia nō est localis: cum Deus sit ubique: Et per potentiam: essentiam, & præsentiam ut Thom. 1. parte. quæstione octaua dicit. Et Dauid in psalmo. Si ascendero in cœlum tu illic. &q; ad dextera tua. & Hiere. octauo ca. Cœlum & terram ego impleo. Distantia hæc ergo non est localis: sed formaliter pp peccatum. Exempli gratia. Album & nigrum licet simul

mul essent localiter,& prope,tñ formaliter distant. Quia ut dicit Apost.2.Cor.7.Non est in conuentio lucis ad tenebras.ideo si lux Io.8.Exo sum lux mũdi.& Io.1. Lux in tenebris lucet.Peccator est tenebra. Deus est iustus, pctõr iniustus.Deus est bonus,pctõr malus.Deus est sapiens: pctõr insipiens.Distant ergo Deus & peccator formaliter in infinitum per peccatum, ita ut Christus non habitet in anima peccatoris per gratiam,& hoc ratione indispositionis. Et nisi sit dispositus per gratiã nunquã suscipere Iesum Xpm. Igr̃ requiritur dispositio.i.ꝙ gratia disponat pctõrem ꝑ purgationẽ culpæ. Dirigite uiam dñi.i. remouete oꝑa praua. Vnde Theo.ponũt casum disputabilem. Si Iudas cũ mala uoluntate.i.cũ pctõ proditionis ingrederetur cœlũ petũt. Si Deus posset eũ facere beatũ sine prædicta dispõnis grę. Ad hoc sunt duæ opiniones. Vna est minorũ, s. Scot. in 4. dist.44 Et Pauli carmelitæ in 1.sent.in prin.tenent qđ de ptãte ordinaria nõ põt:quia iam,s.ordinauit,quis dẽt eẽe btũs.Vnde oportet ꝙ habeat talẽ dispõnem.i.ꝙ grã sit purgata ab oĩ sorde pcti.Sed quo ad ptãtem absolutã dicunt: quod Deus Iudam posset saluare,& beatum facere,absque ista dispõne.Sed doct.nostri aliter tenent.Tho.& Alb.Io. de Biblia de Bononia in suis quodlibetis:ꝙ nec de ordinaria potestate,nec de absoluta posset Iudam,aut quemlibet alium peccatorẽ beatum facere,absque dispositione præfata.Et ratio illorum est quia implicat contradictionẽ,quia sequeretur ꝙ aliquis esset in gratia,& non in gratia, & esset beatus,& non beatus, & haberet in se statum oĩum bonorum cum statũ peccati,sed hoc est impossibile. Si igitur tanta est turpitudo peccati, & malitiæ, qđ faciat totaliter hominem indispositum ad Christum recipiendum, quare peccator miser nõ deserit ipsum peccatum? Cur non in is concubinã usuras &c. Et si forte non credis:audi Ioann.in Apoc.21.Nihil inquinatum introibit in illam. Si fecisses mille opera bona, & post mortem cũ uno solo mortali ires ad cœlum, & diceres. O uos qui habitatis hic: aperiatis mihi quia beatificari uolo. Aperite, quia ieiunaui, oraui,eleemosynas feci,feci,sic & sic, putas quod daret introitum? Non placet Deo. Similiter in præsenti nec in anima

tua

per gratiam uenire in præsenti. Nihil inquinatū. Fiat
ica de singulis peccatis semp addendo. Nihil inquina
irigite ergo uiam domini o mortales, quia dñs uenit.
ecundo ratione &c. Conclusio est Phil. 4. physic. Locus
catum debent esse proportionata. Exempli gratia. Tu
s bonum uinum, nihil scio ego mente adhuc. Ponis il
n uase proportionato: non marcido, sed bono. Ne. O
ater quia olidum uini, facit capillos albos. Anima no
n cum sit rationalis, & capax summi Dei, cū sit propin
ei per similitudinem: ut docet Tho. j. par. q. 93. in 1. di
t. 8. oportet q̄ si debet esse apta ad suscipiēdum ipsum
m: q̄ ei proportionetur. Et hoc non fit nisi per gratiā
men gloriæ; quod non potest esse in loco ubi, culpa est
ima quæ est peccati subiectum. Oportet igitur q̄ ani-
peccato mūdetur: si debet ingredi paradisū, uel Chri
uscipere. Putas o miser homo: q̄ Deus iustus, uelit li
rem illū præciosum suæ gratiæ ponere in fœtido uase
ūditiaq; repleto. i. anima plena peccatis, luxuriȩ, aua
e, odii &c. Vnde Hiero. ad Pammachium, & Oceanū.
limo plena, liquorem puri elemēti recipere, & retine
on possunt. Ager spinosus, nisi omnino fuerit cultoris
re extirpatus, non nutrit in se iactata semina, sed suffo
Ita & animus secularium sollicitudinum plenus illece
uerbū nō potest sustinere diuinū, nisi prius ipsas mū
llicitudines, cluparumque omnium materias, euāgeli
n se falce succiderit. Ille. Nonne raputaretur fatuus il-
ui lapidem preciosum proiiceret in latrinā ad ibi sem
nanendum? Vere sic. Nonne reputaretur insipiens, qui
mam romaniam uel maluaticū, poneret in uase musu
o? Vere sic. Ita faciet tibi Deus, ut fecit quidam Flo-
inus, qui habebat bonum uinum, ad quem multi con-
bant, & petebant aut pro infirmis, aut pro medicina,
uase honesto, & mundo. Quidam bestialis misit quē
famulū cum uno barileto satis magno: ut daret ei de
præcioso. Quod uidens dominus rusticitatē illius ei
facete licentiauit famulum di. uis in hoc uase portare
m. Volo inquit, accipiēs dominus uas uini, odoratusq;
per foramen di. Vbi malam horam. Nolo ponere
bonum

bonum uinum meum in uase musido, ut est hoc. O anima rusticana ita erit tibi, si in peccatis ꝑmanes. Dirigite ergo uiam domini &c.

Sexto ratione &c. Conclusio est Philosophi.4.Topicorum. Si id quod minus uidetur inesse inest, ergo &c. Exempli gratia, de rege legem condente: contra quam filius eius cōtra faciēs punitur. Valerius refert de Tito Manilio Torquato, qui filium Titum, quia contra fecerat edicto patris, quod erat ne quis iniret bellum, nec certaret: quamuis filius certans inimicum uicisset: fecit eum ligari in præsentia sua ad stipitem: & ibi decollari. Et illud met legitur de quodam duce Veneto. Si filium suum punit rex, magis puniet famulum. Si angeli uel sancti omnes, & uirgo beata peccare possent & peccarēt. Deus expelleret eos a sua uisione, nequaquam cum eis esset. O Paule da testimonium, si forte rationes nō capiunt Ephe.5. Hoc enim scitote intelligentes, quia omnis fornicator aut immūdus, aut auarus, quod est idolorum seruitus: non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Ad Romanos.13. Abiiciamus ergo opera tenebrarum. Et Dauid. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? qui ingreditur sine macula Matt.5. Beati mundo corde. De pœniten. distinct.1. cap. Non potest plusquam gratiam uitæ cœlestis accipere, nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati, per pœnitentiæ confessionem, uel per donum baptismi salutaris. Ille. Exēplum nepotis Cyrilli, ad Augustinū scribentis: Nepos inquit quidem meus Ruffus nomine, utroque priuatus parēte a teneris annis, ad meas deuenit manus, qui utinam ex utero non exitisset, ne illi quod sustinet contigisset: quem tanta diligentia enutriui, ut a pluribus a me genitus putaretur. Crescens itaq; infœlix puer ætate, sed nō sapientia, ingenti pulchritudine corporis decoratus sed non animæ, a cunctis dilectione superflua colebatur. Is namque 18. ætatis suæ anno, imbecilis & miserrimus expirauit. De cuius morte tantus ab omnib. insonuit luctus, quod uix ꝑ mēsem potuit quietari. At ego nimis eius incumbens dilectioni, pluries rogaui gloriosū Hieronymum, ut mihi quid acciderat nepoti meo reuelaret. Oranti autem mihi die quadam: hora.16. tantus affuit

fœtor,

fętor, quod nullatenus potui sustinere, & dum tacitus mirarer unde tantus fętor esset, supra meum uerticem eleuatis oculis: infęlicem nepotem meum uidi terribili uisione, ita quod uisum in eum imprimere non audebam. Nam cathenis igneis circumligatus, flammas fœtidissimas eru pebat. Ad hanc terribilem uisionem subito me tantus timor inuasit, ut dum pluries loqui uellem, formare uocem pœnitus non ualerem. Postremo aliquantulum ad me rediẽs: si meus erat nepos uoce cœpi perquirere tremebunda. Ad hæc inquit ille ululatibus & suspiriis. Vtinam nõ essem, ne tam diris essem cruciatibus deputatus. Nam scias me perpetuis temporibus mansionibus tartareis permãsurum. Heu quid dicam? His dictis tantus mihi dolor affuit, ut per pluries sim miratus, quomodo e uita protinus non decessi. Lõgius autẽ expletis colloquiis, ab eo sciscitatus fui: cur ita diuinam misericordiam perdiderat, cum tot uirtutibus uideretur pollere. Pro nulla, inquit me scias causa fore damnatum: nisi quia in ludis maxime delectabar, atque in morte uolũtarie postposui cõfiteri, quibus dictis disparuit. Et tantus fœtor remansit: ut in locum illum per magnum spatium nullus ausus sit introire. Hæc Cyrillus. Ve igitur his qui cum talia, uel legunt, uel audiunt, non timent, non mutantur, non conuertuntur ad dominum Deum suum. Nam si pro uno peccato solummodo, hominẽ Dei iustitia æternaliter damnat, quid faciet pro multis? Dirigite ergo uiã domini &c.

Secundo debemus domum dignam, & hospitium præparare. Ambrosius. Propitia diuinitate fratres charissimi: iã aduenit dies, quo natalẽ domini saluatoris cũ gaudio desyderamus celebrare. Idcirco rogo, ut quantum possumus cũ Dei adiutorio laboremus, ut in illo die cũ fine sinceritate, & pura conscientia, & mundo corde, & casto corpore, ad altare domini possimus accedere, ut corpus uel sãguinẽ eius non ad iudicium, sed ad remedium animæ nostræ mereamur accipere. Ille. In hac domo, & hospitio animæ nostræ, sunt tres cameræ: quæ debent esse puræ & mundæ. Memoria, intelligentia, & uoluntas. In memoria quidem habitat Pater. In intelligentia Filius. In uolũtate Spiritussan

ctus.Memoria enim secundum Augustinum est mater intelligentiæ quia intelligentia nihil cognosceret sine memoria:quæ ei influit. Similiter uoluntas generatur a memoria,& intelligentia.Nemo enim uult aliquid nisi in memoria habeat:& nisi per intelligētiam aliqualiter cognoscat, & sic memoria est mater intelligentiæ.Et intelligentia est proles memoriæ. Voluntas uero ab utroque procedit. Et ideo per quadam appropiationem:Pater habitat in camera memoriæ.Filius in camera intelligētiæ.Spiritussanctus in camera uoluntatis. In camera memoriæ Pater habitat: per beneficiorum recordationem continuam.Vnde ps.Memor fui dei & delectatus sū.Fiat practica de beneficiis Dei per modum contemplationis.In camera intelligentiæ habitat Filius per fidem ueram.Ephe.3. Habitare Christum per fidem in cordibus uestris.Et hæc fides habet purificare. Actuum.15.Fide purificans corda eorum.Et 15.quęstione ultima.Fides omnia purgat.Et Ambrosius.Vbi fides integra est,etiam ibi saluator docet, uigilat & exultat: ibi requies,ibi tranquilitas: ibi cunctorum criminum est medicina.In camera uoluntatis habitat Spiritussanctus,scilicet per amorem.Vnde postquam dominus dixit Ioan. 14. Si quis diligit me,sermonem meum seruabit.Subdit.Ad eum ueniemus,& mãsionem apud eum faciemus.s.per amorem. Sed dicit quidam: Si uult uenire in domum meam in istis festis, paraui plura. Si uoluerit ludere ad triumphos sunt in domo,ad thesseras habeo plura tabularia, ad aucam habeo taxillos grossos,& minutos.Grossos ut si forte male uideret,quia Deus senuit. O ceci quid agitis? unde Bernardus super Canti.2. Ecce quàm multi in hac eius quę proximo est celebranda natiuitate,gaudebunt:sed utinam de natiuitate.Ille.Dirigite ergo uiam &c.

Tertio debemus expulas ordinare. Inuenio triplicē cibum in quo Christus delectatur.

Primus est materialis. Secundus est spiritualis.

Tertius est cœlestialis.

Primus &c.Iste debet dari pauperibus,qui Christi personam gerunt.Christus enim in paupere se reputat esurire,& pasci.Matthęi.25.Esuriui enim &c.& .7. quæstio. 1. cap.

Omnis.

 427

omnis. Qui negant misericordiam faciendam fugientibus, & necessitatem patientibus, ipsum Christum negāt, qui est misericordia, & veritas. Practica, ut si quis uideret Christū ad ostium, & ipsum licentiaret. O quantum esset graue, ita sit pauperi, quem licentias dicendo, uade cum Deo &c. Secundus &c. Hunc debemus præparare in animæ iustificationem, de quo Ioannes 4. c. Meus cibus est ut faciam uoluntatē pris mei, qui in cęlis est. Et quæ est hæc uoluntas patris? O bone Iesu, certe iustificatio peccatorum. Ezechielis. 18. Nunquid uoluntatis meæ est mors impii? Illum cibum id Christus quærendo bestiatim dic. Apoc. 3. Ego sto ad ostiū & pulso, si quis aperuerit mihi intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Hoc est dicere. Ponemus ad scottum, scilicet quantum dabis mihi, ego dabo tibi. Quid ergo faceres anima o anima, quando Christus ueniret ad cœnandum tecum? O pater facerem ei de assato & alia plura. Non quærit ista Deus a te, sed alia. In hac cœna peccator debet ponere tria pro suo scotto. Confessionem, Contritionem, & Satisfactionem. Deus autem pro scotto ponit alia tria. Remissionem culpæ, infusionem gratię, collationem glorię. O bona cęna. Sed heu multi sunt similes ioculatoribus, qui semper uellent comedere de alieno, & nunquam de suo. Tales uellent, quòd Deus poneret partem suam, & ipsi nihil uolunt de suo ponere. Tertius cibus &c. id est laus Dei præparanda est, dicitur enim cibus cęlestialis. Deus enim est frater sancti Dominici, non comedit carnes, sed libenter gustat laudes immolatas, unde dicit. Nunquid manducabo carnem Taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Subdit. Immola Deo sacrificium laudis, idest omnibus diebus, præcipue occupa te in uesperis, missis &c. O quot sunt, qui istum non pręparabunt: sed blasphemias propter ludum, qui fit diebus, & noctibus. O prætores quid agitis? Quarto pulchras uestes assumere. Inuenio tres uestes, quibus ornare debemus nos.

Primæ sunt albæ.

Secundæ sunt deauratę.

Tertię sunt uarię.

Primę &c. Vestis alba est puritas. De qua Apocaly. 3.

Vestimentis albis induaris, ut non appareat confusio nuditatis tuæ. Secunda est deaurata. Ista est charitas, charitas est uestis rubea, quæ facit animam rubentem, idest igne amoris feruentem. Tertia est uaria, idest diuersitas uirtutum. Eccle. 16. Vestiui te discoloribus, de hac triplici ueste in Psalmo. Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato circun. &c. Beata anima quæ Christo aduenienti occurret, & cum ueste alba puritatis, & cum ueste deaurata charitatis, & uaria multiplicis uirtutis. Sed uæ illi: qui sibi ecôuerso occurrent cum ueste nigra, sanguinolenta, & sordida peccatorum. Non est olla magis nigra, quam anima in mortali posita. Naum 2. Facies eorum sicut nigredo ollæ. Non ergo cum nigra, sed alba ueste. Mater est enim tenens filiũ in gremio, non uult, quòd aliquis amplectetur eum, qui cũ facit plorare. Tria genera hominum timent pueri. Primo homines male indutos. Secundo homines qui habent longam barbam. Tertio illos, qui auferunt puero, quod primo sibi dederant, & gratanter in manu tenebat. Moraliter. Paruulus iste, qui natus est nobis, uel nasci debet primo abhorret homines male indutos, idest illos, qui habent mortale peccatum. O si uideretis tunc quales lachrimas mittet, quando in die natiuitatis, tangetis eum cum peccato. Secũdo barbatos, id est in peccato perseuerantes, quia sicut barba, per longa tempora crescit, sic peccatum per consuetudinem. Vnde puer non uult eos habere prope cum illa barba, nec mater uult. Et si ueneris ad eum pro malo habebit. O Maria da ei licentiam. Dicatur exemplum. 1. dial. de illa: quæ fuit incontinens, & accessit ad Ecclesiam sancti Sebastiani. Tertio illos, qui auferunt, quod primo dederunt. Illi sunt recidiuantes, & cadentes a pœnitentia, qui auferunt Deo animas suas. quas sibi dederant, & quas sicut pomum gratum, & odoriferum in manu tenebat. Iuxta illud Sap. Iustorum animæ in manu Dei sunt. Si enim debet uenire ad consecrandum nos in hoc festo, requiritur, quòd habeamus illa, quæ requiruntur in consecratione Ecclesiarum. Primo requiritur missæ celebratio. De consec. dist. 1. c. 1. & capitulo de fabrica. Ita requiritur oratio in homine. Secundo reliquiæ sanctorum, de consecratione distinctione

ne

ne prima, capitulo de fabrica ea. Placuit. Reliquiæ sanctorum est imitatio bonorum & sanctorum. Tertio requiritur eiectio cadauerum paganorum. De consecratione distinctione prima, c. Ecclesiam. Ita requiritur in homine, ut cadauera, carnalia uitia eiiciat. Quarto debet dotari antequam consecretur. 16. q. 7. c. Pie. dos ista est fides in homine. Vnde patet sermo.

Explicit sanctuarium.

SEQVVNTVR QVAEDAM

EXPOSITIONES EVANGELIOrum, ac Prologi nouiter additi. unà cum aliquibus Sermonibus.

Et primo in Dominica undecima post Trinitatem.

Vo homines ascendebãt in templum, ut orarent, unus pharisæus, & alter publicanus. Luc. 18. capitulo.

Secundum sententiam Alber. inter Iudæos fuere tres sectę. Prima Seduceorum, qui negabant resurrectionem corporum, & tenebant animam cum corpore mori.

Secunda Esseorum, qui ducebant uitam solitariam, in communi uiuentes, & matrimonium fugiebant. Tertia Phariseorum, qui in brachiis ferebant decem præcepta, tanquam super omnes ipsi obseruatores. Hic Pharisæus sic orabat. Deus gratias ago tibi: quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus. Secundum sententiam Greg. in hom. Quatuor sunt species superbiæ. Prima cum bona, quæ habet, æstimat se non habere a Deo: sed sua industria. Hæc fuit luciferi. De qua Isa. 14. In cœlum conscendam, super astra cœli exaltabo so. me. similis ero altissimo. Contra hanc clamat Apo-

stolus. 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum. Et Luc. 15. Omnia mea, tua sunt. Auicenna in prologo sui canonis. In primis Deo gratias agimus, sicut sui ordinis celsitudo, beneficij ipsius multitudo meretur. Mesue in prologo suę practicæ. Sanat solus languores Deus. Et quælibet res, a Deo habet perfectionem. Secunda est, quando quis habet aliqua bona, sed suis meritis ascribit quasi Deus sibi ob hoc sit obligatus. Hęc fuit Nabuchodonosor. Dan. 4. qui existēs in palatio, dicebat. Nonne hic est Babylon magna, quam ego ædificaui in robore fortitudinis meæ, idest uirtute mea? Contra hanc dicit Apostolus. Tit. 3. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam. s.s.n.f.

Tertia est, quando ęstimat se habere quæ non habet, uel plusquam habet. Hæc sunt superbia Moab. De qua Isa. 16. Audiuimus superbiam Moab, superbus est ualde superbia eius plusquam fortitudo eius. Quarta superbia est, quādo quis æstimat se meliorem aliis, & illos uilipendit. Talis fuit huius Pharisæi hodiæ, qui uituperabat publicanum dicens. Velut hic publi. Publicanus autem non audiens oculos leuare ad cęlum, percutiebat pectus suum: di. Deus propitius esto mihi peccatori. Ecce uera & pura confessio. Et illa faciunt ad remissionem peccatorum. Ideo sequitur. Quia omnis, qui se exaltat per superbiam, humiliabitur p pęnam. Et qui se humiliat per ueram peccatorum cōfessionem, exaltabitur in gloria per remuneratio nem. Luc. 1. Exaltauit humiles. Iob 22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria. Vnde quinque loca humilitatis habuit. Primo Præsepe, Secundo uterum. Tertio asinam, Quarto crucem. Quinto Sepulchrum.

Domi-

Dominica xviij. & post hęc expositio iungi cum uno sermonum de dilectione Dei.

IN his duobus mandatis, uniuersa lex pendet & prophetæ. Matth. 22. Est firma & solida sententia antiquorum & excellentium Theologorum, quòd duplici ratione creatura rationalis inducitur ad amandum aliam. Primo ratione bonitatis. Cum Deus sit summum bonum non accidentale, sed essentiale, Mar. 10. Nemo bonus, nisi solus Deus. Ad Roman. tertio. Est autem Deus uerax, omnis autem homo mendax. Et omnia appetunt bonum. In 4. cap. de di. nom. Pulchrum & bonum, omnia desiderant. In primo Ethico. Bonum est quod omnia appetunt. Ideo Deus maxime debet diligi. Quod ostendit etiam prima pars Euangelii. Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo. Quia uersus terram est clausum, uersus cęlum apertũ, in signum &c. Prouer. 23. Præbe fili mi cor tuum mihi. Unde de pœn. di. 2. c. Charitas. Dilectio Dei perfecta est, quãdo ipsum diligimus ex toto corde, ex tota anima, & ex totis uiribus.

Secundo ratione similitudinis. Sumus omnes similes, quia filij unius patris Adæ & matris Euę. Filii adoptiui patris Dei. Matth. 23. Vnus est enim pater uester, qui in cęlis est, omnes autem uos fratres estis. Et cum similitudo sit causa amoris, ut habet philosophus. 8. Ethic. Plato in Thimeo. Thom. 1. 2. q. 27. ar. 3. ideo &c. Vnde dicitur. Et proximum tuum sicut teipsum, quia, s. in dilectione Dei & proximi, e decantata la uniuersità della lege. Primo naturalis. Secundo diuinalis. Tertio canonicalis. Quarto ciuilis. In his duobus mandatis, uniuersa &c.

Dominica XIX.

OFferebant ei paralyticum iacentẽ in lecto. Matt. 9. Recitat Euangelista, quòd Christus allectus dulcedinæ patriæ, iuxta illud. Dulcis amor patriæ. Et philos. in 4. Phy. Vnũquodq; fertur naturaliter ad locũ si

 proprium bĩ

proprium. In libro de respira. Vnumquodque conseruatur in loco sibi connaturali. Cice. 1. officiorum. Vnicuique nostrum tali sunt parentes, liberi, propinqui, familiares, totaque domus, sed omnes hominum charitates patria una complexa est. Vnde Christus misit se in naui, & uenit in ciuitatem suam. Secundum Chrisost. Christus habuit tres ciuitates. Prima fuit Bethleem, in qua natus est. Secunda Nazareth, in qua nutritus. Tertia Capharnam in qua communiter conuersatus. Et de hac dicitur. Venit in ciuitatem suam. Eundo autem oblatus est ei paralyticus iacens in lecto. Paralysis, est infirmitas, quæ tenet membra dissoluta, & hominem detinet ne possit se mouere, nisi moueatur. Et significat peccatorem, qui se mouere non potest in actum meritorium uitę æternæ, quia priuatur gratia diuina. Vnde Gregor. Nec habet aliquid uiriditatis ramus boni operis, nisi manserit in radice charitatis. Iacet in lecto peccatorum. Hieronym. 48. Requiescit in fecibus suis. Videns autem Iesus fidem illorum, dixit illi. Fili confide. Sine qua impossibile est hominem saluari ad Hebr. undecimo. Remittuntur tibi peccata tua. Gloss. in uerbo Remittuntur &c. Infirmitas corporalis infligitur alicui sex de causis.

Prima propter peccati punitionem, sed non purgationem, & talis est quoddam præambulum pœnæ gehennæ, & sic fuit inflicta Herodi. Act. 12. Et eodem modo de Pharaone. Secunda ad peccati commissi purgationem in Nabuchodonosor amentia septem annorum. Dan. 4. Tertia ad manifestandum gloria Dei, non per precem, ut in ceco nato. Ioann. 9. Quarta propter humiliationem, ut in Paulo. Quinta propter declarationem patientiæ, ut in Iob. Sexta propter animæ maculationem, ut hic, qui in peccatis erat. Remittuntur tibi peccata tua. Quidam autem ex eis minus deuoti adinuicem dicebant: Hic blasphemat, quia ipsum non reputabant Deum, cui soli conuenit peccata remittere. Mar. 2. Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Videns autem Iesus cogitationes eorum, cui omnia sunt aperta. Ad Hebr. quarto. Omnia enim nuda, & aperta sunt oculis eius. Et dist. 3. 2. cap. Erubescant. Secretorum

rū cognitor & iudex: est dominus. Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris? q.d. non creditis quod possum hoc facere. Et ut sciatis quod sic: dixit ei. Surge & tolle grabatum tuum, & uade in domum tuam. O potestas magna: in uerbo surge. Alij sancti in uirtute Christi imperant, iste autem in uirtute propria. Surge inquit. Et dedit illi sanitatē utriusque hominis. Nō immerito, quia ut dicitur Eccle. 8. Sermo illius potestate plenus est. Videntes autē hoc miraculum: glorificarunt deum: qui potestatem talem dedit hominibus.

Dominica. XXII.

OBlatus est ei unus, qui debebat decem millia talenta. Matt. 18. Recitat Euangelista Matthe. quod Christus loquens Apostolis, dixit hanc parabolā. Simile est regnum cœlorum homini regi, qui uoluit ponere rationem cum seruis suis. Et cum cœpisset ponere, oblatus est ei unus qui debebat ei decem millia talenta. Cū nō haberet unde redderet, iussit dominus uenundari, & uxorem eius, & filios & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille, rogauit eum, dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi, unde dimisit uniuersum debitum. Moraliter. Rex iste, est deus pater. De quo Apo. ca. 19. Rex regum, & dominus &c. Et 1. Timo. 1. Regi seculorum immortali &c. Rationem ponit cum seruis suis: id est hominib. mundi, de quatuor nobis commissis. Primo de corpore, ut homo conseruet illud in sua munditia. 1. Thessa. 4. Sciat unusquisque uestrum uas suum posidere in sanctificatione & honore. Secūdo de animā, ut illam honoret per uirtutes. Eccle. 10. Fili in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorē. Tertio de bonis temporalibus ut eā dispēset pauperibus. Deut. 15. Idcirco præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum uersatur in terra. Quarto de tempore. Eccl. 4. Fili cōserua tempus, quia ut dicit Bot. Nihil preciosius tempore. Iste autē seruus debitor duodecim talētorum, est peccator, qui usus est male his bonis supradictis. Et quia satisfacere non potest

test de se, cum peccatum sit infinitę offensę: unde & pœnitentiam non potest agere infinitam, cum sit finiti ualoris; necesse habet dicere: Patientiam habe in me. Et cum filio prodigo. Pater peccaui in cœlum & coram te. Et cum publicano. Deus ꝓpitius esto, &c. Et cũ Dauid. Miserere mei deus, secundum multitudinem &c. Et deus piissimus, omnia peccata dimittit. Egressus autem seruus ille: inuenit unum de conseruis suis, a quo debebantur ei centum denarii. i. solido, suffocabat eum sine ulla misericordia, & ad gulã cucurrit, ut debitum redderet. Ille dixit. Patientiam habe in me &c. Ille autem noluit. sed misit eum in carcerẽ: donec redderet uniuersum debitum. Videntes autem serui regis crudelitatem ipsius: contristati dixerunt. Iste poltronus habuit a domino nostro remissionem decem milia talentorum: & nũc super istum qui debet solum centum solid. suffocat eum. Nuntiarunt regi. Cui rex. Serue nequam omne debitũ dimisi tibi, quoniam rogasti me: & tu sic facis isti? Nonne oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Sequitur. Sic & pater uester cęlestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris. Quia de pen. di. 5. c. Falsas: Qualem uis erga te deum esse, quum delictorum tuorũ ueniam posci, talem te exhibere debes his qui deliquerunt in te. Secundum doctores triplex est talentũ. Primum est quinquaginta librarum. Secundum. 72. Tertium est. 120. lib.

Dominica. XXII.

Reddite quæ sũt Cęsaris cæsari, & quæ sunt dei deo. Mat. 22. Videntes pharisei miracula: quæ Christus faciebat in populo. abeuntes consilium inierunt ut ipsum caperent in sermone quem opere non potuerunt. Vnde mittunt ei discipulos suos cum hærodianis, di. Magister scimus quia uerax es, & uiam Dei in ueritate doces: & non est tibi cura de aliquo: Magistrum uocãt: ut quasi honoratus secreta cordis sui simpliciter aperiat. Christ. Hęc est prima hypochritarum potẽtia, simulata laudatio. Et Prouerb. 10. Simulator ore decipit amicum suum. Sci-

mus:

mus, quia uerax es: non est in te mendacium. Ad Hebre, 6: Impossibile est deū mentiri. Ad Rom. 3. Est autē deus uerax. Et uiam Dei in ueritate doces: scilicet in sana doctrina tua. Ioan. 8. Ego ueritatem dico uobis. Ioan. 14. Ego sum uia ueritas, & uita. Et non est tibi cura de aliquo: in quo apparet tua iustitia: quia non dimittis timore cuiuscunque hominis etiam imperatoris. Iob. 22. Nunquid timens arguet te? Et philosophus primo Ethi. Duobus existentibus amicis, sanctū est honorare ueritatem. Non enim respicis personam hominum. Nō ad iniurias aut ad uerbera: sed intrepidus arguis. Ecclesiastici. 4. Usque ad mortē: certa pro iustitia. Sequitur. Licet censum dari Cęsari, an nō. Secūdum Chrisostomum. Eo tempore quo iudea facta est, tributaria romanis: quod fuit in ortu Christi: quādo Cęsar Augustus, Luc. 2. præcepit describi uniuersum orbem: ubi omnes profitebātur cæsari, surrexit quidam nomine iudas patrone galileus, qui dicebat hoc esse illicitum iudæis, & contra libertatem populi dare tributū romanis, sed solum sacerdotibus: Unde huic opinioni plures adhærebant, ut dicit Iosephus libro. 20. antiquitatum. Alij autem, scilicet maiores, econuerso dicebant esse licitum: Quia pro defensione patriæ militabant & ipsam defendebāt. Hāc quæstionē proponebant Christo, ut si dixisset dari Cæsari tributum esse conueniens, possent accusare ipsum apud populum, quod erat contrarius libertati populi. Si autem nō, ipsum comprehendissent, quia erat cōtra imperatorem. Si uero taceret, dixissent ipsum esse idiotam qui loqui nescit, & ueritatem timet dicere, propter timorem humanum. Cognita autem nequitia corū dixit. Quid me tentatis hypocrite, Ostendite mihi nummisma census. i. nummum quod datur anno censu imperatori. At illi obtulerūt. Cuius (ait) est imago hæc & superscriptio? Et infra. Reddite ergo quæ sunt cęsaris cæsari, & quæ &c.

Dominica. XXIII.

NOn est mortua puella, sed dormit. Matthe. 9. Recitat Euangelista, q Christus quadam uice in tēplo faciens

sermonem, quidam princeps synagogæ: nomine Iayrus, Matc.5. habens filiam mortuam, armatus fide accessit ad eũ, di. Domine filia mea modo defuncta est, sed ueni impone manum super eam, & uiuet. Secũdum doctores, inter cętera opa quæ operatur Deus i præsenti, tria sũt pręcipua. Primũ, s. creatio mundi, quæ est ex nihilo. Quod opus fuit tantę admirationis apud philosophos, ut dicerent mundũ esse ęternum, excepto Platone, qui posuit mundum in tempore productum. Secundum est iustificatio peccatoris, ut ponit Aug super Io. Tertium suscitatio mortui, quia contra naturam. Ille autem princeps habens filiam mortuã, uenit ad Christum, credens ipsum esse uerum deum, qui creauit mundum ex nihilo, qui iustificat peccatorem, qui suscitat mortuos. Domine filia mea modo defuncta est. Q.d. Credo realiter quod tu es dominus oim. Veni impone manum super eam, & uiuet. Eundo. aũt, quædam mulier quæ secundum Ambr. libro de sapientiis. Salo. fuit S. Martha: q̃ patiebatur. 12. annis fluxũ sanguinis, accessit retro, & tetigit fimbriã uestimẽti eius, dicẽs intra se: Si tetigero fimb. uesti. ei. sal. ero. Secundum Chriso. fuit præceptum in lege Numeri. 15. Loquere filiis Israel, ut faciant sibi fimbrias p quatuor angulos palliorum. Vestis hæc fuit facta a Maria dum esset puer cum fimbriis, dicebatur inconsutilis, & crescente Iesu crescebat uestis. Videns aũt dominus fidem illius. dixit illi. Cõfide filia. Fides tua te &c. & sanata est mulier, ex illa hora. Vbi datur intelligi, quod sine fide non potest homo consequi aliquid. Mar. 11. Quæcunque orantes petitis credite, quia accipietis &c. Et cũ uenisset Iesus in domum principis & uidisset tibicines. i. personas fictitie plorãtes: & turbã iudeorũ tumultuãtẽ, & plorantẽ in morte filię, di. Nõ ẽ mortua puella, sed dormit. Moraliter. Hæc puella, est aĩa nr̃a, quæ dr̃ mortua, qñ est posita in peccato mortali. Eccl. 18. Aĩa quæ peccauerit, ipsa morieť. Secũdũ Glo. Peccator assimilatur mortuo triplici ratione. Primo propter fœtorem. Sicut mortuus fœtet corporaliter, sic peccator fętet spiritualiter Deo & toti curiæ cęlestiali. Secundo propter obliuionem. Sicut mortuus cito mittetur obliuioni, sic peccator mittitur a Deo obliuioni in inferno, q̃

tum

tū ad effectum misericordię. Psa. Obliuioni datus sum &c. Tertio ꝑpter corrosionē. Sicut mortuus roditur a uermib. sic peccator a uerme cōscientię nunquam moritur. Isa. ult. Vermis eorum non morietur in eternum. Sta. O semper timidus scelus. Sequitur: Et cum eiecta esset turba: tenuit manum eius: & surrexit puella. Quæritur dubiū., quare nō suscitauit eam absq; eo quod manum tenuerit? Respondet Glo. Aug. quod uox & uerbum Christi erat tantæ potētiæ: qd̄ nihil tēporaliter tenuisset eam, oēs mortui eiusdem pa rētelę surrexissēt. Tres mortuos Christus suscitauit. Lazarum filium uiduæ: & hāc filiam. Tenuit manum eius. In manu sūt. 5. digiti: & cū 5. xps operatus est salutē in ea. Primo potentia Dei. 2. Sap. 3. gratia. 4. Charitas. 5. misericordia.

Dominica. iij Aduentus Domini prologus particularis ad materiam spiritualem, scilicet de iudicio temerario.

Expositiones euangeliorum aduentus, uide in suo loco.

NOlite ante tempus iudicare. 1. Cor. 4. Conclusio est Th. 3. par. q. 1. ar. 3. quod illa quæ dependēt mere & simpliciter a uolūtate diuina atq; humana, homo ꝑprio ingenio & ꝑpria præsumptione iudicare nō potest, quare hoc & illud. Primo de Deo. Lactan. in 1. dist. Veritas. i. archanum summi Dei qui fecit oīa, ingenio ac propriis uiribus non potest cōpræhendi. Idē in libro de ira Dei ad Donatum. Vnus est igitur princeps & origo rerum Deus, sicut Plato in Timeo sensit & docuit. Cuius maiestatem etiam declarat, ut nec mente compręhendi, nec lingua exprimi possit. Et Apostol. 1. Cor. 2. Quæ dei sunt, nemo cognouit nisi spūs Dei. Scđo de uoluntate humana. Nemo pōt iudicare certitudinaliter, quia cognosci nō pōt. 1. Cor. 2. Quis. n. scit hoīm quæ sunt hoīs, nisi spūs hoīs qui in ipso est? Et Hiere. 17. Prauum est cor hoīs & inscrutabile: qs cognoscet illud? q. d. nullus nisi Deus. Et Tho. in 1. part. q. 114. art. 2. Hominis cōditionē solus Deus nouit, qui ē spirituum pōderator. Ideo Apostolus dicit. Nolite ante. &c. Require inferia. 6. primæ Dominicæ. 40.

Dominica quarta Aduentus, de Oratione.

PEtitiones uestræ innotescant apud Deum. Philoso. 4. Natura humana quamuis corporea pulchritudine, habitibus intellectualibus, gloria quasi honore in omni parte sit uestita, non tamen illi est concessum posse habere suam perfectam & cõsumatam felicitatem in præsenti statu, imperoche nulli est permissum perdurare uitam suam sine peccato, excepto Christo & matre sua. primæ Io. 1. Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus &c. Ro. 3. Est autẽ Deus uerax, omnis aũt homo mendax. Prouer. 20. Quis potest dicere mundum est cor meum: purus sum a peccato? Et Eccl. 7. Nõ est homo iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet. In Autentico de monachis. §. Si uero. Natura humana labitur ad delicta. Et 12. q. 1. Omnis ætas ab adolescentia in malum prona est. Ideo cũ simus positi in tantis periculis, quanta inducant celere motum & dominum spherarum æternarum, necesse est implorare diuinum auxiliũ sanctæ orationis. Boe. 3. de cõso. Vt Platoni placuit, in minimis quoque rebus, diuinum est auxilium implorandum. Vnde Ber. super Cant. Nusquã est securitas fratres charissimi, neque in cęlo, neq; in Paradiso, multo minus in mundo. In cęlo cecidit Angelus sub pęnitentia diuinitatis. Adam in Paradiso de loco uoluptatis. Iudas in mundo sub schola ueritatis. Ideo orandum est Euseb. in transitu Hiero. Orationibus instante continuis. Multum ualet frequens oratio & deuota. Oratio hominẽ a terra subleuat, ad cęlestia uadit, & facit hominem cum deo loqui. Ideo Apostolus. Petitiones uestræ &c.

Dominica item quarta, alia expositio Euangelicalis.

VOx clamantis in deserto, parate uiam Domini, rectas facite semitas eius. Ioan. 1.

Recitat Euangelista q Ioann. Bapt. existens in deserto eo tempore quo regnabat Pilatus in iudea. Herodes in galilea, & summus sacerdos Anna; & Caipha in Hierusalem:

lē. Spiritussan̄ctus tetigit cor Io. Bap. & illuminauit, ut de serto renunciaret & ueniret ad Iordanem, & circa regiones ipsius Iordanis baptizaret, & prędicaret baptismū pęnitentiæ. Secundum sentētiam Amb. cum esset Io. Bap. ætate. 5. annorum relictis parentibus penetrauit deserta. Vnde Ecclesia. Antra deserti teneris sub annis ciuiū turmas fugiens petisti, sanctę Ioannes. Quo in tempore nunq̄ uidit Christum oculis corporeis. Et sicut agnouit Christum uerū messiā existens in aluo materno, quē exultando salutauit & genu flexit, ita Spiritusſ. illuminauit ipsum, ut publice ipsum Christū nunciaret. Vnde ex hoc reliquit desertum ubi pauci habitabant, & uenit ad loca magis habitata, ut plures possent uenire ad p̄dicationem suam, & ab eo baptizari. Quid aūt prædicabat in Iordane? Rn̄det Th. in post. super Ioā. ꝙ tria. Primum baptismi efficaciam. Prædicans Bap. pęnitentiæ, in remissionē peccatorū. Secundum doct. Io. Bap. nō poterat dare remissionē pc̄tōrum in suo baptisma, sed assuefaciebat & pręparabat hoies ad baptismū Christi, in quo erat uera remissio. Vnde baptizabat sub tali forma. Ego te baptizo sub nomine Iesu Christi uenturi. Qui modus scd̄m Tho. in 4. di. 3. ex instinctu Spiritusſ. fuit obseruatus p̄ multos dies ab apostolis. In nomine Iesu, ut hoc nomen insigęretur in cordibus fidelium. Secūdo p̄dicauit uitæ munditiā. Vox clamantis in deserto, parate uiam domini. Scd̄m Remigi. trib. de causis quis clamat. Primo ratione surditatis. Sic Ioan Bapt. clamabat pęnitentiam surdis. i. peccatorib. qui nolunt audire. Psa. Sicut aspidis surde, obturantis, au. s. Secundo ratione elongationis. Ita Io. Bapt. illis qui erant elongati a Deo: Psal. Longe a peccatoribus salus. Prou. 15. Longe est dominus ab impiis.

Tertio ratione iracūdiæ. Ita Ioā. Zelo dei succensus clamabat pęnitentiā. Psal. Zelaui super iniquos &c. Vox clamantis in des. Duos inuenimus fortiter clamasse. Primo Ioan. Bap. ut hic. Vox clamantis in des. Secundo Christum qui quatuor uicibus fortiter clamauit. Primo in morte Lazari Ioann. 9. Lazari ueni &c. Fuit tantæ efficaciæ illa uox, inquit Augu. ꝙ nisi nominasset eum noīe &c. Scd̄o in morte sua, clamauit uoce magna dicens. Heli heli lamaza.

Fuit

Fuit tantæ efficaciæ: q. omnes Angelos conduxit ad fletũ. Isa. 33. Angeli pacis amare flebant.

Tertio ĩ ultima hora mortis suæ. Pater ignosce illis &c. Fuit tantæ efficacię q. 5000. iudæorum conuersi sunt.

Quarto uoce magna clamauit, quando emisit spiritum. Fuit tantæ efficaciæ, q. contremuit infernus patrũ, & Dioni. existens in Athenis: dixit. Aut Deus naturæ patitur: aut mundus dissoluitur, & omnia creata ostenderunt signũ cõ passionis. Vox clamantis in des. pa. ui. do. Quando expectamus aliquam personam honorabilem, paramus uiam domus: ita debet fieri Iesu nostro: quem expectamus ĩn proximo. Roma. 13. Abiiciamus opera tenebrarum & induamur arma lucis. Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & in pudicitiis, non in contentione & emulatione, sed induimini dominum Iesum Christũ. Et Greg. Tergat ergo sordes praui operis: qui Deo parat domũ mẽtis. Sed plures oppositum agunt, qui plus solito uitiis se implicant quàm aliis diebus. Quod est grande scelus. Angeli cecinerunt: pastores uenerati sunt, animalia genu flexerant. Tertio prædicauit salutis notitiam. Primus nuntiauit regnum Dei. Pœnitentiam agite, appro. enim re. cœ. Primus nuntiauit Christum. Ecce agnus &c.

Dominica infra octauam Natiuitatis.

Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum. Luc. 2. Recitat Euãgelista, quòd Iesu præsentato in tẽplo a parẽtibus. s. Ioseph & Maria: erãt multum admirati & stupefacti super his quæ uidebãt & audiebant de filio. Secundum sententiam Chris cum audissent excelsa mysteria in ipso: in sua natiuitate noctẽ in diem uersam, bouem & asinam adorantes, pastores ipsum uisitantes, stellam demonstrantem, magos ipsum uenerantes, in huiusmodi erãt admirati, non in admiratione dubitationis, quia Deum esse credebant, sed cuiusdam consolationis. Simeon autem summus sacerdos templi spiritu s. illustratus, benedixit illis. Glo. i. gratias egit. Vel aliter. Licet Maria & Ioseph essent maiores sanctitate quàm esset

Simeon, tamen erat maior quo ad sacerdotum, ideo benedixit eis. Vnde prophetizãdo prædixit quatuor futura. Primum de ruina. Ecce positus est hic in ruinã. Christus fuit ruina uitiorum. Et primo superbiæ, quia humilis factus est. Ad Phil.2. Exinaniuit semetipsum formam serui accipiẽs. August. Erubescat homo esse superbus, quando humilis factus est Deus. Ruina auaritiæ: quia pauper factus est Matthe.18. Vulpes foueas habent & uolucres cœli nidos, filius autem &c. Ruina luxuriæ, quia circuncidi uoluit in carne propria. Ecce positus est in ruinã. Secundum fuit, de resurrectione. Et in resurrectionem multorũ. Resurrectio mortuorum fuit Christus, quia tempore passionis suæ, plures mortui in fide crediderunt in eum, ut Centurio, ut Latro, ut Lõginus, ut 5.000. in uerbo. Pater ignosce illis. Tertiũ de signo. Et in signum cui contradicetur. De signo Isa.9: Leuabit signum in nationibus, & congregabit dispersos Israel. Fuit enim Christus signum in cruce, ad docendum nos uiam ueritatis, & salutis, clamans sitio, sed fuit ei contradictum a iudæis. Ioan.19. Aue rabi, & dabant ei alapas & deridebant eum. Vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reedificas illud. Ecce quomodo fuit signum cõtradictionis. Quartum: Et tuam ipsius animam pertrãsibit gla.q.d. O Maria multum gaudeo, quod filium tuũ agnoui, adoraui. Sed audi quòd tempus adueniet quòd gladius doloris suæ passionis te percutiet. Et ut dicit Dam. omnes dolores partus & mortis fuerunt ei reseruati. Et quia Christus fuit laudatus a Symeone in persona hominum, uoluit etiam laudari a fœmina in persona mulierum. Symeone autem sic loquẽte superuenit fœmina nobilis Anna, quę erat annorum.84. quæ cum stetisset cũ uiro suo septem annis, post eius mortẽ noluit aliũ accipere, quæ erat prophetissa plena spiritus. in tẽplo assidua, in orationibus deuota. Superuenit & cępit loqui de Christo omnibus qui aderãt in templo de laudibus Christi. Quinq; testes uoluit Christus habere de sua natiuitate. Primo angelos, pastores, magos, Symeonem, Annam. Sed quæritur, quare uerba huius mulieris laudantis Christum, non sunt scripta, sicut uerba Symeonis? Respondeo quod duplici ratione. Prima quia in

scriptura

ſcriptura teſtimonium mulieris reputatur inualidum. Vnde fœminis peribentibus teſtimonium reſurrectionis Chriſti, apoſtoli non crediderunt. Secunda, quia ex præcepto apoſtoli, eſt prohibitum mulieri prædicare. 1. Cor. 14. Mulieres in eccleſia taceant. Et Tit. 2. Docere mulieri non permitto. Vnde Magdalena ut ſciuit apoſtolum inhibuiſſe ſiluit. Cauſam huius prohibitionis aſsignat Chriſ. di. Mulier prima ſemel docuit: docuit & totum mundum ſubuertit. Sequitur. Et ut perfecerunt omnia. ſ. Maria & Ioſeph propter quæ uenerant ad templum propter orationem faciendã: Deum laudandam, eccleſiam uiſitãdam, reuerſi ſunt in Nazareth. Et puer creſcebat ſ. corpore ſicut homo. Secundum Nicol. de Lyra, Chriſtus quo ad corpus creſcebat: quia in corpore Chriſti fuit augmẽtũ reale quãtitatis; ſed in anima eius non fuit augmentum reale gratiæ & uirtutis, quia totam plenitudinẽ gratię habuit ab inſtanti cõceptionis. Et gratia Dei erat in illo: in eo ꝙ eſſet homo, erat plenus gratia & ueritate. In eo ꝙ erat Deus erat dator omnium gratiarum.

In feſto Innocentium: expoſitio Euangelica.

IN præſenti Euangelio: ſunt ſeptem hæc dubia. Primũ eſt fuga Chriſti. Quare fugit? Reſpondet Glo. ut oſtẽderet ueritatem ſuæ humanitatis, iuxta illud Heb. 2. Debuit ꝑ omnia fratrib. aſsimilari. Et de hac poſſumus dicere illud Vir. Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarũ. Secundum eſt, quare potius fugit in egyptum, q̃ alibi?

Reſpondeo, quod propter euacuationem cultus idolatriæ, qui maxime erat in illa patria. In ea nocte qua illuc ingreſſus eſt, omnia idola corruere, & omnes ſodomitæ mortui ſunt, unde uiſitare debuit illam patriam. Tertium quid fecit in uia eundo? Reſpondeo quod tria.

Primo manifeſtauit ſuam maieſtatẽ. Caſsiodorus refert in hyſto. tripar. quòd arbor quædã procera in uiã exiſtens: uſque ad terram inclinata, ſuppliciter adorauit Chriſtum: quæ tantę poſtea fuit uirtutis, ut infirmitates expelleret.

Vnde

Vnde impletum est uerbum Dauid. Exultauerunt omnia ligna syluarum, quia uenit. Secundo ostendit suam bonitatem, in eo, quia in itinere pauit parentes suos, in libro de infantia Saluatoris legitur, cum Maria & Ioseph quiescerent sub altissima palma, dixit uirgo: O utinam possem percipere de his fructibus. Et Ioseph dixit. Tu de fructibus, ego autem de aqua cogito, quæ nobis deficit in uase. Ad præceptum pueri palma se inclinauit & dedit fructus, & de radice acqua emanauit. Tertio ostendit suam potestatem, in eo, quod parentes eripuit a latronibus. Dum essent in uia; latrones aggressi sunt eos, uolentes rapere asellum. Vnus eorum respicens in puerum, & uidens claram faciem, dixit sociis. Vere dico uobis, quod si possibile esset Deum fieri hominem, dicerem q puer iste esset Deus incarnatus. Vnde si aliquis eum læserit, me turbabo. Virgo autem dixit ei. Ille puer quem defendisti, reddet tibi mercedem. Vnde tempore passionis dictum est ei. Hodie mecum eris in Paradiso. Quartum dubium, quare potius matres, quàm patres dicuntur flere. Nõ enim fit mentio de Iacob ad flendum in persona patrũ, sicut Rachel in persona matrum. Rachel inquit plorans fi. su. Respondeo, quod triplici de causa. Vide in sermone de uiduitate, & applica omnia in hoc loco. Quintum dubium, quare ecclesia ueneratur eos pueros ut martyres, quod non deberet fieri. Tum quia ad lymbum descenderunt. Tum quia uoluntarie non sunt passi, cum non haberent uisum liberi arbitrij. Respondeo, quod hoc fecit propter tres prærogatiuas quas habuerunt. Prima: quia primi fuerunt, qui fuderunt sanguinem pro Christo. Secunda: quia sine macula etiam uenialı, quod de nullo legitur: nec de Io. Bap. cum essent innocentes. Apocal. 14. Sine macula enim sunt ante &c. Tertia ex singulari gratia. Rex enim quando coronatur, facit multos uiros milites. Rex autem noster Christus, qui ante erat coronatus corõna paterna, nũc autem corona materna coronatus fuit. Can. 3. Egredimini filiæ syon, & uidete regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua. Ideo uoluit congregare sibi nouos milites, id est martyres. Prætęrea secũdũ Glo. & Bedam, inuenit triplex genus

martyrij. Vnum est opere & uoluntate, ut in Stephano. Secundum est uoluntate & non opere, ut in Ioanne Euange. qui in oleo missus fuit. In hoc sunt tribulati, qui per patiētiam martyres sunt. Greg. sine ferro & flammis martyres esse &c. Tertium est opere non uoluntate, ut innocentes. Addunt quidam, q in eis fuit acceleratus usus liberi arbitrij, ut uoluntariæ &c. Sextum, quare ecclesia subticet cantica letitię? Respondeo q triplici de causa. Prima in signum illius fletus, quem habuerunt matres pro nece filiorum, & sic ecclesia eis compatitur: sicut in parasceue ostendit compassionem Christo, quod ecclesia non facit de aliquo sancto. Secunda causa, in signum illius status: quia. s. descendebant ad lymbum, ubi gloriam Dei non uidebant. Tertia causa, in signum illius incolatus quem. s. Christus habuit & mater sua, exulando & fugiendo In Aegyptum. Magna compassio fuit ad omnes. Et ratione Ioseph: ob eius senectutem. Et ratione matris propter puellarem dedicationem, & nouitatem puerpetrij. Et ratione pueri, propter teneram suam ætatem. Vnde ecclesia ex hoc non canit cantica letitiæ propter rationes sup radictas. Septimum dubium, quam mortem fecit hic rex, qu ia dicitur in Euangelio. Vsque ad obitum herodis? Respondeo, q sicut sitiuit sanguinem in uita, ideo sanguinem suum male fudit. Applica historiam.

Dominica infra octauam epiphaniæ.

ERat subditus illis. Luc. 2. Recitat Euangelista, q xp̄s factus annorū 12. ascendentibus parentibus Hierusalem ad festum Paschæ, ipse erat cum eis. Secundū Albertum fuit præceptum in lege. Exo. 23. q mares tripliciter in anno deberēt comparere corā domino. In Pascha, in Penthecoste, in festo tabernaculorum. Et ut hoc festum magis honestius & deuotius ageretur, in ipso festo mulieres stabant seorsum a uiris. Ioseph dum non uideret puerum, credebat ipsum esse cum Maria, ex hoc remansit puer Iesus in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius, i. ignorabāt ipsum remanere in Hierusalem. Vnde eadem die reuersi sunt in Hierusalem, quærentes eum. Et non inuenientes

nientes secunda die, quærunt illum inter uicinos & notos. Et non inuenientes die tertia regressi sunt in Hierusalem. Et inuenerunt eum in medio doctorum disputantem, & interrogantem. Nota in medio doctorum, quòd Christus se per medium tenuit. Vide hoc tertia feria post Pascha in prologo. Videntes autem parentes eius, mirati sunt super prudentia & responsis eius. Fili inquit, quid fecisti nobis sic, ut. s. remaneres nobis ignorantibus? Ego & pater tuus .s. putatiuus, dolētes quærebamus te. Et ait illis. Quid est, ꝙ me quærebatis? Nesciebatis, quòd in his quæ patris mei sūt, oportet me esse? Gl. i. occupari me oportet circa spiritualia. Et ipsi non intellexerunt uerbum: quia non erant assueti audire talia. Sequitur ultima pars, Descendit cum illis Nazareth, & erat subditus illis. Quis? Respondet Lucas. Christus. Quibus? Respondet. Parentibus. O mira Christi humilitas. Et Iesus proficiebat ætate. Iste profectus erat realis: inquantùm a parte corporis. Et sapientia. In Christo ponitur duplex sapientia. Vna diuina, & hæc non poterat augeri uel diminui, cum necessario sit infinita. Alia humana: Et hæc ponitur duplex. Vna habitualis, & illa in Christo non fuit augmentata. Quia ab instāti suę conceptionis habuit plenitudinem sapientiæ, quanta potest conferri naturæ humanæ. Alia experimentalis, quæ accipitur per operationem sensuum. Et hic dicunt aliqui, ꝙ in Christo fuit sapientia uel scientia acquisita. Quia intellectus agens in Christo, fuit eiusdem naturæ cum aliis hominibus. Et ideo cum non sit ponēdus ociosus in eo: habuit operationem abstrahendi species intelligibiles a phātasmatibus. Et iste species prędictæ, recipiebantur in intellectu possibili ipsius. Et sic profecit in tali sapiētia, seu sciētia accepta a sensibilibus. Alii uero dicunt, ꝙ nō profecit in tali scientia seu sapientia quantum ad habitū: quia duo habitus eiusdem rationis non possunt esse simul in eodem intellectu. Talis autem acquisita non uidetur esse alterius rationis, quàm infusæ, circa idem obiectum. Sicut oculus miraculosæ datus, est eiusdem rationis omnino cum oculo dato uel generato per naturam. Nec tamen propter hoc intellectus agens in Christo fuit ociosus. Quia non

solum in abstractione specierum intelligibiliũ necessaria est operatio intellectus argentis, sed etiã in cõsideratione secundum habitum scientiæ iam acquisitæ, in qua consideratione non abstrahit de nouo species. Si autem consideretur sapientia Christi quantum ad ostensionem in effectu, sic fuit ibi profectus quodammodo, inquantũ sapientiã suã non tantum humanam, sed etiam diuinã magis ostẽdebat secũdum suum beneplacitũ, & prout tũc saluti expediebat.

Dominica in septuagesima.

SImile est regnum cœlorũ homini patrifami. qui exiit primo mane conducere operarios in uineam suam. Matth. 20. Secundum doctores iste pater est Deus, qui sub se habet totum mundum. Vinea, est ecclesia. De qua Isa. 5. Vinea dñi exercituũ, domus Israel est. Exiit primo mane, scilicet hora primæ, hora tertiæ, hora sextæ, hora nonæ, hora undecimæ. Per has horas intelliguntur, quinque ætates mundi, in quibus misit laboratores. Hora prima ab Adam usque ad Noe. In hac misit Adam, Seth, Enoch, & alios. Secunda a Noe usq; ad Abraham. In hac misit Noe, Sem, Iafeth, Thare. Tertia ab Abraham usque ad Moysen. In hac misit 12. patriarchas. Quarto a Moyse, usque ad Christum, uidelicet tempore legis scriptæ. Ad eruditionem hominum misit Moysen, Aaron, Iosue, iudices, reges, sacerdotes. Quinta ætas, quæ est hora undecima a tempore Christi usque ad finem mundi. In hac misit doctores, Apostolos suos, ad quorum uoces mundus accepit fidem, iuxta illud, In omnem terram exiuit &c. Misit ecclesiæ, Ambrosi. August. Hieron. Grego. succesfiue misit Dominicum, Franciscum, Vincentium, Bernardinum, Petrum martyrem, qui mundum conuertit ab hæresi. Vade in hac hora, increpantur homines. Quid hic statis &c. Moraliter. Per quinque horas, intelliguntur quinque ætates hominis. Prima est pueritia, in qua uocat pueros ad mũdi tiam puritatis & innocentiæ, ut Ioan. Bap. Hier. Thomã aqui. Petrum martyrem, & omnes, qui nunquam mortaliter peccarunt. De quibus Matth. 19. Sinite paruulos &c,

Et Psalmus. Innocentes & recti adhæserunt mihi. Tertia hora, est adolescentia. In hac uocat adolescentes ad normam honestatis. De quibus Tren. 3. Bonum est uiro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sexta hora, est iuuẽtus. In hac uocat homines ad conuersionem sanctitatis. Eccl. 12. Memento creatoris tui, in diebus iuuentutis tuę. Hora nona est senectus, in qua uocat eos ne amplius tardent. De quibus Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad dominum. Non star piu, ꝙ ueniat grauis infirmitas. Vndecima hora est decrepitas. In hac conuersus est latro in fine uitæ. Vnde uulgaris.

Non te condur mai al ponto extremo.
Che molti ha ingannati ben farcmo.

Dominica in sexagesima.

EXiit qui seminat seminare semen suum. Luc. 7. Secundum Alb. Magnũ, quinq; exitus fuerunt in Christo. Primus est æternus, quo exiit per generationem a patre, & tamen manet in ipso. De quo Eccle. 24. Ego ex ore altissimi prodiui. Et hic exitus non importat distinctionem localem, sed emanationem personalem. Secundus fuit a sinu patris in mũdum per incarnationem in utero uirginis. Ioan. 16. Exiui a patre & ueni in mũdum. Tertius ex utero uirginis in mundũ. De quo Psal. Ipse tãquam sponsus procedens &c. Quartus exitus ad passionem. Io. 19. Exiuit in eum, qui dicitur caluariæ locum.

Quintus fuit de mundo ad patrem. Ioan. 16. Iterũ relinquo mundum & uado ad patrem. Dicitur ergo exiit, qui seminat &c. Seminauit 5. genera seminum. Primo legem naturalem in mente cuiuslibet hominis, uidelicet, quod tibi non uis fieri, alteri ne facias. Secundo legem scriptam. f. decem pręcepta in duabus tabulis. Tertio legem Euãgelicã, in ecclesia omnibus fidelibus. Quarto legem perfectionis, scilicet consilia paupertatis, castitatis, obedientiæ.

Quinto in nostris sensibus semina uirtutum & donorum. Exiit qui seminat &c. Seminator iste Christus habuit quatuor agros. Primo cœlum Empyreũ, in quo semi-

nauit naturam angelicam, sed quidā eorum non produxerunt fructum, ut lucifer cū suis sequacibus. Secundo paradisum terrestrē. in quo seminauit primos parētes: sed q̄a non habebāt humorē terræ propterea incōstātia diabolo instigante aruit. Tertio habuit mūdū, in quo seminauit semina gratiæ, doctrinæ, misericordiæ, sed iste mundus circundatus multis malis, non profert nisi parū fructū: quia Matth. 20. Multi sunt uocati &c. Quarto habuit agrum. s. uterum uirginis: ubi seminauit suā diuinitatē ipsam coniūgens humanitati, ex quo cōfectus ille panis: de quo Io. 6. Ego sū panis uiuus, qui de cęlo descēdi. Exiit qui seminat &c. Seminauit enim in omnib. p̄sonis. Primo in Patriarchis, magnā fidē. Secundo in prophetis seminauit magnā sapiētiā. Tertio in Apostolis, gratiæ plenitudinē. Quarto ī martyribus, magnā constantiā. Quinto in confessoribus magnam temperantiam. Sexto in uirginibus, magnam pudicitiam.

Dominica eadem idem prologus. sed diuersa uia, ubi apparet uersatile Sixti ingenium.

Exijt qui seminat, seminare semen suū. Luc. 7. Bonitas diuina illius summi Dei, auida & desiderosa salutis suorū filiorū, per uarios & diuersos modos nō cessat uocitare illā ad uiā salutis suæ. Sic per communicationē bonorū temporaliū, sic p̄ sanctas inspirationes, sic p̄ pabulū & cibū spiritualē sanctæ p̄dicationis. Recitat Euangelista, q̄ Christus ī Galilea existēs, uille & castella audiētes p̄sentiā Christi aduenisse, tanq̄ sitibūdi suæ p̄dicatiōis ad eū cucurrerūt. Sc̄d̄m Aug. ī lib. de Ciui. Dei. tria ipse bramauit uidere. Romā in suis triūphis. Vnde Poeta. Roma q; quāta fuit, ipsa ruina docet. Paulū in pulpito stantē, qui a paganis Mercurius dicebatur, propter eius facūdiam & eloquentiam. Christum in carne, qui sua præsentia & sermonibus dulcissimis populum trahebat. Vnde similem proposuit illis similitudinem. Exiit qui seminat. &c. Iste seminator est Christus, qui quinquies exiit. Primo quando a patre exiit, non distinctione locali, sed emanatione personali, & ingressus est uterum uirginis. Eccles. 24. Ego ex

ore altissimi prodiui. Secũdus exitus fuit de aluo uirginis in mundum. De quo Psal. Tanquam sponsus procedens &c. Tertius de mũdo in crucem. Io. 19. Exiuit in eum &c. Quartus de cruce in lymbum. De quo Dauid. Exultauit ut gigas &c. Quintus de lymbo & mundo ad patrem. Ioan. 16. Iterum relinquo mũdum & uado ad patrem. Exiit qui seminat &c. Qui seminauit quatuor genera seminum. Primo legem naturalem in mente cuiuslibet hominis, uidelicet. Quod tibi non uis fieri, alteri non facias; & quod tibi uis fieri &c. ut patet Dis. 1. c. 1. Et Dis. 9. c. Sana. Et 10. q. 1. c. Placuit. Secũdo legẽ scriptam in duabus tabulis. Tertio legem euangelicam. Quarto legem liberi arbitrii siue uoluntatis, qua homo eligit quicquid uult. De quo Ecc. 15. Deus ab initio constituit hominem: & reliquit eum in ma. consilii. &c. Et Aug. lib. 5. de Ciui. c. 10. Sunt nostræ uoluntates, & ipsę faciunt quicquid uolendo facimus.

Dominica in L.

Tradetur enim gentibus: & flagellabitur & conspuetur. Luc. 18. Recitat Euangelista, quod Christus de galilea recedens & iens in Hierusalem, secum cõduxit discipulos suos, dicens eis. Ecce ascendimus hierosolymã & consumma. omnia quæ scripta sunt per prophetas, de filio hominis. Secũdum Chris. triplici de causa Christus pluries prædixit apostolis passionem suam. Prima ut ostẽderet eis suam amicitiam. Ioan. 15. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæ audiui a patre meo nota feci uobis. Et prouerb. 25. Causam tuam tracta cum amico tuo. Secunda ut ipsa passio esset consolamen in eorũ tribulationibus. Tre. 3. Memoria memor ero: & tab. &c. Et Grego. Si passio Christi ad memoriam reducitur, nihil &c. Tertia ut daret intelligi, quod uoluntariæ patiebatur qui suam prædicebat: iuxta illud Isa. 53. Oblatus est, quia ipse uoluit. Vnde dixit. Ecce ascendimus hierosolymam & consumabuntur &c. Tradetur enim. Secundum Alber. a quatuor generibus personarum est traditus. Primo a patre: propter communem utilitatem humanæ generationis. Ad Rom. 8. Proprio filio suo

non pepercit,sed pro omnibus tradi.il. Secundo a iudæis, propter inuidiam Matt.27.Sciebat enim Pilatus,quod pro pter inuidiam &c.Tertio a Iuda,propter auaritiã.Mat.26. Quid uultis mihi dare &c. Quarto a seipso per obediẽtiã. Ad Philip.2.Factus obediẽs usque ad mortẽ. Et Ber.Chri stus ne perderet obedientiam, perdidit uitam. Sed quare hodie ecclesia proponit euangelium tristitiæ,cum sit tem pus letitiæ?Respondeo ꝙ triplici de causa. Primo ut gaudium mundi quod solet fieri pręcipue his diebus, temperetur.Filius esset malus qui uidens patrem suum male tracta ri,non se refrenaret a gaudio mundano.Ad propositum.Si uis hodie chorizare, uide ipsum sitibundum & famelicum di.Sitio. Secunda causa ut nos inuitet ad pęnitentiam in quadrage.q.d.O filii mei, incipiatis agere bona, & carnes uestras affligatis.Tertio quia hodie est.50.quia non possumus peruenire ad uerum iubileum uitæ æternæ, qđ fiebat in 50.anno,nisi per tribulationes. Sicut in scriptura sacra seruus emptitius liberabaẗ.Ad Ro.8.Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ.Sequitur.Dum appropinquaret Hierico, cecus quidam clamabat dicens.Miserere mei domine fili Dauid. Confessus est humanitatem in uerbo Fili Dauid diuinitatem, Miserere mei.Cui soli deo conuenit.Cui Christus.Quid tibi uis faciam?Domine inquit,ut uideam.Et confestim sanatus est, & uidit a duplici cecitate. Et oĩs plebs ut uidit, dedit gloriam Deo.

Prologi communes de Sanctis,& etiam specialibus aliquibus materijs.

Ecce sacerdos magnus,q in diebus suis placuit Deo. Eccl.44.¡Pro quocunque sancto. Diuina iustitia illius soprani & alti monarchæ dei,nullam rem intendit prætermittere quæ animabus iustis & sanctis habent procurare gloriam & honorem, laudem & præconium in regno beatorum:imperoche sicut est clemẽs & misericors, & cum ipsa misericordia sanctis præparauit propter sua benemerita locũ deliciosum in empyreo cęlo,sic existens iustus

ftus, cum ipsa iustitia, reprobis præparauit propter sua de merita locum ignominiosum in inferialibus carceribus.

Hęc est sẽtentia canonistarum de pœn.dist in.1.c.Quem pœnitet. Deus qui misericors & iustus est, sicut conseruat misericordiam in iustitia, ita & iustitiam in misericordia. Dignitas sanctorum & merita commendatio eorum, dum fuerint proximi Deo in præsenti seculo per habitum uirtutum sanctorum, merito sunt facti proximi deo in paradiso per gloriam. Vnde Philosophus 2.Metaph. Autor libr. de Causis. Quãtomagis aliquid appropinquat suo principio in quolibet genere, tanto magis participat effectum illius principij sui generis. Exempli gratia. De proximatione ad ignem, ad solem &c. Et Th.4.contra gen.c.68. Quanto aliquid est Deo propinquius, tanto est minus mutabile. i. plus perfectum. Vnde dicit Diony.4.c.de cęle.hiera. quod Angeli qui sunt Deo propinquiores, magis participant de bonitatibus diuinis quam inferiores. Approximare autem deo, non fit corpore sed mẽte: Ber. super illud Gen.17. Ego dominus, ambula coram me & esto perfectus. Ambulatur coram deo, non corporis gressu, sed mentis affectu. Iõ Lac. lib. de opificio hominis ad Demetrianum. Noluit n. Deus hominem ad immortalem illam beatitudinem delicato itinere peruenire. Daturus ergo uirtutem, dedit hostẽ prius, qui animis hominum, cupiditates & uitia immitteret, qui esset autor errorum malorumq; omnium machinator, ut quoniam Deus hominem ad uitam uocat: ille contra ut rapiat & traducat ad mortem. Hic est qui aut inducit aut decipit eos qui ueritati student, aut si dolo & studijs non quiuerit, uirilem gerit animam, qua sublimum uigorem labefactare conetur: infanda dictu & execrabilia moliens; uexat, interficit. Et tamen ut prosternit multos, sic a multis uictus prostratusq; discedit. Magna est enim uis hominis, magna ratio, magnum sacramentum. A quo si quis non defecerit, nec fidem suam deuotionemque perdiderit, hic beatus, hic denique ut breuiter finiam similis Deo sit, necesse est.

Pro-

Prologus pro dignitate animę.

VEnite & audite,& narrabo quãta Deus fecit animę meæ. Psal. 65. Non existimabam in mente mea hominem grauem & maturum, de ingenio pelegrino & perspicaci: de corpore uenusto, de animo nitido & terso, & omni uirtute adorno, debere incrudelire & facere se parricidam,& iugulatorem contra propriã patriam: cui sumus post deũ & nostros genitores obligati amare & reuereri: & habere in summa ueneratione. Secundum sententiã sacrorum theolo. in primo senten. præsens uasta solitudo, iã non est patria hominis, essendo diuersorium mansio, & habitaculum brutorum, ferarum,& animalium, sed futura patria paradisi: per sentẽtiam nostri romani apostoli. Heb. 13. Non habemus hic manẽtem ciuitatem &c. Vnde Philip. 3. Nostra conuersatio est in cœlis. Quam sententiam affirmat Thom. in expositione Symboli in uerbo. Patrẽ omnipotentem factorem cœli & terræ. Omnipotens Deus omnia creauit propter hominem, iuxta illud. Omnia subiecisti sub &c. Et hõ magis est similis Deo post Angelos, inter cæteras creaturas. Vnde dicit. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Hoc quidem nõ dixit de cœlo, de sole, sed de homine, non quantum ad corpus: sed quantum ad animam, quæ est libera habens uoluntatẽ. Debemus ergo dominari & præesse omnibus, Deo autem subesse: & sic perueniemus ad patriam nostram claritatis æternę. Ille. O admiranda & salubris doctrina. Vulgariza. Et in hoc declaratur gloria eius super omnes creaturas. Quia sicut deus est dominus omnium: ita homo rerũ huius mundi. Vnde dixit: Faciamus hominẽ &c. Quod nõ dr̃ de alia creatura.

Prologus de dignitate hominis, quasi ad idem.

VEnite audite &c. supra 65. psal. Natura humana iã sua origine excelsa & alta in statu suæ innocentię, propter præsentiã iustitiæ originalis: & postea in statu peccati deprauata, tãtũ in delitijs terrenis & delictis mundanis se inuoluta, q̃ quasi totaliter se dat ad sequẽdũ iudicium istorum nostrorum fragiliũ & corporeorum sensuum.

ſuum. Quod conſiderans Lac. in 2. lib. c. 2. Iuuat igitur uelut: in aliqua ſublimi ſpecula cōſtitutū; unde uniuerſi exaudire poſsint Perſianū illud proclamare. O curue in terris animæ & cœleſtium inanes. Cœlum potius intuemini, ad cuius ſpectaculū uos excitauit ille artifex uerus deus. Ille uobis ſublimē uultum dedit, uos in terram curuamini: uos altas mentes & ad parentem ſuum cum corporibus ſuis erectas, ad inferiora deprimitis: taquam uos pœniteat nō quadrupedos eſſe natos. Non eſt phas cœleſte animal cum terrenis, in terráq; uergētibus uerſari. Declarato textu, applica hoc modo. Ideo omnis ſcientia clamat hominis dignitatem & excellentiam. Prima eſt domina Grammatica. Homo inquit eſt animal diſciplinabile. In 9. Ethi. c. 10. Homo eſt animal politicum, aptum natū conuiuere. Sequitur. Ab humo deriuatū. Gen. 1. Creauit deus hominē de limo terræ. Secunda eſt domina Dialectica. Homo eſt animal rationale & mortale. Primo capax rationis, ſuper omnes beſtias. Secundo mortale, quia habet commune cum beſtijs mortalitatē. Tertia eſt domina Philoſophia. Homo eſt animal politicū. Vbi oſtēditur dignitas eius quo ad ciuilitatē animi. Dant. lib. 1. inferni.

Conſiderati la uoſtra ſemenza
Fatti non foſti a uiuer como bruti
Ma per ſeguir uirtute & cognoſenza.

Quarta domina Geometria. Homo eſt uas ſphericū & animatum. De quo uaſe. 23. q. 4. Nabuchodonoſor. Vaſis iræ nunq̄ deus redderet interitū: ſi non ſpontaneum inueniretur homo habere peccatum. Quinta dña Aſtrologia. Homo eſt minor mūdus: qui apud græcos dr̄ microcoſmus. De quo Tho. ſup̄ Io. c. 1. Mundus eſt triplex. Magnus: & hic eſt deus. Medius, & hic eſt mūdus creatos ī quo ſumus nos. Minor, & hic eſt hō. Io. 1. In mūdo erat. 1. ī ſeipſo: & ſic deus ē mūdus. Et mūdus per ipſum factus eſt, & hic eſt p̄ſens mundus. De quo Gen. 1. In princ. creauit Deus &c. Et mūdus ipsū nō cognouit. i. hō: qđ refert ad iudęos, la doue hō ē minor mundus. Vñ cantatur ab oībus dignitas & excellentia hominis. Et quia hæc dignitas maxime conſideratur reſpectu animæ; ideo de ea erit ſermo hodię.

Pro-

Prologus communis, ad sanctos.

LAudemus uiros gloriosos, in generatione sua. Eccl. 44. Cum quanta cura, studio, & solicitudine mentis, miseri amātes huius nostrę ignobilis, momentaneæ, & caducæ uitæ mortalis, quæsierint gloriam, honorem, & fastum mundanum, aperte declaratur si oculo intellectus perspicaciter uolumus considerare non solum trita & uulgaria parlari diuinarum & sacrarum scripturarum, uerum etiam fictiones, figmenta & carmina poetica. Aliqui in pulchritudine, ut Artemisia, Cassandra, Cleopatra, Dido, Deianyra, Helena, Faustina, Flora, Lucretia, Panthasilea: Polisena, Semiramis, Ianyra. Gloria quarum quantum fuerit falsa, ostenditur per Salo. Eccl. 2. Cumque me conuertissem ad uniuersa opera quæ fecerant manus meæ, & ad laborem in quibus frustra sudaueram: uidi in omnibus uanitatē & afflictionē animi: & nihil permanere sub sole. Enumera hic de auro & argento, scientia fęminis, tandem dixit. Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. Isa. 40. Vox dicentis. Clama. Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Aliqui alii in sciētia: ut Philosophi: Socrates, Plato, Arist. Apollodorus, Anaxagoras, Democritus, Leucipus, Plotinus, Symonides. Hi præter miserunt omnem curam mundanam, & solum se dederunt ocio litterato. De qua scientia Arist. 1. de Anima. Scientia est de numero bonorum honorabiliū. Et primo Meta. Omnes homines natura &c. Aliqui alij in fortitudine armorum & disciplina militari, ut Iulius Cęsar. Q. Curtius. Camillus, Fabius, duo Bruti, duo Pauli, duo Marcelli, duo Scipiones, Sceuola & Torquatus. De quibus Aug. in 5. de Ci. c. 18. Et Virg. in 6. Hęc duo sunt libertas & cupiditas laudis humanæ, quæ ad facta miranda compulere Romanos. Aliqui alii in uirtute gloriam constituere & in uiuere sancto, qua in re proprie consistit uera laus. De qua uirtute Philosophus 2. Eth. Virtus est habitus, qui habentem perficit, & opus eius reddit bonum. In 7. Eth. Homines dicuntur dii fieri, propter uirtutum excellentiam.

Pro-

Prologus communis.

ESsendo la lege, statutum, & decretum uniuersale moriendi, sicut describitur a Paulo Heb. 9. Statutū est hominibus semel mori. Et Oui. 10. meta. Omnia debentur morti paulumque morati: Serius aut citius sedem properamus ad unam.

Tendimus huc omnes, hæc est ultima nobis, conueniens res est q homo dotatus ratione, anteq approximet ad punctū horribile & spauētosum, in tali modo disponat omnes suas humanas operationes, ut sicut est mortalis quātum ad corpus, sic non sit mortalis quantum ad animam, per priuationem gratiæ gratum facientis. Secūdum Alb. Triplex est, mors. Vna spiritualis. De qua Ezech. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa &c. Sicut corpus hominis mortui ē immobile, per omnes sensus, ita anima in mortali. Primo per uisum, psal. Oculos habent &c. discurre per omnes sensus. Secunda infernalis. De qua. psal. Mors peccatorū pessima, quia sunt priui uisione Dei. Isa. 26. Impius non uidebit gloriam domini Tertia naturalis, ubi fit separatio corporis ab anima, quæ omnibus est cōmunis. In libro de mor. & ui. Phil. Mors & uita, communia sunt omnibus animalibus. In qua exigit Deus rationem ab homine. Redde rationem uilicationis, &c.

Prologus communis, De Elemosina.

MOrtuus est diues, & sepultus ē in inferno. Luc. 16. Conclusio trita & uulgata est Phi. in 8. ethi. quod tanta est dulcedo amicitiæ; qd nullus eligeret uiuere sine amicis, habens reliqua bona. Et ratio Phil. est. 9. ethicor. Diligere est ualde delectabile. Et in 9. ethico. capi. 10. Homo est animal politicum, aptum natum conuiuere. Ex quo concludit Phil. 1. Poli. quòd homo solitarius, aut Deus est, aut bestia. Inter autem omnia bona amicitiæ, est cōicatio & participato rerū temporalium. Quia

in 9.Ethi.Amicorum omnia ſunt communia. Vnde amicis & indigentibus ſunt bona eroganda. Quia idem in 2.Poli.Amicis auxiliari, delectabiliſſimũ eſt. Quapropter Chriſtus ? Luc. 12. uendite quæ poſſidetis, & date eleemoſinam. Vnde hic diues, quia nullam amicitiam ſeruauit Lazaro, damnatus eſt. Mortuus eſt diues &c.

Prologus communis.

REligioſam, & moralem diſciplinam deſcribit ſchola Theologantium; quod efficacia peccati primorũ parentum: fuit tanta ac talis conditionis, quòd mors inſtituta in pœnam illius, diffudit ſe & tranſiuit in omnes homines qui debebant naſci in mundo. Quod quidem oſtendit Apoſtolus Roman. 5. Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, ita & in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. Et affirmatur per Auguſt. in libr. de fide ad Petrum, & ponitur de conſecr. diſt. 4. c. Firmiſſime tene & nullatenus dubites, quòd omnis homo qui per concubitum uiri & mulieris concipitur, cum originali peccato naſcatur. Vbi per hunc reſpectum omnes homines, Che mai furono nati ſono inde morti, exceptis illis ſolis quales religio chriſtiana affirmat reſeruari uſq; ad iudicium, in teſtamentum diuinæ incarnationis. Nec ab hac morte aliqua mundana ſapientia, nec aliqua dignitas regalis aut pontificalis, nec aliquis alius ſtatus, poteſt eos liberare. Imperoche apud diuinam iuſtitiam, non eſt aliqua acceptatio perſonarum; & ſingularitas aliqua. Vnde noſter Romanus Paulus Apoſtolus. Ephe. 6. Perſonarum acceptio, non eſt apud Deum. Ideo Petrar. in triumpho Mortis, primo capitulo.

Quiui eran quelli che foron detti felici
Pontefici, regnanti, e Imperatori.
Hor ſon ignudi, miſeri, e mendici.

Exclama dapoi, & inſtanter repræhendit poeta cecam & inſanam cupiditatem hominum, quod inutiliter perdunt tempus in acquirendo poſſeſſiones, diuitias, ſperantes eſſe

causa quietis, ubi sunt in continua molestia danno. Vnde dicit.

V sono hor le ricchezze, u son gli honori? Et infra.
O ciechi il tanto affaticar che gioua,
Tutti torniamo alla gran madre antica
Ch'a pena il nome nostro si ritroua.

Et imperò gloriosus & sanctissimus. N. suppeditauit hũc mundum &c.

Prologus communis, contra auaritiam & diuitias.

RES conueniens est animis pelegrinis, desiderosis ex colere uirtutem, non reuoluere uistam a tali obiecto, ad aliquam rem minus dignam, sed figere se solum in hoc spectaculo, pascendo mentem de delitiosis, & suauib. suis fructib. Sed nihil infra omnia biasimeuola & detestanda uitia, magis aduersum uidetur infinitæ liberalitati Dei, q̃ cruda auaritia, apud quam est spiritus omnis alius amor, q̃ solo del oro. O ceca uorago. O amplum barathrum perditionis. O inimica Christi. Tibi non sufficit possidere dominium. Tibi non sufficit possidere terrenum. Tibi non sufficit possidere Deum. Tibi non sufficit aurum, p quo te continue affaticas. Deh consideret auarus operibus Christi, quæ debent esse nostrum amaistramentum, & uideat quomodo ipse non tantum commendauit Apostolis ꝙ non accumularent, sed etiam non essent soliciti de uictu quotidiano. Deh audiat, intendat, & consideret bene omnis auarus, quomodo auaritia non porrigit aliquod piacere, nec præstat aliquam utilitatem, sed est causa æterni damni, & indubitati supplicij. Vnde optime scribit sapiens Ecclesiastici 31. Qui aurum diligit, non iustificabitur. Et al 10. Auaro nihil est scelestius. Ad quod propositũ, dicit. Q. Curtius. Nihil nepharius auaritia. La onde antiqui philosophi. Anaxagoras clazomenius: Bias priéneus: Crathes thebanus, Diogenes cynicus, Fabricius Romanus, Milesius Zeno cutigiensis, & alii multi repudiarunt semper diuitias tanq̃ materiam & pabulum omnis mali & scandali.

Prologus in communi apostolorum.

NImis honorati sunt amici tui Deus,nimis cōfortatus est principatus eorum.In psal.48.

Est firma & solida conclusio omnium theologorum & doctorum,præcipue Thom.prima parte.q.5.arti.4. ꝙ quælibet creatura appetit & desiderat rem summe bonā. Vnde philosophus in primo ethi.Bonū est quod omnia appetunt.In tertio de anima.Bonum est obiectum uolūtatis. In tertio Topi.Omnia appetunt bonum.Dionysi.4.cap.de diuinis nominibus.Pulchrum & bonum, omnia desiderāt. Et Dauid in ps.Delectasti me domine in factura tua.Deus est summum bonum nostrum.Plato in Timeo. Deus est summum bonum, super omnem substantiam omnemq; naturam.Cuius bonitas nō est accidentalis, sicut nostrę quæ potest adesse & abesse,sed essentialis.De qua apostolus Roma.3.Est autem Deus uerax, omnis autem homo mendax. Mar.10.Nemo bonus,scilicet essentialiter,nisi solus Deus. Et primi Regum.Non est sanctus, ut est dominus. Et Ecclesia.Tu solus sanctus.In omnibus sanctis,aliquando fuit habilitas ad peccandum, Deo excepto. Quod bonum summum scientes apostoli,omnibus relictis secuti sunt Christum,a quo meruerunt apostoli fieri. De quibus apostolis Alb.super Luc.c.6. Ecce numerus sacratus apostolorum. Isti sunt duodecim patriarchæ.Isti sunt duodecim ꝓphetæ maiores. Isti sunt duodecim panes propositionis. Isti sunt duodecim duces. Isti sunt duodecim stellæ in corona ecclesiæ præfulgentes: & suo splendore totam ecclesiā illustrantes. Ille. Hi sunt qui ab unoquoque nostrum debent imitari.Impero si cōme in omni arte & exercitio sunt principes & duces,ad quos debēt speculari omnes illi qui insudant illi exercitio, ita nobis propositi sunt apostoli quos imitari debemus.Vnde Hiero.in epistola ad Pauli. Habet unumquodque propositum principes suos. Romani duces imitentur Camillos,Fabritios,Regulos, Scipiones Philosophi proponant sibi Pythagoram,Socratem, Platonem, Aristotelem.Poetę emulentur Homerum,Virgilium,Menandrum,

nandrum, Terentium, Hyftorici, Thucididem, Saluftium, Herodotum, Liuium.

Oratores, Lyfiam, Graecos, Demofthenem, Tullium, & ut ad noftra ueniamus, epifcopi & præsbyteri habeant ad exemplum Apoftolos, & Apoftolicos uiros, quorum honorem pofsidentes, habere nitantur, & meritum. Nos autem habeamus propofiti noftri principes, Paulum, & Antonium, Iulianum, Hylarionem, Macharium. Et ut ad fcripturarum authoritatem redeam, nofter princeps Helias, nofter Helifeus, noftri duces filij prophetarum, qui habitabant in agris & folitudine, & faciebant fibi tabernacula prope fluenta Iordanis.

Prologus communis pro fermone de laudibus matrimonij.

Viri diligite uxores ueftras, ficut Chriftus Ecclefiã. Ephef. 5. Quantum fit a patre Dei & etiam naturæ omnis res bene recta & gubernata, quantum ad uniuerfale regimentum præfentis machinæ, manifeftum apparet: non folum per æloquia diuinarum & facrarum fcripturarum: uerum etiã per eruditas & doctas fententias antiquorum & fapientum philofophorum. Plato in Thimeo. Deus eft fummum bonum fuper omnem fubftantiam omnemq; naturam. Idem. Optimus eft mundi author. Arift. 11. & 12. meta. Deum dicimus fempiternum & optimum. Auicenn. 5. meta. Deus enim continet perfectiones omnium entium. Lact. 6. cap. 9. Deus fons eft ipfe bonitatis. 1. Rom. 2. Non eft fanctus, ut eft dominus, Mar. 10. Nemo bonus, nifi folus Deus. Thom. 1. part. quæftio. 6. a. 2. Recte dicitur nifi folus Deus: quia ipfe effentialiter, uniuerfaliter: cæteri autem per participationem. A quell'hora, dicunt hi præftantes & celebres authores, quod nos uenimus ad ripenfandum immenfam, infinitam, & altam bonitatem illius primæ caufæ Dei, cum quanta dexterita creauerint præfentem ftagionem, cum fuo ornatu, & cũ quanta armonia tẽperet uniuerfum, ... y uidemus.

uidemus ad ricontandum omne ingenium uenire a meno; linguas fieri mutas, ſtancari Athenas, Arpinum, Mãtuã, & Smyrnam, & omnes mentes humanas poſitas in ſtuporem. O bonta ſoprana. In libro de cauſis. Cauſa prima, ſuperior eſt omni narratione. Cum ergo ſit bonus, patrauit hominem galantem ligiadrum, & optimum. Quia Dio.4.de di. no. Optimi eſt optima facere. Eccl.7. Inueni, ꝙ Deus fecit hominem rectum. De qua rectitudine Ouid.1. Meta.

Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram:
Os homini ſublime dedit: cœlumq; uidere.

Iuſsit, & erectos ad ſydera tollere uultus. Sed quia nõ poterat per ſe ſubſiſtere, cum eſſet ſolus. Et ueh ſoli. Eccleſ.4. Et Gen.2 Non eſt bonũ hominem eſſe ſolũ. Et 9. Ethi. Solitario difficilis eſt uita, uoluit dare ſibi ſociũ, quæ eſt mulier. Quã uir debet diligere, tanquam bonum contubernalem. Vnde Apoſtolus. Viri diligite &c.

Prologus in Natiuitate beatæ Virginis.

IN me omnis gratia, uitæ & ueritatis. Sap.24. Ab optimis & excellentibus Theologis, cũ ſolido & firmo fundamento rationis fuit concluſum, ꝙ imperatrix Angelorum, aduocatrix peccatorũ, ſtella tramontana, grãdis maris, ſolidum ſcutum afflictarum animarum, regina cœlorũ: eſſendo madre filij Dei, illi fuerit cõmunicata plenitudo, & abundãtia oĩum gratiarum. Vnde Eccleſia. Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ. Secundũ Tho. in poſtil. ſup Io. Quadruplex eſt gratia. Prima efflués, q̃ ſola eſt in Deo. De qua Io.1. De plenitudine eius omnes accepimus. Secũda ẽ ſufficiens, qua pleni ſunt oés ſancti. De qua Luc.1. Et Zacharias impletus eſt ſpirituſancto. Tertia abundans, quæ fuit in Apoſtolis. Act.2. Repleti ſunt oẽs ſpiritu.S. Has habuit Maria. Quarta eſt excellens, quæ fuit in ſola uirgine Maria. De qua Luc.1. Aue gratia plena: dominus tecum. De hac Ber. ſup Cãnt.88. ſermone. Maria omnibus omnia facta eſt. Sapientibus & inſipientibus copioſiſsima charitate debitricem ſe fecit, omnibus miſericordiæ ſinũ aperuit, ut

de

de plenitudine eis accipiant uniuersi. Captiuus redemptionem: ęger curationem, tristis consolationem, peccator ueniam, iustus gratiam, Angelus lætitiã, denique tota trinitas gloriam, filij persona carnis humanæ substantiã, ut non sit qui se abscondat a calore eius. Practica notabilis. Non possum inquit Ber. lachrymas continere præ amore, & dulcedine, dum cogito huius uirginis charitatem. Hæc est illa, quæ nimio amore calefacta, omnibus se reddit obligatam. Si allegri dulciter dicit Bernard. peccator: quia per Mariam ueniam obtinet apud Deum, suorum criminum. Gaudeat iustus: quia per Mariam gratiam promeruerit. Gaudeat dulciter captiuus: quia per Mariã liberatur a uinculo. Gaudeat filius Dei: quia a matre suscepit carnem nostræ mortalitatis. Gaudeat Angelus. quia per Mariam obtinuit lætitiam, & sedes uacuæ sunt reparatæ. Gaudeat totus mundus: quia per Mariam reconciliatus est & saluus. Vnde ecclesia Paradisi portas &c. Dan. 33. Cant. Purg.

Vergine, madre, figlia del tuo figlio.
Humile & alta piu che creatura.
Termine fisso d'eterno consiglio.
Tu sei colei, che l'humana natura.
Nobilitasti, si che'l tuo fattore
Non se sdegnò di farsi tua fattura.
Qui sei ad noi meridiana face.
Di charità, & giogo tra mortali.
Sei speranza fontana uiuace.

Ideo bene dictũ est. In me omnis &c. In uerbo. Oĩs gratia. In me charitas. Can. 5. Nũciate dilecto meo: quia amore &c. In me fides. Luc. 1. Beata quæ credidisti, quoniã pfi. &c. In me spes. Psal. In te domine speraui.

In festo Sanctificationis eiusdem.

QVi elucidant, me uitam æternam habebunt. Ecclesiastici. 29. Grandem facundiam, stilum, & ornatum uerborum requirit sacrosancta solemnitas hodierna sanctificationis uirginalis, quãdo q in tali die, co me è il giorno d'hogi, diuina sapientia uoluerit san

ctificare in aluo materno nostram intemeratam,& inuiolatam matrem Virginem Mariam, ut merito esset purissimũ receptaculum proprij filii, & quod de summa puritate & pulchritudine, stupefactã redderet omnẽ humanã intelligẽtiam. Vnde spiritus sanctus ei loquitur Canti.4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Et psalmus. Santificauit tabernaculum.s. al. Vbi considerans ego laudes,& præconia tante matris debere narrare in hoc mane, ab alio latere meum exiguum ingenium, cogor dicere illud Hieronym.ad Paulam. Timeo &c. Vide omnia per ordinem in assumptione eiusdem in prologo.&c.

In festo sanctæ Luciæ.

INuenta autem una præciosa margarita, uendidit omnia &c. Matth.13. Est res patens, clara & manifestá, quòd quælibet creatura appetit illud, quod est bonum. In 1. Ethic. Bonum est, quod omnia appetunt. In 3. Ethic. Bonum est obiectum uoluntatis. Et Dio. 4. capit. de di.no. Pulchrum & bonum, omnia desiderant. Et Dauid in psalmos. Delectasti me domine in factura &c. Et quanto est maius bonum, tanto plus appetibile. Deus est summum bonum, super omnem substantiam omnemque naturam, inquit Plato in Thimeo. Bonitas cuius non est accidentalis: sed essentialis. Rom.3. Est autem Deus uerax. Mar.10. Nemo bonus, nisi solus Deus. 1.Rem. 2. Non est sanctus, ut est dominus. Et ecclesia. Tu solus sanctus. Nos autem boni participatiue. Cum ergo Deus sit summum bonum, ideo Lucia emit ipsum uirtutibus & martyrio suo. Vendidit omnia quæ habuit & eum emit, ut præciosa Margarita, relinquens sponsum terrenum, amplectens cœlestem. Vnde ecclesia. In tua patientia possedisti animam tuam o Lucia, odisti quæ in mundo sunt: & coruscas cum angelis, sanguine proprio inimicum uicisti. Inuenta autem una &c.

Prologus

Prologus communis.

GLoria & honore coronasti eum domine. In Psalm. ottauo. Vilis & ignobil. uere potest iudicari uita hominis dum illa sit supposita regimini cœlorum & tantis miseriis, quantas inducunt celeres motus, & dominium spherarum æternarum. Vnde Iacob uocitauit hanc nostram uitam propter suum continuum defluxum, peregrinationem. Gen.47. Dies peregrinationis uitæ meę 130. annorum sunt, parui & mali. Et Iob similiter cognoscens defectum & miseriam uitæ nostræ, dicit 7.c. Memento: qa uentus est uita mea. Et 13. subiungit: Homo natus de muliere breui uiuens tẽpore, repletur multis miseriis. O quot patibula. Quot sunt ægritudines corporis? Quot immensæ passiones animi? Quot excidia? Quot ruinę? Quot supplicia? Quot iacturæ? Quot naufragia? Quot aliæ dispositiones, quibus suppositus est homo? Vnde est necessarium, q animo suo continue adiungatur molestia. Vnde Petrar. in 5. Triumph. tempo.

E paruemi terribil uanitate.
Fermare in cose il cor ch'il tempo preme,
Che mentre piu le stringe son passate.

Essendo adunque hoc unum damnum irremediabile, quod nobis producit tempus, propter hoc merito uilis & abiecta est iudicanda hæc nostra terrena uita. Et quantum sit fallibilis ipsa mortalis uita, & uera præinducta poetæ sententia, ostendit Salomon in principio Eccl. di. Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. O saggia, aurea, & celebrãda sententia. O ceci & inaduertẽtes mortales, cupidi nimis rerum caducarum, atque transitoriarum. Vbi sunt diuitię, & thesauri possessi a principibus secularibus & ecclesiasticis? Vbi sunt splendida uasa aurea, & purgati argenti? Vbi multitudo equorum? Vanitas uanitatum, & omnia uanitas dicit Salomon. Sed uere nullum remedium est magis congruum, quam ista percalcare, & reuolgere oculos mentis nostræ ad imitãdos sanctos præsertim gloriosissimum N. qui &c.

In festo alicuius sancti, prologus communis, ut Antonij Siluestri &c.

DEdit illi claritatem æternam, dominus Deus noster. Eccle. 44. Conclusio est philosophi, in libro de bona fortuna, quòd appetitus naturalis, naturaliter tendit in bonum. Dion. 4. de diui. no. Pulchrum & bonum omnia desiderant. Cum bonum, inquit, philosophus. 3. Topic. sit obiectum uoluntatis. Inter omnia bona, præcipuum est uirtus. In 2. Ethic. Virtus est quæ facit bonum habentem, & opus eius reddit bonum. Hæc est, quæ facit hominem laude dignum. In 2. Ethic. Virtuti debetur laus. Hieronymus ad Cęlantiam Nobilitas summa apud Deũ, est clarum esse uirtutibus. Hęc est quæ facit hominē Deũ, in 7. Ethic. Homines dicuntur dij fieri, propter uirtutis excellentiam. Psalm. Ego dixi, dij estis. Hæc est, quæ facit filios Dei. Ioann. 1. Dedit eis potestatem &c. Hæc est, quę hominem Deo assimilat. Apuleis in libro de Deo Socratis. Nihil est Deo similius, quã uir animo perfecte bonus. Et quia plures sunt mali, quam boni propter difficultatem boni. In 2. Ethic. Malum est facile, bonum uero difficile. In eodem. Difficile est esse bonum. Vnde pauci saluantur. Matth. 22. Multi sunt uocati &c. Asculanus super hoc, lib. 4. c. 3.

Son molti chiamati e pochi eletti,
Ad conseguir le uirtu tante,
Et contemplar gli diuin conspetti.

Ideo oportet bonos prouocare ad uirtutē per præmia, & promissiones, & bona exempla. Vnde Hieronym. ad Paulinum præsbyterum. Habet unumquodque propositũ principes suos. Romani duces imitentur Camillos, Fabritios, Regulos, Scipiones. Philosophi proponant sibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Aristotelem, Poetæ emulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentiũ, Historici, Thucididem, Salustium, Herodotum, Liuium. Oratores, Lysiam, Graccos, Demosthenem, Tullium. Et ut ad nostra ueniamus, episcopi & presbyteri habeant

tallum fortissimum. Sic iustitia. Eccl. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates. De Cicero. Viros forte, magnanimos esse conuenit. Et Plinius. Fortes fortuna iuuat. Liuius. Experimento uisum est fortunam iuuasse fortes. Ouidius. 9. Metamorfo. Audentes Deus ipse iuuat. Ad propositum. Debet iudex esse fortis in iudicando, neminem timere, in nullum respicere. Cũ sit uirtutum regina, ut dicitur in 5. Ethi. Præclarissima uirtutum est iustitia, nec hesperus, nec lucifer, ita mirabilis. In 3. offi. Iustitia est una omnium domina, reginaque uirtutũ. Exemplum Seleuci qui priuauit se uno oculo & altero filium, ut in parte iustitia seruaretur. Præterea: Lucius Manlius existes factus consul contra Latinos: qui Latini erant quasi æquales in potentia romanis, præcepit Lucius Man. nullus combateret sine licentia sua. Accidit filium suũ qui habebat sua logiamenta apud campos latinos, doue a lanti guarda del campo erant i Tusculani, quorum dux erat Metius geminius. Hic prouocauit Titũ Manlium ad battaliam exprobrans cum cum mordentibus uerbis. Al fine impatiens exprobrationis Metij combattiuit, & uinxit & uccisolo in campo. Reuertens postea ad patrem dixit hoc uerba. Pater ego prouocatus ad bellum combattiui, & ecce refero ex hoste occiso capta spolia. Quæ uerba ut audiuit pater cum grandi dolore respondit. Titus Manlius nõ ueritus Imperium consulere, neque maiestatẽ paternam, aduersus edictum nostrum extra ordinem in hoste pugnasti. Et quantum in te fuit disciplinã militarem: qua stetit ad hãc diẽ resp. romana soluisti, me adduxisti ad hãc necessitatẽ, ut aut mihi obliuiscendum sit reip. aut mei meorumq; Nos potius puniam nosmet. quam resp. portet cũ dãno nostros errores. Al fine uocato lictore, ligato filio ad palum, fecit ei taliari testam.

Quinta debet eẽ splẽdida. Quod figurat uultus aureus. Quia no debet palliari, nec uerbis occultis defraudari, sed publice & clare fieri. Et sicut aurũ habet quatuor. Primo claritatẽ splendoris. De qua in 5. Ethi. Iustitia est præclarissima omnium uirtutum, nec hesperus nec lucifer: ita mirabilis. Secundo firmitatem ualoris. De qua Sapien. 5.

Iusti in perpetuũ uiuet. Tertio serenitatẽ decoris. De qua Prouer. 13. Iustitia custodit uiã innocentis. Quarto p̃ciositatẽ honoris. De qua Ose. 2. Sponsabo te mihi in iustitia. Vnde pp uirtutẽ iustitiæ: plures sunt in scriptura laudati. Macrobius li. 1. de somno Scipionis, dicit q̃ pater Scipiõis nel sogno apparuit sibi ingens. Iustitiã & pietatem cõte. Rationem reddit. Quia est uia quã itur ad cælum. Practica, iu per hoc uerbo. Itur ad cœlum, ad oẽs artes, dicens. O merca tor, o sartor, o caligar, fac in oĩbus iustitiã. Et Dauid dĩc quis habitabit in tabernaculo tuo? Qui ingreditur &c.

Sexta cõditio debet esse &c. Habet stateram in manu. Ad denotandum q̃ iudex nõ debet ponderare unã partẽ, & nõ aliam, sed unicuique tribuat quod suum est. Quod ostẽdit sua diffinitio q̃ est Insti. de iust. & iur. l. Iustitia. ff. eo. l. Iustitia. Iustitia est constans & perpetua uolũtas ius suum unicuique tribuens. Sed hodie puniuntur leuia, & grauia remanent impunita. Vnde patet primum.

Secundum dicitur &c. Debet autẽ resp. regi quadrupliciter, secundum eosdem doct. ubi supra.

Primo sapienter. Secundo utiliter.

Tertio, fideliter. Quarto, innocenter.

Primo &c. Eccle. 10. Iudex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit. Vnde narrat Trogus de Alexan. quòd dum pergeret ad bellum periculosũ, secũ ducebat homines ueteranos sapientes. Vnde ex eorum sapiẽtia, uictor restabat. Vnde Val. penit Platonem di. regimen urbis beatum, quando regebatur a sapientibus. Et per consequẽs infœlicem, dũ a fatuis administrabatur. Eccl. 10. Rex insipiens perdet populũ suum, & ciuitates inhabitabũtur per sensum prudentium. Ideo Phil. 10. ethi. Sapiens maxime ẽ fœlix. Præterea, refert Petrus Comestor, q̃ Philippus rex Macedonum p̃r magni Alexandri: essendo allo assedio Athenarum, quidam ciues & proceres uolebant componere pacem cum eo. Rex autem dixit eis, Causa quæ est inter me & uos, sunt uestri sapiẽtes. Sed si uultis mihi dare. 7. de uestris sapientibus quos mecũ adducã, firmã uos in pace. Quod cũ audisset Demosthenes oratione fecit in populo, interponens quãdam fabulam de lupis & pastoribus. In

 463

ter lupos & pastores inquit, longo tempore fuit grāde litigium & discordia. Tandem dixerunt lupi pastoribus. Tota causa nostri litigij inter nos, & uos, sunt uestri canes. Date nobis canes, & in pace uos sinemus. Pastores simplices dederunt canes, quos lupi occiderunt. Dormientibus pastoribus & canibus deficientibus, comederūt oues. Ille. Ita uult facere rex Philippus inquit Demosthe. Scit enim quòd sapientes qui sunt in athenis sua sapiētia administrāt terrā. Vnde si eos remoueritis deficiet bonum consilium: & terra ibit ad diluuium. Vnde nihil gestum est, & attenderunt ad uerba Demosthenis. Vnde hoc: quod multæ terræ malæ fiāt? Ville, urbes, castra? Veræ quia regimur à fatuis, & sapientes expelluntur. De quibus uulgaris Ascul. Vede gente d'ogni &c. Petis à me quando mundus finietur? Respondeo quando fatui regnabunt. Ideo sumus in fine. Quot cedrones. Quod mazuchi. Quot sona piua. Basa botazo. Sacchi da pane: regūnt, gubernāt? Et quot homines da bene expelluntur? Sic dico de conuentibus in quibus iuuenes inexperti regunt. Senes autem non audiuntur? Quod cōtra Phil. 6. Ethico. Iuuenes non possunt esse prudentes, quia prudentia requirit sapientiam & experiētiam: quia indiget multo tempore. In 3. Pol. Non contingit bene principari hominem qui nō sub principe fuit. Ideo Numeri. 1 1. dixit dominus Moysi. Cōgregā mihi de senioribus Israel. 70. uiros, ut sint iudices & magistri populi, & iudicem populum. Contrarium fit hodie: quia in cōsilijs sunt iuuenes cholerici, fatui, imprudentes, ex hoc resp. male se habet. Et melius est consilium senis fatui: q̄ iuuenis sapientis. Secundò respu. regi debet utiliter: ut nō ꝓpria sed cōis utilitas quęratur. Quia in. 1. Ethi. Bonū quāto cōius: tāto diuinius. Vnde Cic. ad hoc propositū in 1. offi: di. Oīno qui reip. profuturi sunt: duo Platonis ꝓcepta teneant. Vnū ut utilitatē ciuiū sic tueanē: ut quęcunq; agunt ad eā referant: obliti cōmodorū suorum. Alterum ut totum corpus reip. curent: ne dū partem aliquā tueantur: reliquas deserant. Qn̄ Rom. pugnauerunt pro bono cōi: uictores fuerunt. sed qn̄ pro bono ꝓprio, uenerunt ad nihilū. De his in. 5. de Ci. Dei. Virg. 6. Eneí. Hæc duo sunt, libertas & cupiditas laudis humanæ:

quæ ad facta miranda cõpulere romanos. Practica de romanis. De M. Curtio, de quo Liu. 7. ab urbe &c. q durãte aspera & crudeli guerra Henricorũ, in roma apparue una aptura in terra, quã tentans populus romanus di rẽp ir piu uolte non unquam potuit, anzi ogni zorno fiebat grandior. Consulens senatus aruspices, fuit responsum per unã incognitam uocem, illam uoraginem uelle illam rem, qua romani erant potentiores. M. Curt. intelligens dictum oraculum, dixit romanos non hr̃e aliud quo forent potentiores, q̃ hoĩes, & arma, & eorũ uirtutes. Donde ob hoc armosse subitamente, andato a cauallo cũ grande ornamẽto, si come hauesse hauuto andar habitare cũ diis: se gittauit in mediũ uoti foraminis & aperte cloace. Et si tosto gli fo dentro, se clausit el foro & la aptura. Præterea, de P. Emilio, de quo Vale. li. 5. porrexit preghi fortunæ, q clades & suos culpos potius in domum suam conuerteret, ut sic resp. saluaretur, quod & factum est. Præterea, de Fabritio qui quatuor dies cum exercitu cortices salicum manducauit. Præterea : de Mario qui uicit Iugurtam: & eum ante curtum uictum duxit triumphãs roman. Et cymbros & Todeschos qui uenia no cõtra romanos superauit. Debellauit gallos: de quibus in una sola battaglia centũ miliara restoron fra morti & presi. Præterea, de M. Serg. qui ut scri. Soli. in bataliis fuit feritus. 23. uicibus in pectore. In quibus battalijs dum perdidisset suam manum dextrã, sene restauro unam ferri, cũ qua quater cõbatẽs: uno zorno ad battagliã singularẽ semper restabat uincitor. Præterea, de Q. Fabio qui cũ prudẽtia & calliditate sua superauit giouenilẽ ardorem Carth. Anibal. Et habẽs ipse alios pregiones romanos. Fabius uẽdidit suum p̃rimonium & eos riscosse sua propria pecunia. Oẽs hi pro rep. magnalia egerũt. Sed t̃pibus istis quilibet, intẽdit ad bonum priuatum. Quærunt penuriã in populo, mortem unius & alterius. Claudunt horrea, cupiunt q ualeat oculum hoĩs, & q pauper moriatur famæ. O lupi rapaces. Tales maledicũtur Prouer. 11. Qui abscondit frumenta, maledicetur ĩ populis. O Gabriel noli laudare in sermonibus tuis auarum: sed amatorẽ boni cõis. Proue. 22. Qui pronus est ad misericordiam benedicetur. Tertio fideliter

de-

debet regi. Cic. 1. offi. Fundamentũ iustitiæ, ex fides. Romani quia fuerunt totaliter obseruãtes promisse fidei, non solum amicis, sed etiãdio hostib. restarunt uictores. Exẽplũ Ro. Camilli, de quo Liu. 5. ab urbe &c. narrat quod dum populus Rom. p 10. annos tenuisset assediatos i uegenti, & in hoc tpe essendo nate molte dissensiones tribunitiæ, eranq; iam deducti Romani nõ solũ ad desperationẽ uictoriæ, sed stabant in dubio abandonandi Romam, propter multas incursiones factas usq; ad portas. Quia fecerũt dictatorẽ Camillum, qui uscendo de Roma peruenne ad eos quam præstissimamente debellauit & uicit, & ita terminauit in tãto assedio. Mouentes Falisci guerram, factus cõsul cõtra eos, uicit in battaglia, & præse eorũ cãpos. unde fuerunt constricti retirare se & guardare terrã. Camillus assediauit in torno. Durante assedio unus magister de scholla adolescẽtum faliscorum, uolens gratificari Camillo sub spetie exercitandi eos, cõduxit extra faleria, & a poco a poco appropinquans Romanis præsentauit eos Camillo: dicẽs q teneret eos pro prægionibus, quia per medium eorum haberet urbẽ. Camil. cui uitia erant summe inimica, maxime fraus & tradimentum, fecit eũ capi & ligari manus retro, & fecit dari in manu unam uirgam fanciullis. Postea dixit. O scelestę, scito te non uenisse ad tuĩ similem. Sicut est seruãda fides pacis, sic & belli. Nos nõ habemus guerrã contra hãc ætatem, cui & captis urbibus parcitur, sed aduersus armatos iniustos nobis. Et postq̃ finierat uerba, cõmandauit fanciullis ut eum batterẽt, & in tali modo el rimãdò Faleriã. Falisci uidẽtes tãtã fidẽ, uirtutẽ, & pstantiã Rom. Camilli, cũ maturo examine concluserunt dare se Romanis obseruatoribus tantæ fidei & clemẽtiæ. O fides Roman. Præterea in gestis Rom. legitur, quod quidã ciuis Romanus fuit captus ab Annibale, & sub iuramẽto dimissus ẽ ire Romã, ut pciũ redẽptionis sibi acquiret. Cũ præcium inuenire nõ posset & redire nollet. Senatus ligari eum fecit & ad Anniba. misit. Noluerũt quod fidẽm frangeret, q̃ sibi sub iuro promiserat. Vñ seruanda est inter oẽs. O artista. O mercator, serua fidẽ. Hodie nõ reperit. Vñ Turcus dixit, q nõ timebat potentiam xpianorũ, quia non erat in eius fides.

Quarto, innocenter. Debet autem populus esse innocēs a tribus ut resp. gubernetur.

Primo, ab ira.

Secundo, a luxuria.

Tertio, ab omni malitia.

Primo &c. Quia Prou. 27. Ira non habet misericordiā: scilicet ut adinuicē fit amor & concordia, quæ facit cresce re non solum bona spiritualia sed & temporalia. Sal. in Iugur Concordia paruæ &c. Practica. De asculo: Assisio, Placentia, Viterbio. O communitas, fit pax in rep. tua.

Secundo a &c. Sen. Pudeat in corpore hominis, uolūtatē luxuriæ dominari. Philosophus ad Alex. in de regi. Noli te inclinare ad coitum mulierum, quia coitus est quædā proprietas porcorum. Et in Auth. de lenonibus, in princip. Imperator dicitur amator castitatis. Vnde Macr. li. 1. Sat. Apud Ro. ordinatū fuit, ne ante nonam meretrices egrederentur, ne iuuenes a suis bonis occupationibus turbarentur. Vnde uocabantur nonariæ, quia ad horam nonam licebat egredi. Quid de continentia Scipionis, de Corne. Scipione: de Q. Cecilio: de Lelio: Vnde laudāda est hæc super omnia.

Tertio, innocens ab &c. ut leges, & præcepta seruentur. Aug. dicit de Scipione Africano. Scipio africanus non cēsebat rempub. esse fœlicem, stantibus edificiis & ruentibus moribus. Vis quod respu. & ciuitas tua prosperetur: Amplexare uirtutem, uiue sanctæ, sit in te timor Dei.

Tertium dicitur &c. Quare dilatatum est tantum imperium Rom. & sua resp. Aug. adducit 5. necessaria in omni bona repu.

Primum, fuit iustitia.

Secundum, probitas morum.

Tertium, amor patriæ.

Quartum, maturitas regentium.

Quintum, pax.

Primū &c De qua 3. Pol. Sine iustitia impossibile est habitari ciuitates &c. Et Aug. 4. Cir. 4. Remota denique iustitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia? Sed hodie non reperitur, quia peruertitur auro & muneribus. Leo Papa, Nul-

Nullum est in eo iustitiæ uestigium, qui muneribus delectatur. Clama contra officiales. Isa. 1. Principes tui infideles, socii furum &c.

Secundum, fuit &c. In 3. Pol. Oportet bonam ciuitatem, de uirtute esse solicitam. Hæc probitas morum, debet esse in officialibus, & in populo. Primo inter officiales. Debet esse adorni uirtute, & immunes a uitiis. Ab ira, luxu. auar. a rapinis. Ideo Philosophus 5. Pol. Princeps debet esse dei cola, quia tunc homines solent timere regem, quando uident ipsum timere Deum. Secundo hæc probitas debet esse &c. Immunis a latrociniis, a blasphemiis, ab auaritia, &c.

Tertium, fuit &c. zelus &c. Pro quo se exponebant ad omnia ardua, etiam ad mortem, ut patet de Mutio Sceuola: Mar. Regulo. Torquato, de quibus Virg. in 6. Sed hodie relicta patria, quærunt bonum priuatum, desiderantes carestiam.

Quartum fuit &c. Vnde Plato posuit seculū fœlix quando sapientes regnarent. Clama contra communitates quæ reguntur da populazi. Et contra mandata quæ habent fatuos prælatos. Ad quod facit exem. Val. lib. 7. c. 4. de Torquato &c. Quintum fuit &c. Vnde scripserūt in præforibus templi. Templum pacis æternum. Quandiu durat, omnia prospere succedunt. Et per oppositum, male & pessime. Cicer. Phil. 2. Charitate & beneuolentia ciuium, ciuitatem oportet esse septam: non armis.

De ordinatione uitæ hominis.

Vox clamantis in deserto parate uiam domini. Luca. 3. De ordinatione uitæ hominis erit sermo noster. Triplex debet esse ordinatio.

Prima, erga seipsum, uiuendo discrete.

Secunda, ergā proximū. uiuendo regulate.

Tertia, ergo Deum, uiuendo salutif re.

Primo &c. Ad maiorem notitiam, & pleniorem intelligentiā dicendorum. Conclusio est philosophi in 1 Ethi. Quod bona animæ, sunt maxime bona. Et 7. Politico. Bonum

nũ anim æ, præciosius est omnibus bonis. Et ideo quicquid facit homo pro corpore, ad fortiori pro anima. Vnde uidendũ est quibus modis uita hominis debet ordinari. Et inuenio.4. modos, ut sic homo sanctus incedat per uiam &c.

Primo, in ordinatione cuiuslibet diei.

Secundo, in ordinatione cuiuslibet hebdomadæ.

Tertio, in ordinatione cuiuslibet mensis.

Quarto in ordinatione cuiuslibet anni.

Primo in or.&c. Vt in mane & in sero Deum oret. Primo in mane orare debet: antequã eat ad tẽporalia, Mat.6. Primum quærite regnũ Dei. Et ratio est Aug. in lib. de dominica oratione. Opus est nobis quotidiana oratio, ut qui quotidie derelinquimus, delicta assidua satisfactiõe purgemus: Quis est qui in uerbo aut facto omni die nõ offendat Deum? Vnde opus est oratione. Præterea, in sero orandum est, antequàm homo erat dormitum, propter pericula & timores qui aduenire possunt. Sap.8. Et ut sciui quoniam aliter non possem esse sufficiens nisi Deus det, adij dominum & deprecatus sum illum. Oportet ergo orare. Sed quæ est hæc oratio? Respondeo quod triplex.

Prima, Pater noster.

Secunda, Credo.

Tertio, Aue maria.

Prima Pater noster. De quo Mat.6. Cum orabitis, dicite Pater noster &c. Secundum sententiam Thom.2.2. qõ. 83.ar.9. Oratio dominicalis, continet in se.7. petitiones.

Prima est. Sanctificetur nomen tuum.i. sanctum habeatur ab omnibus nomen tuum.

Secunda. Adueniat regnum tuum, per quam petimus ad suam gratiam peruenire.

Tertia. Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra.

Quarta. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Intelligitur de omnibus necessariis in hoc uerbo Panem.

Quinta. Et dimitte nobis debita nostra, usque nostris. Vide quomodo oras o partialis.

Sexta. Et ne nos inducas in tentationem. Per quam petimus, non ut tentemur, sed ne a tentatione uincamur, quod est induci in tentationem.

Septima.

Septima. Est remotio pœnæ & culpæ. Sed libera nos a malo. Facetia de uetula quæ orabat. Castron de &c. Nota quod Deus in toto ueteri testamento. Patrem se non nominabat, sed Deum tantum. Deuter. 6. Audi Israel Dominus Deus tuus unus est. Deus ꝙ est nomẽ omnipotentiæ. Qui luciferum expulit de cœlo empyreo. Qui Adam de terrestri paradiso. Qui diluuium in terram misit. Qui Pharaonem submersit. Vnde apparens Moysi, dixit ei. Ego sum Deus zelotes. i. uindictę, uindicãs patrem & filium usque in tertiam & quartam generationẽ. Exod. 20. Sed postquã incarnatus est, Pater uocari uoluit. Quod est nomen totũ dulce & amenum & benignum. Ideo dicit Pater. &c.

Secunda oratio est Credo in Deum. In quo continẽtur. 12. arti. figurati per 12. panes propositionis. Per. 12. boues sub columnis templi. Per 12. lapides. Per 12. lampades in tẽplo. Per 12. stellas in capite sponsæ Apoc. 12. Hæc Alb. De quo Credo, De conf. d. 4. c. Symbolum. c. Non liceat. c. Vos ante omnia. Ante omnia symbolum & orationem dominicam tenete, & illis quos accepistis de sacro fonte, ostendite. Tu non farai niente. Sunt boues filii uestri & turchi.

Tertia oratio est Aue Maria. Quæ est summæ necessaria. Secundum Alb. li. 4. Compen. theol c. 2. Canticum hoc a tribus est compositum. Primo ab Angelo. Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Secundo ab Helisabeth quum dixit Marię; Et benedictus fruc. uent. tui. Tertio ab ecclesia. Iesus, sancta Maria &c. Hæc oratio debet fieri ab omnibus. Vnde Apostolus Rom. 16. Saluta te Mariam quę multum laborauit in uob. De fructu huius salutationis nota exemplum in chronica ord. de quodam fratre qui erat deuotus Marię uirginis, quam semper ante imaginem salutabat, Aue Maria. Ad dies paucos fuit stimulatus de exitu ordinis præ tedio. Quodam sero dum Salue cantaretur, uagabundus in claustro ibat solus; quærens de claustro fugere. Posuit se ante q̃dam imaginẽ q̃ ducit ad portã conuentus Bononię. Aue Maria salutauit. Volẽs a loco surgere, nunq̃ potuit. Vñ Intelligens rẽ, in ordinẽ permansit. Cũ his orationibus, oportet se signare signo crucis.

crucis. Quia crux est scutum contra dæmones. Chriso. Vbicunque dæmones signum crucis uident, territi fugiunt, timentes baculum quo plagam acceperunt. Isa. 30. A uoce domini pauebit assur, uirga percussus .i. crucis. Crux est baculus quo Christus diabolū uerberauit. Deinde sibi aquā benedictam aspergere. Exemplum de aqua quātum ualeat. Hebręus quidam habuit quendam obsessum obuium, & dixit ad diabolum. Intra in me & recede ab hoc homine. Respondit dæmon: Non possum. Quare? Quia fuisti hodie in mane in ecclesia, & una gutta aquæ benedictæ cecidit in os tuū, & es signatus ea. Vnde patet oratio cuiuslibet diei.

Secunda ordinatio, &c. ut .s. homo audiat missam, quū sit præceptum. De consf. di. 1. cap. Missas. Et quamuis sit pręceptum solum diebus dominicis & festis, tamen quotidie si possibile est, audiatur missa. Quia tali die homo euadit multa pericula, ut posui in sermone de missa. Et ratio naturalis est. Sicut homo studet omni die pro refectione corporis terreni. In lib. 2. de anima. Omne uiuens quandiu uiuit, indiget alimento conuenienti suæ naturæ. In. 1. Polit. Non est possibile, uiuere sine cibo. Quanto plus pro anima? De cōs. di. 2. c. Vt quid paras dentem aut uentrem? Crede & manducasti.

Tertia ordinatio &c. ut homo confiteatur omni mense, aut saltem in maioribus festis. Et licet non sit præceptum nisi semel in anno, ut dicitur extra de pœ. & re. Oīs utriusque sexus; tamen est optimum, salubre, & cœleste consiliū. Quia dæmon debilitatur, & anima consolatur, & homo purius incedit. Et ratio naturalis. Si oēs mense facis bugatā, o donna pro pānis corporis, quanto plus pro anima? Aug. in lib. de pœnitentia. Confessio est salus animarum, dissipatrix uitiorum, restauratrix uirtutum. Vere sic est.

Quarta ordinatio &c. est omni anno se cōmunicet. Qui habet facere longum iter, indiget cibo & alimento. Quia saccus uotus non potest stare. Homo habet facere longum caminum usque ad cœlum, indiget uiatico da portar seco. s. Eucharistia. De qua Io. 5. Caro mea ueræ &c. Figura. 3. Reg. 19. de Helia, cui Angelus dixit, Surge comede, grandis e, t, r, u. Vnde omni pascha communicandum est.

De

De conse.di.2.c. Seculares qui in pascha non communicauerint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur. O quot sunt, qui se non communicant per x. & xii. annos, diaboli incarnati. Vnde patet primum mysterium.

Secunda ordinatio est erga proximum, uidendo regulate. Quod fit amouendo errores & superstitiones quibus sacra religio christiana deturpatur, uilipenditur, quam nititur dæmon expugnare. Sunt autem .7. errores.

Prima, dicitur incarnationis.
Secunda, dicitur obsessionis.
Tertia, dicitur suspensionis.
Quarta, dicitur inuocationis.
Quinta, dicitur delusionis.
Sexta, dicitur somniationis.
Septima dicitur nigromantiæ.

Prima &c. Quæritur utrum incantatio sit licita? Arguunt quidam sic. Quia homo & animal hac mediante, pseruatur a morte in quã incurreret. Ad quã difficultatẽ. Respondet Tho.22.q.96. Et Cano.26. q. 7. ꝙ oĩs incantatio omnino est illicita, & est peccatũ mortale grauissimũ. Et ratio est. Quia miracula facere soli Deo conuenit, ut dicitur in Ps. Qui facis mi. m. l. Incantator uero tribuit dæmoni, suis uerbis suspiciosis, igitur &c. Côtra hoc dicit. Exo. 20. Et Deut. 18. Non sit inter uos, qui consulat demones. Et 26. q. 5. c. Episcopi. A diabolo tenentur captiui, qui relicto creatore diaboli auxilia quærunt. O peruerse nota uerbũ. In huius exemplum habetur 4. Reg. 1. ꝙ rex. Ochozias cecidit per cancellos & cœpit ęgrotare ad mortẽ. Et misit nuntium ad consulendum beelzebub Deum Accarô quasi nõ esset Deus in Israel. Cui occurrit Helias propheta d. Ex parte Dei. Hæc dies Ochoziæ. De lecto sup quẽ ascendisti non descendes, sed morte morieris, quia misisti ad consulendum Deum accaron quasi non esset Deus in Israel. Vnde 26. quæstion. 7. Augu. Admoneant sacerdotes populos, incantationes pro infirmitatibus hoium & animalium, laqueos esse antiqui hostis, quib. ille perfidus, genus humanum decipere nititur. Vnde nota, ꝙ incãtatio libere nõ sanat. Exemplum nouitii nostri Bono. incantati qui in profes

sione, di. Obedientiam promitto usq; ad mortē, plaga se aperuit & mortuus est. O christiani inuocate Deum, & sanctos. Et licet incantator præmittat, Aue maria, Pater, & huiusmodi. Quia uenena non propinantur nisi circūdata melle, tamen tenent hi, q̄ uirtus inducens sanitatem, sit in corporibus. Et dæmon ualde operatur circa huiusmodi; Quot patet multis exemplis. Quædā uetula incantatrix sanabat infirmos animaliū. Quæ post pater noster & aue &c, dicebat in aure animalis. Si sani sani se nō, te possa māgiar gli cani. Et alia. Dolete el capo, che doler te sole, doler ti possa a to marito, fioli, & chi ben te uole. Vane presto a lo mare e fallo incantare, che'l cento diauoli ti possa portare. Et alia. Al nome de Dio è de san Damiano, é de san Benedetto che fu medico di Christo. Et fœmina Papien. contra dolorem dentium dicebat hoc carmē in aurora existens nuda. Femina nuda io son qui: Dio ti salui lunedì. questo mal dente fa guarir, come in l'alba nasce il dì. Vnde sanabatur. Sed quæritur. Vnde hoc, quòd sanatur creatura hoc modo? Respondeo, q̄ hoc est propter fidem firmā quam habent homines huiusmodi carminibus, & talibus incantatricibus, quæ non debet esse uacua. Exemplum sancti Martini, qui repperit corpus pagani in ecclesia cū multis imaginibus. Miracula non erant respectu illius: quia damnatus: sed respectu fidei illorum hominum. Ad propositum. Non ratione incantationis sanantur infirmi, sed fidei ex parte credētis. Vñ 26. q. 7. Admoneant. Carmina nihil p̄stant infirmitatib. Quia sanare hoiem sine medicina est miraculum, quod Deo cōuenit & sanctis, qui hoc impetrāt p̄ gratiam Dei hoibus. Vnde patet primus error.

Secundus dicitur &c. Et hoc est quorundam, qui dementem impugnant, dicentes obsessos ab eo, qui tamen ab infirmitate & passione erit. Sed merito dubium quæritur. Vtrum dæmones possunt humana corpora molestare? Respondet Thom. 1. par. q. 114. artic. 1, quòd sic. Et Bon. in 3. di. 21. multiplici ratione. Vt patet de Sarra uxore Tob. quō. 7. uiros habuit occisos a diabolo. Tob. 6. Et de Iob. 2. Et de filia Chananeæ. Matth. 15. Et Luc. 11. Erat Iesus eiiciens dæmoniorum. Et de conuerso bibente absque licen-

tia: sed a sancto Dominico curatus est. Et de Zoroaste rege barchmanorum, qui quando natus est risit, ut ait Aug. li. 21. Hic magicas artes inuenit, teste Isi. 7. Eth. Tandem a diabolo quem frequentabat occisus est. Vnde non negamus, quia dæmon possit uexare, sed sæpe erat homo, quia non erit dæmon, sed humana tentatio. Exemplum Asculi de quadam puella mihi præsentata, ut signum crucis ei imprimerem, eo q credebant uexari a dæmone. Quã cũ fuissem allocutus, dixit se Philocaptam amore cuiusdam iuuenis. Sæpe eueniunt fraudes quas dæmon non facit. Praterea ad hoc propositum, hystoria pulchra Antiochi filii Seleuci, Philocapti de nouerca Stratonica. Si tamen accideret esse obsessum a dæmone: adsunt remedia, orationes, ieiunia, pœnitentiæ, uota &c.

Tertius error &c. est suspendentium breuia. De quibus Thom. 22. quæst. 96. dicit, quòd in omnibus scripturis, quæ portantur, duo sunt cauenda. Primum est, quid sit illud quod profertur aut scribitur. Quia si est aliquid pertinens ad inuocationem dęmonum, est aperte pernitiosum & illicitum. Similiter si contineantur nomina ignota, quę non intelligantur ut plures agunt. Qui aliqua nomina hebraica ferunt ad collum, quæ nomina malum sonant & aliquando inuocant diabolum. Secundum est cauendum ne cum uerbis sacris contineãtur aliqua uana, ut aliquos characteres scriptos per signũ crucis. Neq; ponere spem in his. Vt cũ dr. Qui hoc tulerit secum, mala morte nõ peribit, in aqua, igne &c. Et ob hoc cum grandi reuerẽtia ferũt in bursis. Clama cõtra zaratanos talia uẽdẽtes, quod est falsum. Exemplum quod narro accidit Maceratę. Quidam armiger positus in infirmitate, dixit: O pater habeo super me breue, habens hanc uirtutem. Si quid id ferat, non potest mala morte mori. Cui dixi. Vnde habuisti? Respondit. Ego habebam famulum, qui fuit suspensus, in cuius diploide inuentum est, & ad manus meas uenit. Cui dixi subridens. Si non profuit famulo, quomodo proderit tibi?

Quartus error dicitur inuocationis, s. illorum, qui inuocant dæmonem ut eis reuelet aliqua secreta. Et talibus non uidetur esse peccatum, cum possint ab ipsis dæmonib.

occulta scire. Sed non Thom. & doctores, quòd inuocatio dæmonis potest accidere duobus modis. Primo diuina uirtute, aliquid imperando ei licitum & honestum, ut Act. 16. de Paulo, qui imperauit dæmoni, qui erat in puella Phitonica exire ab ea. Et de aliis sanctis. Alio modo ipsum inuocare familiariter & eum habere in amicitiam, ut plures sūt, ut nigromantes. Et dux Ferādus, quē finiuit ad instantiā sui confessoris. Et rō est, cur non sit inuocandus. Quia licet dęmon plura futura cognoscat, & ratione subtilis ingenij, & ratione experientiæ, tamen sæpe mentiuntur hominibus. Quia mendax est, & pater eius, Ioann. 8. ut ad malum inducat. Et si quando dicit ueritatem hoc est ut inducat hominem ad malum. Vbi dicunt doctores, & singulariter Rai. quòd licet ueritas sit diabolo odiosa, tamen illam quandoque prædicat, & confitetur triplici ratione.

Primo ratione coactionis. Quia cogitur ab ipso deo, ut legimus factum, quando clamans in idolis, uirtutibus sanctorum Apostolorū pellebatur. Et de Christo, qui obsessos expellebat, di. Tu es Christus, & non sinebat ea loqui. Secundo ratione accusationis. s. qñ peccata hoium accusat ad cōfusionem illorū, ut patuit Mutinæ de fratre quodam, Qui uoluit tentare quādam indemoniatam, & dęmon ore eius exprobrauit fratri, q. dormierat nocte præcedenti cū fęmina. Licet Deus agnoscat peccata hominum, uult tamen ut dæmon illa ostendat ad maiorem confusionem peccātium. Tertio ratione deceptionis. Interdum dæmon ueritatē dicit, ut fiodius falsitas securius accepteretur. Vnde dicit Ni col. de ly. super Mar. q. Christus nō sinebat loqui dęmones, qui erant in corporibus obsessis, & dicebant eum esse Christum, ne miscerent uera falsis. Chriso. Concessum est interdum diabolo uera dicere, ut mēdacium suum rara ueritate commendet. Exemplum in proposito. In regno Apuliæ, fuit una mulier nomine Statutia, quæ secreta multa dicebat uiris; Quidam rusticus quum predidisset pecuniam in panno ligatam, iuit ad eam, ibique hospitatus ut mane aliquid de pecunia diceretur. Media nocte audiuit in orto mulierem cum dæmone loquentem, Rusticus caute

explorans quænam hic esset, uidit statuam denudatam, & dicentem dæmoni. Vbi est pecunia huius rustici? Respondit dæmon. Pecunia rustici est in uentre porci sui, quæ cecidit cum esset in stabulo. Et porcus ibi comedens, cum aliis immũditiis eam deglutiuit. Dic tamen ei. (Nota uerbum,) ꝙ eius uxor furata est, ut sic discordia seminetur inter uirum, & uxorem. Rusticus eam accusauit, & ab inquisitore extincta est. Vnde patet propositum. Quintus error dicitur &c. Et est illorum, qui a dæmonibus deludũtur: credentes corpora humana posse transmutari in aliã speciẽ; & nocte circumuagari, girare cãpos, & alia similia, quod est erroneũ, & per omnia falsum, ut patet. 26. q. 5. Nec mirum. Quare ostenditur esse falsum, ꝙ scribunt Poetæ, dicentes multos conuersos in diuersa, ut ample uidetur in Ouidij Met. &c. Bene uerũ est, ꝙ diabolus potest deludere sensus hominis, & ostendere, ꝙ non est. Quia ut dicit Apostolus. 2. Cor. 11. Ipse sathanas transfigurat se in Angelum lucis. O pater, uidi Mariã, Christũ. Exemplum fratris Rufini socij fratris Frãcisci, cui assiduè apparuit dæmõ in forma crucifixi, di. ei. Ego sum Christus, o Rufine, & scio quos elegerim. Vnde crede mihi, quòd tu es de numero damnatorũ. Et Franciscus est damnatus cum suis sequacibus. Audiens Rufinus credidit & uolebat deserere Franciscum. Et dum Frãciscus hoc agnouisset, ipsum inuocauit, di. Quid habes? Narrauit ei omnia. Si plus ueniet inquit, dic ei. Aperi os tuum, & in eo stercorabo. Affluit dæmon. Cui Rufinus dixit illa uerba. Euanuit. Et in uitis patrum, de dæmone qui apparuit cuidam in specie Christi. Ille clausit oculos, dixitque se nolle uidere Christum in hac uita, sed in futura. Confusus recessit. Exemplum insuper sancti Martini. Et sancti Petri martyris, cui dæmon in specie uirginis &c. Sed casu posito, quòd dæmon alicui appareat in forma Christi. Vel alicuius sancti. Quid super hoc agendum? Ad hoc respondet. Bon. in 3. distin. 9. a. 6. quòd est triplex remedium. Primum est admonitionis sacræ scripturæ, quæ dicit ꝙ multi sunt uenturi in nomine Christi mendaciter. Secundum est remedium sanctæ orationis, qua homo ad Deum debet recurrere, ut cor illius illuminet, ...

Tertium est suspẽdẽdo credulitatem suam: quia nõ omni spiritui credere debet: quia plures credebant se idoneos uisionibus, in multos errores cecidere. Vnde talis debet adorare sub conditione. Insuper de illis, qui credunt creaturam posse mutari de una substantia in aliam. De gatta, & cane, non est uerum: sed dæmon deludit sensus. Credere autem, quòd mulieres ferat ad ludum in aliquo loco, & cum eis chorizet, non est illicitum. Quia uerum est, ut ego uidi. Et ad officium inquisitionis pertinent. Sextus dicitur somniationis. &c. De qua Deut. 18. Et 26. quæst. 7. Nõ inueniatur in te, qui obseruet somnia. Sed nota, ꝙ somnia tripliciter eueniunt.

Primo a natura.

Secundo, a dęmone.

Tertio, a Deo.

Primo &c. ut puta ex abundantia humorum diuersorum est. Ex hoc dicunt medici, ꝙ intendendum est somniis infirmorum ad cognoscendum dispositionem interiorem infirmi. Ex abundantia cholere, somniat quis lites & rixas. Ex abundantia humoris melãcholici, somniat quis persecutionem inimicorum, & huiusmodi. Secundo a &c. illudente. Nã potest in somniis apparere hominibus, & illis illudere multipliciter, nisi sunt cauti. In collationibus abba. Moysi, quidam sæpe illusus a dęmone in specie Angeli boni apparente, tandem ex eius mandato proiecit se in puteũ. Aliud de quodam, qui filium suum more Abraę circũcidit. Aliud de hæremita, cui dęmon apparuit in forma boni Angeli. Surge ait ad laudandum Deum: & quandoq; sibi lumen ferebat. Et quandoque inquiebat. Talis nauis submersa est. Ora pro animabus, quæ sunt in purgatorio. Semel ostendit ei cœlum apertum & infernum, di. Nisi Iudæus fias, nõ intrabis cœlum. Iudæus factus est, & damnatus. Vnde caute incedendum est. Quia ut dicitur Eccl. 5. Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt uanitates. Ecc. 34. Multos errare fecerunt somnia. Contra seculares, qui fidem præstant faciliter. Volunt tamen quidã, plura uera euenire. Tertio &c. eueniunt, ꝙ uult reuelare aliqua in somniis, ut patet de Iacob Gen. 28. De Ioseph Gen. 37. De Daniele. Et Matth. 2.

Angelus

Angelus apparuit in somnis Ioseph. Et Magis, apparuit instruens eos, ut redirent in regionem per aliam uiam. Et de aliis sanctis: Dominico, Francisco, & huiusmodi. Sed plures errant maxime mulieres quæ fidem præstant somniis. Exēplum dæmonis qui dixit cuidam, quod tria erant præcipua peccata mulierum. Primum, linguæ, quia habent linguā promptā ad loquendum. In 3. Poli. Si mulier sit ęloquens non est uirtuti ascribendum, sed loquacitati, q. d. de sui natura mulier est garuula. Multi homines sunt balbutiētes mulieres nunquam. Secundum, superflui ornatus. Triplex est ornatus. Primus laudabilis, ille quo minister altaris utitur, & alii principes constituti in dignitatibus. Et Iacob fecit tunicā polimitam filio Ioseph. Cecilia uestem deauratam habebat. Et hoc modo dicitur. C. de postulando. l. ult. Aduocatus coram iudice debet habere uestes deauratas. Secundus tollerabilis. Cum mulier se ornat secundum morem patriæ & non corrupta intentione, ut sic placeat uiro quod non est peccatum. Tertius est uituperabilis, quando per inanem gloriam & lasciuiam. Vnde diues est dānatus propter uanam gloriam. Tertium peccatum est superstitionis, s quia præstant fidem de facili somniis, & huiusmodi. Sunt ualde leues ad credendum. Septimus error &c. aut superstitio dicitur &c. Nigromātia inuenta est a Zoroaste. De quo Aug. 21. Cic. Tales plura mala faciunt & est prohibita. 26. q 7. Non obseruetis.

Tertia ordinatio est &c. Quod fit seruando eius mandata: De quibus Io. 14. Qui habet mādata mea & seruat ea; ille est qui diligit me. Ex quibus tria bona consequimur.

Primum, est temporale.

Secundum, est spirituale.

Tertium, est æternale.

Primū &c. Isa. 1. Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Quod erat nobis in præsenti anno, abundantia fructuum in agris. Ego promitto uobis, per fidem. Et sum propheta nunc. Si boni eritis, uere abundantia fructuum uestrorum erit uobis.

Secundum est &c. amicitiam & beneuolentiam, Hoc fuit in Abrahā. Cui præcepit ei ex parte Dei Angelus. ut filiū

immolaret in sacrificium. Accepto præcepto Abrahã: ibãt Isaac & duo famuli qui ligna cedebant pro holocausto. Et die tertio remanentibus cum asino, tulit Abraham ligna in manibus suis, ignem & gladiũ, Isaac dixit patri. Ecce ignis & ligna, ubi est holocaustum? Respondit pater. Dominus prouidebit filii mi. Dicendo intra se, Tu es uictima fili mi, quem ego manibus meis interficiam. O quale spectaculũ, Postquam ad montem uenere, fecerunt altare. Antequam ligasset filium, uocauit eum, ac dixit ei. O fili quem infinitis uocis impetraui. O baculum senectutis meæ, oportet me offerre Deo te. Respondit filius. Doleo pater amittere te senem. Doleo deserere dilectam meam matrem. O pater credebam esse bacculum tuæ senectutis, tamen pater fac quod tibi placet, quia non fugiam a tua obedientia. Prostrauit se in terram di. O pater stringe funæ filium tuũ, ligæ manus & pedes. Dum Abrahã leuaret manus ut inuocando auxiltum Dei: postea inciperet, affuit Angelus di. Abraham Abraham ne &c. Vnde magnus fuit coram Deo.

Tertium bonum est &c. scilicet paradisum.

De necessitate inferni, & eius qualitate.

TEmpus uestrum semper est paratum. Io. 5. De inferno. 3. mysteria sunt uidenda. Post declarationem purgatorii sequitur uidere de inferno.

Primo, inferni ueritatem.

Secundo inferni localitatem.

Tertio, inferni pœnalitatem.

Primum mysterium &c. Quærunt theologi dubium notabile. Vtrum sit infernus? Duplex est opinio. Vna dicit quod non. Alia quod sic. Prima quod non per uerba scripturæ. Eccl. 3. Vnus interitus est hominũ & iumentorũ. & æqua utriusq; conditio, sicut moritur homo, sic & illa moriuntur, & nihil habet homo iumento amplius. Præterea Tul. in 4. lib. Inuecti. contra Catilinam. Vt autem aliqua formido improbis esset, posita apud inferos antiq. supplicia impiis cõstituta esse uoluerunt. Et uulgo dicit solet. Morto el corpo, morto l'anima.

Alia

Alia opinio dicit quod sic. Quæ probatur uera triplici medio. Ratione. Autoritate Exemplo.

Et primo ratione triplici in præsentiarum.

Primo, ratione suppletionis.

Secundo ratione perfectionis.

Tertio, ratione oppositionis.

Primo &c. ad commẽdationem diuinæ iustitiæ pertinet reddere unicuique secundum suam rõnẽm, s. bona bonis, & mala malis. Vnde Greg. 12. q 2. c. Cum deuotissimam. Sũmam in rebus bonum est iustitiam colere, ac sua cuique iura seruare. Hęc est natura & propria conditio iustitiæ, dare cuilibet quod sibi conuenit, Vnde Iurista in Insti. de iustitia & iure. l. iustitia. Et ff. eo. l. Iustitia. Iustitia est constans & perpetua uoluntas, ius suum unicuique tribuẽs. Ad propositum. Deus est iustus. Dauid in psal. Deus, iudex iustus, fortis, Et idem. Quoniam iustus dominus: & iustitiam dilex. æquitatẽ uidit &c. Et psal. 154. Iustus dominus in oib. uiis suis &c. Et psal. 111. Iustitia eius manet in seculum &c. Si iustus, debet iuste iudicare. In præsentiarum, iustitia nõ habet locũ. Quia uidemus malos prosperare: bonos tribulari p diuersa & successiua patibula. Et omnia andar a rouerso. Vnde Dauid admirans, di. Vsquequo peccatores domine usquequo peccatores gloriabuntur? Vidi Imp. super. & eleu. s. c. 55. Cum ergo nõ puniat malos in præsenti pro suis demeritis. Et bonos non præmiet pro suis bonis operibus. Igit puniet in alia uita. Vnde Aug. i li. de lib. ar. Nullum malum &c. Puniturus est ergo. Et hoc erit in inferno. Ista ratio uerificatur ex uerbis Christi Matt. 25. Itę maledicti in ignem æter. qui. &c. O reprobi. O peruersi: itę in infernum.

Secundo ratione &c. Conclusio est Tho. in 4. dis. 44. q. sicut in Deo est summa misericordia, sic in eo est summa iustitia. De sua misericordia ĩ psa. 139. Apud dominum misericordia &c. De sua iustitia in psa. Iustus es domine, & rectum &c. De iustitia & misericordia simul, de pœnit. dist. 1. Quem pœnitet. Deus qui misericors & iustus est: sicut conseruat suam misericordiam in iustitia, ita & iustitia in misericordia. O tu qui dicis. Iddio est pius, possum facere

mala

mala & in morte me recipiet. Verum est quod est, pius iustus, apud quem nullum malum impunitum transcurrit. Hoc ad propositum. Sicut diuina bonitas ex sua misericordia ordinauit electis suis locum amenũ cœli, sic debuit per contrarium inuenire malis ex sua iustitia infernum. Habetur figura de hoc Luc. 16. de Lazaro mendico, & diuite Epulone. Lazarus quia perseuerauit in innocentia sua, positus in pelago tribulationũ, fuit tandem ex misericordia Dei locatus in cœlo. Et diues Epulo, quia male uixit, fuit addictus inferno. Nunc ille consolatur, ut vero cruciaris. Vnde Epulo ex iustitia damnatus est. Et sic patet ratio secunda. Tertio ratione &c. Conclusio est philosophi. 2. Cœli. quod si in natura reperitur unum extremorũ, reperitur & reliquum. Vtputa, si reperitur tristitia, reperitur & letitia. Si reperitur album, & nigrum habet reperiri. Si calidum, & frigidum. Ad propositum. Si reperitur cœlum empyreum qui est locus delitiarum. Igitur reperitur suum oppositũ, scilicet infernus, locus qui est plenus omnibus miseriis. Vnde patet ratione de ueritate inferni.

Secundo probatur autoritate. Et est triplex.

Primo prophetali.

Secundo, euangelicali.

Tertio, apostolicali.

Primo &c. Quid dicis o Iob. 7. Qui descendit ad infernum, non ascendit. Et 17. Si sustinuero, infernus domus mea est. Et 21. Tenent typanum & cytharã, & gaudẽt ad sonitum organi &c. Dauid psalm. 6. In inferno autẽ qui &c. In. 9. Conuertantur peccatores &c. Isa. 14. infernus subter te conturbatus est, in occursum aduentus tui. Ibidem. Ad infernum detraheris &c. Ezech. 32. Omnes in circuncisi descendunt ad infernum. Prouer. 9. In profundis inferni, conuiuæ eius. Cant. 8. Dura sicut infernis æmulatio.

Secundo &c. Luc. 16. Mortuus est diues & sepultus in inferno. O prædicatores diuini uerbi, in orationibus mortuorum auarorum, rapinatorum, malorum, nihil dulcius in scriptura habet reperiri pro themate, quã hoc. Sepultus est in inferno. Quia fuit schiauus diuitiarum. Sepultus in inferno, quia erat oppræssor uiduarum & pupillorum. Se-

pultus

pultus in inferno; quia amabat penuriam in populo.

Tertio &c. Phil. 2. Paulus dic. In nomine Iesu omne genu flectatur, cœlest. & infer. Et Apoc. 20. Mors & infernus dederunt mortuos suos. Cum quibus auctoritatibus, sunt uerba paganorum. Vir. in sexto Eneid. Ostendit animā nostram post separationem esse subiectam diuinæ iustitiæ, & secundum opera mala præceduta reportare pęnam, in inferno, quando dicit.

Ergo exercentur pœnis, ueterumque malorum.
Supplicia expendunt, aliæ panduntur manes.
Suspensæ ad uentos, aliis sub gurgite uasto.
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.
Quisque suos patimur manes, exinde per amplum.
Mittimur elysium, & pauci læta arua tenemus.

Ouid. lib. 4. Metamor.

Est uia decliuis funesta nubila saxo
Ducit ad infernas, per muta silentia sedes.

Et Sen. in Trag.

Ingens uorago faucibus uastis patet.
Latumque pandit omnibus populis iter.

Isaac Philosophus in libro diffinitionum. Homines non colentes iustitiam & obscœnis actibus dediti, retrahūtur super orbem terrestrem & tenebrosum, & erunt semper in tristitia sempiterna.

Tertio exemplo: Et hoc triplici.

Primo autentico. Recitat Aug. lib. de Com. Euan. quod Lazarus resuscitatus a Christo Io. 11. nō est uisus amplius ridere post suā suscitationē, quia uiderat pœnas inferni ut narrauit in cęna, ubi xps aderat ī mēsa in domo Symonis.

Secundo exemplo physico. Recitat cantor parisiensis, quod quidam scholaris uisus est mori valde pęnitens, apparuit post mortē magistro suo habens mantellum suum cedulatum, & plenū sophismis. Cum quæreret magister eius qualiter se haberet. Resp. quod cappa sua plus ponderabat, quam aliqua turris mundi. quod urebatur intus. Cum quæreret quomodo hoc posset esse, extendit manum magister ad illum, & in ea scolaris stillauit guttam sudoris in manu magistri. Et statim cum maximo incendio ipsam perforauit.

forauit. Videns hoc magister. Ahi me meschine inquit: qd est uita præsens? Religionem Carthusien. intrauit.

Tertio theolo. Greg. in 4. Dialo. In prouincia Valeriæ, quidam homo magnę dignitatis fuit, qui quandam filiam spiritualem educauit. Dæmon ipsum tentauit, qui in sabbato sancto eam uiolauit. Qua de re noluit sequenti die ecclesiam intrare, neque missam audire. Nam tunc mos erat, quod intrans ecclesiam cum mortali peccato; dæmon in eũ intrabat. Tãdem die sequenti, ecclesiam intrauit. Et dæmõ eum non molestauit. Tunc ait intra se. Deus est pius, nec moleste tulit hoc peccatum, noluit confiteri. O compagno audi Valer. in 2. Lento enim gradu diuina procedit ira, tarditatem'q; supplicij grauitate compensat. Mortuus est in nocte sequenti, absque confessione. Sepelierunt in cymiterio, in nocte illa, uisus est ignis super eius tumulum. Et tantus superuenit fœtor, quod nullo modo astantes ibi habitare poterant. Quia corpus & anima peccatoris fœtet coram Deo. Accedentes ad locum tumuli, non inuenerunt eius ossa: ut omnibus innotesceret damnatio eius apud inferos. Quid dicitis o miser? Quid o auari? O concubinarij? O sodomitæ? O blasphemi? Nunquid ostenditur frustra infernus, per uerba scripturæ? Non certe. Ad argumentum ergo supra factum. Respondeo quod Salom. loquebatur in persona peccatoris, non assertiue. Vnde patet primum &c.

Secundum dicitur &c. Quæritur dubium. Vtrum infernus sit sub terra. Circa hoc duplex fuit opinio. Vna quod est supra terram. Alia quod in terra. Prima quod non est in terra sed supra, facit fundamentum super illud Sap. 11. Per quę quis peccat, per hæc &c. Vbi homo peccat, ibi torquetur. Sed mali peccant super terram. ergo super terram est locus cruciatuum eorum. Et sic infernus non erit in terra, sed super terram. Ad hãc difficultatem respondent doc. Ric. in 4. dist. 42. ar. 2. Et Thom. ibidem dist. 50. ar. 3. quod sine dubio est in centro terræ. Vnde Greg. 4. Dialog. Infernum terrenum esse non ambigo. Quod bene eis congruit triplici ratione secundum Theologos.

Primo

Primo, ratione elongationis.
Secundo, ratione obtenebrationis.
Tertio, ratione ordinationis.

Primo &c. Cape hanc regulam; q quanto peccator plus peccat & plus in peccatis induratur, tanto plus a Deo elongatur, non quidem spatiis sed affectibus animę. Dauid Ps. Longe a peccatoribus. Et Prou. 15. Longe est dominus ab impiis. Isai 55. Sicut exaltantur cœli & terra, sic exaltatę sunt uiæ meæ a uiis uestris. O peccator, tu es piu lontano a Deo, q̃ occasus ab oriente, per culpam. Hor ad propositũ. Cum ergo Deus sit in cœlo empyreo per regalem maiestatem & claram uisionem, iuxta illud Math. 6. Pater noster qui es in cœlis. Et locus damnatorum debet esse remotus per culpam suam a cœlo, secundum q se elongarunt suis malis operibus. Sed nihil tantum distat a summo cœlorũ, quantum distat centrum terrę, igitur infernus debet esse cẽtrum terræ, a summo gaudio elongatus.

Secundo ratione &c. Peccator amore carnis peccauit. Quis te conduxit, o auaræ ad auaritiam? O luxuriosæ ad tenendum concubinas? O gulosæ ad non ieiunandum unquam? Certe amor istius corporis unde quidam uulgaris loquebantur semetipso.

Piangere, lachrimar el tempo andato uia.
Tu sei omai uecchio con la barba canuta.
E penitentia non fai, o anima perduta.

Ad propositum. Quia ergo amore carnis peccauit, ideo exhiberi dẽt, qđ exhibetur carni mortuę. Sed carni mortuę datur sepultura sub terra. s. in fossa. Quint. 5. decla. Ad operiendam fœditatem, subtrahendãque dolori materiã, mortuus uiuentium causa sepelitur, Igitur & anima auari, usurarij, raptoris, dẽt recondi sub terra. Igitur infernus &c.

Tertio ratione &c. Dic mihi o anima diaboli, quid amasti? Quid desiasti in præsenti seculo? Certe plus mundum quàm Deum tuum, magna inferiora q̃ superiora. Et tibi erat carius, o christianæ perdere diuina diebus festis pro lucro terreno, quàm uacare diuinis. Ante missam facere collationem, potius omissis uesperis circa uana, & illicita te occupabis. Quia ergo amasti plus uilia quàm superiora

riora

riora, ideo omnia in pœnam tuam, dabitur tibi locus uilissimus in pęnam.s.infernus. Quod considerans Aug.dic. Non est maior stultitia: quàm propter delictum momenta neum, perdere bonum æternum. O meschine, pro modica consolatione das te æternis incendiis. Vnde infernus est, sub terra. Exemplo patet, de Machario qui in deserto repperit caput defuncti. Cui dixit. Quis es tu? Respondit. Paganus ego sum. Vbi est anima tua? Respondit. In inferno. Cum quæreret si multum in profundo esset. Respondit, ꝙ tantum quantum distat cœlum a terra: in ultima parte terræ. Igitur per hęc uerba concluditur, ꝙ infernus est sub terra. Sed in his uerbis. 4. dubia sunt declaranda in præsentiarum, quæ anima chara petit.

Vnum in inferno semel dānatus, possit a loco separari? Fuit duplex opinio. Vna ꝙ sic, quę fuit positio Orig. quòd omnes in iudicio saluabuntur. Quod patet exemplo Traiani Imp. qui precibus Greg. fuit liberatus post 300. annos ut ponit Thom. in 4. dist. 45. q. 2. ar. 2. Alia opinio ꝙ non. Ecclesia. In inferno nulla &c. Respondeo secundum Thom. in 4. supra, ꝙ semel homo damnatus non potest amplius liberari. Et si uirgo Maria pro anima dānata supplicaret, nō exaudiretur. Et ratio, quia est extra statum gratiæ & misericordiæ. Hier. 15. Si steterint Moyses & Samuel coram me: non est anima mea ad populum istum. Ad exemplum Traiani respondet Thom. supra, quòd quatuor fuere opiniones. Prima, quòd Traianus fuit reuocatus ad uitam, ubi gratiam & ueniam consecutus est & saluus. Secunda, quòd anima Traiani nō fuit simpliciter absoluta a reatu pœnæ, sed eius pœna usque ad diem iudicij fuit suspensa, postmodū saluabitur. Tertia opinio ꝙ Greg. liberauit animam eius, non a loco inferni sed a pęna. Quia potest esse, ꝙ anima erit in inferno, sed tamen non sentiet pœnam, diuina uirtute. Quarta opinio est uera, & est Tho. ꝙ anima Traiani fuit liberata a pęna inferni & consecuta est misericordiam orationibus Greg. Quod factum est non secundum legem cōmunem, sed secundum dispensationem diuinæ sapientiæ. Quæ præuidens Grægorius oraturum pro Traiano, non dānauit ipsum per sententiam diffinitiuam, sed per senten

tiam

tiam suspensiuam. Quod nunquam erit hoc mirabile: Priuilegia (ait Hiero.) paucorum sunt, non multorum. Aliud dubiũ. Vtrũ damnati uellent potius esse: q̃ non esse? Videtur ꝙ sic, quia ut Phil. 2. animæ. Omnia appetunt participare esse. Et Augu. lib. de li. ar. Considera quantum bonũ est esse, quod & beati & miseri uolũt. Igitur uidetur &c. Respondet Tho. in 4. dis. 50. quòd esse est duplex.

Primum est sine pœna: & hoc omnes capiunt Vnde Phi. 5. ethi. Carere omni malo, est quodam bonum. Secundum esse, cum pęna & cum cruciatu & tormento. Et tale esse o anima mea, nullus cupit sed potius mori. Et hoc damnati cupiunt ratione pęne: Hiero. Melius est non esse; quam male esse. Damnati ergo quærunt mortem, & omnino uellent potius nõ esse, quàm male esse. Apoc. 9. In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam. Vidẽtes autẽ ꝙ non possunt mori irascuntur, & dentibus blasphemant Deum qui eos creauit. Maledicent Deum qui tantam potẽtiam habet super eos, qua eos punit Blasphemant patrem, filium, spiritum sanctum. Blasphemant diem cõceptionis: diem natiuitatis, diem mortis eorum. Blasphemant patres qui eos genuerunt. Blasphemant lac quod sumpserunt ab uberibus matris. Et dies & hæbdomadas, & annos quot uixerunt. O calamitates. O miseria. O dies horrenda.

Tertium dubium, Qui sunt hi qui ad locum illũ tradũtur? Circa hoc quadruplex opinio.

Prima, ꝙ omnes mali, sed post diuturniora supplicia, tãdem ex diuina misericordia liberabũtur a pęnis. Quę opinio fuit Orig. & suorum sequacium, ut ponit Hiero. ad Vigilantium. Et ratio illius erat, quia in. 1. cęli. Deos & natura nihil agunt frustra. Sed homo est creatus ut saluetur, igitur &c. Respondet Tho. 4. di. 46 ꝙ mali dãnantur, licet sint creati ut beatificẽtur. Quia opera non faciunt, ideo nõ saluantur, unde non concludit hæc ratio.

Secunda opinio aliorum, quòd dęmones damnabuntur. Sed homines tã boni quàm mali liberabũtur. Quia Deus dixit Genes. 6. Non permanebit spiritus meus. i. indignatio mea, in homine in æternum, quia caro est. Respõdeo quòd hæc opinio est falsa. Quia ut dicit apostolus. 1. Cor 6. Ini-

qui

qui regnum Dei non possidebût. Sed quidam sunt christi â ni misqui, uidelicet infideles, hæretici, mali christiani che fecerent salsam diabolo. Igitur non omnes christiani salua buntur.

Tertia opinio est aliorum: qui dixerũt solum illos descẽ dere ad infernum, qui sine baptismo decedebant. Et illos saluari q erãt baptizati, iuxta illud Mar. ult. Qui credide rit & baptizatus &c. Et sic uolebant eos dãnari qui erant si ne baptismo. Sed hæc opinio est falsa. Et ratio, quia quidã sacramenta fidei recipiunt & fidem nõ habent, sine qua im possibile est placere Deo. O quot sacramenta percipiũt q plus punientur q̃ alij: quia grauius peccant. Vnde 1. Pet. 2. Melius erat uiam ueritatis non agnoscere, q̃ post agnitã re tro ire. Quarta opinio q̃ non oẽs damnabuntur, sed illi so lum erũt salui, qui bene agunt. Et illi solum damnãtur qui cum mortali decedunt. Et hæc est uera opinio Theologo rum & fidei nostræ.

Quartum dubium. Qui erunt plus: Salui an damnati? Vide in sermone de paucitate saluandorum.

Tertiũ dicitur &c. Vide in quadragesimali. Feria. 3. quar tæ hebdomadæ.

In S Martino, & Georgio de bello triplici.

Fortis factus est in bello. Eccle. 46. Martinus fuit fortis in triplici bello.

Primo, in bello diabolicali.

Secundo, in bello temporali.

Tertio, in bello carnali.

Primo &c. Pone q̃ officium ueri militis est strenue pu gnare. Nec illi datur pallium, nisi prius pugnet. C. de his qui non expletis stipendiis, l. 2. lib. 5. Stipẽdium quod pro mittit militibus, nõ debet exolui, nisi finita militia. Apo stolus. 2. Timo. 2. Non coronabitur &c. Greg. li. 3. dialo. Si ne labore certaminis, non est palma uictoriæ. Pugnãdo er go est cum nostro inimico. Vnde dubium quæritur. Verũ dæmon sit causa peccati? Proponas totũ cum suis obiectió nibus, & sic da finem primo mysterio, concludens uerbum Fortis fuit in bello diabolicali, gloriosus Martinus.

Secundo in bello &c. Quia fuit miles, soldato; primo in mundo

mundo sub patre suo. Vnde merito quæritur dubiũ. Vtrum militare sit peccatũ? Cõtendunt quidã probare, ꝙ sic. Quia in officio illo: fiunt tot mala. Blasphemiæ, latrocinia, sodomiæ, gulositates, & huiusmodi. Vnde dicunt esse maximũ malũ. Alia opinio dicit, ꝙ nõ. Aug. li. de uerbis do. Et 24. q. 1. c. Militare, nõ é peccatũ, sed ꝑꝑ prędã militare peccatũ é. Et idẽ ad Bonifaciũ. Noli existimare neminé Deo placere posse, q armis bellicis ministrat. In his erat sanctus Dauid cui dominus tam grãde perhibuit testimonium. In his etiã plurimi illius temporis iusti. In his erat ille Cẽturio qui domino dixit. Domine nõ sum dignus ut intres sub tectum &c. Respondeo secundũ doctores, ꝙ aliquis uolens sine pctõ digne & laudabiliter exercere hoc offiñ; qnq; cõditiones sũt ei necessariæ in ꝑsentiarũ de militib. ad ꝓpositũ.

Prima, dicitur uirtuositatis.
Secunda, dicitur honestatis.
Tertia, dicitur utilitatis.
Quarta, dicitur magnanimitatis.
Quinta, dicitur benignitatis.

Prima dicitur &c. Vt miles sit uirtuosus & politicus. Habet philosophus in 3. Pol. ꝙ oportet ciuitaté de uirtute cẽ solicitã. Quia ut dicit Aug. loquẽs de Scipione Africano. Scipio Africanus non censebat remp. esse fœlicé, stantibus ædificiis & ruentibus moribus. Et licet omnibus cõueniat uiuere politicum morale, & ciuile, ut hét Lact. in 1. cap. 1. Benedicere ad paucos pertinet, bene uiuere ad oés, tñ singulariter illis pertinet, qui sunt nobilioris sanguinis. Exẽpli gratia. Comiti plusq̃ ciui Religioso q̃ seculari. Regi q̃ militi, & rustico. Hor sta bene. Nobilitas sanguinis maxime reperitur in militibus, cũ officiũ militare habuerit initiũ ab hominibus dignis. A Nino rege, qui fuit caput monarchiæ Caldeorũ in oriẽtẽ. A Thola iudice, ab Alex. magno, a Romulo, a Dario, & Cyro, ab Anniba. a Scipione, & aliis probis uiris, ꝙ morib. se dedere. In hac uirtute fuit ille miles strenuus Romanus. s. Publius, q ad malũ inuitatus a quodam milite cum assentire nollet, respondit dixitq; ei. Quid mihi de tua amicitia? Respondit Publlius. Et quid mihi de tua? Cum uis ut faciam &c. Vnde philosophus. 8. Ethy.

Amicitia tunc est perfecta quando est ꝑ uirtutē. Ad hoc propositum. Sen. Si scirem Deos ignoscituros, & homines ignoraturos, adhuc peccare dedignarer. s. ex nobilitate sanguinis. Et sicut milites debent esse uirtuosi, sic & dux ac capitaneus. In 5. Pol. Princeps debet esse deicola. Quia ut d. inde reg. prin. Tunc solent homines timere regem, quando uident ipsum timere Deum. Vnde patet prima &c.

Secunda cond. &c. Sicut dicit Salu. in Catil. ex oratione Catonis. Imperium Romanum dilatatum fuit a Romanis antiquis inter cætera, propter bonum honestatis. Nolite existimare maiores nostros Remp. ex parua magnā fecisse. Si ita esset, multo pulcherrimā bos hr̄emus. Et infra. Alia superfuerunt quæ nobis nulla sunt. Foris iustū imperium, animus in cōsulendo liber, nec delicto, nec libidini obnoxius. Et de Martino legitur, Integer ab illis uitiis, quibus illud &c. Vide Valer. Max. in 2. li. de disciplina militari, q laudat Q. Cæcilium Metellum, qui missus a Romanis in guerram contra Iugurtam regem Numidarum, omnia quę uiros possent effęminare, de bello remouit. Idem fecit Cornelius Scipio, ut idem Val. dicit. Quum esset in Hispaniā missus a senatu Romano cum maximo exercitu, nouerat uir industrius, ꝙ libido effœminat uiros. Prætetea, & Frōtinus lib. I. de re militari, laudat Scipionis continentiam. Qui quum in Hispania esset, quum esset adducta, una giouene, quæ oculos omnium ad se trahebat, summa custodia adhibita, sponso caro reddidit. Insuper aurum quod parentes eius, redempturi captiuam Scipioni tulerant, eidē spōso pro nuptiali munere dedit. Vere ei cōueniebat, quia Capitaneus erat, habere ornamentū honestatis. In Autē. De lenonibus in principio. Imperator dicitur amator castitatis. Et Pedagogus Alex. Mag. ad ipsum. Pudeat in corpore regis uoluptatem luxuriæ dominari. Vnde olim in castris non audebant stare nisi casti. Vnde a castis castra sunt appellata. Sed hodie facta sunt lupanaria, non dico solū meretricum, sed postribulum sarracenorum. Quale est? Vere sodomia. Ab hoc uitio non sunt mūdi dn̄i, nō caporales. Prætera, non parcunt uirginibus, nō cōiugatis, non uiduis, intrant monasteria monialiū, & fanno cose che sono cōtra Id dio.

dio. Ista sũt, q̃ deturpãt disciplinã militarẽ. Honestas ergo est necessaria militibus. Vnde altercatio est inter Aristo. & Platonẽ, ut ponit Tho. opus. 20. li. 4. Arist. uult q̃ milites debeant habere uxores, quia proni sunt ad luxuriã. Plato autem non, ne pugna impediatur. Martinus integer fuit ab omni corruptione carnali. Habens hanc condit. &c. Romani dicunt sodomiam esse bolum domincrum &c.

Tertia condi. &c. Militandum est enim pro bono reip. & utilitate communi. Tul. 1. offi. Bella ita suscipiantur, ut nil aliud nisi pax quæri uideat̃ Aug. in 5. Ci. Hæc duo sunt illa, libertas & cupiditas laudis humanę, quę ad facta miranda compulerunt Romanos. Non enim oportet miles constituere finem suũ circa locrum temporale, aut propriũ cõmodũ. sed circa bonũ cõe. Sed hodiernis tẽporib. bella fiũt ꝑp cupiditatẽ, auaritiã, & destructionem hoium. Verificat̃ uerbũ Lucani. Certamen mouistis opes. Verus miles nõ dẽt esse auarus, qđ est contra naturã militum, sed despicere res t̃pales si digne debet exercere artem disciplinæ militaris. Exemplum illorũ militum. Fabritij, M. Curtij. Primo Fabritij, qui missus pro legato ad regem Pyrrhum epyrotarũ ꝑ riscodere gli pregioni sui nella guerra, Pyrrhus uedẽdo lo pouero, gli offerle medium suo regni. Fabritius spreuit. Et Val. li. 4. Rub. de abstinentia. cõmendat Curium Romanum, qui factus cõsul contra Sannites, tentatus est ninci ab eis auro, dum in scamno sederet ligneo & cocens rapas. Aurum multum detulerunt ei legati, ipsum exhortãtes ut recipperet. Risit, cito di. eis. Ite & auferte uestrum aurum. Malo in fictilibus meis esse, & aurum habentibus imperare. practica. Hodie milites sunt uacui hãc cõditione. Non militant ꝑ bono communi, nisi proprię utilitatis. Robar, scac ciar, sassinar persone, ire per domos die noctuq;. In bello Brixien. contrahebant cardines, fœnestrarum: O miseri, ua cui dogni gentileza. O mala conditio. Facecia. Ipse Facini cani, de fratribus nostris, quibus ablatę fuerũt cappę. Illis cõquerentibus suæ dominationi. Nõ sunt de meis inquit, quia & tunicellas abstulissent.

Quarta condi. &c. Maxime illis conuenit, quia officium arduum aggrediũtur. Plinius. Fortes fortuna iuuat. Ouid.

Audaces fortuna iuuat &c.Ci.1.offi. Viros fortes magnanimos esse uolumus ueritatis ac uirtutis amicos. Vegetius de re militari.lib. 1. Cauendum est ne formidantem exercitũ ad pugnam publicam aliquando perducas. Quales debeãt esse, ostendit Tho.in 4 de regi.prin.c.penult. Assumi debẽt ad pugnam animosi, præcipue agricolæ, & artifices, laboriosi, nõ autem timidi, nec senes, nec piscatores, nec operãtes muliebria. Præterea, Vegetius de re militari, ponit, ꝙ orientales non sunt multum apti, quia calidi. Nec ebriosi, qui timent uinum. Facecia de Theutonio, qui uinum bibit d. Angelinæ habeo rosso naso? Vnde animositas est eis necessaria. Aliter bellum non esset securum. Facetia de Florenti. Lenzo alla fe de Dio, sono altro che rape. Vnde patet.

Quinta condi.&c. Decet quidem milites esse clementes, atque benignos, quia crudelitas est uitium satis cõtrarium humanæ cõditioni. Demosthe. in oratione ad Alex. Cum enim uincamur a diis, quæ in omni munere, sola clemẽtia, quæ nos diis reddidit æquales. Cic.1.offi. Nihil magno & ꝑclaro uiro dignius, placabilitate & clementia. Martinus, aut Georgius (si de eo prædicas) fuit benignus. Vnde patet secundum bellum.

Tertium dicitur &c. Fortis fuit in bello carnali: quia corpus suũ serauit ab omni labe & contagione carnali, q̃a uirgo fuit. Quæ quidem uirginitas facit hominẽ. Deo gratum, iuxta illud Prouer.22. Qui diligit cordis munditiam, habebit amicum regem. Et hoc triplici ratione.

Primo ratione assimilationis.

Secundo ratione magnitudinis.

Tertio ratione pulchritudinis.

Primo &c. Cõclusio est philosophi.8.Ethic. Similitudo est causa amoris. Eccl.13. Omne animal diligit sibi simile, uirginitas uero singulariter refulsit in Christo & matre eius, unde & uirgines amant. Quæ conclusio tangitur a S. Tho.22 q.152.ar.5. Fortis ergo fuit in bello.

Secundo ratione &c. Virginitas est opus arduum & magnũ, ideo uirgines amorem ostendunt ad Christum ardentiss. dum rem tam grandẽ pro eo aggrediuntur. Vnde Th.

in 4.dist.46. Virgines maiorem pugnam habent, q̃ uiduæ causa experiendi, & maiorem delectum existimant, q̃ sit. Ex hoc datur eis fructus centesimus.

Tertio ratione &c. Pulchram & decorã facit aĩam. Per hoc canit ecclesia. O q̃ pulchra est casta genera. Nã per cõtinentiam homo ponitur in quadã similitudine Angelorũ, supra statũ hoĩs. Hier. Angelis semper est cognata uirginitas, & uirginem esse, Angelicũ est non humanum. Vnde bene Apostolus. 1. Cor. 7. Qui uirginitatem suam matrimonio iungit, bene facit, & qui non iungit, melius facit &c.

Summa sermonis de tribulationibus.

QVos amo corrigo & castigo. Apoc. 3. Multis rationibus probant Docto. iustos in hoc mundo, uariis tribulationibus agitari. Et ad propositum nostrũ tantum. 5. assumuntur.

Primo, ratione purgationis.
Secundo ratione acquisitionis.
Tertio ratione cognitionis.
Quarto ratione præseruationis.
Quinto ratione præliationis.

Primo &c. Quis est tã deo gratus, o anima cara, q dicere possit, mũdus sum a pc̃ õ? Vere nullus, Christo & matre excepta. 1. Io. 1. Si dixerimus &c. Eccl. 7. Nõ est hõ iustus in terra, qui non peccet. Prou. 20. Quis põt dicere mũdum est meũ, purus sum a pc̃ õ? Et 12. q. 1. Oĩs ętas prona est ad malũ &c. In Autẽ. de monachis, §. Si uero. Humana natura labitur ad delicta. Lact. in 6. c. 24. Nemo. n. põt esse tã prudẽs tã circunspectus, ut nõ aliquãdo labatur. Idẽ in 3. c. 17. Nemo enim nõ in uitia pronus est. Ad propositũ. Cũ aũt cuilibet pc̃ õ aliquãta respondeat pœna, necesse est, ut p talibus eorũ peccatis, aut in hac uita, aut in purgatorio peccata puniantur. Purgatorii aũt pœna supergreditur oẽs pęnas huius seculi. Ideo gloriosus Deus cuius misericordiæ nõ ẽ numerus, ut mitius exerceat pœnã in amicos suos, eos in hac uita aliquãta tribulatione flagellat. Vñ Hier. Rubigo peccati, siue igne tormẽti cõsumi nõ põt. Et Aug. dñe hic ure;

hic seca,ut in æternum parcas. Quapropter Greg. Angelo sibi dicenti.Ex duobus tibi unũ elige, aut per duos dies in purgatorio mane,aut per totam uitam tuam cruciaberis: Respondit Volo potius semper infirmari,q̃ &c.Et de B.Benedicto dum grauiter infirmaretur,genibus flexis dicebat crucifixo.O Iesu tribula me.Vnde Pet.Rauen . Ideo opus Deus punit,ut æternæ mortis ardores, pœna redimat temporali.Figura.3.Reg.6.ꝙ lapides,qui ponebantur in ædificio templi,ita politi erãt malleis ;ut in eorũ positione nullus rumor audiretur. Moraliter. Lapides , id est hoĩes malleis aduersitatum præmũtur & polliuntur, ut in templo uitæ æternæ,non sit opus amplius cruciari.Vnde patet. 1. rõ.

Secũdo ratione &c.Permittit hic Deus tribulari, ut gloriosius eos coronet in patria.Hieron. ad Eusto . Quot uulnera patimur, tot coronas meremur . Et Dauid in psalm. Secundnm multitudinem dolorum meorum &c . Et Christus Mat.5.Gaudete.s.post labores uestros,quoniam merces &c.Et Apostolus Ro.8.Non sunt condignæ &c . O Paule,quid dicis. Si pono uitam meam ad mortem . Et tu dicis ꝙ non sunt condigna li nostri affanni.Respõdet Nicolaus de Lyra super hoc . Quia opera nostra sunt parua . primæ Petr.ultim. In Christum modicum passos . . Gloria autem magna.In psalmos . Magna est gloria eius . Ideo dicuntur minima nostra patibula.Exemplum sancti Bernar. uel Dominici. Quadam die existens in choro post eleuationẽ sacramenti eleuatus in extasi, clamauit . Agamus bona fratres,quia maxima præmia nobis præparata sunt. Et in uitis fratrum,uirgo fratribus apparuit. Fortiter , inquit fratres;quia &c.

Tertio ratione &c . Crebro anima cara castigatur canis in pñtia Leonis,ut Leoni terror incutiatur,prout faciunt Florentini a Marzocho &c.Ad propositũ Deus pater sic facit:Sæpe suos quos diligit flagellat in hoc mũdo,ut peccatores q possident mundũ castigent , & se corrigãt de peccatis suis.Vnde materia datur eis arguendi se. Si seruos suos Deus,q die noctuq;agere student,& in pœnitẽtiis uiuunt, flagellat eos dure multis tribulationibus, infirmitatib.pœnuriis.O quid faciet malis in alia uita?O gulose . O luxu-

riose.

riose. O auare, quid faciet tibi Deus: Vnde Grego. in libro moralium. Cum uideo Iob sedentem in sterquilinio: Ioannem esurientem in hæremo: Petrum suspensum in patibulo, cogito qualiter Deus cruciabit quod reprobat, qñ hic ita dire flagellat quos amat, Clama cõtra reprobos.

Quarto ratione &c. Sicut medicus præseruat infirmũ a multis languoribus præcedẽtibus ex indigestionibus p dietam, ut dicit Hippo. in 2. parte Aforismorum. Et affirmat Galenus in comm. 4. Aforis. 1. parte Aforis. Hippo. di. Omnis dieta in singulis membris, ut humana corpora purgentur, ordinanda est. Sic Deus suos flagellat, non quia in culpis sint, sed in quibus essent, nisi flagellis præseruarentur. Apostolus 2. Corin. 12. Ne magnitu. rc. ex. me datus est mihi sti. &c. scilicet sancta Tecla uirgo quę ei seruiebat. Vel iliaca passio, uel dolor capitis, propter quod &c. Paulæ inquit Deus: Sufficit tibi gratia mea, quam, scilicet dedi tibi in tanta abundantia, ut passis uisiones uidere, & tribulationes tolerare. Sequitur. Virtus in infirmitate perficitur, id est robur augetur. Exemplum magistri Iordanis, qui oculum unum amisit, ipsum dicens inimicum, quia causa ruinæ &c.

Quinto ratione &c. Vt pugnemus cum demonibus, quũ hominis uita sit militia. Iob 7. Militia est &c. Greg. lib. 24. Moralium: Hostis noster quanto nos rebellare sibi aspicit, tanto amplius expugnare contendit. Eos enim pulsare negligit quos quieto iure possidere se cernit. Exemplũ de iuuene qui uidit supra conuentum fratrum, multitudinem dæmonum: Et in porta ciuitatis tantum unum. Turbatus intra se, uolebat exire claustrum: di. Tutior est ciuitas quam hæremum. Affuit Angelus di. Fili non capis mysterium. In porta urbis unus dęmon sufficit, quia sunt omnes amici eius. Vnus deditus luxuriæ: alius auaritiæ & huiusmodi. Nos qui sumus inimici eorum plus infestant. Tentamur, ut detur intelligi quod sumus amici Dei.

Notula de martyrio.

CErtamen forte dedit illi ut uinceret. Sap. 10. Quæritur a docto. unde causatur patientia martyrum. Respondent quod a tribus.

Primo, a charitate inflammante.

Secundo, a fide adiuuante.

Tertio, a præmio eliciente.

Primo &c. Quæritur dubium. Vtrum homo extra charitatē positus, possit pati iniuriam? Respondeo secundum Tho. in quolibet. 4. de martyrio. ar. 19. Et Bon. 2. di. 28. q̄d possumus loqui dupliciter. Aut quo ad actum, aut quo ad modum. Si primo modo. Aliquis non habens charitatē potest pati morem simpliciter. Sicut superbus non habens humilitatem, pōt eam ostendere in exterioribus. Eccl. 19. Est qui nequiter se &c. Et aliquis non habens habitū iustitię, pōt eam ostendere, ita non habēs gratiam quis Dei & charitatem: potest pati mortem, ut patet de paganis. De Cosdro Athe. de M. Reg. de Mutio, ut uidebimus in hoc mysterio. Aut loquimur quo ad modum, s. delectabiliter & iucūde. Sic non pōt mortem pati sine gratia & charitate. Vnde Philosophus in 4. Eth. Habitus uirtutis non solum est principium operandi, sed etiam principium faciliter, delectabiliter, constanter operandi. In 5. Eth. Habens uirtutem prōpte & delectabiliter, operatur, non habens uirtutem, tarde & melācholice. In. 2. Rhe. Signum generati habitus; est delectabiliter & prompte operari. Vbi di Th. in q. di. de ueri. q. 13. ar. 10. q̄d non est possibile aliqua uia mundi, martyres talia pati sine auxilio inspiratæ patientiæ, quæ eos patientes faciebat. De qua Pau. 1. Cor. 13. Charitas patiens est. Et Dauid rogatus cur haberet tantam patientiam, respondit. Ab ipso, patientia mea. Et ex hoc gratias agens, di. Tu es pa. m. quę. s. constantem me facit. Iō Lact. lib. 1. c. 18. Nec. n. fieri potest non his in quo sit perfecta uirtus, sit etiam perfecta patientia. Idem in 5. c. 19. Cum uideat uulgus dilacerari homines uariis tormentorum generibus, & inter fatigatos carnifices inuictam tenere patiētiam, existimat

mat id quod res est, nec consensum tam multorum, nec perseuerantiam morientiũ uana esse, nec ipsam patientiã sine Deo cruciatus tãtos posse superare, latrones & robusti corporis uiri, eiusmodi lacerationes perferre nequeunt. exclamant & gemitus edũt. Vincuntur.n. dolore, quia deest illis inspirata patientia. Nostri aũt (ut de uiris taceam) pueri & mulierculæ tortores suos tacite uincunt, & exprimere illis gemitũ, nec ignis potest. Vbi exempla ponit de duobus Romanis. Primo de Mutio, qui cum iussset contra Torquatum superbum in castrum Porsenne percussit scribam regi assistentẽ, uolẽs occidere. Cõpræhensus a hostibus ut occiderent eũ, manũ foco iniecit, quia errauit in occisione. Secundo de M. Reg. qui fuit missus a Carthaginibus pro commutatione captiuorum, iurauit se reuersurum, si non fieret illa cõmutatio. Venuto a Ro. in primis dissuasit Romanis oppositum ne hoc fieret; quia ipse erat senex & illi iuuenes, unde poterãt Romanos infestare. Tertio de P. Emilio de quo Val. lib. 5. &c. Quarto, de Cosdro Athe. Quinto. de Cur. &c. Sexto, de Mutio Sceuola, qui a diis responsum habuit ut filium suum manibus propriis immolaret. Vere perderetur obedientia Abrahæ, de Isaac. O cõstantia martyrum & paganorum. Sed magis martyrum, qui a spiritu, s. sunt firmati. Vnde Apos. Rom. 8. Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia; an pers. an fa. an nud. an gla. q. d. non. Rationem reddens. In his omnibus superamus, s. mala supradicta, nõ nostra uirtute, sed propter eum qui dilexit nos. Si legamus hystorias sanctorum, uidebimus eos uultu Hilari ad mortem properasse. De Laurentio ad Sixtum. De Dominico qui martyrium desiderauit, iuxta illud Act. 5. Ibant Apostoli. &c. Et Eus. lib. de præparatione Euang. ponit de Petro Apost. qui uidens uxorẽ suam, ad martyrium duci, cum ingenti gaudio post eam exclamabat di O coniux mea, memento mei, quasi dicat, quare non te sequor. Et Laurentius ad Sixtum. Quo progrederis sine filio pater, quo sacerdos sanctæ sine ministro properas &c.

Secundo a fide &c. 1. Ioãne. 5. Hęc est uictoria quæ uincit mundum &c. Vnde fuit tanta martyrum patientia? Ve- b

re a fide sancta. Quod sic probatur. Intellectus hominis nō diligit nisi ea quæ cognoscit. Quia ut dicit philosoph. 3. de Anima. Voluntas non fertur nisi in bonum præcognitum. Aug. 10. de trin. c. 1. Firmissime nouimus, nisi cognita &c. Formetur rō sic. Vbi ē maior fides: ibi maior notitia de Deo. ubi est maior notitia de Deo, ibi maior operatio uirtutis. Ad propositum. Martyres fuere constantes in tormentis, quia certi erant de martyrio suo. O Paule quid dicis, ad Heb. 11. Sancti per fidem &c. usque repromissiones. Et infra Secti sunt, mortui sunt. Et hi omnes testimonio fidei pro. inuen. sunt. Aliqui secti serra lignea: ut Isa. Aliqui lapidati, ut Zacha. Alii gladio transuulnerati, ut Hiere. Aliqui excoriati: ut Bartholomæus. Aliqui incraticula, ut Laurentius. Aliquibus auulsi dentes, ut Appolonia. Aliquibus oculi eruti, ut Lucia. Et sic de &c. Et tamen fidei testimonio constantes fuere. Vnde Pius papa. Seruus seruorum Dei, illustri Maumeto turchorum principi timorem diuini nominis pariter &c. Vera est christiana lex. Ipsa est fons clementiæ, iustitiæ culmen, pietatis speculum, pro ea inumerabiles martyres occisi sunt. Senes, iuuenes, uiduæ, uirgines, crudelia carnificum nō expauerunt tormenta, scientes beatos esse martyres, qui in domino moriuntur. Ideo Grego. in homi. Quid nos barbati & debiles in iudicium dicemus, qui ire puellas ad regna cœlestia per ferrum uidemus? O constantia. O patientia martyrū qui tot & tāta &c.

Tertio &c. Quia sperabant paradisum ꝑ laboribus suis, Ex qua spe, labor & dolor uidebatur recreatio. Vnde concluditur in 2. Physi. Ex apprehēsione finis, sequitur delectatio. Sen. Spes præmii, solatium fit laboris. Sicut miles non timet sudare sub armis, quia pallium sperat. Ex hoc romani miranda fecere pro rep. Aug. 5. de Ciui. c. 18. Hæc duo sunt: libertas & cupiditas laudis humanæ, quæ ad facta miranda compulere romanos Ita &, s. uiri pro uita beata omnia libenter ferebant. Augu. libr. de patientia. Vita enim desideriorum, facit tolerantiam laborum. Et nemo nisi pro eo quod delectat spōte suscipit ferre quod cruciat. Practica de religiosis. Quomodo iuuenes in tenella æta

te mundum reliquerunt,uiuentes in ardua patientia, in uig. in abstinen. &c. Quod non fecissent nisi sperassent uitam beatam. Exemplum illius nouitii qui ordinem ingressus cum esset delicatus in ordine,rogatus a suo consangui neo. Quid edisti heri? Respondit. Comedi fabam,& hoc modo fasoli. Si quis occideret fratrem; non inueniret nisi legumina. Et quomodo te habes? Optime, quia spero mercedem. Et sic patet &c.

Summula de corona martyrum.

GLoria & honore coronasti &c. Psalmus 8.
De corona martyrum habetur Apoc. 2. Esto fidelis &c. Et Dauid in assumptis uerbis, Gloria & honore &c. Honorat quidem Deus mirabiliter sanctos suos maiore honore,quod maior cogitari nequit. Triplex est corona,quae coronat homines.

Prima,aurea.
Secunda,de lauro.
Tertia,est spiritualis.

Prima &c.qua principes & reges,& proceres mundi coronantur. In monarchia iudaeorum,sunt hi coronati. Rex Saul. Rex Dauid. Rex Salo. Rex Roboam, Rex Achis. In monarchia latinorum,Rex Ianus,Faunus,Picus,Saturnus Eneas. Post conditam romam,Romulus, Numa Pompilius,Tullius hostilius: Ancus martius, Tarquinus priscus: Seruius, Tanquinus superbus. In monarchia graecornm, Philippus,Alexander,Antiochus.&c. In monarchia troianorum,Rex Priamus,Hector,Rex Paris.
In monarchia Persarum,Res Cambises,Rex Dardanus, Rex Xerxes.

Secunda corona &c. qua coronabatur uictores Rom. Scipio africanus,Q.Cecilius,Pompe magnus,L.Posthumius. M.Torquat.& alii. Talib. fiebat triplex triumphus: ut ait Val. sub rub. de iure triumphanti. Primus quia omnis populus cum letitia ei obuiabant. Secundus. quia omnes captiui praecedebant currum triumphantis, ligatis manibus post tergum. Tertius, quia ipse uictor indutus tunica Iouis.

aurea

aurea in curru sedebant, quem quatuor equi albi usq; ad capitolium deducebant. Et post se triumphans habebat seruum anulum gestantem & coronam de lauro in signum uictoriæ, nec aliquis triumphare poterat, nisi quinque millia in una uice uicisset.

Tertia, dicitur corona spiritus uitæ æternæ, quæ nunquã deficiet, quam Deus dat suis martyribus. De quibus ecclesia canit. O ueneran. martyrum glo.c.q.inf.s.c.usque tormẽta. Et ideo. P. marty. &c.

Sermo de dilectione Dei ad creaturam in quadragesima. Et Dominica xiij post Trinitatem. Et pro quadragesima.

CONsumabitur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Luc. 18.

Secundum sacras & morales disciplinas, nulla alia arma aut spata potest uti homo accõmodatior ad domandum appetitum humanum, quantum sit amor Dei & etiam proximi. Vbi secũdum doctrinam euangelicam sancti Mat. 22. Duo sunt uniuersalia præcepta, unde dependet omnis lex diuina, & naturalis, & scripta, uidelicet amare Deum cum toto corde & mente, proximum tanquam semetipsum. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut temetipsum. In his duobus mandatis, uniuersa lex pen. & prophe. Vbi propter hoc Paulus supra spem & fidem, posuit præceptum charitatis tanquã dignius. 1. Cor. 13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc, Maior autem horum est charitas. Hæc duo præcepta præsupponunt tria, ut digne obseruentur. Primo puritatem cordis. Vnde Christus Mat. 5. Beati mundo corde &c. Et ideo Isa. 1. Loquens in persona Dei, ostendit sibi non esse accepta preces & sacrificia, quando animus & operationes sunt maculatæ aliquo affectu terreno. Vnde dicit. Quũ extenderitis manus uestras, auertam oculos meos a uobis, & quum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim uestræ sanguine &c.

Secundo, uult il diletto de l'animo, in uerbo. In tota anima tua. i. cũ mentis dilectione. Vnde 1. eth. Nõ est bonus: qui bonis operibus non delectatur.

Tertio, fugere omnem sermonem captiuum. Vnde in 7. Pol. Prohibenda est enim in ciuitatibus, obscęnitas uerborum. Nã ex turpiter loquẽdi licentia: sequitur & turpiter facere. Vnde Petrar.

Non con altre arme, che col cor pudico
Et un bel uiso, e di pensieri schiui.
D'un parlar saggio, e de honestade amico.

Vnde de ipsa dilectione uolẽs prædicare assumpsi uerba proposita charitatibus uestris, &c. De qua tria uidebimus.

Primum, dicitur inuestigationis.
Secundum, dicitur diuersificationis.
Tertium, dicitur certificationis.

Primum dicitur &c. Dubium quæritur a theologis. Vtrũ Deus diligat peccatores. Circa hoc duæ sunt opiniones. Vna quòd non. Alia quòd sic.

Prima ꝙ non, probat triplici argumento. Primum est tale. Maxima est in theologia, ꝙ tanto Deus creaturam diligit, quanto diligitur. Amor est reciprocus. Prouer. 8. Ego diligentes me diligo. Et Ioan. 14. Siquis diligit me, diligetur a p. m. Sed peccatores non dilgunt Deum, immo odiũt eum atque blasphemant. Nunquid concubinarius eum diligit? Nũ blasphemus? Num usurarius? non uere, ergo cum non diligant, non debent diligi.

Secundo est tale. Conclusio est phi. 8. ethi. Similitudo est causa amoris. Et Eccle. 13. Omne animal diligit simile sibi. Exempli gra. Canis diligit canem, lupus lupum, gatta gattam: ideo quia sunt similes in specie, & similitudo ẽ causa amoris, igitur dissimilitudo est causa odii. Quia ut habet philosophus in 2. met. Et. 2. de generatione. Contrariorum contrariæ sunt causæ, ut patet de cane ad gattã: ideo quia sunt dissimiles. Ad propositum. Inter Deũ & peccatorẽ, est maxima dissimilitudo. Quia Deus uult obseruationem mandatorum, iuxta illud Matth. 9. Si uis ad uitam ingredi &c. Non habebis Deos alienos, non occides, non mecha-

mechaberis &c. Cum igitur peccator hoc non faciat: igitur non dicitur dilectus a Deo. Tertium est tale. Secũdum philosophum 12. meta. Duo contraria non possunt simul esse in eodem subiecto. Album & nigrum, calidum & frigidum. Ad propositum. Amor & odium sunt duo opposita. Vnde simul stare non possunt. Et in scripturis ostenditur Deus odire peccatores, igitur non est amor. Eccl. 12. Altisfimus odio habet peccatores. Sap. 14. Similiter odio sunt Deo impius & impietas eius. In Psal. 5. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. In Psal. 30. Odisti obseruantes uanitates. In Psal. 118. Iniquos odio habui. Iudith. 5. Deus illorum odit iniquitatem. Mala. 1. Iacob dilexi: Esau autem odio habui. De pę. di. 3. cap. Sunt plures. Scio dominum inimicum esse omni criminoso. Et sunt uerba August. Io lo so: dice il padre August. &c. Vnde patet prima opinio.

Secunda opinio dicit, q; peccatores diligit. Quia pro illis incarnatus est & mortuus. Vñ Ecclesia canit de Maria. Nec abhorres peccatores, sine quibus nunquam fores &c. Aposto. 1. Timo. 1. Christus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere. Non dicit iustos. Super quo Augu. Nulla causa fuit ueniendi Christo domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle uulnera, & nulla erit causa medicinæ. Ex hoc concludunt Theologi, q; si non fuisset Adæ peccatum, nunquam incarnatus esset. Respondeo ad hanc difficultatem secundum Tho. 1. part. q. 21. art. 3. In 3. di. 32. ar. 1. Bon. & Ric. ibidem, quòd de amore Dei, est loqui dupliciter. Aut quo ad effectum. Aut quo ad pasfionis affectum. Si primo modo Deus hominem diligit, quia ipsum uult leuar de miseria. Clarius loquar. Possumus loqui dupliciter, de amore Dei ad homines. Aut quo ad affectũ animi, secundum q; affectio dicit nomen pasfionis. Aut quo ad communicationem alicuius boni. Si primo modo, sic dico q; Deus neminem diligit nec iustos nec iniustos. Et ratio. Quia cum in eo non sit tristitia, non est in eo amor. Aut loquitur quantum ad communicationem alicuius boni. Et sic est duplex eius communicatio, gratiæ & naturæ. Prima dicitur gratiæ. Et quo ad hanc: Deus odit peccatores & eorum bona, quia eis non communicauit suam gratiam.

tiam.Sap.1. In maliuolam animã non introibit sapientia. Ab eis longe est positus.Ps.Longe a peccatoribus &c.Pro. 15. Longe est dominus ab impiis.Amplius, Fetet Deo & angelis,& toti curiæ cœlesti.Aut loquimur quo ad naturã & sic æqualiter omnes diligit tam iustos quàm peccatores, quia natura eorum est bona,ab optimo Deo data.Sap.11. Diligis omnia quæ sunt,& nihil odisti eorum &c.Et.1.Timo.4.Bona est omnis creatura.Et Genes.1. Vidit Deus cũcta &c.i.in sui natura. Verte te ad crucifixum dic. O Iesu mio. Si ego sum ribaldus quo ad naturam,& tu etiam. Si sum traditor quo ad naturam,& tu similiter.Si sum da poco,o Dio in mei natura,& tu etiam.Sed hoc dicendum nõ est: Quia creatura in sui esse,est optima, est perfectissima. O summa dulcedo Dei, quia licet præuidisset ab æterno creaturam debere præuaricari a suis præceptis, & eum offendere, ipsum uituperare, ipsum blasphemare millies in die,usuras dare,concubinam tenere, odium proximi portare,sacramenta falsa accipere, & omnia illicita committere, tamen ipsum creauit col esser natural, non commune cum bestiis,sed esse regale,rationis capacem.Ideo Lact. in 2.Deus ueri patris officio functus est, ipse corpus effinxit, ipse animam qua spiramus infudit, illius est totum quicquid sumus.Quod ostendit Apost.1.Cor.4. Quid hẽs hõ, quod non accepisti? Et Isa. 5. Quid debui facere uineæ meę,& non feci?Et per rispetto,quod non est creatura che nasca tanto pouera ab utero matris ut hõ.secundum illud Iob.1:Nudus egressus sũ de utero matris meæ:ideo in seruitium eius dedit omnem creaturã ad seruiendũ ei. Aquã ad balneandum,ignem ad calefactione. Terram ad producendum fructus.Solem ad lucendum per diem;Lunam per noctem.Vnde Vgo in lib.de arra sponsæ. Respice o homo uniuersum mundum,& considera si quid in eo est,quòd tibi non seruiat. Omnis enim natura ad hunc finem dirigit cursum suum,ut obsequiis tuis famuletur & utilitati deseruiat.Hoc cęlum,hæc terra,hoc mare,hoc aer, cum his uniuersis explere nõ cessãt.Ille Vnde coactus est ille paganus Aris.hoc confiteri.In 2.Phy.Et 2.de anima. Finis quodãmodo omnium,est homo.Comm.in 8.Physi. Homo dici-

tur microcoſmus.i.minor mundus.In.8.phyſi.Homo dicitur paruus mundus.Et Apuleius lib.de Deo Socratis.Præſtantiſsimum animal in terris,eſt homo. Ita ꝙ ſi non fuiſſet homo,nō eſſet mundus.Quare o Dio.Verte te ad crucifixũ. Quare feciſti quatuor elementa:Quare.7 . planetas? Quare.3.cœlos?Quare mūdū iſtū? Certe propter hominē. Plato in Thimeo . Bonitas Dei fuit cauſa factionis mūdi, propter hominem.In.1.Pol . Natura fecit animalia ꝑpter hominē.Et l.In pecudum.ff.de uſuris. Deus omnes res,hominum gratia creauit.Et Aſcul.lib.2 .

Per gratia de la humana creatura
Dio fece i cieli col terreſtre mundo.
In lui creando diuina figura.

O bontà ſoprana. O amor incomparabilis Dei erga hominem.Sed merito quærit anima dubium curioſum.O pater dic queſo:quem plus diligit piiſsimus Deus,an me quē formauit ad ſui ſimilitudinem , an angelum ? Reſpondet Tho.1.par.q.20.arti . 4 . ꝙ de angelo & homine poſſumus loqui dupliciter.Aut quo ad conditionē naturæ . Aut quo ad efficaciam gratiæ . Si primo modo . Angelus eſt magis dilectus , quia Deus maiora dona dedit naturalia , quàm homini.Et minimus angelus eſt perfectior quolibet homine.Quia angelus eſt ſpūs & creatura intellectualis , ꝙ non eſt homo.Vnde phil.12.meta. uocat eos ſubſtantias ſeparatas,qa ſunt immateriales.Vnde Dauid. Qui facis angelos tuos &c.Et Chriſtus fuit minor quo ad naturam,quàm ipſe.pſal.Minuiſti eum &c.Aut loquimur quantum ad efficaciam gratiæ,& ſic natura humana eſt magis dilecta.Et hoc triplici ratione.

Primo,ratione reparationis.
Secundo ratione aſſociationis.
Tertio,ratione ſublimationis.

Primo &c. Quia homo peccauit mortaliter & angelus ſimiliter,tamē homo reparatus eſt,quia pro ipſo Chriſtus incarnatus eſt & mortuus,& non pro angelo.Ad Hebræ.2. Nuſquàm angelos appræhendit &c. Ideo Gregor. Canta.O ineſtimabilis dilectio charitatis, ut ſeruum &c. Et Aſcula.

Per

Per lo ecceſſo de l huomo rio
Conuien morir lo fiol de Dio.
Chinò e'l padre con l'hom a far pace
Per aſpra morte de Chriſto uerace.

Vbi dicit Alex.de Ales,quòd ſi ſolus Adam peccare po tuiſſet,adhuc Chriſtus pro eo incarnatus & mortuus eſſet.

Secundo ratione &c. cuilibet dedit Angelum in cuſto diam.Hebr.1. Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi, propter eos, qui hęreditatem capiunt. Et Hieronym. ſuper Matthæ. Magna dignitas animarum eſt,ut unaquæque ab ortu natiuitatis ſuæ,habeat in cuſtodiam Angelum delegatum. Vere magna dignitas. Quia ut dicit Thom.prima par.quæſtio.110.artic.1. Dama.lib. ſecundo. capit. 4. omnibus creaturis datur unus Angelus in ſua ſpecie: ſed cuilibet homini datur unus Angelus in ſpeciali, qui eũ defendat & ꝓtegat ab inſidiis & periculis.

Sed dubium inſurgit, quo tempore datur hic Angelus? Reſpondeo ſecundum Cano.de conſecrat.diſtinct. quarta capit. Firmisſimè tene. quòd duplex eſt natiuitas. Prima eſt in utero, quando anima infunditur corpori.

Secunda,quando exit de uentre. Aliqui uoluere dicere, ꝙ Angelus datur in prima,qñ eſt in utero.Et hæc opi.fuit Bon.in 2.di.11.Sed Tho.habet oppoſitum in 1.par.q.103. ar.5.quòd ſolum datur qñ exit uterũ. Et rõ eſt. Quia puer dũ eſt in utero:eſt aliquid matris,ſicut fructus in arbore,eſt aliquid arboris.Ideo Angelus,qui cuſtodit matrẽ,cuſtodit puerũ.Sicut cuſtos arboris,cuſtodit & fructus eius arboris.

Tertio ratione &c.Illã naturã magis diligit Deus, quã in altiori gradu conſtituit. Sed Deus naturam humanã in utroq; ſexu angelicis ſpiritibus ſuperpoſuit,igitur &c.De ſexu maſculino.In Pſalmo.Eleuata eſt &c. De fœminino. Eccleſia canit de Maria.Exaltata es ſancta &c.Canta. Super quæ uerba dicit Thom.in 2.di.9 ꝙ homo poteſt mereri amplius præmium,ꝗ Angelus triplici ratione. Et rõne difficultatis,quę eſt in homine,& non in Angelo,Angelus unico actu conſecutus eſt ſuum præmium, homo aũt reiterat actus ſuos,per patiẽtiam,per ieiunium,per uig.igit. Et rõne lõgiturnitatis,ꝗ eſt in hoĩe,qui diutius immoratur in

pœnitentiis. Et ratione meriti passionis Christi, quæ operatur infinite in homine, quod non fecit pro Angelo, quia pro illo non est mortuus, non crucifixus. Hanc dignitatem agnouit Ioannes Euang. De quo Apoc. ulti. Postquam audissem & uidissem, cecidi ut adorarem ante pedes Angeli. Et dixit mihi. Vide ne feceris. Conseruus tuus sum & fratrum tuorum. Gregor. Timuit adorari a natura &c. Ideo August. libro Soliloquiorum. Ecce domine dilexisti me, qui uoluisti mori pro me. Tam caro precio. Require tu lector hanc authoritatem. Patet primum.

Secundum dicitur &c. Postquã uisum est de amore Dei ad nos. Quia amor est reciprocus: uidendum est de amore ad ipsum. Secundum doctores, reperio triplicem amorem.

Primus est mercenarius.
Secundus est naturalis.
Tertius est gratuitus.

Primus &c. Et est quando quis aliquem diligit, non propter se, sed propter beneficium. Patronus diligit equum, quia ab eo habet beneficium. Concubinarius diligit fœminam, quia &c. Hæc non est uera amicitia. De hac el ne bon mercato. Ouid. lib. Trist. Dum fueris fœlix, multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila solus eris. Alibi,

Tempore fœlici multi numerantur amici.

Et Ascul. libro secundo.

O quanti amici, o quanti parenti.
Se uede l'hom nel felice stato:
Non respirando gli contrarii uenti.

Facetia. Apud Iudæos, mulieres illorum dũ sunt in partu inuocant Mariam, sed post dolores, cum scopa per domum clamãt. Fora Maria. Ideo Ecc. 6. Est amicus & socius mense, & non permanebit in die necessitatis. Faciunt honorem de caputio & de parole. Non tibi, sed Petro. Talis amicitia non est bona. Ideo philosophus 9. Ethic. Amici existentes propter bonum utile & delectabile, his cessantibus cessat amicitia. Tali amore plures diligunt Deũ, dum percipiunt fructum, bona temporalia, & huiusmodi, panem, uinum, sanitatem. Tunc ad missas eunt, sanctos osculatur. Et si non possunt ore, ponunt caputium. Verificatur

tificatur sententia Dauid. Confitebitur tibi, cum &c. Et Au gust. libr. de Catetizandis rudibus. Minus te amat, qui te, cum aliquid amat, quod non propter te amat. Isto amore non est amandus Deus, quia est solum tempore prosperitatis, sed omni tempore, iuxta illud. Prouer. 17. Omni tẽpore diligit, quia amicus est. Figura de Iob. 1. qui omnibus amissis dixit. Sit nomen &c. Vnde patet prima species. Secunda dicitur &c. Iste reperitur in omnibus creaturis. Et in animalibus ratione naturæ similitudinis. Cum similitudo sit causa amoris. Et in omnibus. Quia naturaliter filius inclinatur amarẽ patrẽ. 8. Eth. Generantis ad &c. Isto amore naturali inducitur amare Deum homo, siue Iudæus, siue paganus. Vnde Thom. 1. par. q. 60. artic. 5. Omnis creatura naturaliter plus diligit Deum, q̃ se, immo & dæmones. Iste amor licet sit bonus & sanctus, non tñ est meritorius ad uitam æternam. Quia ut dicit philoso. 2. Eth. In naturalibus nec meremur, neq; demeremur. Tertius est &c. Tali amore uult Deus a nobis diligi. Quod fit tripliciter.

Primo, plusquam se.
Secundo, plusquam suos.
Tertio, plusquam seipsum.

Primo &c. i. bona temporalia. In 3. di. 29. ar. 3. Deus est amandus super omnia. Sed heu, quia plus solidum, & negarent Deum pro nummo. Contra philos. 3. Ethic. Melius est mori, q̃ &c. Exemplo Abrahæ, qui filium uoluit Deo immolare pro obedientia. Secundo plusquam &c. i. filios amicos. Mat. 10. Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus. Quia ut dicit Aug. Amandus est genitor, sed præponendus est creator. Tertio plusquã &c. Mat. 10. Qui nõ accipit crucẽ suam. s. seipsum mortificãdo, nõ est me dignus. Ad quẽ amorẽ inducit hõ quadruplici rõe.

Primo ratione bonitatis.
Secundo ratione similitudinis.
Tertio ratione reciprocationis.
Quarto ratione exemplificationis.

Primo &c. Quando est quis bonus, amandus est. Dion. 4. cap. de di. Pulchrum & bonum omnia desiderant. In 1. Ethicor. Bonum est, quod omnia appetunt. In 3. animæ.

Bonum est obiectum uolnntatis. Iddio si è summo bene. Plato in Thimeo. Deus est summum bonum super omnem substantiam omnemque naturam. Et Socrates. Pietas diuinæ maiestatis, ineffabilis est. Ideo est diligibilis. Deus est infinitæ bonus, ideo sine modo amari debet. Quia eius bonitas non est accidentalis, sed essentialis. Marc. 10. Nemo bonus, nisi solus Deus. Et Hierony. inducitur a magistro in 2.di.18. Solus Deus est, in quem peccatum non cadit, nec cadere potest. Si diligis aurum argentum, & huiusmodi, plus dominum Deum tuum.

Secundo ratione &c. Similitudo est causa amoris, ut patet supra. Inter animam & Christum est similitudo, quia factus est nobis similis, ratione assumptæ carnis. Ad Philip. 2. Formam nostri accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus, ut homo. Nota in uerbo habitu. Insti. lib. 12. dicit de Alexandro, quod cum obtinuisset regnum Persarum, cogitauit quomodo posset ipsos familiares copulari, qui natione & moribus fuit Macedo. Habitum illorū assumpsit, & sic eos pacificauit. Ita Christus, ut nos pacificaret apud patrem, habitum nostræ carnis assumpsit. Qui habuit triplicem colorem. Primo fuit albus per uirginitatem. Apocal. 19. Vidi & ecce equus albus. Secundo niger per mortem. Isa. 53. Cuius liuore sanati sumus. Tertio rubeus. Isa. 63. Quare rubrum est indumentum tuum, scilicet per sanguinem. Da quanto in qua, signor sei tu fatto gentil'huomo.

Tertio ratione &c. Amor est reciprocus. Prouer. 8. Diligentes me, diligo. Sen. Si uis amari, ama. Christus non dilexit prius. 1. Ioan. 4. Filioli diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Et de pœ. di. 2. Omnes debemus uicem reprendere charitatis, quia prior dilexit nos, cum essemus gehennę filij. Quod fecit tripliciter. Primo in uita. Secundo in morte. Tertio post mortem. Primo &c. Quia nobis necessaria tribuit. Corpus, aīam, bona tēporalia. Qui te potuit facere lignū, lapidē, & hmōi, te fecit capacē rōnis. Scd'o in &c. Qui te ꝓtegit ab insidiis demonū. Psal. Custodit dn̄s oēs diligētes se. Et Alibi. Angelis suis &c. Et ꝑ Mariam, quæ suos uisitat. Exemplū in Chronica ordinis. Quidam

dam frater morti uicinus, præsentibus fratribus cœpit caput reuerenter inclinare & palmas iungere, & Mariam deuotisſime ſalutare. Cui cum aſtantes dicerent. Cur hoc facis; Reſpondit. Nonne uidetis dominam Mariam, quæ me ſui gratia uiſitat? Et ſic dormiuit ī domino. Tertio dilexit &c. Dum homini dat uitam æternam: Matth. 25. Venite benedicti &c. Quarto ratione &c. Triplex exemplum nos incitat ad hunc amorem.

Primum eſt paganorum. Scipio Africanus non poterat in lecto quieſcere, tantum Deus ſuos diligebat, ut in nocte media ſurgeret ad uiſitandum eos. Preterea. Metellus Romanus orbus factus eſt, propter nimium amorem, quem habebat ad deam Mineruam, pro ipſa lachrimans. Præterea, ſaraceni cum uident corpus Machometti, tanto amore caleſcunt, quòd ſibi oculos eruunt, ut melius contemplationi uacare poſſint. Si pagani hoc egerunt &c. uide

Secundum exemplum eſt ſanctorum. In pſalmo. Dauid. Media nocte &c. Quis incitauit martyres ad ſupplicia? Vere amor Dei. Quis Petrum? Quis Paulum? Quis fundatores ordinum ad tot facienda? Quare o Dominice dediſti fratribus tuis tot ordinationes? Applica uitam prædictis. Sic de Franciſco. Sic de Benedicto. Sic de S. Ber. & ſic de aliis.

Tertium exemplum mundanorum. Quid faciunt inamorati, qui non comedunt, non bibunt, non dormiunt, ſemper ruminant de muliere. Ideo Dion. 4. de di. no. Eſt autem heſtaſim faciens amor, non ſinēs amantem ſui ipſius eſſe: ſed amatoris. Et Poeta.

Veh miſero iuueni qui ſtat ſubiectus amori.
Non eſt amor immo dolor, mulieris amor.
Neſcit quid ſit honor, cui dominatur amor.
Heu quis dixit amor, melius dixiſſet amarum.

Ama ergo Deum. Ad quem clamat triplex lex. Primo diuina. Ioſue. 23. Diligentiſsime præcauete, ut diligatis dominum ueſtrum. Secundo pagana. Philoſophus in ſecretis ad Alexandrum. O Alexander, Deum glorioſum dilige: ſi uis ab omnibus diligi. Plato lib. de rep. Lex inquit, naturæ eſt, Deum diligere.

Tertia lex, est Canonica. De poe:di. 2. Charitas. Intimo charitatis effectu, Deum diligere necesse est ad salutem.

Tertium principale dicitur &c. Quibus signis possumus cognoscere, quòd uere diligamus Deum nostrum. Tria sunt uidenda signa.

Primum est præceptorum obseruatione.

Secundum est a terrenorum elongatione.

Tertium est a dissolutionum refrenatione.

Primum &c. Io. 14. Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est, qui diligit me. Idem. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Et Matthæi. 19. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Declara præcepta si uis: pro libito.

Secundum est &c. Amor Dei & mundi, sunt oppositi. Quanto quis appropinquat uni contrariorum, tanto recedit ab altero. Vnde philosophus in 5. physi. In omni motu, quanto magis mobile appropinquat uni extremorum, tãto recedit ab altero. Exempli gratia Dei illo, qui recedit a domo propria. Ad propositum. Cum scit, quod homo secundum sententiam Tho. 1. 2. q. 108. arti. 4. sit constitutus inter res huius mundi, quanto plus approximat per effectum bonis terrenis, tantò magis recedit à diuinis. Chriso. sup Matth. in uerbo Relictis retibus. Nemo potest terrena possidere, & perfecte ad cœlestia peruenire. Et Augusti. 14. de Ciui. cap. ult. Fecerũt itaque ciuitates duas, amores duo. terrenam, amor mundi, cœlestem, amor Dei.

Tertium dicitur &c. ut se refrenet a recreationibus. Ideo Ecclesia hodie euangelium triste legit, ut mundi gaudium, quod his diebus exerceri solet temperet, est cõsideratione passionis Christi. Sicut &c.

Sermo secundus ad idem.

CHaritas uestra magis ac magis abundet Phil. 1. Inter omnia bona exteriora, maximum bonum est amicitia. In 9. Ethicor. Amicitia est maxima bonorum exteriorum. In primo Reg. Pulchrius est esse amatorem sociorum, quàm pecuniarum. in 8. Ethicorum. Nullus eligeret uiuere sine amicis, habens

beas reliqua bona. Et scriptura Ecclesi. 6. Amico fideli, nulla est cōparatio. Et. 25. Beatus qui inuenit amicum uerum. Tota igitur inclinatio naturæ ad amicitiam: non est aliud nisi quia homo est animal politicum & ciuile. Arist. 9. Pol. Homo est animal politicum: aptum natum cōuiuere. Si ergo tanta est delectatio in amicitia propter conuersationē præsentis uitæ, quæ finiri habet: quanta debet esse delectatio charitatis Dei propter consumationē uitæ futuræ: quę nunquam habet finiri? iuxta illud Apostoli. 1. Cor. 13. Charitas nūquam excidit. Ideo Apostolus. Charitas uestra &c. De qua tria uidenda sunt.

Primum, dicitur oppositionis.

Secundum, dicitur modificationis.

Tertium, dicitur possibilitatis.

Circa primum. Dubium quæritur a Theologis. Vtrum Deus ab homine debeat amari? Circa hoc duplex fuit opinio. Vna paganorum. Altera fidelium.

Prima probat quod non debet amari: tali medio. Deus amat amantes se, cum amor sit reciprocus. Prouer: 8. Ego diligentes me, diligo. Et Sen. Si uis amari ama. Et Martialis. Miraris quod nullus amat te Ceciliane. Non quod ames nullum, dilige, carus eris. Vnde est quod pater non diligit filiū? Quia ab ipso non diligitur, & uir ab uxore. Ad propositum. Cum Deus non diligat peccatores, ideo non debet diligi ab eis. quod non diligat, patet. Ecclesiast. 12. Altissimus odio &c. Et Sap. 14. Similiter odio sunt Deo impius & impietas eius. Et Malac. 1. Dilexi Iacob, Esau autem odio habui. De pœ. dist. 3. c. Sunt plures. Scio dominū inimicum esse omni crimonoso. Cum ergo non diligat: diligi non debet. Igitur &c.

Secunda opinio dicit qđ sic. Diliges inquit &c. Ad quā difficultatem respondeo secūdum Theol. Tho. par. 2 q. 27. ar. 3. In. 22. q. 27. art. 5. Bona. 3. dist. 27. Dion. 4. c. de di. no. Quod Deus toto corde, anima, & mente, ac super omnia creata debet diligi. Quæ cōclusio probatur triplici medio. Ratione, Autoritate, Exemplo.

Primo ratione, quæ dicitur bonitatis. Cōclusio est Philoso. 1. Eth. quod oīa appetunt bonum. In 3. Top. Bonum

est obiectū uoluntat is. Et lib. de Bona fortuna. Appetitus naturalis natulariter tendit in bonū. Super quo Tho. Sublata specie boni, cessat appetitus. Ad propositum, Deus est summa bonitas. Plato in Thi. Deus est summū bonum, super oēm substantiam, oémque naturam. In 12. Meta. Deum dicimus esse sempiternū & optimum. Auicen 8. Meta. Deus est bonitas pura, in desiderio oīum. Ans. in Monolog. Credimus te quoddam bonum, quo nihil maius cogitari pōt. Bonitas eius, non est accidentalis. Matth. Nemo bonus nisi solus Deus. Super quo Thomas prima parte. q. 6. ar. 2. Nemo bonus essentialiter & impeccabiliter, nisi Deus. Primo essentialite., qa licet angeli sint boni & beati in patria & alii sancti: non tamen bonitate essentiali sed accidētali, ideo ab illa ceciderunt, ut paruit de Lucifero, de Adā, Eua, Dauid. Apostolis, &c. Præterea. Bonitas creaturæ non est pura, sed mixta. Non est uniuersalis, sed particularis. Bonitas autē Dei est essentialis, & uniuersalis. Ideo ecclesia. Tu solus sanctus. Nemo ergo bonus &c. Secundo bonus impeccabiliter, qa omnis creatura errare potest. 1. Io. 1. Si dixerimus quoniam &c. Ad Ro. 5. Per unū hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransit, in quo omnes peccauerunt. Solus Deus est qui peccare non potest. Magister in 2. dist. 18. Solus Deus est in quē peccatum nō cadit, nec cadere pōt. Ad propositum. Si ergo bonus, & bonum omnia appetunt: quod fuit fundamentum rationis, ideo cogitur homo ad ipsum amandum. Testāte Augustino libro de moribus. Quilibet tenetur diligere quod est. Quæ bonitas ostenditur in supportatione malorum. Practica. Peccator meretur ex peccato statim puniri sine interuallo. Meretur concubinarius quando it dormitum, ut domus cadat & cū fœmina occidatur. Meretur ut peccatū suum publicetur. O. N. quot mala in te, &c. Meretur, de esse ad non esse reduci. C. de pœnis. leg. Nequis. Vnusquisque pro crimine quo fuerit depræhensus modum congruæ seueritatis excipiet, tamen cum clamide suæ bonitatis supportat eum. Isa. 30. Expectat dominus ut misereatur uestri. Practica. Expectauit genus humanum duo millia annorum ante diluuiū,

cum

cum tamen essent peccata grauia, ut dicit Augustinus. 12. de Ciui. Dei. c. 12. Expectauit Caym usque ad septimã generationem eius. Expectauit Sodomã cum aliis ciuitatib. imbutã uitio sodomitico. Expectauit Chananeos, Etheos Iebuseos, phærezeos, donec completa esset malitia eorum. Expectauit Dauid: Acab regem. Expectat nunc Italiam plenam peccatis. Hospitium & receptaculum omnis mali. Plenã rapinis, extorsionibus, sacrilegiis, adulteriis, & omnis crudelis & truculenti excidii, & ludibrio omnis libidinis. Vnde Dantes. 6. Purgatorii.

O Alberto todescho ch'abandoni
Italia che indomita & seluaggia
Che doueresti infocar li suoi arcioni.
Vieni a ueder la tua Roma che piagne.
Vedoa & sola, & dí, & notte chiama.
Cesare mio, perche non m'acompagni.
Vieni a ueder la gente quanto s'ama.
Et se nulla di noi pietà ti moue,
A uergognar ti uien della tua fama.

Interpone de monstro nato in Alemania ex sexagenaria, eadem hora moriés dixit. Nolo semp uiuere, ne uideã diuina flagella futura super Italiam. Practica. O summa bónitas Dei, quæ licet ab æterno præuidisset suam creaturam præuaricaturam a suis præceptis: & ipsum uituperare, concubinam tenere, usuras dare: sacramenta falsa accipere, qđ non faceret iudæus, tamen ipsum creauit non beluam sed rõnis capacem: ac ipsum muniuit diuersis priuilegiis & gratiis. Vnde Lac. Deus ueri patris officio fructus est. Ipse corpus effinxit, ipse animã qua spiramus infudit, illius est totũ quicq sumus. Et Isa. 5. Quid debui facere uineæ meę, & non feci ei? Et per rispecto q̃ non est creatura quæ nascatur ineptiori modo, ideo in eius seruitium diuina bonitas dedit ei omnem creaturam. Solem ad illuminandum; ignem ad calefaciendum, aquã ad &c. Vnde Philo. 2. Physi. Finis quodammodo oĩum est homo. In huius signum dicit Aug. sup Gen. q̃ ultimus creatus est: ut esset finis oĩm creaturarum, prout Paulus testatur. primæ Cor. 3. Omnia enim

nostra sũt, siue paulus, siue apollo, siue cæphas, siue hic mũdus. Oia.n.nrã sunt, nos aũt Christi, Chrs aũt Dei. Quare o Deus fecisti quatuor elementa? Animalia super terrã, & præsentem machinam? Certe propter hoiem. Plato in Thimeo. Bonitas Dei, fuit causa factionis mundi pp hoiem. Concludamus ergo rõnem. Cũ ergo Deus sit summa bonitas ideo rõne huius tenemur ipsum amare: prout Scotus in prologo primi senten. dicit. Quid rõnabilius, quã Deũ super omnia diligere? Diliges ergo &c. Probatur etiã exemplo de monacho illo qui philocaptus de filia cuiusdam sacerdoti pagani: reliquit hæremũ & in uicũ egypti perexit di. abbati. Non possum seruare uirginitatam pater. O grande bellum. Aug. Inter oia christian. certamina duriora sũt prælia castitatis, ubi continua pugna & rara uictoria. Aug. disputauit cum Amb. quale martyriũ sit maius, sanguinis uel uirginitatis. Et concluserunt uirg. quia longius. Dixit patri. Da mihi filiam uxorem. Respondit. Non possum nisi prius Deum meum interrogauero. Iuit ad demonẽ quẽ colebat, di. Manachus quidam uenit ad me petens filiam meã do eam? Respondit. Sic si quatuor facit. Primum, habitum finat. Secundum, uerba professiones neget. Tertiũ, omnia sacramenta. Quartũ, chyrographũ manu propria cõponet. Veniens sacerdos dixit ei. Sine habitum &c. & dabo tibi filiam meam. Ille consensit. Iens aũt sacerdos ad dęmonẽ dixit illum oia factutũ. Cui dęmon clamare cœpit. Noli eam dare, quia quãuis renũciauerit istis tribus, tamẽ Deus suus est ita bonus q ipsum non deseruit sed adiuuat eũ, & ab eo nõ recessit. O bontà diuina. Ideo Ber. super Can. Quã benigna est misericordia tua, Ego peccabam & tu dissimulabas non me continebam a scelerib. & tu abstinebas uerberib. Cũclude ergo q rõne bonitatis dẽt diligi. Diliges &c. Ad argumẽtũ rñdeo scđm magrm. 3. dist. 30. Et Th. 22. q. 25. q in peccatore duo sunt consideranda. Culpã & naturã. Quo ad culpã, odit ipsum ptõrem, cũ simpliciter sit mala. Dis. 86 Odio hẽantur pctã, nõ hoies, ut dñt autoritates supraalleg. Quo ad naturã diligit ipsum pctõrẽ intimo corde, p quo incarnatus & mortuus est. Matt. 9 Non ueni uocare &c. Et Aug. Nulla causa fuit ueniendi Christo domino. &c.

Secun-

Secundum &c. Quibus modis debet amari. Alber. super Luc. ponit quinque modos principales huius amoris.

Primo, sine termino.
Secundo, sine medio.
Tertio, plusquam nostra.
Quarto, plusquam nostros.
Quinto, plusquam nosipsos.

Primo &c. Secundum theologos. Omnes uirtutes dicunt habere metã, modũ, & mensuram, alioquin sunt uitia & non uirtutes, iuxta illud Philosophi 2. Eth. Virtus consistit in medio Idem in. 2. Eth. Medium in oĩbus est laudabile. Exempli grã. Credere nimis, est leuitas. Eccl. 19. qui credit cito, leuis est corde. Cõtra leues in credẽdo applica &c. Sperare nimis, ẽ præsumptio. Esse nimis seuerus, est crudelitas. 26. q. 7. c. Alligant. Melius est reddere rõnẽ de nimia misericordia, q̃ de nimia seueritate. Nimia misericordia, hẽt fatuitatẽ. Nimia pœnitentia est periculosa. Vnde Ber. in morte ueniã petiit fratribus de nimia pęnitẽtia, ex qua graues infirmitates incurrerat. Et i Chronica ordines, dicitur de Beato Dominico, q̃ quum insisteret uigilijs & pęnitentiis: quadam nocte, ter demon ipsum uocauit. Domini ce, dominice, dominice. Quid uis ait sctũs. Cui diabolus: Nullus est in mundo peccator, qui si conuersus fuerit non parcat ei Deus. Sed quinq; dura pęnitentia se afflixerit, misericordiam in æternum nõ inueniet. Cui sanctus. Hoc ad te pertinet qui in æternum damnatus es. Ideo Apost. Rationabiles obsequiũ uřum In oĩbus ergo uirtutib. oportet tenere modũ, una excepta: scilicet charitate qua qs nimis amauerit, nimis beatificabitur. Iõ. Apostolo. 2. Cor. 13. supra fidem & spem, ponit præceptũ charitatis; como piu degno e galante. d. Nũc autẽ manent fides, spes, charitas. tria hęc; maior aũt horum &c. Vnde sine mensura & termino dẽt diligi. Et ratio est Tho. 3. dist. 39. art. 1. Et Scot. dist. 27. q̃ bonitas rei est causa amoris eius. Exẽpli grã. Quãto equus ẽ melior, tãto magis amatur. Sic dico de aliis reb. Sed bonitas Dei ẽ infinita, & a patre ante, & a patre post. Ideo si possibile esset & nobis concederetur in præsenti, infinite esset amandus. Quod Augustinus concludit in manuali. Immen-

mensus es domine, & sine mẽsura debes amari ab his quos præcioso sanguine redemisti. Et Ber. libr. de diligẽdo Deũ. In qualibet alia affectione nostra, oportet seruare modum, ultra quẽ ascendẽdo fieret affectio uituperabilis. Sed in dilectione Dei per quam attingimus ultimũ finem nr̃um, nõ p̃t eẽ excessus. Practica. Nimis dormire, uigilare, orare &c. potest esse excessus, sed in amore Dei non. Vnde clamãt omnia mẽbra hominis. Oculi, aures, pedes, memoria, intelligentia, arma Deum. Exemplũ Afræ ad Iesum. Et de nouitio cui cor crepuit medium, dum cantaretur nocte natiuitatis. Puer natus est. Vnde laus.

Amor diuin amor, amor che non sei amato.
Amor la tua amicitia, e pien de delitia.
Non cade mai in tristitia: lo cor chi te hà assagiato.

Secundo &c. scilicet non respectu suscepti beneficij, ut multi faciunt, sed respectu sui. Quidam diligunt ratione sanitatis. Quidam ratione sapientiæ. Quidam ratione diuitiarum. Sed talis non est uera amicitia, sed mercenaria. Augu. de Cathetizandis rudibus. Minus te domine amat &c. Et 9. Eth. Amici existentes propter bonũ utile, his cessantibus &c. Sed Aug. docet nos libro de doctrina christiana. Oĩs peccator inquantum est peccator, non est diligendus. & omnis homo inquantum homo, est diligendus propter Deum. Deus uero propter seipsum. De primo, Pratica. Ille Deũ uituperat, me infamat, bona pauperũ tollit, rõne peccati, talem nõ diligo. Immo ut dicit Th. 2. 2. tractatu de inuidia. q̃ dolore de p̃speritate peccatoris & gaudere de malo, est bonum. Vt patet de filiis israel in Pharaonẽ. De Mathathia in Anthiocum regẽ. Ideo dicit Aug. q̃ omnis peccator &c. Secundo oĩs homo inquantum homo, amandus est non ratione sui, sed Dei. Non parco illi iniuriam, nisi amore Dei. Deus autem amandus est non respectu alicuius, sed simpliciter respectu sui.

Secundum Alb. super Luc. Merito amandus est sine medio, propter septem incitamenta, quæ nos inducunt.

Primũ, quia nobilis. Prou. ult. Nobilis in portis uir eius.

Secundum, quia est sapiens. Col. 2. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ absconditi.

Ter-

Tertium,quia diues.Rom.10.Diues in omnes qui inuocant illum.

Quartum,quia fortis psal.Dominus fortis & potens.

Quintum,pulcher.Psal.Speciosus forma &c.

Sextum,quia liberalis.Iac.1.Dat omnibus affluenter.

Septimum,quia benignus. Titu. 3. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei.

Tertio plusquam nostra.i.bona temporalia.Thom.3.d.29.ar.3.Deus amandus est super omnia. Et ratio eiusdem est. Quia finis magis est diligendus,quàm ea quæ sunt ad finem.Sed finis omnium est Deus, igitur super omnia amãdus est.Sed ueh mundo,quia homo plus bona temporalia, quàm Deum amat.Propter hęc,uigilat,ieiunat,finit diuina,sacramenta falsa accipit,festa non celebrat. Clama. O martyr diaboli.Verificatur uerbum Greg.dist.47.cap.Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt,in cęlestibus debiles.Nam pro temporali gloria usq; ad mortem desudare appetunt, sed pro spe æternorum nec parum in labore subsistunt.Et Aug.O si possemus homines excitare & cum illis pariter excitari: ut tales essemus amatores uitæ permanentis, quales sumus uitę fugientis. Clama contra diuitem, qui cupidus bonorum temporalium claudit horrea expectans gallos,sed tu morieris antequam ueniat,& Deus non sinet hoc malum in ecclesia.

Quarto amandus est &c. idest omnes caros & affines. Matth. 10. Qui amat patrem aut matrem &c.Quod patet exemplo.2.Macha.7.de S.Fęlicitate,quæ habens septem filios,dum a crudeli Anthioco compellerentur uţ porcinas carnes comederent contra patrias leges,maior natu dixit. Parati sumus potius mori quàm patrias leges Dei preuaricari.Vnde iratus rex iussit omnes in sarthagine succedi. Perueniente autem tempore mortis septimi iunioris: plura pollicebatur Rex,ut Dei leges contemneret.

Mater autem ad filium inclinans aiebat. Fili miserere mei quæ te in utero portaui,& lac triennio dedi: cœlum aspice & omnia quæ fecit Deus,illum honora, & cum fratribus tuis mori non timeas.Animosior iuuenis factus ex

clamans ait. Non obedio præcepto regis sed legis. Tu uero qui inuentor omnis malitiæ factus es, non effugies manum Dei. Iratus rex iussit & illum mori; nouissime autẽ & mater eius consumpta est. Quod factum est, ut magis Deum quàm suos diligeret.

Quinto plusquàm &c. Vnde Grego. expo. illud Diliges dom. deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua, dicit; Quia triplicis naturæ est anima. s. memoria, intelligentia, & uoluntate, ideo iubetur tripliciter diligere.

Primo ex toto corde, quod refertur ad memoriam.

Secundo, ex tota anima quod refertur ad intelligentiã.

Tertio, ex tota mente quod refertur ad uoluntatem, ut s. homo sit paratus ponere pro Deo cor, mentem, animam, & omnia, & corpus & proprium. Exemplum Iacobi interci si: sub rege Persarum positus &c. Vide in legendario Voraginis.

Tertiũ dicitur &c. Quæritur dubium. Vtrum hoc præceptum possit impleri in presenti uita? Duplex est opinio. Vna dicit quòd non. Et ratio. Ille qui debet diligi ex toto corde: oportet quòd semper actu feratur in Deum. Sed hoc est impossibile semper actu cogitare de Deo, & moueri ad dilectionem eius. Quia oportet comedere, bibere, curam rei familiaris gerere. Augu. libro Confess. Fœlix esset qui posset semper diuinæ laudi insistere, igitur &c.

Alia opinio dicit q sic. Aliter homo esset in pctõ mortali, cum ageret contra hoc præceptum. Respondet Thom. 2. 2. q. 27. ar. 5. q præceptum aliquot potest impleri dupliciter. Vno modo pfecte. Alio modo imperfecte. Primo perfecte impletur: quando peruenitur ad finem quem intendit præcipiens. Alio modo imperfecte, & si non peruenit ad finem præcipientis, nõ tamen recedit ab ordine. Exẽpli gratia. De duce qui habens duos milites quibus præcepit eãt ad bellum, & inimicum impugnent & uincant. Vnus eorũ pugnat uiriliter & uincit: iuxta pceptũ prçcipiẽtis. Alius autem pugnat sed nõ uincit, non tamen recedit ob hoc ab obedientia sibi imposita. Quia facit quòd in se est. Ad propositum.

positum. Diuina prouidentia imponit homini de dilectione sui. Quo ad uoluntatem præcipientis homo non potest implere hoc præceptum in præsenti, sed solum in patria, quando Deus unietur animę nostræ per gloriam. Alio modo impletur sed imperfecte in præsenti uita, quando facit quod in se est, nihil agens diuinæ uoluntati contrarium. Ad quem amorem incitamur per omnes leges. Primo per diuinalem. Eccl. 7. In tota anima tua, dilige eum, qui te fecit. Super quo Alber. in uerbo qui te fecit. Primo, liberum. Eccl. 15. Ante hominem uita & mors. Secundo, innocentem. Eccl. 7. Inueni q Deus fecit hominem rectũ. Tertio, potentem. Gen. 1. Dominamini piscibus maris & uolatilibus cœli, & uniuersis animantibus quæ mouentur sup terram. Quarto, elegantem. Gen. 1. Faciamus hominẽ &c.

Secundo per legem canoni. De pęniten. dist. 2. c. Charitas. Intimo charitas affectu Deum diligere necesse est ad salutem.

Tertio per ciuilem. C. de nuptiis. l. Imperialis. Insti. de libertinis. §. Libertinorum.

Quarto per paga. Phil. ad Alexan. O Alexã. Deum gloriosum dilige, si uis ab omnib. diligi. Et Plato de repu. Lex naturæ est Deum diligere. Vnde exempla paganorum ad hoc inducunt. Primo de Scipione Africano, qui non poterat in lecto quiescere: tantum Deos suos amabat, ut in media nocte iret ad uisitãdũ eos. Et de Metello Romano, qui oculos amisit propter lachrymas quas fundebat in amore deæ Mineruę, & sarraceni quum uident corpus Mahumeti, tanto amore calescunt q sibi oculos erunt, ut melius contemplationi uacare possint. Et ex hoc religiones sunt fundatæ in austeritatibus, & martyres corpora sua suppliciis exposuere, ob amorem huius. Et ex hoc dicitur præceptum maximum, ratione numeri. Quia 613. præcepta reducũtur ad amorẽ huius Dei & proximi. Et ratione obiecti. Quia alia præcepta uersantur circa proximum, hoc autem ad Deum. Et ratione unionis. Quia super alia, hoc unit nos Deo.

In die S. Sylueftri. De Missa.

DE missa tria sunt uidenda.
Primum, dicitur necessitatis.
Secundum, dicitur conditionis.
Tertium, dicitur significationis.

Primum &c. Quæritur utrum fuit missa necessaria. Arguit iudęus quòd non. Sed sacrificia columbarum, turturum, & agnorum. Respondeo q; duplex est necessitas. Vna dicitur absoluta. Quo ad hanc non fuit necessaria, quia erant alia bona, uidelicet sacramenta ecclesiæ, baptismus, crisma, & unctio. Alia necessitas; dicitur conditionata. Quo ad hanc, dico q; sic. Quod probo ratione & figura.

Primo ratione nutrimenti. Fundamentũ rationis ponit Phil. in 2. de anima. Necesse est omne uiuens, quandiu uiuit nutriri. Et 1. Pol. Sine necessariis, impossibile est uiuere. In eodem. Non est possibile uiuere, sine cibo. Ad propositum. Homo cõponitur ex corpore & anima. Corpus pasci tur materiali cibo. Anima autem pascitur alio cibo, de quo Io. 6. Caro mea, uere est &c. Et quia nemo potest esse habilis ad communicandum se omni die: ideo reperta est missa, in qua homo deuote assistens, cooperatus illi qui se communicat. August. de conse. dist. 2. c. Vt quid. Vt quid paras dentem aut uentrem, crede & manducasti. Missa ergo recreat hominem quo ad animam, & quo ad corpus.

Secundo figura. De Hester, & regina Vasthi, quomodo fuit introducta in loco Vasthi. Quæ Hester ĩpetrauit quicquid uoluit a rege. Sic describit in Hester. 5. Rex Assuerus fuit sic potens rex, q; dominatus est ab India inferiori usque ad Ethiopiam. Infra quas extremitates erant 27. prouinciæ suppositæ ipsi. Hic ergo habebant unã pulcherrimã uxorem uocatam reginam Vasthi, de qua erat feruentissime innamoratus. Vnde interuenit quòd anno 3. sui regni, rex Assuerus fecit unum conuitum splendidissimum principibus Persarum, Medorum, & aliarum prouinciarum. Ad quod inuitauit etiam totum populum Metropolis suæ, uocatæ Susa. Et disposuit q; hoc conuitum duraret. 7. dies,

secundum antiq consuetudinē eorum. In 7. die regina Vasthi fecit idem in palatio, ubi erat Assuerus. Et dum rex esset lętior solito, iussit eunuchis ut introduceret sibi reginam Vasthi. Vnde ipsi peruenuti, exposuerunt uoluntatem regis. Quibus ipsa rndit, nolle ire. De qua re rex iratus, & maxime quia uolebat ostendere populis pulchritudinem suam. Cœpit consilium a septem ducibus Persarum & Medorum, & aliorum, quid esset agendum de regina Vasthi, dum non obedisset ipsi. Responderunt, quod esset priuanda regno, quia non obedierat regi: ne aliæ mulieres exemplo suo introducerentur ad non obediendum maritis. Et quod una alia in loco eius esset introducta. Placuit regi responsum. Et fuit impositum ad Egeam primum eunuchū quod quæreret in omnibus prouinciis talem fanciullam, quod de pulchritudine satisfaceret regi. Vbi in una urbe dicta Susa inuenit unam fanciullam hæbream bellissimā sine parentibus, dictam Hester, quā solam gubernabat suus patruus, cujus nomen erat Mardocheus. Conducta ista ante regem. Supra alias placuit regiæ maiestati. Quapropter constituit eam reginam, & totum amorem reginæ Vasthi perdidit, & transtulit ad Hester. Et omnes gratias quas petebat, impetrabat. Moraliter. Hester, est missa, quæ submissa est loco sacrificiorum ueteris testamenti. Quæ impetrat a Deo quicquid uult, & pro uiuis, & pro mortuis: & pro incarceratis, pro decapitatis, pro tribulatis, pro infirmis. In omnibus angustiis recurre ad missam: quia est regina omnium bonorum. Sed dicis. O pater, quis reperit hanc missam? Respondet Alber. libro de officio missæ quod fuit Christus. Qui in uita sua celebrauit duas missas. Vnam secrete & bassam quinta feria in cœna, in cœnaculo coram discipulis. Tunc ordinauit hoc sacrificium, & communicauit se & Apostolos. De quo Tho. 3. par. q. 81. a. 1. Et Apostolus. 1. Cor. 11. Accipite & comedite &c. Secundam missam celebrauit solenniter in pontificalibus, in die uener. sancto. Altare fuit crux. Mitra, fuit corona spinarum. Annuli in manibus, fuerunt claui. Sandalia in pedibus, fuere claui. Casula rubea sanguis fusus per totum corpus. Baculus, fuit lancea. Disco-

nus, fuit latro a dextris. Subdiaconus: latro a sinistris. Acoliti: uirgo & Ioann. Et quia in missa solemni episcopi, dantur indulgentiæ & remittuntur peccata deuote audientibus: sic fecit Christus. Vnde Christus dedit indulgentiam quando dixit patri. Pater ignosce &c. Cætera ut in sermone eiusdem sancti.

Testamentum, in fine prædicationem fiendum.

ESsendo hora patres mei, cum adiutorio nostri Dei parua barcheta mei ingenij peruenuta ad portum & finem nostrarum prædicationum in hac quadragesi. uideo esse necessarium ad præmittendum excusationem uestris humanitatibus, imperoche deficit memoria, lingua hæret palato, omne humanum ingenium uenit minus, quando considero obligationem quam contraxi uobiscum, tum ob beneficia mihi collata, tum ob gratam audientiam quam mihi exhibuistis, ubi ad satisfaciendum requirerentur ingentes copiæ. Sed quia ego sum substantia terrena mea professione prius: & essendo obligo mio erga uos grande, uisum in recognitionem eorum facere sicut solent facere boni patres spirituales, filijs spiritualibus: linquere cuilibet uestrum aliquod documentum in memoriam meam.

Incipio primo ad rectores.

Primo. Rectoribus & commissariis tam spiritualibus quam temporalibus, sino tria principalia.

Primo, iustitiam.

Secundo, clementiam.

Tertio, sapientiam.

Primo &c. Sap. 1. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Quæ quidem consistit in duobus. Primo in præmiare bonos. Secundo in puniendo malos. C. de officio rectoris prouinciæ. l. Vt uirtutum. Boni sunt remunerandi, mali uero puniendi. De qua August. 4. de Ciu. cap. 4. Remota denique iustitia, quid aliud sunt regna nisi aperta latrocinia?

Secundo, sino &c. Debet enim rector pes misericordiã

tem.

temperare uigorem iustitię. Quod ostendit rex Christus Luc. 6. Estote misericordes, scilicet in regendo. Et Prou. 28. Misericordia & ueritas custodiunt regem. Cicer. 1. off. Et Sen. libro de clementia. Nihil magno & præclaro uiro dignius, placabilitate & clementia.

Tertio, sino &c. ut sint docti & sapientes officiales, & sic resp. bene guberaetur. Vnde Sap. 6. Diligite lumen sapientiæ, omnes qui pręestis populis. O fœlix ciuitas quæ ab his regitur. Et econuerso, infœlix quæ ab ignorantibus gubernatur. Eccles. 10. Vęh tibi terra, cuius rex est puer.

Secundo, Senibus sino tria bona, eis uerę & summę necessaria.

Primo, prudentiam.

Secundo, sobrietatem.

Tertio, bonum exemplum.

Primo &c. Antiquis conuenit prudentia, quia sunt experti. Vnde Iob. 12. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Eccl. 25. Corona senum multa peritia. Ita nihil ignominiosus estimatur, quam fatuitas in sene. Eccles. uigesimoquinto. Tres species odiuit anima mea. Pauperem superbum, diuitem mendacem, & senem fatuū & insensatum.

Secundo sobrietatem, Talibus est necessaria. Quid.n. confudit senem Noe ut ostenderet uerenda, nisi uinum & immoderata potatio? Quid induxit Loth ad incestum, nisi uinum? Vnde Cice. 1. off. Luxuria cum omni ętati sit turpis, tum senectutis fedissi. est.

Tertio, bonum exemplum, quia iuuenes capiunt malum exemplum ab ipsis. Mat. 5. Sic luceat lux uestra &c. Sed nō adiscunt nisi cupiditatem, ludum, tenere fœminas.

Tertio, Iuuenibus sino. 3. summe necessaria.

Primo, uirtutem.

Secundo, honestatem.

Tertio, mortis memoriam.

Primo &c. Vt ipsam ament & quærant. Tren. 3. Bonum est uiro, cum portauerit &c. Quia ut dicit Tull. de natura deorum. Nihil est amabilius uirtute, nihil quod ma

gis homines alliciat ad diligendum, quippe tum propter bonitatem, tum propter uirtutē & probitatem, & eos quos nunquam uidimus quodammodo diligamus. O iuuenes amplectimini uirtutem.

Secundo, fino. &c. In 4. Eth. Iuuenes uerecundos lauda mus. Quid gloriosius in iuuene, quam uidere illum castū, honestum, continentem, uerecundum? Quæ omnia habebit si erit cum bona societate.

Tertio, fino. &c. quia facile uitantur peccatum. Ecc. 7. Memorare nouissima tua &c. Idem. Memento creatoris tui, in die iuuentutis tuæ.

Quartum. Patribus fino. 3. summe eis necessaria.

Primo, educationem.

Secundo, correctionem.

Tertio, instructionem.

Primo &c. ut bene nutriant ac nutriri faciāt filios suos. Hiero. ad Athletam. Habeat socias cum quibus adiscat, q bus inuideat, quarum laudibus mordeatur, ualet ne sit garula, uaga, impudica filia. Similiter dico de filiis.

Secundo &c. Eccles. 7. Filii tibi sunt, erudi illos. Prou. 13. Noli subtrahere à puero disc. Quia ut dicitur Prou. 13. Qui parcit uirgę, & odit fi. su.

Tertio &c. amaestra quelli, non blasphemare, non dicere malum, non dicere mendacia, non furari, non ire ad choreas, nec ludere signare se quando eunt dormitum, quando eunt in mensa ut eam signen. Et sic de singulis.

Quintum. Filiis fino. 3. summe necessaria.

Primo, honorem.

Secundo, obedientiam.

Tertio, amorem.

Primo &c. Eccl. 7. honora patrem tuum, & gemitus matris &c. Exod. 21. Qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur.

Secundo obedientiam. Eph. 6. Filij obedite parentibus uestris in domino, hoc enim iustum est.

Tertio &c. Nam pro sostentamento quod receperunt à parentibus in iuuentute sua, debet eis in senectute sua ministrare necessaria. Eccl. 3. Fili suscipe senectute patris tui.

Et infra. Redde illis, sicut & illi tibi. Fagli bona cōpagnia.

Sextum. Pauperib. sino tria bona summe eis necessaria.

Primo, paupertatem.

Secundo, patientiam.

Tertio, spem firmam.

Primo &c. quia est thesaurus quem Christus tulit secum in mundum, & reliquit discipulis: di. Nolite portare sacculum, neque peram, neque calciamenta, de qua Mat. 5. Beati pauperes &c.

Secundo, ut habeant hic purgatorium, sustinere patienter, sine murmuratione, sine blasphemiis. Considerent Iob. di. Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus &c.

Tertio, spem firmam bonorum uitæ æternæ. Matthæ. 5. Beati pauperes &c. Et Psal. Animas pauperum saluas &c. Iterum. Patientia pauperum &c.

Septimum. Virginibus sino tria bona summe necessaria.

Primo, mundi despectionem.

Secundo, honestam conuersationem.

Tertio, carnis macerationem.

Primo &c. Virgo sponsa Christi omnia mundana spernat exemplo Virginis, & solum quærat & cogitet quæ sunt Iesu Christi. 1. Cor. 7. Virgo cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu.

Secundo &c. quia ut dicitur. 28. q. 1. Sæpe malorum consortia etiam bonos corrumpunt. Et Psal. Cum sancto sanctus eris &c.

Tertio &c. Hiero. Venter uino æstuans, facile dispumat in libidinem.

Octauum. Viduis tria sino eis summe necessaria.

Primo, castitatem.

Secundo, orationem.

Tertio, deuotionem.

Primo &c. Vidua postq̄ soluta est matrimonio, & facta est libera, querat uitam pudicam, honestam, & castam. De qua Sap. 4. O quam pulchra est casta generatio, cum &c.

Secundo &c. Aposto. 1. Tim. 6. Quæ autem uere uidua est, stet in orationibus.

Tertio &c. ut se occupet in deuotionib. & sanctimoniis.
Nono. Coniugatis tria bona sino summe necessaria.
Primo, fidelitatem.
Secundo, inseparabilitatem.
Tertio, charitatem.
Primo &c. Non frangere eam in matrimonio. Apostolus. Vnusquisque habeat uxorem suam, & unaquæq; mulier habeat uirum suum.
Secũdo &c. quia nunquam debent se separare: sed simul cohabitare usque ad mortem. Vnde Christus in euangelio. Quod Deus coniunxit, homo non separet.
Tertio mutuam charitatem. Eph. 5. Viri diligite uxores uestras, sicut &c. Iste amor debet esse bonus & honestus, non luxuriosus. Eccle. 25. In tribus beneplacitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus. Concordia fratrum, amor proximorum, uir & mulier sibi bene consentientes.
Decimo. Oĩbus generaliter sino tria summe necessaria.
Primo, dilectionem.
Secundo, pacem.
Tertio, mei recordationem.
Primo &c. O filij mei primo super omnia amate Deum, deinde proximũ. Matth. 22. Diliges dominum Deum, usque teipsum. In his duobus mandatis &c. Ioan. 6. Hoc est præceptum meũ &c. Et Ro. 13. Plenitudo legis est dilectio.
Secundo &c. quod bonum liquit Christus Apostolis p testamento, Ioan. 16. Pacem relinquo uobis. Hanc pacem in meo recessu dono uobis: o fili mei. Pax inquit uobis. Pacem cum Deo, peccata relinquẽdo, uobis ipsis pacem, non sequendo proprias uoluntates, pacem cum proximo, nõ tenere odia, non rancorem. Apostolus. Si fieri potest, cum omnibus hominibus pacem habentes.
Tertio &c. scilicet sitis memores prædicationũ mearũ, & ponere eas ĩ effectu & opere. Hic potes narrare breuiter omnes sermones totius quadrag. Et in fine dic.
Rogo uos omnes, ut mei memoriam faciatis in orationibus uestris ut Deus omnipotens uires mihi tribuat perseuerandi in hoc sancto officio prædicationis Euangelij, sicut
hactenus

hactenus mihi tribuit. Et quia amor debet esse reciprocus iuxta sententiam philosophi.9.Ethic.ideo & ego promitto uobis memoriã assiduã uestri facere in orationibus meis ad dominum,ad Beatam Virginẽ, & ad omnes sanctos curiæ cœlestis, ut liberemini ab omnibus malis, & tandem habeatis in cœlo sempiterna bona. Et licet a uobis corporaliter sim discessurus: non tamen, propter hoc diminuetur singularis amor & dilectio,erga uos:sed erõ sem p uobiscũ corde,& amore. Et in omni loco in quo reperietur iste pauperculus frater, erit semper paratissimus rem gratam facere charitatibus uestris. Et qa inquit Sap.Prou.10. In multiloquio nõ deerit peccatum.Ideo potuit accidisse quod in aliquo sermone,alicui displicentiam feci aut aliquem læsi,ideo dico meam culpam, rogans ut indulgere dignemini,scientes,quod sicut huiusmodi euenit, hoc non ex malitia,aut mala uoluntate processit:sed ex nimia confidentia,quam in uobis habui, & ex beneuolentia qua uos afficio. Possum namque meritò dicere illud ad Phil.1. Testis est mihi Deus quomodo cupiam omnes uos esse in uisceribus Iesu Christi. Item potuit accidisse ex discursu linguæ immeditato:lubricum autem linguæ meretur ueniam.Etiã rogo,ut parcatis mihi si in prædicationibus meis, non ita bene uobis satisfeci sicut merebamini.

Et quia,ut dicitur Thessal.1. Debemus omnibus a quibus aliquod beneficium accepimus, gratias reddere. Ideò ego primum uobis gratias ago, qui uenistis libenter & assiduè ad audiendum me imperitum, & rudem ingenio,balbutientem lingua, & inexpertum in dicendo. Ago etiam gratias omnibus illis,qui quouis modo benefici extiterũt in me.

Tandem uos omnes hortor ad uitæ emendationem,uocamini Christiani,ideo debetis uiuere,ut Christiani,& nõ ut pagani,ne fortè de uobis dici possit illud Pauli.Confitẽtur se nosse Deum, factis autem negant. In ista quadragesima uobis prædicaui doctrinam sanctã & catholicã, ut uos omnes testes estis, reprehendi uitia uestra: non tacui malefacta uestra:quia dominus præcepit mihi, sicut & omnibus prædicatoribus per os prophetæ.d. Clama nè cesses,

quasi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo meo sce lera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Ideo si uos emendabitis in futuram uitam uestram, beati eritis, cum omnibus sanctis in cœlo. Si uero præseruabitis in peccatis uestris, de quibus cum amore & caritate uos reprehendi, ibitis in supplicium æternum. Ecce prædixi uobis.

Et quia Paulus ad Ro. 12. inquit, Benedicite, & nolite maledicere, ideo ante recessum meũ uolo uobis benedicere. Benedicat ergo uos Deus pater, Deus Filius, Deus Spiritussanctus. Sitisq; benedicti a tota Trinitate, a Gloriosa cœlorum Regina Virgine benedicta, & a tota curia cœlesti, & a me pauperculo fratre, qui per mille uices uos benedico & uxores uestras, & filios & possessores, & omnes uestras actiones.

Discooperias caput hic. Oratio super populum.

Christe ecce oues, quas pascendas in ista quadragesima tribuisti mihi, si quem fructum feci in eis, te authore, & mediatore feci. Rogo te cõserua eas in gratia tua, & da eis uirtutem & efficaciam ad perseuerandum in bonis operibus. Defende eas domine, a pestilentia, a bellis, & a charestia, grandinibus & tempestate, & denique ab omni malo in uita præsenti, dando eis bona tẽporalia in agris, uinum, oleũ, triticum, & in futuro da eis uitam æternam. Amen.

L A V S D E O.

Explicunt sermones de sanctis eximij Sacræ Theologiæ Magistri Gabrielis Barletæ ordinis Prædicatorum nouissime summa diligentia impressi. Additis multis, quæ in aliis omnibus impressionibus defuere. Anno Domini M D LXXVII. Die. II. Mensis Augusti.

FINIS BARLETAE.

INCIPIT TABVLA
SANCTVARII.

Sermones extrauagantes.

Sermo Aduentus Domini.

SEQVVNTVR QVAE NOVITER ADDITA sunt. Expositiones Euangeliorum.

Prologi communes pro sanctis.

TABVLA SECVNDAE PARTIS SERmonum Fratris Gabrielis Barletę, per ordinem alphabeti: in qua faciliter materiam quam quæris, inuenies.

A

Angeli

Aureo-

B

C

H

M

N

O

X

FINIS.

Venetijs, Apud Camillum Franciſchinum.
M. D. LXXVII.

506

Tripudio, as. tresciare, ballare, e sollazzare.

Nel prologo della 7.ma ui stanno le 5. età.